

LEIPZIGER STUDIEN

107

ZUR

CLASSISCHEN PHILOLOGIE

HERAUSGEGEBEN

VON

O. RIBBECK H. LIPSIUS C. WACHSMUTH

-12
ELFTER BAND.

(1888-90)

LEIPZIG

VERLAG VON S. HIRZEL


1889. - 1890

PA

25

L4

Bd. 11-12



INHALT.

	Seite
MAXIMILIANUS LUEDECKE, De fontibus quibus usus Arrianus Anabasin composuit	1
ROBERTUS WEBER, De Dioscuridis <i>περὶ τῶν παρ' Ὁμήρου νόμων</i> libello	87
C. WACHSMUTH, Zu Cicero's Schrift de republica	197
PAULUS HARTLICH, De exhortationum a Graecis Romanisque scriptarum historia et indole	207
C. WACHSMUTH, Zu Seneca's Apocolocyntosis	337
J. H. LIPSIUS, Zu Demosthenes	351

DE FONTIBUS QUIBUS USUS ARRIANUS ANABASIN
COMPOSUIT

SCRIPSIT

MAXIMILIANUS LUEDECKE

Si quis inquirere vult, qualis extiterit conexus inter eos rerum Alexandri Magni scriptores, qui etiam ante aut non multo post illius obitum opera historica de eius expeditionibus composuerunt, ei primam legem et gravissimam dico, ut quam potissimum via ac ratione procedendum sit secum reputet. Sic enim cum in omnibus aliis tum maxime in hac nostra quaestione agere oportet, cum tot tantisque difficultatibus obstructa sit, ut haud pauci graves commiserint errores, quippe qui falsam viam saepius inierint. Quorum in numero praecipue is habendus est, qui ultimus totam quaestionem ad certum finem perducere conatus est, A. Fraenkelius, quem singulis quidem in rebus haud raro bene esse meritum de rerum ab Alexandro gestarum memoria nemo negabit. Sed tamen facere non possum, quin in universum parum eum profecisse ideo libere profitear, quia ratione usus esse sat infelici videtur. Paucis igitur eam adumbrabo. Nonnullis fragmentis in comparationem vocatis Fraenkelius conclusit memoriam priorum rerum Alexandri scriptorum duplici via posterioribus adfluxisse. Adhibitos enim esse Callisthenem Onesicritum Charetem Nearchum et ab Aristobulo, quem maximam partem exscripsisset Arrianus, et a Clitarcho, ad quem Diodorus Curtius Iustinus redirent; sic voluit explicare, unde factum esset, ut Arrianus cum reliquis saepissime congrueret. Iam ubi Arrianus consentiret cum ceterorum relationibus Aristobulum fontem statuendum esse propterea Fraenkelius arbitratus est, quia Ptolemaeum alterum Arriani auctorem alios fontes exscripsisse parum veri esset simile. Inde factum est, ut maiorem partem libri Arrianei Aristobulo adtribuat, non Ptolemaeo, quem pleraque Arriano praebuisse iam dudum viri docti sibi persuaserant.

Accedit autem vitium gravissimum a Fraenkeliō saepius commissum. Prorsus enim neglexit complures rerum scriptores illis temporibus aequales fuisse, qui insuper rerum relatarum oculati testes fuerunt. Itaque saepissime usu venire poterat, ut duo scriptores eandem rem simillime describerent, dummodo diligenter observarent veritatemque amplecterentur. Nobis quidem qualis conexus inter singulos scriptores extet investigantibus haud parvae difficultates inde oboriuntur; nam consentaneum est duas relationes, quae summa in re consentiunt, non statim unum ad fontem referendas esse. Sed saepissime hoc fecit Fraenkelius, unde plane intellegitur, cur in tot errores delapsus sit.

Deinde ratione Fraenkeliī factum est, ut in fine demum libri sui quaestionem instituerit de Arriani libro inter Ptolemaeum et Aristobulum distribuendo. Equidem contrariam viam amplector; primum omnium in Arrianum inquirendum esse arbitror, quia hic certiore nitimur fundamento. Neque vero ita disputationem faciemus, ut qui vulgarem quam dicunt memoriam tradiderunt scriptores prorsus neglegamus, quod ideo non licet, quia ipse Arrianus haud pauca ex ea petiit. Quae cum debeat ei fonti, ex quo Plutarchum longe maximam ut videtur Alexandri vitae partem hausisse intellegemus, hic praeter ceteris nobis respiciendus erit auctor.

Quos potissimum se sequi auctores in Anabasi conscribenda Arrianum ipsum in operis sui praefatione exponere notum est; elegit ex magno numero eorum qui Alexandri res gestas descripserant duos, quibus prae ceteris maximamtribuendam esse fidem sibi persuaserat, Ptolemaeum Lagi filium et Aristobulum. Quod prudenter eum fecisse nemo negavit, qui semel Alexandri rerum memoriae cognoscendae operam dedit; neque defuit ei merita huius rei laus.

Iam quaeritur, quodnam secutus consilium suum uterque auctor opus conscripserit. Atque si Ptolemaei fragmenta quae nobis servata sunt perspexerimus, statim apparebit praecipue eum tractasse res bellicas, quod pro ingenio suo eum fecisse

pronum est conicere; homo enim erat militaris, qui paene omnium expeditionum quas Alexander suscepit ita particeps fuit, ut munere quodam militari fungeretur. Nullum vero extat fragmentum, ex quo curasse eum res geographicas evadat; neque profecto videtur diligentius eas pertractasse. Nam V 21, 8, qui locus gravissimus est ad Ptolemaei rationem cognoscendam, dicit Arrianus haec: *τούτου τοῦ Ἀλεξίνου ποταμοῦ τὸ μέγεθος μόνον τῶν Ἰνδοῶν ποταμῶν Πτολεμαῖος ὁ Λάγον ἀνέγραψεν*. Inde consequitur ipsum Arrianum non ignorasse Ptolemaeum haud ita curiosum fuisse quaestionum geographicarum; ubi vero Ptolemaeus eas accuratius tetigerit, cohaeruisse eas artissimo vinculo cum rerum militarium descriptione, quae melius explicaretur et intellexeretur, summa cum probabilitate nos quoque ut iam alii fecerunt suspicabimur.

Quodsi vero Aristobuli fragmenta, quae haud pauca aetatem tulerunt, perlustrabimus, rerum militarium quidem descriptionem eum, ut par est, non neglexisse patebit; sed magna diligentia ea imprimis enarravit explicavitque, quae pertinebant ad terrarum ab Alexandro subactarum naturam et incolas. Saepius videmus et Arrianum et Strabonem ex eo talia proferre, quibus describuntur populi terrae plantae fluvii similia id generis. Deinde ad ipsam regis personam quae pertinent diligentius tractavit.

Quae cum ita sint, recte opinor concludemus Arrianum etiam ea de causa Ptolemaeum et Aristobulum ex tanta scriptorum multitudine selegisse, quia ex his duobus aptissime historiam Alexandri componi intellegebat; poterat nimirum optime unius narrationem ex altero supplere. Etiam huius modi consilium in auctoribus eligendis secutum eum esse quis tandem infitias ibit?

Id igitur semper tenendum esse puto Arrianum rerum militarium descriptionem praecipue sumpsisse ex Ptolemaeo, quippe qui has magis curaverit. Accedit quod compluribus locis, ubi utriusque auctoris de rebus bellicis sententiam profert Arrianus, praetulisse eum Ptolemaei memoriam Aristobuli narrationi elucet.

V 14 loquitur Arrianus de pugna inter Alexandrum qui Hydaspem transiit et Pori filium commissa. Primum Aristobuli sententiam narrat § 3, tum profert § 4 ex tertio quodam fonte narrationem ab ea diversam; denique vero profitetur: ἀλλὰ Πτολεμαῖος ὁ Λάγον, ὅτι καὶ ἐγὼ ξυμμέρομαι, ἄλλως λέγει, atque fusius exponit, cur Ptolemaei narratio potioem fidem mereat.

Deinde IV 6, 1 postquam capite praecedenti copiosius exposuit Arrianus cladem Macedonum apud Maracanda a Spitamene acceptam, addit ex Aristobulo multo brevioram atque ab illa diversam narrationem, unde recte cum Schoenio¹⁾ efficiemus priorem haustam esse ex Ptolemaeo. Ptolemaeum igitur priore loco respexit Arrianus, tum Aristobulum.

Praeterea in disputationis nostrae decursu demonstrabimus Arrianum in expeditionum bellicarum narrationem procul dubio ex Ptolemaeo haustam talia inseruisse ex Aristobulo, quibus res geographicae tractantur. Praecipue hinc elucet studuisse eum, ut Ptolemaei memoriam commode suppleret.

Sed in universum quoque longe maximam Ptolemaeo Arrianum tribuisse fidem nos contendimus. In praefatione enim exponit causas, quibus conmotus Ptolemaeum et Aristobulum maiore fide dignos quam ceteros existimet. Profert autem ad utriusque fidem confirmandam duas causas, ad Ptolemaei etiam tertiam: ²⁾ Πτολεμαῖος δὲ πρὸς τῷ συστρατεῦσαι ὅτι καὶ αὐτῷ βασιλεῖ ὄντι αἰσχρότερον ἢ τῷ ἄλλῳ ψεύσασθαι ἦν. Quo loco alius etiam gravior videtur esse: VI 2, 4, ubi loquitur Arrianus de multitudine navium ab Alexandro exstructarum. Hic postea demonstrabimus eum Aristobuli numero Ptolemaei praetulisse, qui verior ei esse videbatur. Ptolemaeum vero se maxime sequi aperte his verbis dicit: ὥστε λέγει Πτολεμαῖος ὁ Λάγον, ὃ μάλιστα ἐγὼ ἔπομαι.

Sed iam sententiam meam expromam de ratione inter Arrianum et Curtium Rufum intercedente, de qua pri-

1) De rerum Alex. M. scriptorum imprimis Arriani et Plutarchi fontibus. 1870. p. 6.

2) Cf. Petersdorff, *Eine neue Hauptquelle des Q. Curtius Rufus*, p. 57.

mus copiosius disputavit Petersdorffius.¹⁾ Multis enim locis ubi Curtius cum Diodoro prorsus conspirat, discrepat ab Arriano; contra non raro consentit accuratissime cum Arriano, ubi apud Diodorum nihil simile invenitur. Hinc efficitur Curtium (utrum ipse an potius auctor eius fuerit nunc non quaero) praeter fontem, ad quem Diodorus redit, auctore quodam Arriani usum esse, ergo praeter Clitarchum quem volunt aut Ptolemaeo aut Aristobulo. Iam quaeritur uter fuerit; atque si me audis Petersdorffius recte comprobavit multos Curtii locos cum Arriani narratione prorsus conspirantes fluxisse ex Ptolemaeo; monuit enim locis illis in universum res bellicas diligenter enarrari, quarum descriptionem Ptolemaeo deberi nobis persuasimus. Miror autem, quod Fraenkelius, qui multus est in Schoenii coniectura de qua mox agetur refutanda, prorsus neglexit illius viri docti coniecturam refellere. Ipse vero in Laudieni²⁾ sententiam abiit, qui Aristobuli memoriam solam apud Curtium deprehendi censet; nisi quod Laudienus putavit Curtium ipsum Aristobuli opus adhibuisse, cum Fraenkelius statuatur Curtium ex auctore quodam hausisse, qui Clitarchum et Aristobulum iam compilavisset. Recte quidem nonnullos locos Curtianos, qui congruunt cum Arriano, rettulit Laudienus ad Aristobulum; neque vero praepropere inde efficere licet, omnes locos ex eodem fonte fluxisse.³⁾ In idem vitium ceciderunt Glueckius⁴⁾ et Fraenkelius. Qui cum Clitarchum et Aristobulum eisdem auctoribus usos esse statuatur, exspectamus saltem illos quos dixi locos Curtianos conspirare cum Diodoro, qui item Clitarchum adhibuit; sed hoc non fieri, immo Diodorum discrepare a Curtio, ubi cum Arriano conspirat, iam supra monui. Hic maxime Fraenkeli error, quo perductus

1) Diodorus Curtius Arrianus quibus ex fontibus expeditiones ab Alexandro in Asia usque ad Darei mortem factas hauserint. 1870.

2) *Ueber die Quellen zur Gesch. Alexanders d. Gr. in Diod. Curt. Plut.* 1874.

3) Cf. Petersdorff, *Eine neue Hauptquelle*, p. 46.

4) De Tyro ab A. M. oppugnata et capta. Quaestiones de fontibus ad A. M. historiam pertinentibus. 1886. p. 16.

paene omnia quae levem similitudinem produnt ex eodem fonte derivat, perspicitur. Itaque ex hac quoque parte Fraenkelii sententia concidit; propter hanc vero imprimis opinionem falsissime de Aristobulo Curtii fonte conceptam factum est, ut nimis multas Arriani narrationes non Ptolemaeo sed Aristobulo attribuerit.

Sed ad sententiam nostram confirmandam necesse erit tales locos Arriani, quos certis argumentis ex Ptolemaeo petitos esse comprobatur, cum Curtio comparari. L. III c. 5 ex Ptolemaeo fluxisse inde apparet, quod initio dicit Arrianus: *εἰς Μέμφιν δὲ αὐτῷ πρεσβεῖαι τε ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἦγον.* Aristobulus enim, ut ex ultimis capitis antecedentis verbis intellegitur, Alexandrum ab Hammonis oraculo non Memphim, sed Alexandriam redisse tradiderat. Loquitur autem Arrianus capite quinto de viris, quos Aegypto Alexander praefecit. Atque de hac re valde consentit Curtii narratio.

Curt. IV 8, 4sq. Itaque Aegypto praefecit Aeschylum Rhodium et Peucesten Macedonem quattuor milibus militum in praesidium regionis eius datis: claustra Nili fluminis Polemonem tueri iubet: XXX ad hoc triremes datae. Africae deinde, quae Aegypto iuncta est, praepositus Apollonius: vectigalibus eiusdem Africae Aegyptique Cleomenes.

Arr. III 5, 3—5 κατέστησε ... ἐν Πηλουσίῳ δὲ Πολέμωνα τὸν Μεγακλέους, Πελλαῖον ... ἐπισκόπους δὲ αὐτῶν Αἰσχύλον τε καὶ Ἐριππον τὸν Χαλκιδέα. Αἰβύης δὲ τῆς προσχώρου ἄρχειν δίδωσιν Ἀπολλώνιον Χαρίνον, Ἀραβίας δὲ τῆς πρὸς Ἡρώων πόλει Κλεομένην τὸν ἐκ Ναυκρατίας· καὶ τούτῳ παραγγέλλετο ... αὐτὸν δὲ ἐκλέγειν παρ' αὐτῶν τοὺς φόρους· ... στρατηγὸς δὲ τῆ στρατιᾶ κατέστησεν ... Πευκέστιαν τε τὸν Μακαριάτου.

L. III 23 describitur Alexandri in Hyrcaniam expeditio. Ut fons indagetur, apte Aristobuli fragmentum apud Strabonem l. XI p. 509 § 2 servatum cum Arriani § 1 componitur; ab utroque Hyrcaniae natura explicatur.

Arr. § 1 καὶ τῇ μὲν ὄρεσιν | Aristob. φησὶ δ' Ἀριστόβουλος
ἀπειργεταὶ δασέσι καὶ ὑψη- | ὑλώδη οὖσαν τὴν Ἰερικανίαν δρῦν

λοιῖς, τὸ πεδῖον δὲ αὐτῆς ἔχειν, πεύκην δὲ καὶ ἐλάτην καὶ
καθίχει ἔστε ἐπὶ τὴν μεγάλην τὴν ταύτη θάλατταν. | πῖτυν μὴ φρύειν, τὴν δ' Ἰνδικὴν
πληθύειν τοῦτοις.

Quis unquam sibi persuadebit utrumque locum ab eodem auctore profectum esse? Neque poterat Aristobulus alio loco nisi hoc ipso de hac re verba facere. Ergo Ptolemaeum Arrianus adhibuit. Curtius vero nonnullis locis ita cum eo conspirat, ut idem fons apud eum statuendus sit.

Curt. VI 4, 2sq. ad fines Hyrcaniae penetrat, Cratero relicto cum iis copiis, quibus praeerat, et ea manu, quam Amyntas ducebat, additis sexcentis equitibus et totidem sagittariis. Erigyium impedimenta, modico praesidio dato, campestri itinere ducere iubet. Ipse cum phalange et equitatu CL stadia emensus, castra in valle, qua Hyrcaniam ad-eunt, communit. Nemus praealtis densisque arboribus umbrosum est.

Arr. § 2 Κράτερον δὲ τὴν τε αὐ-
τοῦ τάξιν ἔχοντα καὶ τὴν Ἀμύντου
καὶ τῶν τοξοτῶν ἔστιν οὓς καὶ ὀλί-
γους τῶν ἱππέων ἐπὶ Ταπούρων
ἔστειλεν· Ἐρίγγιον δὲ τοὺς τε ξένους
καὶ τὴν λοιπὴν ἵππον ἀναλαβόντα
τὴν λεωφόρον τε καὶ μακροτέραν
ἠγείσθαι ἐκέλευσε, τὰς ἀμάξας καὶ
τὰ σκευοφόρα καὶ τὸν ἄλλον ὄμιλον
ἄγοντα.
§ 3 ἀναλαβὼν τοὺς τε ὑπασπιστὰς
καὶ τῆς Μακεδονικῆς φάλαγγος . . .
§ 4 . . . ἐν τῷ πεδίῳ κατεστρατοπέ-
δευσε.
καὶ τῇ μὲν ὄρεσιν ἀπείργεται δα-
σέσι καὶ ὑψηλοῖς.

Curt. § 23 cum Phratharnes ei occurrit seque et eos, qui post Darei mortem profugerant, dedens. — Hic ei Craterus et Erigyus occurrunt.

§ 4 καὶ ἐνταῦθα ὄντος — Φρα-
ταφέρνης — καὶ ἄλλοι τῶν ἀμφὶ
Δαρεῖον Περσῶν οἱ ἐπιφανέστα-
τοι ἀφικόμενοι παρέδωκαν σφᾶς
αὐτούς. . . . ἀνέλαβε τοὺς ὑπο-
λειφθέντας κατὰ τὴν ὁδόν.

Apparet igitur etiam Curtianam narrationem redire ad Ptolemaeum, quoniam hic procul dubio Arriani fons est statuendus.

Restat, ut de tertio quodam Arriani fonte dicam.

Notum est A. Schoenium commentatione acuminis plena comprobare studuisse Arrianum et Plutarchum communi usos esse fonte, qui diversas diversorum de Alexandri rebus gestis relationes contineret, ut singulis auctorum nomina adporentur; Arrianum igitur Ptolemaei et Aristobuli libros ipsos nequaquam versavisse, sed ex conlectione illa narrationes sub Ptolemaei et Aristobuli nominibus venditas selegisse, Plutarchum autem, quippe qui non *ιστορίαν* sed *βίον* scribere voluerit, ex illa deprompsisse memorias ad finem suum magis idoneas, velut facete dicta iocos res fabulosas alia eius generis. Quam coniecturam non omni ex parte stare posse ostendit A. Schaeferus *annal. philol.* vol. CI p. 433 sqq., qui ut certissimum argumentum proferam rectissime monuit nullam esse causam, cur fidem denegemus Arriano in praefatione ipsi declaranti¹⁾ se ea esse conscripturum, quae Ptolemaeus et Aristobulus memoriae prodidissent; neque debuit Schoenius consuetudinem in Plutarcho observatam Arriano obtrudere. Recte tamen concessit Schaeferus Arrianum ea, quae commemorasse sese *ὡς λεγόμενα μόνον ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου* in praefatione adfirmaret, ex conlectione quadam sumpsisse, quam etiam Plutarchum praecipue in suum usum convertisse propter magnum amborum consensum consentaneum esset. Atque haec coniectura a plurimis viris doctis comprobata est. Attamen non defuerunt, qui etiam hanc sententiam absurdam nec ullo modo probabilem esse professi sint, ex quibus nomino Laudienum — cuius hariolationes recte exposit Kaerstius²⁾ —

1) Hic refutanda esse sententia videtur, quam nuper H. Nissenus protulit in *Mus. Rhen.* vol. XLIII p. 246 (*Ueber die Abfassungszeit von Arrians Anabasis*); contendit enim elucere ex praefatione *Anabasis* Arrianum neminem praeter Ptolemaeum et Aristobulum laudare voluisse, quod consilium quattuor libris primis observasset, cum reliquis etiam alii citarentur. Sed talem legem se secuturum esse Arrianum omnino non profiteri quis concedet, qui eius verba diligenter consideraverit: dicit se Ptolemaeum et Aristobulum esse exscripturum, neque verò se hos solos laudaturum.

2) *Beiträge zur Quellenkritik des Q. Curtius Rufus.* p. 35.

Koehlerum ¹⁾, Fraenkelium, qui vehementius quam reliqui Schoenium impugnavit. Sed valde dubito, num argumenta, quibus demonstrare studuit Plutarchum ipsos scriptores quos laudavit ante oculos habuisse, satis accommodata sint ad persuadendum. Primum enim id Fraenkeli vitio dandum est, quod Schaeferi sententia plerumque prorsus neglecta solam Schoenii coniecturam refellit; facile sane erat ostendere Arrianum ipsos Aristobuli et Ptolemaei libros in manibus habuisse, difficilius Schaeferum refutare. Itaque hac in quaestione Fraenkelius callidius quam prudentius versatus videtur esse.

Deinde nunquam credam Plutarchum tantam tam diversorum rerum Alexandri scriptorum cognitionem sibi comparavisse ad talem vitam conscribendam ²⁾, qua in re semper id tenendum erit nequaquam eum historiam componere voluisse. Atque Fraenkelius ipse quodammodo confessus est (p. 326), mirum videri posse Plutarchum, ut temporis spatium tam artis finibus circumscriptum tractaret, tot auctorum narrationes commiscuisse et conglutinasse. Neque talis ratio congruit cum consuetudine huius scriptoris, quae in aliis vitis conspicua est; solet enim Plutarchus auctores iam in fonte suo laudatos adferre, verum fontem cui debuerit suppressere, nisi si memoriam quandam singularem minusve credibilem auctoris sui testimonio confirmare atque tueri vult aut alius scriptoris sententiam illius auctoritate refellere studet.

Iam restat, ut videamus, utrum ex auctore Plutarchi hausisse Arrianum ea, quae *λεγόμενα μόνον* esse disertim significavit, velimus accipere necne. Atque hac de re ad certum iudicium veniemus, si consensum respexerimus, quem extare saepius inter duorum scriptorum narrationes Schoenius p. 33—49 luculenter exposuit. Praecipue ei loci premendi sunt, quibus de eadem re complures auctores ab utroque laudantur; ibi enim necessario statuendum est utrumque scriptorem ex com-

1) *Eine Quellenkritik zur Geschichte Alexanders des Grossen in Diodorus Curtius und Justin.* 1879.

2) Recte iudicat de hac re A. Vogelius, *Ueber die Quellen Plutarchs in der Vita Alexanders*, p. 1 sq.

muni fonte hausisse, in quo diversa iam testimonia conlecta erant. Sic Arr. II 3, 7 = Plut. 18, 2 comparantur memoriae τῶν πολλῶν et Aristobuli de nodo Gordio ab Alexandro soluto; idem fit Arr. II 4, 7 = Plut. 19, 1 de Alexandro Tarsi aegrotante; Arr. IV 14, 3 = Plut. Alex. 55, 5 deprehendimus Ptolemaei et Aristobuli sententias de Callisthenis philosophi morte, nisi quod apud Plutarchum Charetis quoque memoria addita est. Hi loci tam graves sunt, ut facere nequeam, quin prorsus abeam in Schaeferi opinionem de Schoenii coniectura pronuntiatam. Neque vero sententia mea eo concuti potest, quod nonnullis locis Arrianus memoriam a Plutarchi diversam tradit; immo inde indoles operis illius conlectanei ab utroque usurpati maxime conspicua fit, quod sine dubio haud exiguam diversorum testimoniorum congeriem continebat, ex qua alia Plutarchus alia Arrianus eligebat. Quod num recte statuam, postea apparebit.

Quaeramus vero, quis fuerit et quando vixerit operis conlectanei auctor. De hac quidem re etsi Schoenius certi quidquam pronuntiare non est ausus, tamen quanam via ac ratione hac in quaestione solvenda esset procedendum demonstravit. Circumspexit enim tempora scriptorum et ab Arriano et Plutarcho c. 46 laudatorum, unde effecit utrumque adhibuisse scriptorem, qui circa annum 200 vixerit. Adsensu Schaeferi haec sententia est comprobata, qui suspicatus est Satyrum fuisse operis conlectanei auctorem; quae coniectura nullo argumento nititur, neque crediderim talem operis historici rationem qualem mihi fingo quadrare in Satyrum biographum.

Porro mihi persuadere nequeo scriptorem illum quem Arrianus Plutarchusque exscripserunt vixisse illo tempore. Neque enim recte siquid video egit Schoenius de Aristi Salaminii tempore, qui ab Arriano VII 15, 5 una cum Asclepiade, de quo nihil scimus, laudatur: Ἄριστος δὲ καὶ Ἀσκληπιάδης τῶν τὰ Ἀλεξάνδρου ἀναγραφάντων καὶ Ῥωμαίους λέγουσιν ὅτι ἐπρέσβευσαν· καὶ ἐντυχόντα ταῖς πρεσβείαις Ἀλέξανδρον ὑπὲρ Ῥωμαίων τι τῆς ἰσομένης ἐς τὸ ἔπειτα δυνάμειος μαρτεύσασθαι, τὸν τε κόσμον τῶν ἀνδρῶν ἰδόντα καὶ τὸ φιλό-

πονόν τε καὶ ἔλευθέριον καὶ περὶ τοῦ πολιτεύματος ἅμα δια-
 πυνθανόμενον. Fortasse ideo nominavit illos auctores, quia
 de Romanorum legatione, re videlicet gravissima, egerant. Ea-
 dem quoque de causa disertim dixit neque ullum Romanorum
 scriptorem neque Ptolemaeum neque Aristobulum illius legationis
 mentionem fecisse. Est autem veri simillimum Arrianum
 illorum auctorum testimonia repperisse inter λεγόμενα; vix ipse
 eorum libros adiit. Recte vero monuit Schoenius Aristum illum
 (nimirum Salaminium, nam de alio cogitari nequit) vixisse ante
 Strabonem, qui dicit de eo l. XIV p. 682 καὶ μετὰ ταῦτα ἡ
 Σαλαμίς, ὅθεν ἦν Ἄριστος ὁ συγγραφεύς. Idem l. XV p. 730
 adfirmat Aristum multo natu minorem (πολὺ μὲν ἔστι νεώ-
 τερος τούτων) esse Aristobulo et Onesicrito. Deinde comme-
 moratur Aristus ab Athenaeo l. X p. 436 Ε ἔπινε δὲ πλεῖστον
 καὶ Ἀλέκτας ὁ Μακεδών, ὡς φησιν Ἄριστος ὁ Σαλαμίνιος,
 καὶ Διότιμος ὁ Ἀθηναῖος. Οὗτος δὲ καὶ χώνη ἐπεκαλεῖτο
 . . . ὡς φησι Πολέμων. Iam cum quae antecederent apud
 Athenaeum de Arcadione et Erasixeno strenuis potatoribus
 item ex Polemone petita esse vidisset, coniecit C. Muellerus ¹⁾
 etiam Aristi testimonium fluxisse ex Polemone, quem circa
 annum 200 Aristophanis Byzantii aequalem floruisse constat.
 Cui sententiae adstipulatus est Schoenius l. l. p. 58. Facile
 vero perspicitur argumentationem eius non esse rectam. Pri-
 mum dicit non cadere in Aristum Polemone paullo antiquio-
 rem ea, quae Arrianus praeterea ex illius et Asclepiadae
 operibus deprompsisset de rationibus, quibus ductus Alexander
 Romanorum legatos comiter excepisset. Hoc quidem bene dis-
 putavit; nam quae Arrianus de ea re profert, non potuerunt
 scribi, nisi eo tempore, cum Romani rebus Graecis et Asia-
 ticis iam dudum sese immiscuerant, ergo non ante annum 200.
 Sed nunquam licebit cum Schoenio, qui falso Muellerei de
 Aristi tempore coniectura nimis lubrica nititur, omnia quae
 ab Arriano exponuntur de legatione illa ad solum Asclepiadem
 referre, praesertim cum de hoc scriptore nihil certi sciamus. ²⁾

1) Fragm. Scriptt. rerum Alex. M. p. 154.

2) Cf. Lehrs, Herodiani scripta tria. p. 433.

Nam Aristum quoque sive eadem sive simillima protulisse satis dilucide evadit ex Arriani verbis. Itaque concludemus utrumque Aristum et Asclepiadem non paullo post annum 200 scripsisse.

Videmus igitur quae Schoenius et Schaeferus de tempore atque auctore communis illius fontis protulerunt stare non posse. Tertiam de libri coniectanei scriptore coniecturam protulit I. Kaerstius l. l. p. 34 sqq., qui cum Gutschmidio consentiens statuit Strabonem communem Arriani et Plutarchi fontem fuisse. Equidem profiteor me hanc sententiam verissimam esse arbitrari; nego vero Kaerstium coniecturam suam ita comprobasse, ut omnes dubitationes iam exemptae sint. Itaque necesse erit nova argumenta adferantur, quod fieri posse credo. Sed priusquam accuratius ea profero, pauca praemonenda esse videntur de illius viri opere, quod conscripsit de Alexandri rebus gestis.

Strabonem historiam Alexandri rerum gestarum composuisse elucet ex ipsius verbis l. II p. 70 C. *ἄπαντες μὲν τοίνυν οἱ περὶ τῆς Ἰνδικῆς γράψαντες ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ψευδολόγοι γεγόνασι . . . καὶ ἡμῖν δ' ὑπῆρξεν ἐπὶ πλέον κατιδεῖν ταῦτα ὑπομνηματιζομένοις τὰς Ἀλεξάνδρου πράξεις.* Iam omnibus fere viris doctis historia illa locum suum habuisse visa est in uno vel duobus quattuor illorum librorum, qui continebant praefationem *ὑπομνημάτων ἱστορικῶν*, quibus τὰ μετὰ Πολύβιον tractavit. Itaque si revera ab Alexandri regno initium fecit, Strabonem quattuor illis libris tempora inde ab anno 336 usque ad 146 descripsisse existimari oportet. Quae sententia num recta esset, primus dubitavit Muellerus ¹⁾ idque optimo iure. Saepissime enim, quod ex libris geographicis cognoscitur, singulas res gestas Alexandri amplissime exsecutus est, quod nequaquam consentaneum est in praefatione. Itaque melius de peculiari opere cogitabitur, quod inscriptum erat *ὑπομνήματα*, ut adparet ex verbis modo laudatis: *ὑπομνηματιζομένοις τὰς Ἀ. πράξεις.* Cuius operis fragmenta etsi apud nullum inveniuntur scriptorem, tamen haud pauca ex geographicis libris

1) Hist. Graec. Fragm. vol. III p. 490.

expiscari possumus. Fere enim omnia ad Alexandri historiam spectantia, quae Strabo his libris inseruit, ex opere suo petisse arbitrandus est. Quam rationem utique veram esse imprimis monuit Millerus *Die Alexandergeschichte nach Strabo* p. 1 sqq.; quo libello ea collegit, quae ei ex opere historico translata esse videbantur.

Iam quaeritur, quanam ratione usus Strabo hypomnemata composuerit. Nihil impedit, quominus huius quaestionis solvendae causa rationem in geographico opere adhibitam comparemus. Elucet autem ex hoc opere lectio paene admirabilis, modo hic modo ille scriptor laudatur; paene ingens excerptorum multitudo in unam conlecta est congeriem. Saepissime videmus eum de una eademque re diversorum auctorum testimonia religiose composuisse. Eandem congerendae materiae diligentiam in historicis quoque operibus enituisse non solum per se veri est simillimum, sed etiam vel ex paucis hypomnematorum historicorum fragmentis intellegere licet; conferas velim haec fragmenta: 9 Muell. (Ioseph. Ant. Iud. XIII 11, 3) *ὡς μαρτυρεῖ τοῦτο καὶ Στράβων ἐκ τοῦ Τιμαγένους ὀνόματος λέγων οὕτως*; 13 (ibid. XIV 8, 3) *μαρτυρεῖ δέ μου τῷ λόγῳ Στράβων ὁ Καππάδοξ λέγων ἐξ Ἀσινίου ὀνόματος οὕτως*. — *καὶ ἐν ἑτέρῳ πάλιν ἐξ Ὑψικράτους ὀνόματος λέγει οὕτως*. Quae sufficiunt ad Strabonis hypomnematorum indolem et consilium recte cognoscendum.

Apertum igitur est Strabonis hypomnematorum de Alexandri rebus gestis naturam similem fuisse libri conlectanei, quem dicere consuevimus. Neque vero magna cum probabilitate contendat quisquam a duobus deinceps viris doctis eundem laborem esse susceptum, ut quae extarent memoriae de regis illius vita et expeditionibus simpliciter in unam congeriem conligerent.

Transeo nunc ad eos locos tractandos, quibus potissimum comprobatur, Strabonem ab Arriano et Plutarcho adhibitum esse. Atque primum de Aristo, de quo paullo ante egi, nonnulla addenda sunt. Huius enim ipsius auctoris mentionem aptissime ad Strabonem referemus. Nemo enim scriptorum,

qui ante Chr. n. vixerunt, eum novit praeter Strabonem, qui bis Aristi mentionem inicit; uno loco (p. 682) Salamine eum oriundum fuisse adnotat, altero autem (p. 730) laudat eum una cum Aristobulo et Onesicrito de Cyri sepulcro, ergo de re maxime cum Alexandri historia coniuncta. Recte autem statuemus XV 3, 7 et 8 Strabonem ex suo ipsius opere historico transtulisse in geographica. Nullus igitur dubito, quin Arrianus Straboni Aristi mentionem debeat.

Accedunt alia neque pauca neque levia argumenta, quorum unum praeter cetera est memorabile.

Lib. VII 22, 2sq. primum narratur Alexandrum Babylonem sine timore redisse, quoniam vidisset nullam Chaldaeorum vaticinio esse vim; tum transit Arrianus ad fabulam illam de Alexandri diademate, quod regi in paludibus Babyloniiis naviganti ingenti vento abreptum arundini adhaesit, sed a nauta quodam servatum est. Iam componi videmus Aristobuli memoriam cum aliorum testimoniis. Plerosque enim referre exponit Arrianus (*καὶ οἱ μὲν πολλοὶ τῶν ἀναγραψάντων τὰ Ἀλεξάνδρου*) nautam illum talento ab Alexandro donatum, tum vero vatibus postulantibus capite plecti iussum esse; contra Aristobulum memorare talentum quidem eum accepisse, sed plagis adfectum esse quippe inter natandum diadema capiti imponere ausum. Eundem auctorem referre nautam illum fuisse Phoenicem, a nonnullis autem Seleucum diadema servasse affirmari: *εἰσὶ δὲ οἱ Σέλευκον λέγουσι· καὶ τοῦτο τῷ τε Ἀλεξάνδρῳ σημεῖον τὴν τελευτὴν καὶ τῷ Σελεύκῳ τὴν βασιλείαν τὴν μεγάλην*. Unde §§ 2—3 fluxerint, disertis quidem verbis non dicitur; sed haec quoque verba ex Aristobulo manasse ut intellegatur opus est Arrianum contendere cum Strabone XVI 1, 11 p. 741, qui sua sumpsit ex illo auctore:

<p>Strab. ταῦτα δὲ πραγματεύεσθαι περὶ τὰς διώρυγας τὸν Ἀλέξανδρον, καὶ τοὺς τάφους σκευωρεῖσθαι τοὺς τῶν βασιλέων καὶ δυναστῶν· τοὺς γὰρ πλείστους ἐν ταῖς λίμναις εἶναι.</p>	<p>Arr. τῶν βασιλέων τῶν Ἀσσυρίων τοὺς τάφους ἐν ταῖς λίμναις τε εἶναι τοὺς πολλοὺς καὶ ἐν τοῖς ἔλεσι δεδομημένους.</p>
--	---

Eadem fabula redit apud Appianum Syr. c. 56, ubi eadem fit variorum illorum testimoniorum oppositio, quamquam Aristobulus ipse non laudatur. Itaque cum duo scriptores tam vehementer consentiant, communem quendam fontem ab utroque usurpatum esse recte arbitrabimur. Quaerendum igitur est, ex quonam auctore hauserit Appianus.

Agitur de historiae Syriacae c. 52—68. Ineunti c. 52 haec ait Appianus: τῆς δὲ βίβλου τῆσδε οὔσης Συριακῆς — οὐκ ἀπεικὸς δὲ τὰ Μακεδόνων ἐπιδραμεῖν, οἱ πρὸ Ῥωμαίων Συρίας ἐβασίλευον. Tum praebet ille brevem historiae Syriacae conspectum inde ab Alexandro usque ad annum 64, quo Pompeius Syriam reddidit provinciam Romanam: unius Seleuci historia amplius tractatur. Inde consentaneum fit Appiani fontem usque ad annum illum pertinuisse. Neque enim Seleuci historia a reliqua narratione separanda est, quod Fraenkeli placuit, qui fluxisse illam ex Hieronymi opere censet (cf. p. 85). Primum enim nequaquam ostendi potest Appianum novisse et adhibuisse Cardianum; uno quidem loco eum laudat, Mithr. c. 8 Ἰερώνυμος δὲ οὐδ' ἐπιψαῦσαι (scil. Alexandrum) τῶν ἐθνῶν ὅλως, ἀλλ' ἀνὰ τὴν παράλιον τῆς Παμφυλίας καὶ Κιλικίας ἐτέραν ὁδὸν ἐπὶ τὸν Δαρεῖον τραπέσθαι; sed sine dubio hic illius nomen debet ei, quem in bellis Mithridaticis enarrandis adhibuit. Sed etiam firmioribus demonstrabimus argumentis Seleuci historiam non fluxisse ex Hieronymo. Dicit enim Appianus c. 64 extr. de Lysimachi et Seleuci aetate τοῦ μὲν ἐς ἑβδομήκοντα ἔτη, τοῦ δὲ ἐς πλεονα τούτων ἔτι ἄλλα τρία; in quibus numerum ἑβδομήκοντα corruptum non esse ex eis apparet, quae c. 63 leguntur καὶ Σέλενος μὲν οὕτω τελευτᾷ τρία καὶ ἑβδομήκοντα ἔτη βιώσας. Neque vero cum illo numero consentit ipse Cardianus; dicit enim Lucian. Macrob. 11¹⁾: καὶ Ἀνσίμαχος δὲ Μακεδόνων βασιλεὺς ἐν τῇ πρὸς Σέλενον ἀπώλετο μέγῃ ἔτος ὀγδοηχοστὸν²⁾ τελεῶν, ὡς ὁ αὐτός φησιν Ἰερώνυμος. Ne hic quidem numerus corruptus

1) Fragm. 4 apud Muell. FHG II p. 453.

2) Hunc numerum altero esse credibiliorem monuit Droysenus *Gesch. d. Hellenism.* II 2 p. 327 adn. 1.

est, quoniam id agit Lucianus, ut viros enumeret, qui aetate longissima fuerunt.

Ex alio quoque loco manifestum fit Hieronymum non esse inspectum ab Appiano. C. 58 inquit. perhibentur haec: *φασὶ δὲ αὐτῷ τὰς Σελευκείας οἰκίζοντι, τὴν μὲν ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ, διοσημίαν ἠγγήσασθαι κεραυνοῦ, καὶ διὰ τοῦτο θεὸν αὐτοῖς Κεραυνὸν ἔθετο, καὶ θρησκεύουσι καὶ ὑμνοῦσι καὶ νῦν Κεραυνόν.* Sine dubio ultima quoque verba sumpsit Appianus ex fonte suo; primum enim quis est qui contendat tale quid eum compertum habuisse? Deinde vix etiam Appiani aetate *Κεραυνόν* illum colebant. Neque vero Hieronymus illud *καὶ νῦν* dicere potuit. Seleucia enim a. 300 condita est, Hieronymus autem iam circa a. 262 obiit. Ut statuamus Cardianum illa verba triginta annis post urbem conditam scripsisse: tam exiguum hoc temporis spatium esse adparet, ut sic fari vix potuerit. Atque Seleucus ipse a. demum 281 mortuus est. Vixit igitur Appiani auctor non paullo post Hieronymum; ergo non licebit Seleuci historiam a reliquorum regum enumeratione discernere, immo uni debentur omnia auctori, qui post annum 64 scripsit.

Hunc fontem fuisse Strabonem mihi persuasum est; nonnullis enim locis Appianus mirum quantum consentit cum eis quae Strabo profert in libris geographicis. Primum conferas velim hos duos locos, quibus simillima narrantur de Sandroctto Indorum rege:

<p>App. c. 55 <i>καὶ τὸν Ἰνδὸν περάσας ἐπολέμησεν Ἀνδροκόττῳ βασιλεῖ τῶν περὶ αὐτὸν Ἰνδῶν, μεχρὶ φιλίαν αὐτῷ καὶ κῆδος συνέθετο.</i></p>	<p>Strab. XV p. 724 § 9 <i>ἔδωκε δὲ Σέλευκος ὁ Νικάτωρ Σανδροκόττῳ, συνθέμενος ἐπιγάμιαν καὶ ἀντιλαβὼν ἐλέφαντας πεντακοσίους.</i></p>
--	--

Deinde uterque consentit de urbibus a Seleuco conditis:

<p>App. 57 <i>πόλεις δὲ ᾤκισεν ἐπὶ τὸ μῆκος τῆς ἀρχῆς ὅλης ἑκαταδεκα μὲν Ἀντιοχείας ἐπὶ τῷ πατρὶ, πέντε δὲ ἐπὶ τῇ μητρὶ Λαοδικείας, ἑννέα δ'</i></p>	<p>Strab. XVI p. 749—50 <i>ἡ δὲ Σελευκίς ἀρίστη μὲν ἐστὶ τῶν λεχθεισῶν μερίδων, καλεῖται δὲ τετράπολις καὶ ἔστι κατὰ τὰς ἔξεχούσας ἐν αὐτῇ πόλεις, ἕπει</i></p>
--	---

ἐπωνύμους ἑαυτοῦ, τέσσαρας δ' ἐπὶ ταῖς γυναιξί, τρεῖς Ἀπαμείας καὶ Στρατονίκειαν μίαν. καὶ εἰσὶν αὐτῶν ἐπιφανέσταται καὶ νῦν Σελεύκεια μὲν ἢ τε ἐπὶ τῇ Θαλάσση καὶ ἢ ἐπὶ τοῦ Τίγρητος ποταμοῦ, Λαοδίκεια δὲ ἢ ἐν τῇ Φοινίκῃ καὶ Ἀντιόχεια ἢ ὑπὸ τῷ Αἰβάνῳ ὄρει καὶ ἢ τῆς Συρίας Ἀπάμεια.

πλείους γέ εἰσι, μέγιστα δὲ τέσσαρες, Ἀντιόχεια ἢ ἐπὶ Λάφρη καὶ Σελεύκεια ἢ ἐν Πιερίᾳ καὶ Ἀπάμεια δὲ καὶ Λαοδίκεια-Σελεύκου τοῦ Νικάτορος κτίσματα· ἢ μὲν οὖν μεγίστη τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἐπώνυμος, ἢ δ' ἐρυμνοτάτη αὐτοῦ, αἱ δ' ἄλλαι ἢ μὲν Ἀπάμεια τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Ἀπάμας, ἢ δὲ Λαοδίκεια τῆς μητρός.

Appianus etiam quintam urbem Ἀντιόχειαν τὴν ἐπὶ τοῦ Τίγρητος ποταμοῦ addit; sed nemo hanc gravem esse discrepantiam adfirmabit, quoniam Strabo loquitur de Seleucidis quattuor urbibus. Praeterea non multo post § 5 dicit de Antiochia οὐ πολὺ τε λείπεται καὶ δυνάμει καὶ μεγέθει Σελευκείας τῆς ἐπὶ τῷ Τίγρει. Sed ne id quidem quod apud Strabonem legitur Σελεύκεια ἢ ἐν Πιερίᾳ, apud Appianum autem Σελεύκεια ἢ ἐπὶ τῇ Θαλάσση premendum est; conferas § 8: πρὸς Θαλάττη δὲ τούτων ἐστὶν ἡ Σελεύκεια καὶ ἡ Πιερία, ὄρος συνεχὲς τῷ Ἀμανῷ.

Optime deinde quadrant ad Strabonem geographum, quae c. 63 disseruntur de variis urbibus, quae Argos appellabantur. Accedit quod omnes, quas adfert Appianus, Strabo commemorat: Argos Amphilochicum X p. 450. 462, Oresticum VII p. 326, Ionicum V p. 215, VI p. 283. Neque parvi est momenti, quod Argonautarum apud Appianum mentio fit, quoniam saepissime Strabo in geographia illorum expeditionem tangit.

Neque vero obicias Strabonem de Seleuco loqui non potuisse, quia opus eius demum ab a. 146 initium cepisset. Iam supra p. 14 monuimus quattuor libris primis hypomnematorum historicorum breviter eum tractasse tempora praecedentia. Initium igitur totum opus cepit fortasse ab Alexandri Magni morte.

Iam vero summo iure contendemus fabulas illas de Alexandri diademate Strabonem ipsum conlegisse et ex hypo-

mnematis quibus Alexandri res gestas tractavit sumpsisse in hypomnemata historica¹⁾, quae post illa conscripsisse videtur. Neque enim cogitare licet Strabonem talem variorum testimoniorum congeriem, praesertim in re quae illo loco minoris momenti esset, operi suo inserturum fuisse, nisi ipse eam composuisset. Simul autem Arrianum, quippe qui ad eundem fontem redeat atque Appianus, hausisse sua ex opere Straboniano adparet.

Transeo ad alterum quoddam indicium satis manifestum. L. VI 24, 1—3 exponit Arrianus, quibus causis commotus Alexander per Gedrosiam redierit in Persidem. Hausisse eum hic ex Strabone facile est demonstratu. Necesse vero est utriusque locos exscribere:

ARR. c. 24, 1 καὶ λέγουσιν οἱ πολλοὶ τῶν ξυγγραψάντων τὰ ἀμφ' Ἀλέξανδρον οὐ μὴν ἀγνοήσαντα Ἀλέξανδρον τῆς ὁδοῦ τὴν χαλεπότητα ταύτη ἐλθεῖν, τοῦτο μὲν μόνος Νέαρχος λέγει ᾧδε, ἀλλὰ ἀκούσαντα γὰρ ὅτι οὐπω τις πρόσθεν διελθὼν ταύτη ξὺν στρατιᾷ ἀπεσώθη ὅτι μὴ Σεμίραμις ὅτε ἐξ Ἰνδῶν ἔφυγε. καὶ ταύτην δὲ ἔλεγον οἱ ἐπιχώριοι ξὺν εἴκοσι μόνοις τῆς στρατιᾶς ἀποσωθῆναι. Κῦρον δὲ τὸν Καμβύσον ξὺν ἑπτὰ μόνοις καὶ τοῦτον. ἐλθεῖν γὰρ δὴ καὶ Κῦρον ἐς τοὺς χώρους τούτους ὡς ἐβαλοῦντα ἐς τὴν Ἰνδῶν γῆν, φθάσαι δὲ ὑπὸ τῆς ἐρημίας τε καὶ ἀπορίας τῆς

Strab. XV p. 686 § 5 φησὶ γοῦν Νέαρχος φιλονεικῆσαι αὐτὸν διὰ τῆς Γεδρωσίας ἀγαγεῖν τὴν στρατιάν, πεπυσμένον διότι καὶ Σεμίραμις ἐστράτευσεν ἐπὶ Ἰνδοῦς καὶ Κῦρος· ἀλλ' ἡ μὲν ἀνέστρεψε φεύγουσα μετὰ εἴκοσιν ἀνθρώπων, ἐκείνος δὲ μεθ' ἑπτὰ· ὡς σεμνὸν τὸ ἐκείνων τοσαῦτα παθόντων αὐτὸν καὶ στρατοπέδον διασωῖν μετὰ νίκης διὰ τῶν αὐτῶν ἐθνῶν τε καὶ τόπων.

p. 722 § 5 φασὶ δὲ φιλονεικῆσαι τὸν Ἀλέξανδρον καὶ περ εἰδότα τὰς ἀπορίας πρὸς τὴν κατέχουσαν δόξαν, ὡς Σεμίραμις μὲν ἐξ Ἰνδῶν φεύγουσα σωθεῖν μετὰ ἀνδρῶν ὡς εἴκοσι, Κῦρος δὲ ἑπτὰ, εἰ δύ-

1) Sic statuendum esse docuit me cum in eo esset, ut falso de hoc loco iudicarem, C. Wachsmuthius praeceptor excellentissimus.

ὁδοῦ ταύτης ἀπολέσαντα τὴν
πολλὴν τῆς στρατιᾶς. καὶ ταῦ-
τα Ἀλεξάνδρῳ ἐξαγγελλόμενα
ἔβριμ ἐμβαλεῖν πρὸς Κύρον καὶ
Σεμίραμιν. τοῦτων τε οὖν ἕνεκα
καὶ ἅμα ὡς τῷ ναυτικῷ ἐγγύ-
θεν ἐκπορίζεσθαι τὰ ἀναγκαῖα,
λέγει Νέαρχος ταύτην τραπῆναι
Ἀλέξανδρον.

ῥαίτο αὐτὸ τοσοῦτο στρατεύμα
διασωῖσαι διὰ τῆς αὐτῆς χώρας,
ναυτικῶν καὶ ταῦτα.

Ex Arriani verbis elucet plerosque Alexandri rerum scrip-
tores adfirmasse regem non ignorasse quidem itineris illius
difficultatem, sed illac proficisci voluisse ea de causa, quia
Cyrum et Semiramim eandem expeditionem suscepisse audi-
visset. Hoc quidem etiam Nearchum tradidisse (*τούτων ἕνε-
κα-λέγει Νέαρχος ταύτην τραπῆναι Ἀλέξανδρον*) sed illud
negasse; immo non novisse Alexandrum tantam itineris dif-
ficultatem (*οὐ μὴν ἀγνοίσαντα Ἀλέξανδρον τῆς ὁδοῦ τὴν χαλε-
πότητα ταύτη ἐλθεῖν, τοῦτο μὲν μόνος Νέαρχος λέγει ὧδε,
ἀλλὰ κτλ.*). Voluit nimirum Nearchus regem a nimiae auda-
ciae opprobrio defendere. Strabonem autem et plerorumque
scriptorum et Nearchi memorias compertas habere videmus
ex locis, quos exscripsi; praecipue alter locus (p. 722) maximi
est momenti. Quibus verbis antecedunt apud Strabonem Ne-
archi ipsius verba. Nonnulli vero, ut Coraes et Grosskur-
dius, mutaverunt illud *φασὶ* in *φησί*, quia quae hic de Cyro
et Semiramide narrarentur prorsus congruerent cum illo Ne-
archi fragmento p. 686. Haec quidem mera est hariolatio;
obstant Arriani verba, ex quibus Nearchum non dixisse verba
καίπερ εἰδότα τὰς ἀπορίας adparet. Immo haec sunt verba
τῶν πολλῶν. Itaque illud *φασὶ* Strabonem consulto dixisse
credemus. Luculenter vero ex consensu quo viri docti illi
abusi sunt efficitur ut opinor Strabonem variorum scripto-
rum composuisse memorias ita, ut Arrianus eas perhibet; uno
nimirum loco ex opere suo exscripsit sententiam Nearchi, altero
τῶν πολλῶν. Aliter consensum illum vix explicaveris. Simul
autem nunc manifestum fit Arrianum hausisse ex Strabone.

Accedit aliud, quod dignissimum est memoratu. C. 24, 4 ita pergit Arrianus, ut ea quae secuntur ex Nearcho fluxisse adfirmandum sit; atque recte monuit Vogelius ¹⁾ c. 24, 4—6; 25; 26, 4—5, quibus Arrianus alteram itineris per Gedrosiam facti descriptionem priori ex Aristobulo sumptae (c. 21—23) adserit, deprompta esse ex Nearcho, quia Arrianus prorsus consentit cum Strabone p. 721 sqq., quem sua scriptori illi debuisse dilucidum est. At in hac ipsa descriptione invenimus verba illa *φασὶ δὲ κτλ.* Itaque dubitari iam nequit, quin Arrianus omnia haec sumpserit ex Strabone. Neque enim quamquam in historia Indica conscribenda Nearchum in manibus habuit, hic Arrianum eum ipsum evolvisse credam, quia media in Nearchi narratione deprehenditur luculentum operis conlectanei vestigium c. 26, 1—3 *ἐνθα δὴ ἔργον καλὸν εἴπερ τι ἄλλο τῶν Ἀλεξάνδρου οὐκ ἔδοξε μοι ἀφανίσαι, ἢ ἐν τῇδε τῇ χώρᾳ πραχθὲν ἢ ἔτι ἔμπροσθεν ἐν Παραπαμισάδαις, ὡς μετεξέτεροι ἀνέγραψαν.* Quae non sumpta esse ex Nearcho quivis concedet. Sed artissime cohaeret haec fabula cum eis quae antecedunt. Praeterea si Strabonem inspicimus, invenimus fabulam quandam, quae et ipsa ex vulgari memoria desumpta est, p. 723 § 7 *ἐν δὲ τοῖς Ὠρίταις τὰ τοξεύματα χρίσθαι θανασίμοις φαρμάκοις ἔφασαν;* tum adnectitur narratio illa de Ptolemaeo vulnerato et mirum in modum sanato, quae item deprehenditur Diod. XVII 103 Curt. IX 8, 22 Iustin. XII 10, 3. Ex Nearcho eam non esse petitam inde quoque elucet, quod ipse Strabo de fabulae illius fide iudicium sobrium plenumque dubitationis subiungit: *εἰκὸς δὲ τινα μὴ γνῶσαι τῶν εἰδότην, τὸ δὲ μὴ θῶδες προσετέθη κολακείας χάριν.* Videmus igitur Strabonem hanc libri quinti decimi partem sumpsisse ex opere historico.

Denique ostendi potest etiam in Plutarchi fonte Nearchi narrationem adhibitam esse. Cuius descriptio quamquam brevissima est, tamen certum illius auctoris vestigium in ea cognoscitur:

1) De fontibus, quibus Strabo in libro XV conscribendo usus sit. p. 34.

Plut. 66. καὶ πλείστον δὲ λι-
μὸς διέφθειρεν, ἄσπορον χώραν
ἐπιόντας ἀνθρώπων κατοβίων,
ὀλίγα καὶ ἀγεννή πρόβατα κε-
κτημένων, ἃ τοὺς θαλαττίους
ἰχθύς εἰθισμένα προσφέρεσθαι
σάρκα μοχθηρὰν εἶχε καὶ δυσ-
ώδη.

Strab. p. 720 § 2 τοῖς δ'
ἰχθύσι χρῶνται καὶ αὐτοὶ καὶ
θρέμματα καὶ τοῖς ὄμβροιοῖς
ὑδάσι καὶ ὄρνυτοῖς· καὶ τὰ
κρέα δὲ τῶν θρεμμάτων ἰχθύων
προσβάλλει. Cf. etiam Arr.
hist. Ind. c. 19, 13 et Vogel.
l. l. p. 32 sq.

Itaque hac quoque ex parte comprobatur Strabonem esse operis conlectanei auctorem.

In recensendis reliquis locis, quibus idem evincemus, sequemur ordinem libri Arrianei.

L. III 2, 1—2 refert Arrianus vaticinium quoddam Aristandri vatis Telmissensis, cuius narrationis originem produnt verba initio posita: λέγεται δὲ τις καὶ τοῖόςδε λόγος, οὐκ ἄπιστος ἔμοιγε. Narratur Alexandrum, cum condendae Alexandriae operam dedisset, circuitum urbis farina designasse, quia nihil praesto fuisset, quo aptius terra potuisset inscribi. Quod omen esse secundum Aristandrum edixisse. Fraenkelius p. 270 ex Aristobulo haustam esse hanc fabulam contendit, quem non fuisse fontem elucet his ex verbis: Ἀρίστανδρον τὸν Τελμισσέα, ὃς δὴ πολλὰ καὶ ἄλλα ἀληθεῦσαι ἐλέγετο. Nam quomodo Arrianus sic loqui poterat, si Aristobulus iam antea Aristandrum saepius commemoraverat? Eandem fabulam narrat Plutarchus, qui c. 26 et 27 agit de Alexandro in Aegypto versante. Facile vero est demonstratu Plutarchum hausisse ex Strabone.

Initio c. 26 commemorat Plutarchus Πριάδην τὴν ἐκ τοῦ νάρθηκος λεγομένην, cuius paene eisdem verbis mentionem facit Strabo XIII p. 594.

Plut. κιβωτίου δὲ τινος αὐτῷ προσ-
ενεχθέντος, οὗ πολυτελέστερον
οὐδὲν ἐφάνη τοῖς τὰ Δαρείου χρή-
ματα καὶ τὰς ἀποσκευὰς παραλαμ-
βάνουσιν . . . αὐτὸς ἔφη τὴν Ἰλιάδα
φρουρήσειν ἐνταῦθα καταθέμενος.

Strab. ἔπειτα καταθέν-
τος εἰς νάρθηκα ὃν εὔρεν
ἐν τῇ Περσικῇ γάλῃ πο-
λυτελῶς κατεσκευασμέ-
νον.

Tum capite extremo exponit Plutarchus viam ad Hammone-
nem ferentem valde periculosam esse ea de causa, quia sae-
pissime magna austri vi proficiscentes harena obruerentur;
exemplum adfert Cambysis regis, cuius exercitus ita interisset.
De qua re mirum quantum consentit cum Strabone XVII
p. 820, qui sua hausit ex Herodoti l. III c. 26:

<p>Plut. τὸν δέ, εἰ λάβρος ἐν ἄμμῳ βαθεῖα καὶ ἀχανεῖ πορευομένοις ἐπι- πέσοι νότος, ὡς πον καὶ πά- λαι λέγεται περὶ τὸν Καμβύσου στρατὸν ἀναστήσας θῖνα μεγάλην καὶ κυματώσας τὸ πεδίον μυριάδας ἀνθρώπων πέντε καταχῶσαι καὶ διαφθεῖραι.</p>	<p>Strab. ἐκ δὲ Ψέλιος ἦκεν εἰς Προῆμιν ἐρυμ- νὴν πόλιν διελθὼν τοὺς θῖνας, ἐν οἷς ὁ Καμ- βύσου κατεχώσθη στρατὸς ἐμπεσόντος ἀνέμου.</p>
---	--

De Alexandri itinere ad Hammonis templum facto laudat
Plutarchus c. 27 Callisthenem; hunc ipsum Strabonem adhi-
buisse et exscripsisse de eadem re videmus ex l. XVII p. 813
—814, ubi multa ex eo proferuntur de expeditione illa ora-
culisque acceptis ab Hammone.

Uterque consentit de forma urbis conditae: c. 26 εἰς σχῆμα
χλαμύδος = Strab. p. 793 ἔστι δὲ χλαμυδοειδὲς τὸ σχῆμα τοῦ
ἑδάφους τῆς πόλεως.

Denique Straboni id maxime convenit, quod Plutarchus
Homeri quosdam versus de Pharo insula adfert; quam studioso
Strabo Homerum in libris geographicis laudaverit quis nescit?

Itaque dubium manere nequit, quin haec capita fluxerint
ex Strabone. Accedit vero, quod ipsam fabulam, de qua nunc
agimus, apud Strabonem invenimus, XVII p. 792, ubi loqui-
tur de Alexandria condita. Dixerit quidem quispiam ex Stra-
bone Plutarchum hic ideo haurire non potuisse, quia novam
fabulam de avibus farina vescentibus addat. Quid tamen
impedit, quominus Strabonem non omnia ex hypomnematis
in libros geographicos transtulisse arbitremur? Nonne etiam
Arrianus fabulam de avibus prolatam omisit? Hic quidem
Aristandrum commemorat, cum Strabo et Plutarchus in uni-
versum de vatibus loquantur; sed Arrianum quoque de com-

pluribus vatibus dicere videmus: *τοῦτο δὲ ἐπιλεξαμένους τοὺς μάρτυρας καὶ μάλιστα δὴ Ἀρίστανδρον τὸν Τελμισσέα*. Atque de ceteris Strabo et Arrianus tantopere consentiunt, ut iure hunc ex illo sua petisse statuere possimus. Id autem semper in his quaestionibus respiciendum est saepius Plutarchum fontem suum abbreviasse, haud paucas memorias prorsus praeterisse, denique complures in unam contraxisse, quoniam omnia commemorare neque volebat neque poterat; quam rationem etiam saepius illustrabimus exemplis sat luculentis. Ita intellegitur, quomodo factum sit, ut Arrianus et Plutarchus, quamquam in summa re consensus perspicitur, tamen singulis rebus nonnunquam inter se discrepent.

Quae cum ita sint, communem hic Arriani Plutarchique fontem fuisse Strabonis hypomnemata nos contendimus.

Lib. VI 11 profert Arrianus multas de Alexandro apud Mallos vulnerato memorias atque § 1 et 2 disserit de sagitta ex vulnere extracta. Tum § 3 sqq. exponit Alexandrum non in Oxydracis, quod falso multi tradidissent, sed in Mallis vulnus accepisse neque Ptolemaeum regem ex vitae periculo imminente servasse. Addit § 4—6 similem locorum commutationem a rerum scriptoribus commissam; errore enim deductos plerosque referre (*ὁ πᾶς λόγος κατέχει*) ultimum cum Dareo proelium pugnatum esse apud Arbelam, non apud Gaugamelam. Invenimus hanc eandem quaestionem de proelii illius loco in Plutarchi vit. c. 31; ambo vero scriptores prorsus de hac re congruunt cum Strabone XVI p. 737 § 3.

Arr. § 4 ἐπεὶ καὶ τὴν τελευταίαν μάχην τὴν πρὸς Δαρεῖον γενομένην, καθ' ἣντινα ἔφυγε Δαρεῖος . . . πρὸς Ἀρβήλοις γενέσθαι ὁ πᾶς λόγος κατέχει . . . Ἀρβηλα δὲ τοῦ χώρου ἐν ᾧ τὴν ἐσχάτην μάχην Δαρεῖός τε καὶ Ἀλέξανδρος ἐμαχέσαντο οἱ μὲν

Plut. τὴν δε μεγάλην μάχην πρὸς Δαρεῖον οὐκ ἐν Ἀρβήλοις, ὡς περ οἱ πολλοὶ γράφουσιν, ἀλλὰ ἐν Γαυγαμήλοις γενέσθαι συνέπεσε. Σημαίνειν δέ φασιν οἶκον καμήλου τὴν διάλεκτον, ἐπὶ τῶν παλαιῶν βασιλέων ἐκφυγῶν πολεμίων ἐπὶ καμήλου δρο-

Strab. Γαυγάμηλα κόμη, ἐν ἣ συνέβη νικηθῆναι καὶ ἀποβαλεῖν τὴν ἀρχὴν Δαρεῖον. ἔστι μὲν οὖν τόπος ἐπίσημος οὗτος καὶ τοῦνομα μεθερμηνευθῆν γὰρ ἔστι καμήλου οἶκος· ὠνόμασε δ' οὕτω Δαρεῖος ὁ Ὑστάσπεω, κτῆμα δὸς εἰς διατροφήν τῆ

τὰ πλείστα ξυγγράψαν-
τες λέγουσιν ὅτι ἑξα-
κοσίους σταδίων ἀπέ-
χει, οἱ δὲ τὰ ἐλάχιστα,
ὅτι ἑς πεντακοσίους.
ἀλλὰ ἐν Γαγγαμήλοις
γὰρ γενέσθαι τὴν μάχην
πρὸς τῷ ποταμῷ Βου-
μώδῳ λέγει Πτολεμαῖος
καὶ Ἀριστόβουλος. πό-
λις δὲ οὐκ ἦν τὰ Γαν-
γάμηλα, ἀλλὰ κόμη με-
γάλη, οὐδὲ ὀνομαστός ὁ
χώρος οὐδὲ εἰς ἀκοήν
ἦδὲ τὸ ὄνομα· ἐνθεν δὴ
μοι δοκεῖ πόλις οὕσα
τὰ Ἀρβηλα. ἀπηνέγκατο
τὴν δόξαν τῆς μεγάλης
μάχης.

μάδος ἐνταῦθα καθί-
δρυσεν αὐτήν, ἀποτάξας
τινὰς κόμας καὶ προσ-
όδους εἰς τὴν ἐπιμέ-
λειαν.

καμήλῳ τῇ συνεκπεπο-
νηκίᾳ μάλιστα τὴν ὀ-
δὸν τὴν διὰ τῆς ἐρήμου
Σκυθίας μετὰ τῶν φορ-
τίων, ἐν οἷς ἦν καὶ ἡ
διατροφή τῷ βασιλεῖ. οἱ
μέντοι Μακεδόνες τοῦ-
το μὲν ὀρῶντες κόμιον
εὐτελεές, τὰ δὲ Ἀρβη-
λα κατοικίαν ἀξιόλογον,
κτίσμα ὃς φασιν Ἀρβή-
λου τοῦ Ἀθμονέως, πε-
ρὶ Ἀρβηλα τὴν μάχην
καὶ νίκην κατεφήμισαν
καὶ τοῖς συγγραφεῦσιν
οὕτω παρέδωκαν.

Facile intellegitur Arrianum et Plutarchum ad eundem redire auctorem, quem fuisse Strabonem negari nequit. Quoniam vero Strabonem quaestionem illam ante ipsius proelii descriptionem praebuisse ex Plutarcho adparet, iure statuemus Arrianum eam inseruisse in memoriarum de Alexandro vulnerato traditarum conlectionem, cum hunc locum commodum aptumque esse duceret. Nequaquam igitur anxie et religiose servavit ordinem a Strabone institutum, sed transposuit, quando placebat; quae res neminem offendet. Nullo vero argumento nititur coniectura Fraenkeli, qui Schoenium (cf. p. 28) secutus contendit, sumpsisse sua Strabonem ex Eratosthene (cf. p. 46); quod etiam si verum esset, nihil impediret, quominus Arrianum et Plutarchum ex Strabone sua petisse statueremus. Denique notandum est Arrianum ipsum fortasse adtulisse Ptolemaei et Aristobuli auctoritatem, quia nihil simile invenitur apud Plutarchum et Strabonem.

Sed etiam reliquam narrationem testimoniorumque variorum conlectionem Arrianum debere Straboni satis certa ratione comprobari potest. Kaerstius enim (p. 33 sqq.) contulit hos Curtii et Arriani locos, quibus disseritur de Ptolemaeo, quem

Alexandrum in Mallorum urbe expugnanda comitatum esse multi tradiderant.

Curt. IX 5, 21 Ptolemaeum qui postea regnavit huic pugnae adfuisse auctor est Clitarchus et Timagenes. Sed ipse, scilicet gloriae suae non refragatus, afuisse se missum in expeditionem memoriae tradidit.

Arr. 11, 8 *Πτολεμαῖον γὰρ τὸν Λάγου ἔστιν οἱ ἀνέγραψαν ξυναναβῆ- ναί τε Ἀλεξάνδρῳ κατὰ τὴν κλίμακα ὁμοῦ Πενκέστη καὶ ὑπερασπίσαι κει- μένον, καὶ ἐπὶ τῷδε Σωτήρα ἐπικλη- θῆναι τὸν Πτολεμαῖον· καίτοι αὐτὸς Πτολεμαῖος ἀναγράφεν οὐδὲ παρα- γενέσθαι τούτῳ τῷ ἔργῳ· ἀλλὰ στρα- τιᾶς γὰρ αὐτὸς ἡγούμενος ἄλλας μάχε- σθαι μάχας καὶ πρὸς ἄλλους βαρβάρους.*

Haec tantopere conspirant, ut ex eodem fonte ea fluxisse veri sit simillimum; ¹⁾ quem existimandum esse Strabonem ratio temporum docet, ut bene Kaerstius Gutschmidio monente statuit. Accedit autem quod Strabo saepissime Timagenem in usum suum convertit. Conferas primum Ioseph. Ant. Iud. XIII 11, 3 *ὡς μαρτυρεῖ τοῦτο καὶ Στράβων ἐκ τοῦ Τιμα- γένους ὀνόματος λέγων οὕτως.* Deinde bis eum laudat in libris geographicis; utroque vero loco eius fidem in dubitationem vocat eiusque auctoritati alius scriptoris testimonium opponit. L. IV p. 188 hausit nonnulla ex Timagene de Tectosagis, statim vero monet *πιθανώτερος δ' ἔστιν ὁ Ποσειδωνίου λόγος.* Deinde fabulas quasdam a Timagene de miro quodam aenearum guttarum imbre respuit XV p. 711 his verbis *μῦθος δὲ καὶ τὸ ὑπὸ Τιμαγένους λεχθέν,* quibus subiungit Megasthenis testimonium maiore fide dignum: *ἔγγυτέρῳ δὲ πιστεῶς φησιν ὁ Μεγασθένης.* Consuevit igitur Strabo ²⁾ Timagenis narrationes impugnare, quod maximi momenti videtur esse, cum videamus etiam Curtii loco illum refutari. Itaque etiam hic Arrianum sua ex Strabonis hypomnematis

1) Sic etiam Schoenius iudicat p. 47.

2) Consentaneum est non placuisse Strabonί, qui Octaviani partes sequebatur, mores et ingenium Timagenis; quem liberiore in Augustum lingua usum esse scimus.

petisse mihi persuasum est. Num vero etiam plura Curtius debeat Straboni praeter locum a nobis adlatum, nunc amplius quaerere non licet.

Iam tractanda sunt l. VII c. 1, 5—3, 6. Primum proferat Arrianus narratiunculam quandam de Indorum philosophis, qui regis cupiditatem imperii quam maxime amplificandi vehementer perstrinxerant; quoniam in eis quae antecedunt (§ 2 et 3) futuras Alexandri expeditiones enumeraverat, aptissima erat occasio talia inserendi, quae ad eandem rem spectare adparet. Ceterum significat se uti tertio illo fonte: ὧν λέγουσιν ἔστιν οὓς κτλ. (c. 1, 5—2, 1). Quam fabulam cum his verbis concludat: ἐπήγεσε μὲν Ἀλέξανδρος τοὺς τε λόγους αὐτοὺς καὶ τοὺς εἰπόντας, ἔπρασσε δὲ ὁμῶς ἄλλα καὶ τάναντια οἷς ἐπήγεσεν, transitum parat ad fabulam de Diogene regem ex solis splendore recedere iubente circumlatam, quae et ipsa ex tertio fonte petita esse existimanda est: ἐπεὶ καὶ Διογένην τὸν ἐκ Σινώπης θαυμάσαι λέγεται. Eandem fabulam Plutarchus narrat c. 14, 2 prorsus congruenter cum Arriano sic locutus: πρὸς τοῦτο λέγεται τὸν Ἀλέξανδρον οὕτω διατεθῆναι καὶ θαυμάσαι. Etiam in reliquis ita consentiunt ambo auctores, ut de communi fonte dubitari nequeat. Tertia denique additur narratio, quae item de philosophis agit, quorum καρτερίαν ἐθαύμασεν; cuius originem produnt verba ὑποκρίνασθαι γὰρ λέγεται; quin etiam is laudatur, qui narratiunculam illam memoriae prodiderat: ἀλλὰ Κάλανον γὰρ ἀναπεισθῆναι τῶν ταύτη σοφιστῶν, ὅτινα μάλιστα δὴ αὐτοῦ ἀκράτορα Μεγασθένης ἀνέγραψεν αὐτοὺς τοὺς σοφιστὰς λέγειν, κακίζοντας τὸν Κάλανον ὅτι ἀπολιπὼν τὴν παρὰ σφίσι εὐδαιμονίαν, ὁ δὲ δεσπόνην ἄλλον ἢ τὸν θεὸν ἐθεράπευε. Potuit quidem hic Megasthenem ipsum adhibere, quam saepius evolvit in historia Indica conscribenda. Eandem autem fabulam narrat Strabo XV p. 718 et ipse Megasthenem secutus. Apud quem cum Calanus initio fabulae commemoretur, Arrianus ordinem mutasse videtur propterea quod dicit c. 3 ineunte: ταῦτα ἐγὼ ἀνέγραψα, ὅτι καὶ ὑπὲρ Καλάνου ἔχρῃν εἰπεῖν ἐν τῇ περὶ Ἀλεξάνδρου συγγραφῇ. Voluit

nimirum aptissime ad ea quae secuntur transire. Id vero bene animadvertendum est etiam a Strabone hanc Megasthenis memoriam coniungi cum Calani cremati narratione, quod vix casui tribuendum est.

Sed ut de eis quae secuntur rectius feramus iudicium oportet Plutarchi memoriam accuratius inspicere, ut cognoscatur, quomodo eius narratio composita sit.

C. 67 primum refertur fabula quaedam de Ocho Persarum rege, quam iterum narrat Plutarchus de mulier. virt. 5; cuiam debeatur fonti ignoratur. Tum agit de Cyri sepulcro violato. Quae habet de Polymacho Pellaeo, apud alium scriptorem non redeunt; titulum vero sepulcri illius ex duobus Plutarchum composuisse facile cognosces, si comparaveris, quae Arrianus VI 29, 8 ex Aristobulo profert. Huius enim verba continet titulus, quem adfert Plutarchus. Memoriam vero de Cyri sepulcro conlegisse Strabonem elucet ex XV 3, 7sq., ubi laudat de hac re Aristobulum Onesieritum Aristum.

C. 69 exeunte Plutarchus mortem Calani narrat. Arte cum hac narratione cohaeret prima capitis 70, qua potatio illa describitur, quam post philosophi illius mortem rex instituisse dicitur. Hic Chares fons statuendus est; primum enim ipse a Plutarcho laudatur, deinde eadem sub illius auctoris nomine deprehenduntur apud Athenaeum X p. 437 in catalogo φιλοποτιῶν. Iam Vogelius l. l. p. 16 sibi persuasit Plutarchi narrationem de Calani morte proditam ex eodem Charete fluxisse, quia verba, quae Calano morituro tribuerentur: ἐδεξιοῦτο τοὺς παρόντας τῶν Μακεδόνων καὶ παρεκάλει τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἠδέως γενέσθαι καὶ μεθύσθῃναι μετὰ τοῦ βασιλέως ad ea, quae c. 70 ex illo adferrentur, spectarent cum eisque cohaerent. Hoc quidem recte virum doctissimum statuisse nemo negabit. Attamen argumento gravissimo prohibemur, quominus totam Plutarchi de Calani morte memoriam ex Charete haustam esse nobis persuadeamus. Nam quae Plutarchus dicit de habitu, quo usus Calanus mortem igneam expectabat: ταῦτα δ' εἰπὼν κατακλιθεὶς καὶ συγκαλυψάμενος οὐκ ἐκινήθη τοῦ πυρὸς πλησιάζοντος, ἀλλ' ἐν ᾧ κατεκλίθη σχήματι, τοῦτο

διατηρῶν ἐκαλλιέρησεν ἑαυτὸν τῷ πατρίῳ νόμῳ τῶν ἐκεῖ σοφιστῶν prorsus consentiunt cum Arriano c. 3, 5, Diodoro c. 107, 5, Strabone XV p. 717 § 68; sed Charetem aliter narrasse discimus ex Athenaei verbis: *Χάρης δ' ὁ Μυτιληναῖος ἐν ταῖς περὶ Ἀλέξανδρον ἰστορίαις περὶ Καλάνου εἰπὼν τοῦ Ἰνδοῦ φιλοσόφου, ὅτι ῥίψας ἑαυτὸν εἰς πυρὰν νενημένην ἀπέθανε.*¹⁾ Iam Fraenkelius p. 167 Athenaeum non diligenter reddidisse Charetem atque tota narratione in unum enuntiatum satis breve contracta falso verbo usum esse arbitratus est. Quam sententiam probaret quispiam, nisi Athenaeus cum altera memoria a Strabone de Calani morte prodita consentiret: *μετὰ τὴν πομπὴν μεθ' ἧς ἦκε ῥίψαντα ἑαυτὸν ὡς ἂν δοκὸν συνεμπρησθῆναι τῷ οἴκῳ.* Itaque Plutarchum non unius scriptoris narrationem

1) Calani mentionem facit Lucianus de morte Peregr. 25: *ἐκεῖνοι γὰρ* (scil. οἱ Βραχμαῖνες) *οὐκ ἐμπηδῶσιν εἰς τὸ πῦρ, ὡς Ὀνησίκριτος ὁ Ἀλεξάνδρου κυβερνήτης ἰδὼν Κάλανον καόμενόν φησιν, ἀλλ' ἐπειδὴν νήσωσι, πλησίον παραστάντες ἀκίνητοι ἀνέχονται παροπτώμενοι, εἴτ' ἐπιβάντες κατὰ σχῆμα καίονται οὐδ' ὅσον ὀλίγον ἐκτρέψαντες τῆς κατακλισεως.* Tradidit igitur Onesicritus similiter atque Chares et Strabo insiluisse Calanum in ignem; aliter Luciani verba intellegi non possunt. Sed conexum huius loci perspicimus. Peregrinus in ignem sese praecipitavit; tamen cum Brachmanis eum comparare non licet, quia hi maximam prae se ferunt constantiam, cum priusquam moriuntur vehementissimos suscipiant dolores. Peregrinus vero flammis deditus illico necatus est. Quae si nobiscum reputamus, nonne mirum videtur, quod Lucianus Onesicriti testis oculati auctoritatem adlata id ipsum comprobat, quod factum esse negat? Nonne contra se ipse pugnat? Neque ullo verbo significavit falsam esse Onesicriti memoriam. Aptius hercle fuisset, si suam sententiam oculati testis testimonio confirmasset. Sed accedit aliud. Omnino non rettulit Onesicritus Brachmanos in ignem insilire vel Calanum insiluisse. Hoc elucet ex duobus locis Strabonianis, quos ex Onesicrito desumptos esse conexu evincitur; XV p. 715 § 64 *διαλεχθῆναι δ' ἐν τούτων Καλάνῳ, ὃν καὶ συνακολουθῆσαι τῷ βασιλεῖ μέχρι Περσίδος καὶ ἀποθανεῖν τῷ πατρίῳ νόμῳ τεθέντα ἐπὶ πυρκαϊάν;* p. 716 § 65 *ἄσχιστον δ' αὐτοῖς νομίζεσθαι νόσον σωματικὴν τὸν δ' ὑπονόσαντα καθ' αὐτοῦ τοῦτο, ἐξάγειν ἑαυτὸν διὰ πυρὸς νήσαντα πυρὰν, ὑπαλειψάμενον δὲ καὶ καθίσαντα ἐπὶ τὴν πυρὰν ὑφάψαι ζελεῦναι, ἀκίνητον δὲ καλεῖσθαι.* Ergo Lucianum scripsisse suspicabimur: *ἐκεῖνοι γὰρ οὐκ ἐμπηδῶσιν εἰς τὸ πῦρ, ἀλλ', ὡς Ὀνησίκριτος ὁ Ἀ. κυβερνήτης ἰδὼν Κάλανον καόμενόν φησιν, ἐπειδὴν νήσωσι κτλ.*

reddere, sed varias in unam conglutinasse oportet concludi. Vides quam bene haec quadrent ad sententiam nostram de collectaneo quodam opere a Plutarcho adhibito; nimirum contraxit narratiunculas quas in eo invenerat in telam artissimam.

Etiam c. 70 facile demonstrari potest Plutarchi narrationem ad diversos redire auctores; Fraenkelius quidem censuit descriptionem nuptiarum Susae celebratarum Chareti ideo attribuendam esse, quia satis copiose de hac re eum egisse constaret. Habemus enim amplum eius fragmentum illis de festis, quod servavit Athenaeus XII p. 538 B. Sed perlegas velim Plutarchi et Charetis narrationem: nihil fere invenitur, in quo uterque consentiat.

Iam ad Arrianum redeamus. Primum certissimis vestigiis intellegitur, Arrianum narrationem Calani cremati non hausisse ex Aristobulo, sed ex tertio illo fonte. Compluries enim sic citat: *οἱ δὲ λέγουσιν*; quin etiam § 6 laudatur Nearchus. Denique ipse multorum auctorum memorias se referre indicat his: *ταῦτα ἱκανοὶ ἀναγεγράφασιν*. Itaque neque ex solo Aristobulo neque Ptolemaeo hausit. Redire vero Plutarchum et Arrianum ad Strabonem non est difficile demonstratu. Primum enim, ut iam supra p. 28 monui, Strabo et Arrianus coniungunt Megasthenis narrationem cum memoria de Calano mortuo prodita; deinde vero ex Strabonis verbis p. 717 § 68 adparet multas eum novisse memorias diversorum scriptorum. Sic enim loquitur: *τῆς δ' ἀνομολογίας τῶν συγγραφέων ἔστω παράδειγμα καὶ ὁ περὶ τοῦ Καλάνου λόγος*. Tum addit comitatum eum esse Alexandrum et mortem voluntariam obisse omnes quidem referre, sed qua ratione et quibus de causis mortem sibi consciverit inter eos minus constare. Sine dubio haec iam in opere historico exposuit. Profert vero duas memorias de Calano cremato: altera vulgaris est, altera Chareti tribuenda erit, quem auctorem apud Plutarchum reperimus, quod haud mediocris est momenti. Accedit tertium argumentum, cuius iam Kaerstius mentionem fecit. Dicit Plutarchus c. 69 extr., postquam Calani mortem descripsit: *τοῦτο πολλοῖς ἔτεσιν ὕστερον ἄλλος Ἰνδὸς ἐν Ἀθήναις Καίσαρι συνῶν*

ἐποίησε, quae ex eodem fonte fluxisse atque ea quae antecedunt negari nequit. Idem autem amplius refert Strabo XV p. 719—720 Nicolaum Damascenum secutus; breviter tantum alio quodam loco commemorat, p. 686 § 4, ubi itidem Calani mentionem inicit: ἦκεν — καὶ ὁ κατακαύσας ἑαυτὸν Ἀθηνησοφιστῆς Ἰνδός, καθάπερ καὶ ὁ Κάλανος Ἀλεξάνδρῳ τὴν τοιαύτην θῆαν ἐπιδειξάμενος.

Haec omnia argumenta adeo valent, ut etiam hic de Strabone communi Arriani et Plutarchi auctore dubitari non liceat.

Postremo loco agendum est de VII 13, 2—5, ubi narrat Arrianus de Amazonibus ab Atropate Mediae satrapa ad Alexandrum ductis. *Λεγόμενα* eum referre apertum est; dicit enim initio *ἐνταῦθα λέγουσιν ὅτι* et paullo post *οἱ δὲ καὶ λέγουσιν ὅτι*. Disertis deinde verbis monet Arrianus § 3: *ταῦτα οὔτε Ἀριστόβουλος οὔτε Πτολεμαῖος οὔτε τις ἄλλος ἀνέγραψεν ὅστις ἱκανὸς ὑπὲρ τοιούτων τεζηριῶσαι*. Arriani narrationem respondere ei quam Plutarchus c. 46 proderet, sibi persuasit Schoenius p. 45, cui paene prorsus adsensus est Schaeferus l. l. p. 441. Contra Koehlerus p. 24 et Fraenkelius p. 60 sqq. statuerunt hos duos locos vix esse consociandos, quia Arrianus valde discreparet a Plutarcho; narrat enim Atropaten ad Alexandrum centum mulieres habitu Amazonum vestitas et armatas duxisse; haec autem fabula plane aliena est a vulgari et a plurimis scriptoribus circumlata; quam Plutarchum quoque referre videmus. Immo patet narrationem ab Arriano proditam ad alterius exemplum confictam esse, quod dilucide ex his praecipue intellegas: *κελεῦσαι δ' ἀπαγγεῖλαι πρὸς τὴν βασιλίссαν σφῶν ὅτι αὐτὸς ἦξει πρὸς αὐτὴν παιδοποιησόμενος*, ab eo fortasse scriptore, qui illam fabulam veri similiorem reddere studebat. Itaque statuendum est duplicem extitisse memoriam de Amazonibus ad Alexandrum venientibus. Attamen Arriano eam quaestionem, quam in usum suum convertit Plutarchus, ante oculos esse potuisse nemo negabit, qua in re cum Schaefero prorsus consentio, nam etiam apud Arrianum in universum de Amazonibus agitur. Atque ordinem operis conlectanei eum neglexisse iam semel vidimus. Certe novit alteram illam

fabulam, sed elegit hanc sat diversam memoriam, quia illam omni fide carere sibi persuaserat.

A Plutarcho magnum auctorum numerum commemorari capite illo notum est, quos omnes eum ipsum inspexisse nemo contendet nisi quis consulto id quod verum est videre nolit. Amazones cum Alexandro convenisse Plutarcho testante contenderunt quinque auctores, inter quos Clitarchus nominatur, negaverunt multo plures praeter alios quosdam Aristobulus quoque et Ptolemaeus; hos vero dixisse *φάσμα γεγονέναι τοῦτο* adfirmat Plutarchus. Hoc verum esse nequit, immo id certum videtur esse illos omnino non mentionem fecisse Amazonum. Fortasse id quod de uno vel altero reliquorum dixerat Plutarchi auctor, ipse negligentius ad omnes rettulit. Hoc unum recte Fraenkelius mihi statuuisse videtur.

Quem vero Plutarchi fontem fuisse suspicabimur? Non dubito, quin Strabo fuerit, qui XI p. 505 amplissime tractat Amazonum fabulam. Dicit enim *καθάπερ καὶ περὶ Θαλασσίας, ἣν Ἀλεξάνδρῳ συμμῖξαι φασιν ἐν τῇ Ὑρκανίᾳ καὶ συγγενέσθαι τεκνοποιίας χάριν, δυναστεύουσαν τῶν Ἀμαζόνων· οὗ γὰρ ὁμολογεῖται τοῦτο· ἀλλὰ τῶν συγγραφέων τοσοῦτων ὄντων οἱ μάλιστα τῆς ἀληθείας φροντίσαντες οὐκ εἰρήκασιν, οὐδ' οἱ πιστευόμενοι μάλιστα οὐδενὸς μέμνηνται τοιούτου, οὐδ' οἱ εἰπόντες τὰ αὐτὰ εἰρήκασιν;* quibus adiecit Clitarchi memoriam. Inde sequitur magnum variorum auctorum numerum eum adisse, ut quid tradidissent de Amazonibus cognosceret. Atque etiam id quaesivit, num ei qui Amazones cum Alexandro convenisse narrarent inter se consentirent. Quorum auctorum omnium testimonia et memorias composuisse eum in hypomnematibus consentaneum est. Sed aliud accedit, quod animum advertit in Strabonem. Inter auctores quos Plutarchus recenset invenimus Polycletum¹⁾ quendam, quem de rebus Alexandri scripsisse ex fragmentorum argumento viri docti conlegerunt. Quem scriptorem semel laudant Aelianus N. A. XVI 41 et Athe-

1) Quod traditum est *Πολύκριτος*, sine dubio recte emendavit Coraes; eundem librarium erroremprehendimus apud Strabonem XV p. 735. Cf. Muell. Fragm. Scriptt. rer. Alex. M. p. 124.

naeus XII p. 539 A, quinquies vero Strabo, XI p. 509 de mari Caspio, XV p. 728 § 2 de Susorum urbe muris non circumdata, ibid. § 4 de Choaspe Eulaeo Tigride, p. 735 de Persarum moribus, p. 742 de Euphrate non exundante. Utri igitur illorum testimoniorum conlectio probabilius adtribuitur, Plutarcho an Straboni? Equidem nullus dubitaverim adfirmare ad Strabonem redire et Plutarchum et Arrianum.

Praeter locos in quos adhuc inquisivimus complures extant unius Plutarchi, quos ea de causa placet commemorare, quia Strabonem fuisse operis conlectanei auctorem ex eis adparet. Atque primum omnium monendum esse videtur etiam Plutarchum c. 62 eadem de Sandrocotto Indorum rege et Seleuco Nicatore narrare atque Strabonem (cf. p. 724 § 9), ex quo Appianum sua hausisse supra p. 18 ostendimus; dicit haec Plutarchus *Ἀνδρόκοιτος γὰρ ὕστερον οὐ πολλῶ βασιλεύσας Σελεύκῳ πεντακοσίους ἔλεφαντας ἐδώρησατο*. Quae verba non fluxisse ex eo auctore, ex quo reliqua quae hoc capite continentur repetenda esse videntur, recte opinor monuerunt Vogelius l. l. p. 15 et Fraenkelius p. 153. Strabo sua sumpsit fortasse ex Megasthene.

Congruit porro Plutarchi c. 59 cum eis quae a Strabone p. 698 § 28 exponuntur de regno Taxilis, cum quo Alexander foedus icit:

Plut. ὁ δὲ Ταξιλλῆς λέγεται μὲν τῆς Ἰνδικῆς ἔχειν μοῖραν οὐκ ἀποδέουσαν Αἰγύπτου τὸ μέγεθος, εὐβοτον δὲ καὶ καλλίκαρπον ἐν τοῖς μάλιστα, σοφὸς δὲ τις ἀνὴρ εἶναι καὶ τὸν Ἀλέξανδρον ἀσπασάμενος . . . λαβὼν δὲ δῶρα πολλὰ καὶ δοῦς πλείονα τέλος χίλια τάλαντα νομίσματος αὐτῷ προέπειεν. Ἐφ' οἷς τοὺς μὲν φίλους ἰσχυρῶς ἐλύπησε, τῶν δὲ βαρβάρων πολλοὺς ἐποίησεν ἡμερωτέρως ἔχειν πρὸς αὐτόν.

Strab. Τάξιλά ἐστι πόλις μεγάλη καὶ εὐνομοιάτη, καὶ ἡ περικειμένη χώρα συχνή καὶ σφόδρα εὐδαίμων . . . ἐδέξαντό τε δὴ φιλανθρώπως τὸν Ἄλκοι ἀνθρώποι καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτῶν Ταξιλλῆς· ἐτυχόν τε πλειόνων ἢ αὐτοὶ παρέσχον, ὥστε φθονεῖν τοὺς Μακεδόνας καὶ λέγειν ὡς οὐκ εἶχεν, ὡς ἔοικεν, Ἀλέξανδρος οὓς εὐεργετήσῃ πρὶν ἢ διέβη τὸν Ἰνδόν. φασὶ δ' εἶναί τινες τὴν χώραν ταύτην Αἰγύπτου μείζονα.

Hi loci ideo gravissimi sunt momenti, quia Plutarchum pariter ac Strabonem variorum scriptorum memorias proferre elucet.

Denique conferas quaeso, quae Plut. c. 35 = Strab. p. 743 § 15 narrantur de puero quodam naphtha superfuso et quae c. 72 = p. 641 § 23 de Stasicrate vel Dinocrate memorantur, qui Athonem montem in figuram humanam sese conformaturum pollicitus esse Alexandro dicitur.

Ex Strabone igitur sumpsisse suspicabimur Plutarchum omnia quos laudat in Alexandri vita scriptorum nomina. Quorum novissimus est Sotio, cuius auctoritatem adfert c. 61 λέγεται δὲ καὶ κύνα Περίταν ὄνομα τεθραμμένον ὑπ' αὐτοῦ καὶ στεργόμενον ἀποβαλὼν κίσαι πόλιν ἐπώνυμον. Τοῦτο δὲ Σωτίων γησὶ Ποτάμωνος ἀκοῦσαι τοῦ Λεσβίου. Sotio fuit philosophus ille Alexandrinus, quem floruisse a. p. Chr. 13 scimus ex Hieronymo, quo tempore Romae eum docuisse inde adparet, quod Seneca, qui anno a. Chr. quarto natus est, se puerum sedisse apud Sotionem narrat (Epist. 49, 2). Poterat igitur Strabo Sotionem adire in opere suo conscribendo. Sed quid de Potamone? Hunc imperante Tiberio floruisse vulgo ferunt, cum Suidas de eo adnotet ἐσοφίστευσεν ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Καίσαρος Τιβερίου. Sed hoc Suidae testimonium, quo si recte se haberet sententia nostra fortasse concideret, falsum esse nuper demonstravit C. Cichorius *Rom und Mytilene* p. 62 sq.; evicit enim praecipue titulo quodam usus Mytilenis invento Potamonem illum a. 29 a. Chr. legatum Lesbo Romam venisse iamque eo tempore haud parva fuisse auctoritate. Itaque initio imperii Augusti eius ἀκμὴν fuisse putabimus. Videtur autem Potamo Sotionis praeceptor fuisse (cf. F. Nietzsche in Mus. Rhen. vol. XXIII p. 639) eique Lesbi narrasse fabulam illam, quam in Plutarcho scriptam legimus. Nihil igitur nos impedit, quominus Sotionis quoque testimonium ex Strabone esse derivatum suspicemur.

Quae cum ita sint, sat certa ratione adhibita nos enucleasse credimus Strabonem fuisse illum quem Schoenius statuit fontem, ex quo Arrianus ea sumpsit, quae commemorasse

sese *ὡς λεγόμενα μόνον ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου* in praefatione affirmat, cuique Plutarchus maximam vitae Alexandri partem debere videtur. In Plutarecho quidem non miraberis, quod fontem suum nusquam nominavit; sed quaerat quispiam, et cur Arrianus quoque silentio eum suppresserit, qui reliqua ex Ptolemaeo et Aristobulo sese hausisse disertis verbis confessus sit, et num verum Vogelius viderit fontem illum communem fuisse anonymum existimans. Nos melius statuemus ab Arriano ideo Strabonem non nominatum esse, quia videbat non certa ratione ductum historiam Alexandri eum composuisse, sed id solum studuisse, ut quae de regis illius vita et expeditionibus diversissimi rerum gestarum scriptores memoriae prodidissent in unam congeriem conligeret. Ac ne voluisse quidem Strabonem Alexandri historiam scribere etiam ex eius ipsius verbis iam supra p. 14 adlatis *ὑπομνηματιζομένοις τὰς Ἀλεξάνδρου πράξεις* satis adparet. Composuit Strabo *ὑπομνήματα ἱστορικά*, non *ἱστορίας*.

Dixi de fontibus, quibus usus est Arrianus in Alexandri historia conscribenda; sequitur, ut dicam de ratione, qua eos adhibuit. Atque primum quidem quaerendum erit, quodnam in auctoribus laudandis Arrianus observaverit consilium.

Multos scriptores antiquos, si ex aliorum libris quaepiam depromunt, auctoris nomen (ut mentionem eius inicere operae pretium esse ducant) non initio verborum exscriptorum ponere, sed eo loco, cuius fides auctoris adhibiti testimonio imprimis confirmanda fulciendaque esse videbatur, observare licet. Idem fit in Anabasi. Atque imprimis tum, cum numerus profert, amat Arrianus fontis auctoritatem adferre. Sic I 2, 7 descripta pugna cum Triballis commissa, quorum tria milia ceciderant, cum Macedonum undecim equites et quadraginta pedites interfecti esse dicerentur, disertis verbis adnotat sic referre Ptolemaeum (*ἀντῶν δὲ Μακεδόνων τελευτῆσαι λέγει Πτολεμαῖος κτλ.*), ne numeris magnae suspicioni obnoxiiis fides deesset neve ipse falsa vel incredibilia memoriae prodere videretur. Simillime IV 25, 4 caesorum Arigaeorum multitudo

commemoratur Ptolemaeo teste adlato. II 11, 8 memorat Arrianus proelio Issico centum et decem milia Persarum necatos esse; adicit autem illico ὅστε λέγει Πτολεμαῖος ὁ Λάγον, ξυνεπισπόμενος τότε Ἀλεξάνδρῳ, τοὺς μετὰ σφῶν διώκοντας Δαρσίον, ὡς ἐπὶ φάραγγί τινι ἐν τῇ διώξει ἐγένοντο, ἐπὶ τῶν νεκρῶν διαβῆναι τὴν φάραγγα.

Etiam Aristobulus ubi de numeris agitur laudatur; sic III 3, 3 de spatio inter Alexandriam et Paraetonium; deinde VII 28, 1 de annis, quos vixit Alexander. Neque vero sine probabilitate suspicatur Schoenius l. l. p. 18 omnia ea quoque quae arte inter se cohaerentia Aristobuli locum sequantur usque ad c. 30 extrem. pendere ex Aristobulo, cuius auctoritate iterum utitur c. 29, ubi loquitur de regis conviviis.

Sed aliarum quoque memoriarum fidem Arrianus fontis auctoritate comprobat, si ea non posse carere videntur, etiam eis locis, quibus reliqua ex eodem eum petisse sumere licebit. Laudat hac de causa Ptolemaeum I 8, 1 de Perdicca signo non exspectato in Thebanorum praesidia impetum faciente; V 28, 4 de sacrificiis cum Hyphasin flumen esset transiturus factis; VI 10, 1 de Alexandro in Mallorum urbe vulnerato. Atque hic profecto multum eius intererat illius memoriam addito nomine proferre, quoniam paullo post (c. 11, 7) variae aliorum sententiae exponuntur et refutantur.

Aristobulum laudat illa de causa VI 22, 4 de Gadrosorum regione sat mirabilium plantarum arborumque plena. Notandum est, quod hic auctor de Pithagorae vaticiniis VII 18 quater in uno eodemque capite citatur; noluit nimirum Arrianus tales fabulas portentaque auctoris nomine non addito proferre neque hic neque VII 24, 1. Qua de causa eum VI 29 saepius laudaverit de Cyri sepulcro, elucet ex § 10 καὶ λέγει Ἀριστόβουλος αὐτὸς ταχθῆναι πρὸς Ἀλεξάνδρῳ κοσμηῆσαι ἐξ ὑπαρχῆς τῷ Κύρῳ τὸν τάφον. Cf. etiam VII 20, 5 de Icaris insulae mira cognominatione.

Deinde citat Arrianus auctores, si unius fontis narratione finita ad alterum transit. Duobus locis nominatim adfert Aristobulum, quia ex eo in rerum bellicarum narrationem a

Ptolemaeo suppeditatam inseruit quaedam geographica: III 28, 5 et 30, 7. Sed non fecit III 29, 2 et IV 6, 5, ubi inseruit quae Aristobulus de Oxo et Polytimeto fluminibus exposuerat. III 11, 3—7 ubi agitur de proelio apud Gaugamelam commisso aciei Persicae descriptionem quam praebet Arrianus ex Aristobulo fluxisse statuit Fraenkelius p. 271, quia Aristobulus laudaretur; cui sententiae subscribere nequeo. Etenim ex verbis *ἐτάχθη δὲ αὐτῶ ἡ στρατιὰ ὧδε· εἴλω γὰρ ὕστερον ἢ τάξις ἦντινα ἔταξε Δαρεῖος γεγραμμένη, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος* non licet praepropere concludere omnia ex Aristobuli opere petita esse, immo Arrianum haec verba in Ptolemaei narrationem inseruisse mihi quidem veri esse similis videtur, cum huic unice conveniat aciei descriptio. —

Uno quodam loco inseruit Arrianus numerum a Ptolemaeo relatum in Aristobuli narrationem; de quo paullo ampliolem instituamus quaestionem, quia res haud leviusculi est momenti.

Libri sexti quinque prioribus capitibus describuntur navigationes in Hydaspae et Acesine factae, quas secuta est expeditio usque ad Indi fluminis ostium. Iam dicit Arrianus c. 2, 3 totius classis ducem fuisse Nearchum eiusque gubernatorem Onesieritum; tum § 4 numerus navium profertur ἣν δὲ τὸ ξύμπαν πλῆθος τῶν νεῶν, ὡς λέγει Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, ἧ μάλιστα ἐγὼ ἔπομαι, τριακόντοροι μὲν ἐς ὀγδοήκοντα· τὰ δὲ πάντα πλοῖα σὺν τοῖς ἰππαγωγοῖς τε καὶ κερκούροις καὶ ὅσα ἄλλα ποτάμια ἢ τῶν πάλαι πλεόντων κατὰ τοὺς ποταμοὺς ἢ ἐν τῷ τότε ποιηθέντων οὐ πολὺ ἀποδέοντα τῶν δισχιλίων. Iam dixerit fortasse quispiam Ptolemaeo deberi totum huius libri initium; tamen sat multa argumenta praesto sunt, quibus Arrianum Aristobuli verba hic exscripsisse demonstratur. Quae c. 1, 2 de crocodilis in Indo flumine conspectis exponuntur cum Aristobuli fragmento a Strabone XV p. 707 servato congruunt. C. 4, 2 de Hydaspis magnitudine dicitur, ergo ne hic quidem cogitare licet de Ptolemaeo. Ipsa autem navigatio explicatur colore tam rhetorico, ut nemo eam Ptolemaeo adtribuat. Recte igitur contendit

Fraenkelius p. 130 Aristobulum in his capitibus fuisse Arriani auctorem.

Inseruit vero Arrianus verba Ptolemaei in Aristobuli descriptionem. Sed quam de causa hoc fecit? Fortasse opineris Aristobulum omnino non prodidisse memoriae, quanta navium fuisset multitudo. Quod ut per se veri est dissimilimum, ita revera demonstrare possum commemorasse eum navium numerum in opere suo. Ad hanc quaestionem expediendam necesse est paullo accuratius inspiciantur capita 18 et 19 Historiae Indicae, quibus Arrianus praebet descriptionem navigationis illius, priusquam ad Nearchi expeditionem narrandam transit. Consentit autem haec descriptio adprime cum Anabasis capitibus. Iam dicit Vogelius 'De fontibus quibus Strabo in libro XV conscribendo usus sit' p. 18 de Nearcho ab Arriano in historia Indica componenda adhibito: 'inde a c. 18 usque ad finem libri, si hunc ipsum et pauca quae in extrem. 19 traduntur exceperis omnia Nearchi esse apertum est'. Censet igitur capita 18 et 19 fluxisse ex Nearcho, neque vero in hanc rem subtilius inquisivit, quod si fecisset, rectius tulisset iudicium. Etiam Fraenkelius p. 130 statuit Nearchum Arriani fontem esse; cuius argumenta refellere supersedeo, quia fere omnia nimis levia sunt. Immo si diligentius Anabasis et historiae Indicae capita contuleris, Arrianum etiam hic Aristobulum in usum suum convertisse statim videbis. Conferendi enim sunt hi loci, quos plene exscribere non supervacaneum mihi videtur.

Anab. 1, 6 καὶ τὸν κατὰ-
πλουὺν τὸν κατὰ τοὺς ποταμοὺς
ἔστε ἐπὶ τὴν μεγάλην θάλασ-
σαν ἐπινοοῦντα παρασκευασθῆ-
ναι οἱ ἐπὶ τῷδε κελεῦσαι τὰς
ναῦς. αἱ δ' ὑπερῆσαι αὐτῷ
ἐς τὰς ναῦς ξυνεπληρώθησαν
ἐκ τῶν ξυνεπομένων τῇ στρα-
τιᾷ Φοινίκων καὶ Κυπρίων καὶ
Καρῶν καὶ Αἰγυπτίων.

Ind. 18, 1 Ἀλέξανδρος γάρ,
ἐπειδὴ οἱ παρεσκευάστο τὸ ναυ-
τικὸν ἐπὶ τοῦ Ὑδάσπεω τῆσιν
ὄχθησιν, ἐπιλεγόμενος ὅσοι τε
Φοινικῶν καὶ ὅσοι Κύπριοι ἢ
Αἰγύπτιοι εἶποντο ἐν τῇ ἄνω
στρατηλασίῃ, ἐκ τούτων ἐπλή-
ρου τὰς νέας.

Anab. 3, 1 sq. ὡς δὲ ξύμπαντα αὐτῷ
 παρσεκέαστο, ὑπὸ τὴν ἕω ὁ μὲν
 στρατὸς ἐπέβαινε τῶν νεῶν, αὐτὸς
 δὲ ἔθνε τοῖς θεοῖς ὡς νόμος καὶ τῷ
 ποταμῷ τῷ Ὑδάσπῃ ὅπως οἱ μάν-
 τεις ἐξηγοῦντο. καὶ ἐπιβάς τῆς νεῶς
 ἀπὸ τῆς πύρας ἐκ χρυσῆς φιάλης
 ἔσπενδεν ἐς τὸν ποταμόν, τὸν τε
 Ἀκείνην ξυνεπικαλούμενος τῷ Ὑδά-
 σπῃ, ὄντινα μέγιστον τῶν ἄλλων
 ποταμῶν ξυμβάλλειν τῷ Ὑδάσπῃ
 ἐπέπυστο καὶ οὐ πόρρω αὐτῶν εἶ-
 ναι τὰς ξυμβολάς, καὶ τὸν Ἰνδόν, ἐς
 ὄντινα ὁ Ἀκείνης ξὺν τῷ Ὑδάσπῃ
 ἐμβάλλει. ἐπὶ δὲ Ἡρακλεῖ τε τῷ
 προπάτορι σπείσας καὶ Ἄμμωνι καὶ
 τοῖς ἄλλοις θεοῖς ὅσοις αὐτῷ νό-
 μος σημῆναι ἐς ἀναγωγὴν κελεύει
 τῇ σάλπιγγι.

Ind. 18, 11—12 ὡς δὲ
 ταῦτα ἐκεκόσμητο Ἀλε-
 ξάνδρῳ, ἔθνε τοῖσι θεοῖ-
 σιν ὅσοι γε πάτριοι ἢ
 μαντεῖτοὶ αὐτῷ, καὶ Πο-
 σειδῶνι καὶ Ἀμφιτρίτῃ
 καὶ Νηρηῖσι καὶ αὐτῷ τῷ
 Ὠκεανῷ, καὶ τῷ Ὑδάσπῃ
 ποταμῷ, ἀπὸ τοῦ ὠρμάτο,
 καὶ τῷ Ἀκείνη, ἐς ὄν-
 τινα ἐκδιδοῖ Ὑδάσπης,
 καὶ τῷ Ἰνδῷ, ἐς ὄντινα
 ἄμφω ἐκδιδοῦσιν ἁγῶνές
 τε αὐτῷ μουσικοὶ καὶ
 γυμνικοὶ ἐποιεῦντο, καὶ
 ἱερῆια τῇ στρατῷ πάσῃ
 κατὰ τέλεα ἐδίδοτο.

Hic quidem deorum, quibus Alexander sacrificari iussit, in Historia Indica nominantur Neptunus Amphitrite Nereides Oceanus, in Anabasi Hercules et Hammon; neque vero haec discrepantia ea est, ut prohibeat, quominus idem statuatur fons. Utroque enim loco Arrianus omisit nonnullos deorum, qui ab Aristobulo enumerati erant. Quod iure licet contendere, quia in Ind. dicit ἔθνε τοῖσι θεοῖσιν ὅσοι γε πάτριοι ἢ μαντεῖτοὶ αὐτῷ. Praeterea Hercules, qui in Anabasi vocatur προπάτωρ, θεὸς πάτριος est Alexandri. In Anabasi autem Arrianum disertis verbis dicere videmus σπείσας . . . καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς, quae verba permittunt, ut in eius fonte etiam plures deos nominatos esse sumamus. Denique Arrianus in Anabasi non commemoravit ludos ab Alexandro institutos.

Anab. 2, 2 τὴν στρατιὰν δὲ | Ind. 19, 1—3 ὡς δὲ πάντα
 διένειμεν ᾧδε· αὐτὸς μὲν τοὺς | ἐξήρτητο αὐτῷ εἰς ἀναγωγὴν,
 ὑπασπιστάς τε ἅμα οἱ ξύμ- | Κράτερον μὲν τὰ ἐπὶ θάτερα
 παντας ἐπὶ τὰς ναῦς ἀνεβί- | τοῦ Ὑδάσπεω ἵεναι σὺν τῇ

βασε καὶ τοὺς τοξότας καὶ τοὺς Ἀγριαῖνας καὶ τὸ ἄγλημα τῶν ἱππέων. Κράτερος δὲ αὐτῷ μοιρᾶν τε τῶν πεζῶν καὶ τῶν ἱππέων παρὰ τὴν ὄχθην τοῦ Ὑδάσπου τὴν ἐν δεξιᾷ ἤγε· κατὰ δὲ τὴν ἐτέραν ὄχθην τὸ πλεϊστόν τε καὶ κράτιστον τῆς στρατιᾶς καὶ τοὺς ἐλέφαντας Ἡφραιστίων προῦχώρει ἄγων, ἤδη ὄντας ἐς διακοσίους· τούτοις δὲ ἦν παρηγγελμένον ὡς τάχιστα ἄγειν ἵναπερ τὰ Σωπείδου βασιλεία.

στρατιῇ ἐκέλευσε πεζικῇ τε καὶ ἱππικῇ· ἐς τὸ ἐπὶ θάτερα δὲ Ἡφραιστίων αὐτῷ παρεπορεύετο σὺν ἄλλῃ στρατιῇ πλείονι ἔτι τῆς τῷ Κρατέρῳ συντεταγμένης. καὶ τοὺς ἐλέφαντας Ἡφραιστίων αὐτῷ ἤγεν, ὄντας ἐς διακοσίους. αὐτὸς δὲ τοὺς τε ὑπασπιστάς καλεομένους ἅμα οἱ ἤγε καὶ τοὺς τοξότας πάντας καὶ τῶν ἱππέων τοὺς ἐταίρους καλεομένους, τοὺς πάντας ἐς ὀκτακισχιλίους. τοῖσι μὲν δὲ ἀμφὶ Κράτερον καὶ Ἡφραιστίωνα ἐτέτακτο, ἵνα προπορευθέντες ὑπομένοιοιεν τὸν στόλον.

In historia Indica mutavit Arrianus ordinem ab Aristobulo institutum, quod facile intelleges; sed complura usque ad verbum congruunt.

Anab. 2, 2 Φιλίππῳ δὲ τῷ σατραπάῃ τῆς ἐπ' ἐκεῖνα τοῦ Ἰνδοῦ ὡς ἐπὶ Βακτρίους γῆς διαλείποντι τρεῖς ἡμέρας παρήγγελο ἔπεσθαι ξὺν τοῖς ἀμφ' αὐτόν. 4, 1 μείνας δὲ ἑνταῦθα ἡμέρας δύο, ὡς καὶ Φίλιππος αὐτῷ ξὺν τῇ λοιπῇ στρατιᾷ ἀφίκετο, τοῦτον μὲν ἐπὶ τὸν Ἀκεσίην ποταμὸν ἐκπέμπει ξὺν οἷς ἔχων ἤγε, τάξας παρὰ τοῦ Ἀκεσίου ποταμοῦ τὴν ὄχθην πορεύεσθαι.

Ind. 19, 4 Φίλιππον δὲ, ὃς αὐτῷ σατραπῆς τῆς χώρας ταύτης ἦν, ἐπὶ τοῦ Ἀκεσίου ποταμοῦ τὰς ὄχθας πέμπει, ἅμα στρατιῇ πολλῇ καὶ τοῦτον.

Primo obtutu credas hic esse gravem discrepantiam; tamen manifestum est Arrianum in historia Indica duos Aristobuli locos in unum contraxisse. Itaque hic quoque idem fons statuendus erit. Denique notandum est Arrianum in Anabasi omisisse ¹⁾ trierarchorum enumerationem, quam si aliunde pe-

1) Nominat Arrianus solos Nearchum et Onesicritum; atque de hoc

tisset et hic inseruisset, nostro iure miraremur. Fraenkelius quidem censet (p. 128) ex Nearchō eam desumptam esse propter § 10 *ναύαρχος δὲ αὐτοῖσιν ἐπιστάθῃ Νέαρχος Ἀνδροτίμου, τὸ γένος μὲν Κρής ὁ Νέαρχος, ὤκει δὲ ἐν Ἀμφιπόλει τῇ ἐπὶ Στρομόνι*, quae a nemine alio nisi ab ipso Nearchō scribi potuissent. Estne revera hoc certissimum argumentum? Nego. Immo ipse Aristobulus non solum tales enumerationes proferre solebat sed etiam singulorum virorum genus et patriam accuratius enarrare. Sic VI 28, 4, ubi Aristobulum fontem esse Arriani adparet, enumerantur somatophylaces, quos etiam inter trierarchos Ind. hist. invenimus. Placet duos hos locos ex adverso ponere:

VI 28, 4 *Λεοννάτον Ἀντέου, Ἡφαιστίωνα τὸν Ἀμύντορος, Ἀνσίμαχον Ἀγαθοκλέους, Ἀριστόνον Πεισαίου, τούτους μὲν Πελλαιοὺς, Περδίκκαν δὲ Ὀρόντου ἐκ τῆς Ὀρσετίδος, Πτολεμαῖον δὲ τὸν Λάγον καὶ Πείθωνα Κρατεῦα Ἐορδαίους.*

§ 3 *τριήραρχοι — Ἡφαιστίων τε Ἀμύντορος καὶ Λεόννατος ὁ Ἀντέου καὶ Ἀνσίμαχος ὁ Ἀγαθοκλέους — οὗτοι μὲν Πελλαιοί.*
 § 5 *ἐκ δὲ Ὀρσετίδος — Περδίκκας ὁ Ὀρόντεω Ἐορδαῖοι δὲ Πτολεμαῖός τε ὁ Λάγον καὶ Ἀριστόνους ὁ Πεισαίου.* § 6 *Πείθων Κρατεῦα.*

Quae cum tantopere conspirent, de Aristobulo utriusque loci fonte dubitari nequit; sed in uno offendat aliquis. In Anabasi Aristonus Pellaeis adnumeratur, cum in hist. Ind. Eordensem eum esse Arrianus adnotet. Si quis librarii cuiusdam errorem statuat, Anabasis locum debebit emendare.

Derivanda igitur sunt c. 18 et 19 non ex Nearchō sed ex Aristobulo; animadvertas autem, quod Arrianus c. 19, 8 ipse

dicit: *Ὁ, ὃς ἐν τῇ ξυγγραφῇ ἦντινα ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου ξυνέγραψε καὶ τοῦτο ἐψεύσατο, ναύαρχον ἑαυτὸν εἶναι γράψας, κυβερνήτην ὄντα.* Quae cum desint in hist. Ind. Arrianus ipse addidisse videtur, nam Aristobulum ea dixisse iam per se veri est dissimillimum. Schoenius quidem p. 29 censuit Aristobulum respexisse ad Onesicriti commenta, cum ex loco Arriani probari non posset Arrianum ipso Onesicriti libro usum esse. Sed potuit ex Strabonis opere notitiam illam *περὶ τοῦ τῶν παραδόξων ἀρχικυβερνήτου* sibi comparare; cf. enim geogr. XV p. 698 § 28.

mentionem inicit descriptionis in Anabasi exhibitae: ὅκως μὲν δὴ κατὰ τοὺς ποταμοὺς κατέπλωσεν αὐτῷ ὁ στόλος — πάντα ταῦτα λέλεκται μοι ἤδη ἐν τῇ ἄλλῃ τῇ Ἀττικῇ συγγραφῇ. Itaque nihil aptius erat, quam ut utroque loco eundem auctorem sequeretur. Adhibuisse autem in hist. Ind. conscribenda se non solos Eratosthenem Megasthenem Nearchum ipse profitetur Anab. V 5, 1 ἀλλ' ὑπὲρ Ἰνδῶν ἰδίᾳ μοι γεγράφεται ὅσα πιστότατα ἐς ἀφήγησιν οἱ τε ξὺν Ἀλεξάνδρῳ στρατεύσαντες καὶ ὁ Νέαρχος, ἐπὶ δὲ ὅσα Μεγασθένης τε καὶ Ἐρατοσθένης, δοκίμῳ ἄνδρῳ, ξυνεγραψάτην. Denique unum addam: si minus Aristobulus capitum illorum fons esset, nequaquam eum in Anabasi adhibitum esse statuere liceret. Plane enim est incredibile, Aristobulum aliis scriptoribus tam obnoxium fuisse, ut paene ad verbum eos exscriberet. Hoc Fraenkelius quidem voluit, sed ne umbram quidem argumenti protulit ad sententiam suam confirmandam. Semper vero in memoria tenendum est Aristobulum rerum relatarum testem oculatum fuisse.

Sed redeamus eo, unde profecti sumus. Ex Aristobulo igitur sumpsit Arrianus, quae dicit hist. Ind. 19, 7 de navium numero: νέες δὲ αἱ σύμψασαι αὐτῷ [χίλιαι καὶ] ὀκτακόσαι ἦσαν, αἶ τε μακρὰ καὶ ὅσα στρογγύλα πλοῖα καὶ ἄλλαι ἵππαγωγὸν καὶ σιτία ἅμα τῇ στρατιῇ ἄγουσαι.

Ergo usus est Aristobulus his vocabulis: μακρὰ νῆες et στρογγύλα πλοῖα; atque haec revera reperimus c. 5, 2 quem locum p. 38 ad Aristobulum rettulimus. Neque vero apud Arrianum deprehenduntur Ptolemaei termini qui dicuntur technici, τριακόντοροι et κέρμουροι. Sic coniectura mea de Aristobulo et in Anabasi et historia Indica adhibito pulcherrime confirmatur.

Verba χίλιαι καὶ, quae uncis inclusi, inserenda esse coniecit Schmiederus; quem secutus est Hercherus, qui ne adnotavit quidem in praefatione critica deesse ea in libris manuscriptis. Contra illum disputavit C. Muellereus Geogr. Gr. min. I p. 331, cui adsensus est Eberhardus in Hercheriana altera. Nimirum voluit Schmiederus numeros in hist. Ind. et Anab.

traditos exaequare. Idem egit Kruegerus, qui suspicatus est in Anabasi esse scribendum τῶν χιλίων pro τῶν δισχιλίων. Utrumque falsum est. Nam si Arrianus in Aristobuli opere invenisset numerum cum Ptolemaei congruentem, qua tandem causa eum commotum putabis, ut Ptolemaei memoriam anteponeret Aristobuli, praesertim cum adferat Ptolemaei auctoritatem his verbis usus: ὥστε λέγει Πτ., ᾧ μάλιστα ἐγὼ ἔπομαι.

Quibus disputatis dubium iam non poterit manere, quomodo res sese habeat. Arrianus apud Aristobulum numerum invenit multo minorem quam apud Ptolemaeum; sed cum hic maiore fide ei dignus esse videretur, Aristobuli memoriam sprexit, Ptolemaei autem inseruit. Ergo id fecit, quod in praefatione pollicitus est: Πτολεμαῖος — καὶ Ἀριστόβουλος — ὅσα δὲ οὐ ταῦτά (scil. ξυνέγραψαν), τούτων τὰ πιστότερα ἔμοι φαινόμενα — ἐπιλεξάμενος.

Denique VI 28, 1 et 2 narrat fabulam de Alexandro in Carmania sub specie Dionysi debacchante, quam sumpsit ex Strabone. Adnotat enim neque apud Ptolemaeum neque Aristobulum eam deprehendi. Tum pergit Arrianus § 3 ἀλλ' ἐκεῖνα ἤδη Ἀριστοβούλῳ ἐπόμενος ξυγγράφω, oratione indirecta adiungens ea quae sequuntur. Mirum esset, si verba illa quibus significat se antea Aristobulum non exscripsisse ad solum capitis initium spectarent. Itaque suspicabimur capitibus antecedentibus eum non adhibuisse Aristobulum. Atque revera eum non est secutus c. 24—26, quae p. 22 iam Straboni tribuimus; cui cum c. 27 adtribui non possit, hoc ex Ptolemaeo desumptum esse iudicabimus. Quae sententia eo comprobatur, quod cum § 2, qua agitur de Philippo satrapa occiso, mirum quantum Curtius X 1, 20—22 conspirat.

Iam ad eos locos transeamus, quibus Ptolemaei et Aristobuli testimonia inter se discrepantia proferuntur.

L. III 4 describit Arrianus sine dubio Aristobulum secutus Hammonis oraculum fontemque mirabilem ibi inventum. Capite extremo de reditu Alexandri dicit ἀνέξεν ἐπ' Αἰγύπτου, ὡς μὲν Ἀριστόβουλος λέγει, τὴν αὐτὴν ὀπίσω ὁδόν, ὡς δὲ Πτολεμαῖος ὁ Λάγον, ἄλλην εὐθεΐαν ὡς ἐπὶ Μέμφιν.

Quia vero Arrianus proximo capite ineunte sic pergit: *εἰς Μέμφιν δὲ αὐτῶ̄ πρεσβεῖαι τε πολλαὶ ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἦγον*, videmus eum ab Aristobulo ad Ptolemaeum transisse. Noluit autem Aristobuli memoriam prorsus silentio praeterire, ne quis crederet hunc idem rettulisse ac Ptolemaeum. Ex hoc loco perspicimus insignem historici diligentiam.

III 30, 5 profert breviter tantum variam Aristobuli de Besso capto memoriam, postquam capitibus praecedentibus Ptolemaeum secutus amplissime narravit, quomodo proditor ille captus sit. Nimirum ideo hic dissensum illorum adnotavit, quia res erat gravissima, quod non poterimus dicere de discrepantiis, quas deprehendimus IV 3, 5 et V 20, 2 (de septimae urbis expugnatione et de populi cuiusdam nomine). III 3, 5 et 6 discrimen adnotavit, quia agitur de prodigiosa quadam fabula.

L. IV caput quintum quo Arrianus cladem Macedonum contra Spitamenem missorum exponit, manasse ex Ptolemaeo recte intellexit Schoenius p. 6. Addit enim Arrianus Aristobuli auctoritatem adferens (*Ἀριστόβουλος δὲ λέγει*) aliam de eadem clade narrationem a priore diversam c. 6, 1–2. Iam existimaveris etiam aliis locis, quibus eandem citandi rationem deprehendimus, item esse statuendum praecedentia fluxisse ex altero Arriani fonte. Attamen duo loci talem opinionem non admittunt.

L. VII 4, 4sq. describit Arrianus nuptias Susae factas; *αὐτὸς μὲν τῶν Δαρείου θυγατέρων τὴν πρεσβυτάτην Βαρσίνην ἡγάγετο, ὡς δὲ λέγει Ἀριστόβουλος, καὶ ἄλλην πρὸς ταύτη τῶν Ὠχοῦ θυγατέρων τὴν νεωτάτην Παρύσατιν*. Fraenkelius sibi persuasit ea quae de Barsine dicerentur fluxisse ex Ptolemaeo, reliqua vero ex Aristobulo omnia, quia veri non esset simile Ptolemaeum talem enumerationem composuisse. Hoc unum recte confirmavit, reliquis non subscribo, quia talis laudandi ratio ab Arriani consuetudine discrepat; immo Ptolemaei non Aristobuli memoriam adtulisset, si reliquam narrationem ex hoc sumpsisset. Cum igitur diversa Aristobuli memoria inseratur reliquisque quae explicantur opponatur,

Ptolemaeo autem haec tribuere non liceat, coniciat aliquis ¹⁾ neque ex Ptolemaeo neque ex Aristobulo, sed ex tertio quodam fonte Arrianum sua hausisse. De opere tamen coniectaneo vix cogitabimus, quia huius nullum apud Arrianum extat vestigium. Praeterea una in re discrepat Arrianus cum Plutarcho; dicit enim Darei filiae nomen fuisse Barsinen, cum Statiram Plutarchus eam adpellet neque Parysatin commemoret consentientibus Diodoro c. 107 et Curtio IV 5, 1. Nescio an difficultas alia via eaque faciliore expediri possit. Cum enim ab Aristobulo Barsinen nominatam eam esse ex verbis *καὶ ἄλλην πρὸς ταύτῃ* adpareat, deinde cum totius narrationis indoles quam optime huic scriptori conveniat, fortasse recte statuemus Arrianum ideo Aristobuli mentionem iniecisse, ut memoriae de duplici regis matrimonio fidem quam maximam redderet. Omnia igitur ex Aristobulo fluxisse putanda sunt, quamquam auctoritas eius per δὲ particulam adfertur.

III 17 explicatur Alexandri expeditio contra rapacem Uxiorum gentem suscepta. Iam sic ait Arrianus § 6: *ταῦτα τὰ γέρα παρ' Ἀλεξάνδρου λαβόντες χαλεπῶς εὔροντο θεόμενοι παρ' αὐτοῦ τὴν χώραν τὴν σφῶν ἔχοντες φόρους ὅσα ἔτη Ἀλεξάνδρω ἀποφέρειν. Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάγου λέγει τὴν Δαρείου μητέρα δεηθῆναι ὑπὲρ αὐτῶν Ἀλεξάνδρου δοῦναι σφισι τὴν χώραν οἰκεῖν.*

Iam statuit Fraenkelius p. 272 duplicem referre Arrianum memoriam: secundum priorem Uxiis propter ipsorum preces veniam datam esse ab Alexandro, secundum alteram Darei matrem precibus impetrasse, ut populo illi ignosceret. Itaque sibi persuasit summam capitis ex Aristobulo manasse, variam autem Ptolemaei memoriam ab Arriano insertam esse. Tum necessario statueremus Ptolemaeum omnino non dixisse Uxios ad Alexandrum misisse legatos, ut de pace et tributo agerent. Sed hoc eum silentio praeterire nullo modo potuisse mani-

1) Cf. Schoenium l. l. p. 8: 'Ceterum cum l. c. Arrianus ὡς δὲ λέγει Ἀριστόβουλος dixerit, reliqua narratio cui Aristobuli testimonium opponitur, e quonam fonte manaverit non liquet. Nam de Ptolemaeo cogitare cur non liceat etc.'

festum est. Immo simillime ea quae apud Arrianum praece-
dunt eum prodidisse memoriae arbitramur. Sic enim Cur-
tius quoque rerum ordinem exponit V 3, quamquam in sin-
gulis rebus non paullum discrepat ab Arriano. Consociandae
igitur sunt duae narrationes: nimirum Sisygambis Uxiorum
preces adiuvit, cum Alexander eis parcere nollet. Praeterea
rerum militarium descriptio nemini convenit nisi Lagidae. Ergo
totam narrationem ab Arriano ex Ptolemaeo petitam esse mihi
persuasum est; addidit autem nomen Ptolemaei, ut fidem nuntii
confirmaret illius auctoritate gravissima. Ne hic quidem parti-
cula δὲ premenda est.¹⁾

Refutare hic lubet opinionem quandam Petersdorffi, quam
pronuntiavit '*Eine neue Hauptquelle*' p. 45 adn. 2. Dicit enim,
quia Arrianus memoriam illam de Sisygambi supplicante Ptole-
maeum solum referre adnotaret, concludendum esse propter
rationem ab Arriano in fontibus adhibitis observatam, reliquos
fontes nihil de illa re tradidisse. Quam sententiam falsam esse
elucet ex eis quae adhuc disputavimus. Itaque non recte con-
cludit Petersdorffius etiam ea quae Curtius V 3, 12—14 de
Sisygambi narret, ad Ptolemaeum referenda esse.

Denique Ptolemaeus et Aristobulus testes inter se consen-
tientes adferuntur ab Arriano III 26, 1 de Philotae insidiis iam
in Aegypto Alexandro nuntiatis.

Complures denique loci extant, quibus ita Arrianus auctores
suos nominat, ut eorum sententias comparet cum memoria
vulgari. De his testimoniis dupliciter statuere licet: aut iam
invenit ea in Strabonis opere, quod iam p. 12 nonnullis exem-
plis comprobavimus, aut ipse inspexit Ptolemaei et Aristo-
buli libros.

Invenit igitur Arrianus auctores suos primarios etiam a
Strabone exscriptos esse; qua re nescio an commotus sit, ut

1) Cum haec iam scripsissem, vidi Zimmermannum in Hermae vol.
XXIII p. 125 sqq. eandem laudandi rationem in Strabonis libris geogra-
phicis observasse. Dicit Strabo Ἀρτεμίδωρος δὲ λέγει, vel Ποσειδώνιος δὲ
λέγει, quamquam etiam ea quae praecedunt ex eodem petivit fonte; quod
certissimis ille vir doctus comprobavit exemplis.

saepius narrationibus, quae ad Aristobulum redeunt, addiderit notas libri conlectanei. Talibus locis nimirum veri est similis Arrianum non verba illius operis, sed ipsius Aristobuli, quem in manibus habebat, reddidisse.

L. II 5, 2—4 loquitur Arrianus de Anchialo oppido et Sardnapali monumento. Narrat autem haec secundum Aristobulum, ex quo eadem hausit nomine auctoris adposito Athenaeus XII p. 530 A. Arrianus tamen dicit § 2: *ταύτην δὲ Σαρδανάπαλον κτίσαι τὸν Ἀσούριον λόγος*. Apud Strabonem eum eandem memoriam repperisse certo argumento comprobare possumus; nam hic quoque eadem refert ex Aristobulo XIV p. 672, quod nimirum etiam in hypomnematis fecerat.

L. VII 20, 1—2 disserit Arrianus de Arabum religione et regione, incipit vero his verbis narrationem suam: *Λόγος δὲ κατέχει ὅτι ἤκουεν Ἀραβας δύο μόνον τιμῶν θεούς*. Haec et ex Aristobulo petita et in opere quoque conlectaneo esse exposita, docet pariter Strabo, qui eadem memorat XVI p. 741 § 11, quae auctori illi sese debere ipse adnotat initio: *φησὶ δ' Ἀριστόβουλος*.

Similiter statuemus de libri VII c. 16 et 17, quae fluxisse ex Aristobulo certis argumentis ostendi potest. C. 16, 1—4 huic tribuimus, quia quae hic de Oxo flumine exponuntur prorsus conspirant cum III 29, 2, ubi Aristobulum adhibitum esse docet Strabo, qui p. 509 § 3 eadem ex Aristobulo profert. Tum agit Arrianus usque ad proximi capitis finem de Chaldaeorum vaticinio, quo Alexandrum a Babylonis ingressu detertere conabantur. Cohaerent vero c. 16, 5—8 cum c. 17, 5, ubi Aristobulus nominatim adfertur; utroque loco narratur de Chaldaeis Alexandro suadentibus, ne orientem versus respiciens exercitum in urbem duceret, sed potius ex parte orienti ingrederetur. Iam invenimus c. 16, 6 notam operis Straboniani: *ἀποκρίνασθαι αὐτοῖς λόγος Εὐριπίδου τοῦ ποιητοῦ ἔπος*. Huius dicti Aristobulum mentionem fecisse efficio ex conexu conloquii illius Alexandri Chaldaeorumque, quod Arrianus refert. Iam vero contendo hanc narrationem in opere conlectaneo eum invenisse eaque de causa fontis illius notam

addidisse. Atque revera demonstrare possumus Strabonem hanc Aristobuli memoriam novisse.

Eandem enim narrationem profert Appianus b. c. II 153, qui postquam coniurationem contra Caesarem factam narravit, c. 149 dicit: *οὕτω μὲν δὴ Γάιος Καῖσαρ ἐτελεύτησεν — ἀνὴρ ἐπιτυχεστάτος ἐς πάντα καὶ δαιμόνιος καὶ μεγαλοπράγμων καὶ εἰκότως ἐξομοιοῦμενος Ἀλεξάνδρῳ*. Quam sententiam capitibus sequentibus comprobare studet multis prolatis ex utriusque viri vita et rebus gestis. Iam quaeritur utrum ipse hanc comparationem Alexandri et Caesaris composuerit an fonti cuidam debeat. Illud veri non est simile in auctore, qui hercle non abundat propriis sentiis et inventis, sed ea solet repetere, quae alii iam senserant et excogitaverant. Neque profecto erat Appiano ea Alexandri historiae notitia, quam eum qui hanc comparationem conscripsit habuisse statuendum est. Quemnam igitur fuisse credemus tanta illius historiae scientia instructum, ut in vita Caesaris describenda uti potuerit? Strabonis hypomnemata historica et a Plutarcho in vita Caesaris et ab Appiano bellorum civilium libro altero adhibita esse commentatione acuminis plena, cui inscripsit *Caesar im Orient*, W. Iudeichius demonstravit, quae sententia quin vera sit dubitari nequit. Strabonem vero amplissimam Alexandri rerum gestarum notitiam habuisse nos ipsi demonstravimus. Hue accedit quod Plutarchus vit. Caes. c. 63 ipsum Strabonem laudat de vaticiniis quibusdam paullo ante Caesaris mortem observatis; apud Appianum vero Alexandrum et Caesarem inter se comparari propter omina quaedam videmus. Itaque dubitari iam nequit, quin Strabo auctor Appiani fuerit; omnia autem quae apud Appianum de Alexandro adferuntur Strabonem sumpsisse ex suo opere de illius rebus gestis consentaneum est. Quae si vera sunt, etiam hinc concludere licet (cf. p. 20) Strabonem hypomnemata de Alexandro composita scripsisse ante hypomnemata historica.

Quae cum ita sint, Arrianum narrationem Aristobuli de versu Euripideo ab Alexandro recitato in Strabonis hypomnematis invenisse pro certo adfirmamus. Sed etiam revera eum

hic inspexisse illud opus ex vestigio haud ambiguo cognoscitur. C. 17 enim ubi agitur de Beli templo, quem rex restituere conabatur, inveniuntur dilucidae notae fontis tertii: οἱ μὲν λέγουσιν ὅτι ἐπὶ τοῖς θεμελίοις τοῖς πρόσθεν — οἱ δὲ ὅτι καὶ μείζονα ἔτι τοῦ πάλαι ὄντος. Itaque suspicio oritur haec non ex Aristobulo sumpta, sed ex Strabone inserta esse, qui quod notatu perdignum est loquitur de Beli templo simillime XVI p. 738 § 5. Quae res cum ita se habeat, nulla remanere poterit dubitatio.

Perversa igitur est sententia Fraenkeli, qui p. 70 contendit iam Aristobulum adhibuisse formas illas loquendi λόγος, λόγος κατέχει, λέγουσιν similes ut memorias ex aliis auctoribus a se petitas significaret ex eoque Arrianum desumpsisse. Neque usus est exemplis certissimis ad coniecturam suam confirmandam; nam Aristobuli locus, quem adfert ex Strab. XIV p. 672: ἔνιοι δὲ καὶ ἐπιγραφὴν εἶναι φασιν Ἀσσυριοῖς γράμμασι τοιάνδε, sic non legitur in libris. Illud φασιν omnes omittunt, deinde ἔνιοι δὲ desunt in Epit. Vat., qua de causa recte Cramerus eas vuculas induxit. Denique nunquam rationibus sat idoneis poterit evinci tali modo Aristobulum in suum usum convertisse aliorum scriptorum memorias.

Transeo nunc ad inlustrandam rationem, qua usus Arrianus fontes suos exscripsit. Quaeritur enim primum, utrum diligenter materiem ab auctoribus praebitam reddiderit an temerarie mutaverit additamentisque a se ipso confictis amplificaverit.

Haud paucis locis eius narrationem cum aliorum scriptorum memoria quae ex eodem fonte fluxit contendere possumus, qua in re saepissime videmus eum cum illis vel in paucillis consentire. De hac re iam Fraenkelius sat amplam quaestionem instituit, in qua id vituperandum videtur esse, quod non semper certis usus est exemplis ad id quod sibi proposuerat comprobandum. Certissima enim utique eligenda erant. Consulto autem supra p. 39 sq. Anab. VI c. 1—4 et Hist. Ind. c. 18 et 19 in comparationem tam diligentem vocavi; ideo enim multum valent ad nostram rem, quia utroque loco Arrianus

eundem auctorem adhibuit. Vidimus autem Arrianum, cum Anabasis capita componeret, omisisse quidem complura, nonnulla abbreviasset; sed pleraque vehementer conspirant cum eis, quae in hist. Ind. exponuntur. Unde patet fuisse eum hoc loco Aristobulo valde obnoxium. Huc pertinet etiam alius locus, de quo iam disputavimus (p. 16 sq.); memorias de Alexandri diademate compositas diligenter ex fonte suo transumpsit, quod luculenter apparet ex Appiani comparatione.

Inde concludendum est, Arrianum in universum diligenter fontes suos exscripsisse, qua de re consentio cum Fraenkelio; ex exemplis ab eo adlatis ea eligas velim et contempleris, quae apta sunt ad hanc sententiam comprobendam, velut 4, 5, 6, 9 alia (cf. p. 331 sq.).

Non prorsus in hanc sententiam, quae plerisque probata est, abiit B. Niesius libello quodam cui inscripsit 'De Sardanapali epitaphio' (Ind. lect. aestiv. Marburg. 1880); ubi diligentius tractavit quae Arrianus II 5, 2—4 de Anchialo oppido et Sardanapali monumento profert. Id pro certo adfirmavimus (p. 48) redire ad Aristobulum quae narrat Arrianus; nam quae ille de hac re rettulerat, duobus locis, Athen. XII p. 530 A et Strab. XIV p. 672, servata sunt. Itaque hac de re nulla dubitatio moveri potest. Sed sunt differentiae quaedam inter Arrianum et Aristobulum, in quas Niesius accuratius inquisivit. Secundum illum enim figura Sardanapali plaudentium more manus conlidit (*συμβεβληκῶς τὰς χεῖρας ἀλλήλαις ὡς μάλιστα ἐς κρότον συμβάλλονται*), apud hunc conlidit dextrae manus digitos more eorum, qui contemptionem quandam significare volunt (*συμβάλλοντα τοὺς τῆς δεξιᾶς χειρὸς δακτύλους ὡς ἂν ἀποκροτῶντα*). Itaque non intellecta est verbi ἀποκροτεῖν notio ab Arriano. Neque vero ex hoc errore statim concludendum erit, in universum Arriani fidem male se habere. Contendit quidem Niesius eum alia quoque temere novasse, quia exponeret Arrianus Assyrios quasi interpretatos esse titulum: οἱ μὲν Ἀσσύριοι καὶ μέτρον ἔφρασκον ἐπεῖναι τῷ ἐπιγράμματι — καὶ τὸ παῖζε ῥαδιουργότερον ἐγγεγράφθαι ἔφρασαν τῷ Ἀσσυρίῳ ὀνόματι; immo Cilices saltem nominandos fuisse censet Niesius. Sed

cave ne haec Arriano opprobrio des; neque enim ex eo quod Athenaeus et Strabo prorsus de hac re tacent iam efficiendum est Arrianum haec novasse, praesertim cum narratio eius etiam reliquis multo amplior est quam illorum. Quid igitur impedit, quominus Aristobulo ipsi ista verba adtribuamus? Immo nihil aliud Arrianus commisisse videtur, quam quod non intellexit, quid sibi vellet mirum illud ἀποκοτεῖν verbum. Hoc certe nesciebat bonus Arrianus; neque ei veniam denegemus. Itaque hoc exemplum non aptum est quo demonstretur fontes suos Arrianum temerarie mutasse.

Saepius usu venit, ut Arrianus suam exprimat sententiam de aliqua re, quod solet facere vocabulis ὡς δοκεῖ μοι vel similibus usus. Sed cave praepropere credas eis locis eum ipsum ea addidisse, quae pro suo iudicio propinat; aliquotiens enim facile perspicitur repeti auctoris sententiam. VII 19 extrem. dicit haec: ἦν δὲ αὐτῷ τοῦ ναυτικοῦ ἡ παρασκευὴ ὡς ἐπὶ Ἀραβας τοὺς πολλούς, πρόφασιν μὲν, ὅτι τὸ δὲ ἀληθές, ὡς γέ μοι δοκεῖ, ἄπληστος ἦν τοῦ κᾶσθαί τι ἀεὶ Ἀλέξανδρος. Hic Geierus recte perspexit Arrianum Aristobuli sententiam pro sua vendere; nam Strabo XVI p. 741 ex eodem fonte hauriens prorsus congruenter loquitur: τὸ δ' ἀληθές, ὀρεγόμενον πάντων εἶναι κύριον. Similiter res sese habet VI 11, 6: ἐνθεν δὴ μοι δοκεῖ πόλις οὕσα Ἀρβηλα ἀπηνέγκατο τὴν δόξαν τῆς μεγάλης μάχης; cf. Strab. XVI p. 737. Perinde iudicabimus de VI 19, 5: αὐτὸς δὲ ὑπερβαλὼν τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ τὰς ἐκβολὰς ἐς τὸ πέλαγος ἀνέπλει, ὡς μὲν ἔλεγεν, ἀπιδεῖν εἰ πού τις χώρα πλησίον ἀνίσχει ἐν τῷ πόντῳ· ἐμοὶ δὲ δοκεῖ οὐκ ἦμιστα ὡς πεπλευκέναι τὴν μεγάλην τὴν ἔξω Ἰνδῶν θάλασσαν. Paene risum movet alius locus, qui huc pertinet: II 24, 6 dicit, postquam Ptolemaeum secutus narravit Tyri urbis expugnationem: καὶ τὴν ναῦν τὴν Τυρίαν τὴν ἱερὰν — τῷ Ἡρακλεῖ ἀνέθηκε καὶ ἐπίγραμμα ἐπ' αὐτῇ, ἢ αὐτὸς ποιήσας ἢ ὅτον δὴ ἄλλου ποιήσαντος, οὐκ ἄξιον μνήμης τὸ ἐπίγραμμα· διὰ τοῦτο καὶ ἐγὼ αὐτὸ ἀναγράψαι ἀπηξίωσα. Apparet eum sententiam auctoris sui sibi vindicasse, nam epigramma ipse sine dubio non legit.

Restat, ut quaeramus, quamnam Arrianus secutus sit rationem, quando ex uno fonte quaedam inseruit in alterius narrationem. Iam supra p. 37 monui bis eum eis locis Aristobulum citasse, sed non saepius. Praecipue vero tertii libri finis multum valet ad rationem Arriani bene perspicendam. Describitur ibi fuga Bessi inde a c. 28 usque ad 30, 5; ipse autem Arrianus indicat narratione finita, utrum auctorem secutus sit: *καὶ ταῦτα Πτολεμαῖος ἐπὲρ Βήσσου ἀνέγραψεν*. Inde consentaneum redditur omnia quae ad Bessi fugam pertinent ex Ptolemaeo eum hausisse, praesertim cum brevissime variam Aristobuli sententiam de Besso vincto c. 30, 5 adserat. Nimirum quia ipse Ptolemaeus ab Alexandro missus erat ad Bessum fugientem persequendum et capiendum eius memoriam potiore fide dignam esse existimavit. Sed accuratius inquiremus in capita illa. C. 28, 5—7 digressionem habes de Caucasi montis natura; hic bis Aristobulus ab Arriano laudatur, unde adparet ad hunc auctorem eum transisse, ut illum montem describeret; ergo ea quae praecedunt ex Ptolemaeo fluxerunt. Accedit quod c. 28, 2 rursus agitur de Satibarzanis rebellione, in qua narranda iam antea Arrianum Ptolemaeum secutum esse veri est simillimum. Simul autem inde quod Aristobulus de rebus geographicis laudatur consecutaneum fit, Arrianum § 8, ubi pergit Alexandri expeditiones explicare Bessi capiendi causa susceptas, redisse ad Ptolemaeum, quem sequitur usque ad c. 29, 2; nam quae hic de Oxo flumine exponuntur hausit ex Aristobulo, quem hoc quidem loco non citavit, sed congruunt, quae Strabo XI p. 509 § 3 ex illo auctore de eodem flumine profert, adprime cum Arriani verbis. Iam quaeritur, ubi Arrianum ad Ptolemaeum redire statuendum sit. Describitur § 3 et 4 transitus Oxi fluvii; in quibus manifestum Ptolemaei vestigium deprehenditur, quod ut melius cognoscatur huius loci comparisonem institui cum duobus aliis, quibus et ipsis secundum Ptolemaeum explicatur indoles coriorum, quos Macedones in flumine transgrediendo adhibuerunt. Itaque componamus haec:

§ 4 ξυναγαγὼν οὖν τὰς διφθέρας ὑφ' αἷς ἐσκήνον οἱ στρατιῶται φοροτοῦ ἐμπλῆσαι ἐκέλευσεν ὡς ξηροτάτου καὶ καταδῆσαι τε καὶ ξυρράψαι ἀκριβῶς, τοῦ μὴ ἐσθύνεσθαι ἐς αὐτὰς τοῦ ὕδατος. ἐμπλησθεῖσαι δὲ καὶ ξυρραφεῖσαι ἱκανὰ ἐγένοντο διαβιβᾶσαι τὸν στρατὸν ἐν πέντε ἡμέραις.

I 3, 6 τὰς δὲ διφθέρας ὑφ' αἷς ἐσκήνον τῆς κάρφης πληρώσας καὶ ὅσα μονόξυλα πλοῖα ἐκ τῆς χώρας ξυναγαγὼν — διεβίβαξεν ἐπ' αὐτῶν τῆς στρατιᾶς κτλ.

V 12, 3 καὶ ἐνταῦθα ἐπληροῦντο τῆς νυκτὸς αἱ διφθέραι τῆς κάρφης ἐκ πολλοῦ ἤδη παρενηνεγμένης καὶ κατερράπτοντο ἐς ἀκριβειαν.

Adparet ex horum locorum similitudine etiam paragrapho quarta Ptolemaeum adhibitum esse; hausit autem ex eo Arrianus etiam § 3, quoniam inde a verbis διαβάλλειν δὲ ἐπιχειροῦντι artissimus descriptionis extat conexus. Ceteroquin, id quod silentio praeterire nolui, Ptolemaeum rerum geographicarum minus curiosum de eis non copiosius verba fecisse videmus quam satis esse putabat ad expeditiones Alexandri recte intellegendas; nam ad hunc finem omnia spectant, quae de Oxo flumine dicuntur. Apte cum hac Acesinis descriptio et ipsa ex Ptolemaeo petita componitur V 20, 8, ubi item illud *θεῦμα ὄξυ* deprehenditur; quia vero Ptolemaeus adnotavit Oxum sex stadia latum esse (§ 3), intellegimus recte dixisse Arrianum illo loco: *τούτου τοῦ Ἀκεσίνου ποταμοῦ τὸ μέγεθος μόνου τῶν Ἰνδῶν ποταμῶν Πτολεμαῖος ὁ Λάγον ἀνέγραψεν*. Paragraphum sextam c. 30 manasse ex Ptolemaeo inde adparet, quod proxima paragrapho statim ad Aristobulum transit Arrianus, ut ipse disertis verbis significat; inserit enim, quae de Tanaide in illius opere invenerat; reliquae huius capitis paragraphi nimirum Ptolemaeo tribuendae sunt, quia cohaerent cum argumento paragraphi sextae.

Simillime sese habet l. IV caput sextum. Caput quintum quo Arrianus cladem Macedonum contra Spitamenem missorum exponit manasse ex Ptolemaeo, iam supra (p. 45) cum Schoenio monuimus. Addit enim Arrianus Aristobuli auctoritate adlata

aliam de eadem clade memoriam a priore diversam c. 6, 1—2; simul autem recte agnovit Schoenius in sequentibus Arrianum redire ad Ptolemaeum, quod et per se consentaneum est et alio argumento comprobatur. Dicit enim Arrianus § 5 Alexandrum redeuntem terram vastavisse atque *τοὺς ἐς τὰ ἐρύματα καταπεφενγότας τῶν βαρβάρων* interfecisse. Cum his verbis contendamus locos duos simillimos qui propter accuratam rerum militarium descriptionem ex Ptolemaeo derivandi sunt; c. 15, 7 *ὅτι πολλοὺς τῶν Σογδιανῶν ἐς τὰ ἐρύματα ξυμπεφενγέναι ἠγγέλλετο* (cf. etiam p. 63); c. 16, 3 *καὶ οἱ ἄλλοι ὡς ἐκάστοις προῦχώρει ἐπήεσαν, τοὺς μὲν τινὰς τῶν ἐς τὰ ἐρύματα ξυμπεφενγότων βία ἐξαιροῦντες*. Incipiunt igitur Aristobuli verba inde a *καὶ ἐπῆλθε τὴν χώραν κτλ.*; nam quae hic inseruntur de Polytimei fluminis natura hausta esse ex hoc auctore docet fragmentum a Strabone p. 518 servatum. Rursus igitur Arrianus res geographicas ab Aristobulo explanatas accuratissime inseruit in Ptolemaei rerum bellicarum descriptionem; huic nimirum caput 7 debetur, quia redit Arrianus a digressionem; § 4 et 5 ipse conscripsit.

Ex his exemplis videmus nunquam Arrianum Aristobuli et Ptolemaei narrationes inter se commiscuisse, neque unius sententiam alterius memoria in comparationem vocata mutasse, sed diligenter auctores suos exseripsisse, modo hunc modo illum adhibentem, prout res postulare videbatur. Itaque aliis quoque locis, nisi causae graves obstant, statuere licebit Arrianum rationem hic observatam secutum esse.

Iam eo deducta est quaestio nostra, ut diiudicare possimus, quaenam Anabasis partes Ptolemaeo quaenam Aristobulo adtribuendae sint. Ita vero officio nostro perfungemur, ut prius ea capita notemus, quae ex Ptolemaeo Aristobulove fluxisse certis comprobatur argumentis. Ex Ptolemaeo igitur Arrianus certo hausit hos locos:

Lib. I c. 1—6 de expeditione contra Thraces Triballos Taulantios; c. 7—8; 9, 9—10 de Thebarum expugnatione;

c. 10 de Atheniensium legatione; c. 11, 3—6 de expeditionis Persicae initio; argumenta conguessit Fraenkelius p. 256 sqq.;
 c. 16, 4 de Macedonibus pugna apud Granicum necatis;
 alios enim numeros profert Aristobulus Plut. c. 16.

Lib. II c. 11, 8 de Persis proelio Issico interfectis; cf. p. 37.

Lib. III c. 5 de Aegypti praefectis; cf. p. 8. 44.

c. 17 Uxii superantur; cf. p. 46.

c. 23 de Alexandri in Hyrcania expeditione; cf. p. 8.

c. 28, 1—4; 8—10. 29, 1; 3—7. 30, 1—5 de Bessi fuga;
 cf. p. 53 sq.

c. 30, 6; 10—11; cf. p. 54.

Lib. IV c. 5, 2—9 de pugna apud Maracanda; cf. p. 54.

c. 6, 3—5. 7 (exceptis § 4 et 5, quas Arrianus ipse composuit); cf. p. 55.

c. 22, 3—30, 7 de itinere in Indiam facto; cf. Fraenkel. p. 279 sq.

Lib. V c. 8, 4—14, 2. 15, 1—17, 3 de pugna cum Poro rege commissa; c. 14, 3 enim inseritur varia Aristobuli memoria, quae cum antecedentibus consociari nequit. Deinde citatur Ptolemaeus c. 15, 1.

c. 20, 1—29, 5 de itinere usque ad Hyphasin facto;
 cf. Fraenkel. p. 281.

Lib. VI c. 6—11, 1 de Mallorum urbe expugnata. Iam supra p. 38 demonstravimus initium libri sexti Arrianum sumpsisse ex Aristobulo; redisse vero eum alicubi ad Ptolemaeum inde conligitur, quod hic c. 10, 1 laudatur. Iam quaeritur, unde incipiat Ptolemaei narratio, desinat Aristobuli. Dicat vero quispiam c. 5, 5 transire Arrianum ad Ptolemaeum, quia huic optime convenient, quae explicentur de exercitus distributione; sed § 5 *καὶ ἐνταῦθα Ἡφαιστίων τε αὐτῶ καὶ Κράτερος καὶ Φίλιππος ξὺν τοῖς ἀμφ' αὐτοὺς ὁμοῦ ἤδη ἦσαν* referenda esse ad c. 4, 1 adparet, ubi memorat Arrianus Philippum Craterum Hephaestionem praemissos esse ad confluentem Acesinis et Hydaspis. Itaque hic Aristobulum fontem esse statuemus. Tum secuntur haec ὁ δὲ τοὺς μὲν ἐλέφαντας καὶ τὴν Πολυσπέρχοντος τάξιν καὶ τοὺς ἱπποτοξότας — διαβιβάσας

τὸν Ὑδάσπην Κρατέρῳ ἄγειν προσέταξε. Quae vehementer pugnant cum eis, quae initio capitis sexti proferuntur αὐτὸς δὲ ἀναλαβὼν τοὺς ὑπασπιστάς τε καὶ τοὺς τοξότας καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας — καὶ τοὺς ἱπποτοξότας τε πάντας καὶ τῶν ἱππέων καὶ τῶν ἐταίρων τοὺς ἡμισείας — ὡς ἐπὶ Μαλλοὺς ἦγεν. Qua ex differentia sequitur capite sexto ineunti redire Arrianum ad Ptolemaeum; errorem enim eum commisisse propter discrepantiae naturam vix est veri simile.

Ex Aristobulo vero hos locos fluxisse certis argumentis concluditur:

Lib. II c. 5, 2—4 de Sardanapali monumento; cf. p. 48. 51.

Lib. III c. 3, 3—5; c. 4 de Ammonis oraculo; cf. p. 44; c. 26, 1 de Philotae insidiis; cf. p. 47; c. 28, 5—7 de Caucaso monte; cf. p. 53; c. 29, 2 de Oxo flumine; cf. p. 53; c. 30, 5 de Besso capto; c. 30, 7 de Tanaide flumine; cf. p. 54.

Lib. IV c. 6, 1—2 de pugna apud Maracanda; cf. p. 45.

c. 6, 6—7 de Polytimeto flumine; cf. p. 55.

Lib. V c. 14, 3 de pugna cum Pori filio; cf. p. 6. 56.

Lib. VI c. 1—5 de navigationibus ab Alexandro in Acesine et Hydaspae susceptis; cf. p. 38 sq.; c. 18, 2—24, 1 de itinere per Gedrosiam facto; cf. Fraenkel. p. 281; c. 28, 3—30, 3; ipse dicit (c. 28, 3) Arrianus ἀλλ' ἐκεῖνα ἤδη Ἀριστοβούλῳ ἐπόμενος ξυγγράφῳ; hunc igitur usque ad libri finem procul dubio secutus est. Atque etiam capite ultimo Aristobulum fontem esse cognoscimus, si c. 28, 3 comparamus cum c. 30, 2; utroque loco simillima de Peucesta dicuntur. Deinde si contulerimus, quae c. 29, 2 et 30, 1 de Orxine et Phrasaorte explicantur, videbimus etiam priorem c. 29 partem (§ 1—3) ubi Aristobulus non citatur, ex eo fluxisse; de Cyri enim sepulcro ab Alexandro restituto quater laudatur.

Lib. VII c. 4, 4—8 de nuptiis Susianis; cf. p. 45 sqq.

c. 7 Alexandri navigationes in Eulaeo et Tigride factae describuntur. Eadem redeunt apud Strabonem XVI p. 740, quem § 9—11 ex Aristobulo hausisse manifestum est; laudatur enim ille auctor p. 741 init. Uterque disserit de alveis ex Euphrate derivatis cataractisque a Persis contra classium hostilium invasionem extractis.

c. 16 et 17 de Chaldaeorum vaticinio; cf. p. 48.

c. 18, 1—5 de Pithagorae vaticiniis; cf. p. 37.

c. 19, 3—22, 1. Aut Aristobulus ipse citatur aut consentit Arrianus cum Aristobuli fragmentis a Strabone servatis XVI p. 740. 741.

c. 24 καὶ τι καὶ τοῖόνδε πρὸ τῶν μελλόντων σημήναι λέγει Ἀριστόβουλος.

Haec Ptolemaeo et Aristobulo adtribuuntur certis prolatis argumentis, quibus in reliquis Anabasis partibus caremus, ita ut saepius quidem in medio relinqui oporteat, utrum Ptolemaeus an Aristobulus fons sit statuendus. Multos tamen locos probabilius ex uno quam ex altero repeti affirmare licet ¹⁾, qua de causa nostrum esse putavimus etiam de his iudicium quaecumque possumus proferre.

Atque ut rursus incipiam a Ptolemaeo, huic tribuemus eos locos, quibus res militares describuntur, sive conspirant cum narratione Curtiana sive non; apte vero huic enumerationi peculiaris quaedam quaestio praemittenda mihi videtur, quae versatur in iudicanda cognoscendaque utriusque auctoris ab Arriano adhibiti consuetudine. Agitur enim de Aristandri Telmissensis vaticiniis, quae optime seorsim a nobis tractabuntur.

Notum est Arrianum multis locis proferre oracula prodigia alia huius generis; itaque quaesiverunt viri docti, utri talia attribuenda essent auctori, Aristobulo an Ptolemaeo. Atque primum Schoenius l. l. p. 23 monuit in Aristobuli haud paucis fragmentis miram quandam superstitionem esse conspicuam. Sic III 3, 6 dicit Arrianus Aristobulum memoriae tradidisse in itinere ad Hammonis templum suscepto duos

1) Non adstipulor hac in quaestione Kaerstio, cuius libellum *Forschungen zur Geschichte Alexanders des Grossen* 1887 tum demum cum pleraque iam scripseram inspicere mihi licuit. Negat enim p. 91 accuratius discerni posse, quae Aristobulo quae Ptolemaeo tribuenda sint, sed satis habendum esse existimat, si in universum quaeenam utriusque scriptoris natura et indoles fuerit cognoscatur. Immo ipsa varia utriusque consuetudine aptissime utemur ad iudicandum, utrum Arrianus exscripserit.

corvos ante exercitum volasse. Praeterea his locis res prodigiosas et mirabiles Arrianus vendit illius auctoritate adlata: IV 13, 5, ubi agitur de Syra quadam vaticinante, VII 18 ubi uberrime eum locutum esse adparet de Pithagorae vaticinationibus, VII 22, 2 ubi narratur de reportato Alexandri diademate, denique VII 24, 1 ubi laudatur de solio regio a vili quodam homine occupato. Quare Schoenius huic auctori tribuit omnes narrationes, quas profert Arrianus de Aristandri vatis Telmissensis vaticiniis, quae novem locis inveniuntur. Quam sententiam prorsus comprobavit Schaeferus l. l. p. 439. Etenim persuaserunt sibi hi viri docti eiusmodi narrationes haudquaquam resipere sobrium Ptolemaei Lagidae ingenium; immo consentaneum esse hunc auctorem veritatis amantissimum fabulas illas sprevisse, quas permulti rerum Alexandri scriptores delectationis causa divulgassent. Unum tamen prodigium Arrianus tribuit Ptolemaeo III 3, 5; narraverat enim duos dracones exercitum Alexandri per loca harenosa duxisse ad Hammonis oraculum et reduxisse. Neque vero fugit viros doctos, qua de causa Ptolemaeus rem tam portentosam prodiderit memoriae, recte intellegentes hanc fabulam non ex inani miraculorum studio esse deducendam. Voluit nimirum Lagida, quoniam regnum Aegyptiacum acceperat, Hammonis dei sacerdotium adulari; de qua re conferas, quae exposuerunt Geierus ¹⁾ p. 10 et Schaeferus p. 436. Quapropter teneamus consulto eum hoc loco prodigium narrasse, non miraculorum amore commotum.

Denique Fraenkelius Schoenii sententiam de Aristandri vaticiniis ex Aristobulo derivandis comprobavit eaque usus est in alia quadam quaestione disceptanda, quae exorta est de fine operis a Callisthene philosopho de Alexandri expeditione conscripti, quem vere anni 327 interfectum esse scimus; attamen opinio eius sat multis argumentis debilitari potest. Iamdudum animadversum est post Cliti caedem, quam anno 328 non multo ante Callisthenis mortem factam esse

1) Scriptt. Histor. Alex. M. 1844.

constat, a nullo rerum Alexandri scriptore Aristandri Telmissensis iam mentionem fieri, quae res mira non ita explicanda est, ut Aristandrum eo fere tempore diem supremum obiisse sumamus; nam ut infra videbimus vixit etiam post Alexandri mortem. Iam Fraenkelius iudicavit unum quendam auctorem vaticinia Aristandri narrasse, ex quo fluxissent per Aristobulum in Arriani historiam, per Clitarchum in Curtium et Diodorum. Deinde cum vidisset nonnulla vaticinia magna cum probabilitatis specie tribui Callistheni, promptissime coniecit, huic auctori omnia tribuenda esse; sic optime explicari, cur post Cliti mortem nulla a reliquis scriptoribus referrentur, quoniam paullo post Callisthenes mortuus esset. Nullo negotio demonstrari potest, quam infirmo fundamento nitatur haec coniectura, quae primo quidem obtutu speciosa videtur esse.

Primum enim aliis de causis veri dissimillimum est Callisthenem usque ad Cliti mortem historiam Alexandri continuavisse; qua de re provocho ad ea quae Droysenus sagacissime exposuit *Gesch. d. Hellenism.* I 2 p. 379, ostendens iam multo ante Clitum interfectum Callisthenem fastidisse fabulas in maiorem Alexandri gloriam memoriae tradere, utpote qui eo tempore iamdudum adversaretur Alexandro superbius sese gerenti.

Quid? ad unum tantum auctorem talium narratiuncularum genus referendum esse num omnino Fraenkelius idoneis argumentis comprobavit? Erat Aristander inter comites Alexandri multumque eius auctoritas valuisse videtur in omnibus rebus divinis. Quidni igitur alii quoque rerum scriptores artem vaticinandi ab eo cultam commemoraverint? Nam etiam horum scriptorum complures Alexandrum comitabantur.

Gravissimum denique argumentum, quod contra Fraenkeli coniecturam proferri potest, id esse existimo, quod nequaquam Arriani narrationes, quae sunt de vate illo, ex Aristobulo desumptas esse certis rationibus demonstravit, sed satis habuit de hac re Schoenii coniecturam repetere, iusto confidentius opinor.

Qui vero factum sit, ut post annum 328 nullae de Ari-

standro narrationes apud Alexandri rerum scriptores inveniantur, ignoramus. Sed ut unum afferam, haud scio an optimo iure coniciatur, Arriano iam non placuisse omnes eius vaticinationes in fontibus suis inventas memoriae prodere. In Indiam Aristandrum profectum esse elucet ex App. Syr. 64, ubi vaticinium illius profertur, quod in ea terra datum esse adparet ex Iustin. XV 3, 11.

Sed gravioris hercle momenti erit quaerere, quonam ex fonte Arrianus singulas hauserit fabulas. Inscius autem incidi in similem sententiam atque protulit E. Rohdus in Mus. Rhen. vol. XXXVIII p. 302 adnot. 1 coniciens Aristandri vaticinia sumpsisse Arrianum ex Ptolemaeo. Sed cum breviter tantum ille vir doctissimus hanc quaestionem tetigerit, praeterea nova quaedam argumenta me proferre posse credam, denique cum nonnullis de vaticiniis Rohdii coniectura stare non possit, haud inutile videtur singulos locos ubi Aristander ab Arriano commemoratur diligentius perlustrare, ut fons eorum quam certissime eruatur.

Atque primum moneo Arrianum duo vaticinia Aristandri sumpsisse ex Strabonis libro. Alterum invenimus III 2, 1—2 de cuius origine iam diximus p. 23.

Alter locus, ubi Arrianum opus conlectaneum exscripsisse manifestum est, invenitur I 11, 1—2; hoc quidem loco eam rem non significavit locutione peculiari, ut alibi eius mos est; tamen originem harum paragraphorum luculentissime produunt verba *οἱ δὲ καὶ ταῖς Μούσαις λέγουσιν ὅτι ἀγῶνα ἐποίησε*. Accedit autem, quod § 2, ubi de Aristandro loquitur, prorsus conspirat cum Plutarcho c. 14 extr. Iam cum § 1 fere prorsus congruat cum Diodoro XVII 16, 3, perspicuum fit auctorem operis conlectanei eundem adhibuisse fontem, ad quem Diodorus redit. Deinde videmus, Plutarchum non omnia recepisse, quae in fonte suo invenit.

Transeo nunc ad reliquorum vaticiniorum fontem indagandum.

IV 4 transitus Tanaidis fluminis atque pugna contra Scythas tam perite describitur, ut tota narratio optime quadret

ad Lagidae ingenium militare. At Aristander commemoratur, qui sacrificio facto transgressum prosperum non portendi vaticinatur. Hunc locum lubet comparare cum V 28, 4, ubi similime exponit Arrianus Alexandrum usque ad Hyphasin profectum, cum vidisset militum animos reditus cupidissimos esse, tamen sacrificasse, ut prosperi transgressus auspiciam adsequeretur. Duos locos ex adverso posui:

<p>IV 4, 3 <i>Θυομένῳ δὲ ἐπὶ τῇ διαβάσει τὰ ἱερά οὐκ ἐγίγνετο· ὁ δὲ βαρέως μὲν ἔφερον οὐ γιγνομένων· ὅμως δὲ ἐκαρτέρει καὶ ἔμενεν. ὡς δὲ οὐκ ἀνίσταν οἱ Σκύθαι, αὐτῶς ἐπὶ τῇ διαβάσει ἐθύετο· καὶ αὖ ἐς κίνδυνον αὐτῷ σημαίνεσθαι Ἀριστανδρὸς ὁ μάντις ἔφραζεν.</i></p>	<p>V 28, 4 <i>ὡς δὲ σιγῇ αὖ πολλῇ ἦν ἀνὰ τὸ στρατόπεδον καὶ ἀχθόμενοι μὲν τῇ ὀργῇ αὐτοῦ δῆλοι ἦσαν, οὐ μὴν μεταβαλλόμενοι γε ὑπ' αὐτῆς, ἐνταῦθα δὴ λέγει Πτολεμαῖος ὁ Ἀάγον ὅτι ἐπὶ τῇ διαβάσει οὐδὲν μείον ἐθύετο, Θυομένῳ δὲ οὐκ ἐγίγνετο αὐτῷ τὰ ἱερά.</i></p>
---	---

Deinde comparemus V 3, 6, ubi narratur Alexandrum pervenisse ad Indum flumen: *ἐνταῦθα θύει Ἀλέξανδρος τοῖς θεοῖς ὅσοις αὐτῷ νόμος καὶ ἀγῶνα ποιεῖ γυμνικὸν καὶ ἵππικὸν ἐπὶ τῷ ποταμῷ· καὶ γίγνεται αὐτῷ ἐπὶ τῇ διαβάσει τὰ ἱερά.* Etiam hic Ptolemaeum ab Arriano adhibitum esse facile intellegitur; cohaerent enim paragraphi 5 et 6 artissime cum fine libri antecedentis, ubi Ptolemaeum fontem esse probavimus p. 56. Feliciter autem factum est, quod Arrianus V 28, 4 ipsum Ptolemaeum laudavit. Tanta similitudo intercedit inter omnes hos locos, ut coagamur etiam primum ex eodem fonte derivare. Tum vero Aristandri vaticinium a Ptolemaeo narratum esse concludemus, cum sine ulla probabilitate contendat quispiam Arrianum utriusque auctoris narrationem in unam conglutinasse, quod prorsus ab eius consuetudine abhorrere vidimus. De eodem vaticinio agit Curtius VII 7, sed tota eius narratio tantopere distat ab Arrianea, ut vehementissime mirer, quomodo Fraenkelius de communi Clitarchi et Aristobuli fonte cogitare potuerit; ipse concedere debet, a Curtio memoriam ab Arriani sat diversam proferri.

Transeo ad IV 15, 8, ubi narratur Alexandrum apud Oxum

flumen castra posuisse: οὐ μακρὰν τῆς σκηνῆς τῆς αὐτοῦ Ἀλεξάνδρου πηγὴ ὕδατος καὶ ἄλλη ἐλαίου πηγὴ πλησίον αὐτῆς ἀνέσχε. καὶ Πτολεμαίῳ τῷ Λάγον τῷ σωματοφύλακι ἐπειδὴ ἐσηγγέλθη τὸ τέρας, Πτολεμαῖος Ἀλεξάνδρῳ ἔφρασεν. Tum Aristander olei fontem labores portendere pronuntiat, simul autem victoriam post labores. Equidem cum Rohdio persuasum habeo neminem nisi Ptolemaeum ipsum hic adhibitum esse, quia tam diserte narrat Arrianus eum de prodigio audivisse statimque regi id nuntiasse. Fraenkelius quidem p. 183 et 228 ex loco quodam Straboniano conclusit Aristobulum olei fontem commemoravisse; sed facile refutari poterit. Libro XI p. 518 § 5 laudat Strabo Aristobulum de Polytimeto fluvio; tum sic pergit, τοῦ δὲ Ὠχου ποταμοῦ πλησίον ὄρνυτοντας εἶρεῖν ἐλαίου πηγὴν λέγουσιν. Id non premam quod Strabo nullam aquae fontis mentionem facit; poterat consulto eum omittere, quia illo loco agit de terra bituminosa. Sed vocabulo λέγουσιν dilucide significavit se ad alium fontem transire. Potuit quidem Aristobulus prodigium illud commemorare; ex loco tamen Straboniano hoc effici nequit. Utique autem futtili Fraenkeli argumento non prohibemur, quominus etiam hoc loco Arriani Ptolemaeum auctorem statuamus.

Etiam plures scriptores hunc fontem commemorasse elucet ex Plutarchi c. 57, cuius narratio ad alium redit, quia non prorsus cum Arriano congruit. Dicit enim in fundamento tabernaculi regii fodiendo fontem adparuisse, cum Arrianus eum prope illud prosiluisse dicat. Similiter narrat Curtius VII 10, 13—14 in ipso tabernaculo regis conspectum esse fontem, sed fontem aquae habet, olei non novit. Denique notandum est Plutarchum vaticinium ad expeditionem Indicam relatum post Cliti demum mortem narrare, id quod non fit apud Arrianum et Curtium. Necessario ex his discrepantiis trium scriptorum consequitur non ab uno auctore illud prodigium profectum sed a compluribus divulgatum esse.

Deinde Aristander commemoratur in Tyri oppugnatae descriptione II 18, 1: narrat Arrianus per somnum Alexandro speciem Herculis oblatam esse dextram porrigentis atque in urbem

introducuntis. Necessè vero erit indagare, quemnam auctorem Arrianus c. 17—24, quibus obsidio explicatur, adhibuerit. Sollerti quadam comparatione usus Fraenkelius in altera descriptionis parte Ptolemaei vestigia detexit (cf. p. 269); contulit enim c. 22, 7 et 23, 4 cum eis quae secundum Ptolemaeum exponuntur IV 26, 6. Qua de re prorsus ei adsentior. Deinde in priore parte tantopere saepius congruit Curtius cum Arriano ¹⁾, ut eodem fonte usos eos esse negari nequeat, praesertim cum eorum quibus conspirant nec vola nec vestigium apud Diodorum deprehendatur. Uterque commemorat iisdem verbis Carthaginiensium legatos (Curt. IV 2, 10 = Arrian. II 24, 5); porro consentiunt Arrianus c. 18, 6; 19 et Curtius IV 2, 23 de machinis ab Alexandro ea de causa instructis, ut Macedonibus adversus telorum ictus praesidio essent. Denique uterque eadem narrat (Arr. 19, 1—5 = Curt. IV 3, 2—4) de navi bitumine et sulphure illita, quae a Tyriis in Macedonum turres immissa est. Itaque etiam his locis Arrianus ad Ptolemaeum redit. Tum quae Curtius exponit c. 2, 19 et 20 consentiunt cum Diod. XVII 41, 1; sed apud hunc plane nihil invenitur, quod congruat cum Curtii § 15—17. Contra cum Arriano Curtius consentit de somnio illo Alexandri, quamquam Aristandri vaticinationem omittit. Componamus amborum narrationes:

Arr. c. 18, 1 *καὶ τι καὶ θεῖον ἀνέπειθεν αὐτόν, ὅτι ἐνύπνιον αὐτῆς ἐκείνης τῆς νυκτὸς ἐδόκει αὐτὸς μὲν τῷ τείχει προσάγειν τῶν Τυρίων, τὸν δὲ Ἡρακλέα δεξιούσθαι τε αὐτὸν καὶ ἀνάγειν ἐς τὴν πόλιν.*

Curt. IV 2, 17: at ille haudquaquam rudis pertractandi militares animos speciem sibi Herculis in somno oblatam esse pronuntiat, dextram porrigentis: illo duce, illo aperiente in urbem intrare se visum.

Itaque concludemus etiam Curtii narrationem de somnio Alexandri proditam ex Arriani fonte esse haustam, ergo ex Ptolemaeo. Eundem auctorem statuemus in Plutarchi c. 24, qui prorsus consentit cum Arriano, nisi quod Aristandri vati-

1) Cf. Petersdorff. l. l. p. 15—17.

cinium omisit. Praeter Ptolemaeum complures scriptores Aristandri in Tyri obsidione narranda mentionem fecisse inde efficiendum videtur esse, quod Curtius IV 2, 14 aliud eius vaticinium narrat; idem prodigium habet Diodorus XVII 41, 7, sed tacet de Aristandro. Deinde Plutarchus c. 24 narrat vidisse Alexandrum in somnio Satyrum, cuius ominis explicationem Artemidorus Oneirocrit. IV 24 Aristandro tribuit. Omnia haec vaticinia ad Tyri obsidionem pertinentia tam diversa sunt inter se, ut vix ab uno eodemque auctore profecta esse possint.

Iam vero cum compluribus locis demonstraverimus Arrianum redire ad Ptolemaeum, licet conicere totam descriptionem ex illo haustam esse; neque enim eos moror, qui Arriani narrationem ex Ptolemaeo et Aristobulo conscriptam esse futtilibus argumentis comprobare studuerunt. Atque in universum prodere eam scriptorem rerum militarium peritissimum testemque oculatum nemo opinor negaverit.

Paullo ante proelium apud Gaugamelam factum (III 7, 6) Arrianus paene totius lunae defectionem evenisse tradit, Aristandrum autem praedicasse bonam fortunam illa re Macedonibus portendi eodemque mense Alexandrum victoriam reportaturum esse. Quia vero descriptione proelii finita rursus ad hoc vaticinium respicitur (c. 15, 7), etiam hic statim oportebit quaerere, ex quo auctore Arrianus eam sumpserit, ut certius discernatur, unde fluxerit prodigii et Aristandri mentio. Atque per se veri est similis Arrianum in proelii gravissimi narratione Ptolemaeum praetulisse Aristobulo, quem voluit Fraenkelius statuere. Iam supra exposui aciei Persicae enarrationem (c. 11, 3—7) ex Ptolemaeo fluxisse p. 38. Deinde apud Curtium nonnulla inveniuntur, quae conspirant cum Arriano, desunt apud Diodorum. Sic comparavit Petersdorffius l. l. p. 19 Arriani c. 13, 2—3; 14, 1 cum Curtii IV 15, 12 et 13 et Arrian. c. 13, 4 cum Curt. c. 15, 18; horum quidem locorum similitudinem non tantum premam, quia Curtius alio conexu haec profert; fortasse tamen concedendum erit Curtium turbas fecisse. Sed consensus manifestissimus extat inter hos locos,

quibus agitur de pugna quadam equestri in proelii fine inter Persas et Macedones commissa:

c. 15, 1—2 ἐς βάρδος τε γάρ, οἷα δὴ ἰληδὸν τεταγμένοι, ἀνέστρεφον οἱ βάρβαροι καὶ ἀντιμέτωποι τοῖς ἀμφ' Ἀλέξανδρον ξυμπεσόντες οὔτε ἀκοντισμῶ ἔτι οὔτ' ἐξελιγμοῖς τῶν ἵππων, ἤπερ ἵππομαχίας ¹⁾ δίκη, ἐχρῶντο, ἀλλὰ διεκπαῖσαι πᾶς τις τὸ καθ' αὐτόν κτλ.

c. 16, 21 deinde Macedonum paucitate conspecta turmas in obvios concitaverunt. 24 Invasere turbatos amici quoque: nec Persae inulti cadebant, quippe non universae acies, quam hae tumultuariae manus vehementius iniere certamen.

Praecipue § 5—6 capitis tertii decimi Ptolemaeum adhibitum esse dilucide ostendi potest. Loquitur ibi Arrianus de Persarum curribus falcatis, qui ad Macedonum aciem disturbandam missi erant. Simillimus autem hic locus est alteri I 1, 8, quo et ipso de curribus dicitur, quos Thraces barbari e regione sublimiore in Macedones demiserunt, ut eis oppressi interficerentur; ubi Ptolemaeum esse exscriptum nemo negabit. Opus est duos hos locos ex adverso ponere:

III 13, 6 ἔστι δὲ ἂ καὶ διεξέπεσε διὰ τῶν τάξεων· διέσχον γάρ, ὡσπερ παρήγγελο αὐτοῖς, ἵνα προσέπιπτε τὰ ἄρματα· καὶ ταύτη μάλιστα ξυνέβη αὐτὰ τε σῶα καὶ οἷς ἐπηλάθῃ ἀβλαβῶς διελεθεῖν.

I 1, 8 παραγγέλλει ... ὅσοις μὲν ὁδοῖς ... παρέχοι λῶσαι τὴν τάξιν, τούτους δὲ διαχωρῆσαι, ὡς δι' αὐτῶν ἐκπεσεῖν τὰς ἀμάξας· ὅσοι δὲ περικαταλαμβάνοιντο, ξυννεύσαντας τοὺς δὲ καὶ πεσόντας ἐς γῆν συγκλείσαι ἐς ἀκριβὲς τὰς ἀσπίδας, τοῦ κατ' αὐτῶν φερομένας τὰς ἀμάξας καὶ τῇ ῥύμῃ κατὰ τὸ εἶκος ὑπερπηδῶσας ἀβλαβῶς ἐπελεθεῖν· καὶ οὕτω ξυνέβη ὅπως παρήνεσέ τε Ἀλέξανδρος καὶ εἴκασεν.

Duobus locis videmus eandem rem tam congruenter enarratam esse, ut cum uno Ptolemaeus adhibitus sit ab Arriano, idem de altero loco statuendum sit.

1) In his ipsis verbis: ἤπερ ἵππομαχίας δίκη militare Ptolemaei ingenium agnoscere mihi videor.

Iam cum compluribus locis vestigia Ptolemaei deprehendantur, maxima cum probabilitate contendemus totam proelii apud Gaugamelam facti descriptionem ex illo auctore fluxisse.

Sed redeamus ad Aristandrum et quaeramus, num fortasse eius vaticinium ex Aristobulo insertum sit ab Arriano in Ptolemaei narrationem. Quod quominus credamus, unum est quod nos impediatur. Respicit Arrianus ad vaticinium illud c. 15, 7 hisce verbis: *καὶ Ἀριστάνδρῳ ξυνέβη ἡ μαντεία ἐν τῷ αὐτῷ μὲν ἐν ὄτῳ ἢ σελήνῃ ἐκλιπῆς ἐφάνη τὴν τε μάχην Ἀλεξάνδρῳ καὶ τὴν νίκην γενέσθαι*. Idem autem fit eisdem verbis IV 4, 9: *καὶ οὕτω ξυνέβη ἡ μαντεία Ἀριστάνδρῳ*, ubi Ptolemaeum usurpatum esse p. 62 demonstravimus. Itaque hoc quoque loco Ptolemaeum fontem esse nobis facile persuadebimus. Pugnat vero gravissime contra Fraenkeli coniecturam, quod in descriptione Arrianea non invenitur illud ipsum vaticinium, quod ad Callisthenem redire verisimile est. Tradit enim Plutarchus c. 33 Aristandrum in proelio apud Gaugamelam commisso prope regem equo vehementem militibus ostendisse aquilam super Alexandri capite volantem; saepius vero in illo capite laudatur Callisthenes.

Denique dicendum est de II 26, 4; 27, 1—2. Primum omnium id statuendum est totam Gazae oppugnationis descriptionem ex uno repetendam esse scriptore. Itaque hic nemini licebit sumere vaticinium in reliquam narrationem insertum esse; immo artissime cum ea contextum est. Quodsi respicimus expeditionem militarem et oppugnationem hic describi, deinde Arrianum paullo ante in Tyri urbis obsessione explicanda secutum esse Ptolemaeum, ut p. 63 sq. exposuimus, cum aliqua probabilitate suspicabimur eum haec quoque duo capita ex eodem fonte deprompsisse.

Unus superest locus, quo cum certa argumenta desint discerni nequit, utrum Ptolemaeus an Aristobulus usurpatus sit.

I 25, 6 *καὶ τι καὶ θεῖον ἐφόβει αὐτούς*. Hic ne id quidem diiudicari potest, num totum caput ex uno fonte haustum sit; poterat Arrianus § 6—8, quibus vaticinium Aristandri exponitur, ex unius narratione in alterius inserere.

Sed memoratu saltem dignum est hoc vaticinium nullo alio loco commemorari.

Quae cum ita sint, id comprobavimus duo vaticinia Aristandri fluxisse ex opere illo conlectaneo, quinque sumpta esse ex Ptolemaeo, in uno tantum rem dubiam manere. Nusquam autem idoneis argumentis demonstratum est, Aristobulum fontem esse. Sed superest ut quaeramus, num certa quadam causa commotus illius viri vaticinationes narravisse Ptolemaeus existimandus sit. Atque ut hanc rem disceptemus, opus est de narratiuncula quadam fusius disserere, quam tradit Aelianus Var. Hist. XII 64; qua agitur de Alexandri corpore in Aegyptum transportato: *ἀλλ' οὗτός γε τριάκοντα ἡμέρας κατελέλειπτο ἀκηδής, ἕως Ἀρίστανδρος ὁ Τελμησοεύς, θεόληπτος γενόμενος ἢ ἔκ τινος ἄλλης συντυχίας κατασχεθεῖς, ἦλθεν εἰς μέσους τοὺς Μακεδόνας καὶ πρὸς αὐτοὺς ἔφη πάντων τῶν ἐξ αἰῶνος βασιλέων εὐδαιμονέστατον Ἀλέξανδρον γεγονέναι καὶ ζῶντα καὶ ἀποθανόντα· λέγειν γὰρ τοὺς θεοὺς πρὸς αὐτόν, ὅτι ἄρα ἡ ὑποδεξαμένη γῆ τὸ σῶμα, ἐν ᾧ τὸ πρότερον ὤκησεν ἢ ἐκείνου ψυχῇ, πανευδαίμων τε ἔσται καὶ ἀπόρθητος δι' αἰῶνος.* Quibus addit Ptolemaeus regis corpus furatum esse, ut in Aegyptum deportaret; Perdiccam autem Aristandri vaticinio incitatum fugientem esse persecutum. Tum proelio acerrimo orto Ptolemaeus corpore ipso clam praemisso Perdiccam imagine quadam Alexandri simillima decerpisse. Quis videt corruptam esse veritatem fabulis non apte confictis; nunquam enim de Alexandri corporis possessione Ptolemaeus et Perdiccas inter se decertaverunt; praecipue autem simulacrum illud mera fictio est. Attamen totam narratiunculam a posteriore quodam scriptore excogitatam esse non licet praepropere contendere, quam rationem multi quidem nunc in deliciis habent; aliquid sane inesse potest, quod redeat ad priorem quendam auctorem. Quidni Aristandri vaticinium iam ab eo narratum sit? Iamque Droysenus *Gesch. d. Hellenism.* II 1 p. 111 Ptolemaeus Aristandri praedictioni fidem tribuisse vel saltem ea uti voluisse suspicatus est. Fortasse cum aliqua probabilitate statuere licet Ptolemaeus cum aucto-

ritatem suam augere et corroborare studuerit Aristandrum impulsisse ad pronuntiandum vaticinium id genus. Atque cum constet Ptolemaeum prodigio quodam usum Hammonis dei sacerdotium adulatum esse, simile propositum eum altero illo vaticinio persecutum esse in promptu est conicere; nimirum id egisse putandus est, ut omnium Aegyptiorum animos sibi regnanti obnoxios faceret, quippe qui salutiferum Alexandri corpus in eorum terram transportasset. Quae si ita sunt, perspicuum fit, cur saepius vatis illius effata rettulerit; nempe ut magnam eius dictis fidem compararet. Sed utcunque haec res sese habet, id fortissime licet adfirmare aliquam extitisse necessitudinem inter Ptolemaeum et Aristandrum. Quae si recte disputavimus, adparet perperam multos iudicasse Ptolemaeum prorsus alienum fuisse a vaticiniis prodigiisque memoriae tradendis. Placet hic narratiunculae cuiusdam mentionem inicere, quam refert Appianus Syr. 56 de Seleuco; quem Babylonem proficiscentem offendisse ad lapidem: *καὶ τὸν λίθον ἀνασκαφέντα ἄγκυραν ὀφθῆναι. Θορυβουμένων δὲ τῶν μάντεων ὡς ἐπὶ συμβόλῳ κατοχῆς, Πτολεμαῖον τὸν Λάγου παραπέμποντα εἰπεῖν ἀσφαλείας τὴν ἄγκυραν οὐ κατοχῆς εἶναι σύμβολον.* Sive vera sive ficta haec fabula est, id certo momenti est, quod talis interpretatio superstitionis plena Lagidae adtribui poterat.

Sequuntur ei loci qui propterea ex Ptolemaeo repetendi sunt, quod conspirant cum narratione Curtiana.

Lib. I c. 24. Conferri possunt haec:

§ 2 ἔπεμψε δὲ καὶ Κλέανδρον τὸν Πολεμοκράτους ἐπὶ ξυλλογῇ στρατιωτῶν εἰς Πελοπόννησον.		Curt. III 1, 1 ad conducendum ex Peloponneso militem Cleandro cum pecunia missa.
--	--	--

Accedit aliud. II 20, 5 in descriptione Tyri obsidionis commemoratur Cleander ex Peloponneso rediens; hausit ibi Arrianus ex Ptolemaeo (cf. p. 62 sq.). Rursus idem memorat Curt. IV 3, 11.

c. 29. Consentit Curtius III 1, 6—9 cum Arriano de pactione cum Celaenarum urbis incolis facta Atheniensiumque captivos postulantium legatione.

Lib. II c. 1—2 tam arte cohaerent, ut ex uno auctore ea fluxisse sit statuendum; describuntur expeditiones a Memnone et Pharnabazo in mari Aegaeo susceptae. Quae c. 2, 1 dicuntur de Thymode et Pharnabazo, ad verbum conspirant cum Curt. III 3, 1.

c. 4 de Alexandri itinere per Galatiam Cappadociam Cili-
ciam facto = Curt. III 1, 22—24; 4, 1—5; 11—15. Qui cum
multo uberius has expeditiones descriperit, abbreviatam esse
Ptolemaei narrationem ab Arriano manifestum est.

c. 5, 5—9 de Alexandro Solis versante = Curt. III 7, 2—5.

c. 6—12, 2. Describitur proelium Issicum; multum iuvat,
quod c. 11, 8 ipsum Ptolemaeum laudat de ingenti Persarum
caesorum multitudine, quo de loco verba fecimus p. 37. Est
autem gravissimi momenti, quod Arrianus disertim monet
Ptolemaeum tum inter Alexandri comites fuisse (*ἔνεπισηπό-
μενος τότε Ἀλεξάνδρῳ*); permirum igitur erat, si oculati testis
narrationem in reliquis sprevisset. Totam vero narrationem ex
Ptolemaeo manasse, inde veri fit simillimum, quod permultis
locis consensus cum Curtio cognoscitur, cuius descriptionem
compositam et conglutinatam esse ex Ptolemaeo et memoria
vulgari docuit Petersdorffius l. l. p. 13 sq.

c. 13 de Darei fuga et de Pharnabazi et Autophradatis in
mari Aegaeo expeditionibus = Curt. IV 1, 1—3; 6; 37.

Lib. III c. 2, 3—7 de rebus in mari Aegaeo gestis = Curt.
IV 5, 13—22; 8, 11.

c. 6 de Atheniensium legatis, de Amphotero classis prae-
fecto, de Hercule Tyrio = Curt. IV 8, 12—16.

c. 16 = Curt. V 1, 43—45; 2, 16—17; 1, 40—42 de Baby-
loniae et Susianae praefectis deque Amynta cum exercitu ex
Macedonia redeunte.

c. 25. Uterque eadem profert de Besso vestem regiam
induente (§ 3 = Curt. VI 6, 13), de Nicanore Parmenionis filio
subita morte conrepto (§ 4 = C. 6, 18—19), de Satibarzane de-
ficiante et Alexandri adventu audito fugiente (§ 5—7 = C. 6,
20—22), de Barsaente Darei interfectore qui in Indiam effugit
(§ 8 = Curt. 6, 36).

Lib. IV c. 18, 1—3 de satrapis, quos Alexander provinciis Persicis praefecit = Curt. VIII 3, 17.

Lib. VI c. 27. Consentiant, quae Arrianus § 2 et Curtius X 1, 20—22 referunt de Philippi satraepae morte; cf. p. 44.

Denique ex Ptolemaeo probabilius quam ex Aristobulo derivabimus etiam has partes, quia in illum intendit rerum bellicarum descriptio:

Lib. I c. 12, 6—16, 7. Proelium apud Granicum flumen. C. 16, 4 sine dubio ex Ptolemaeo Arrianum sumpsisse dilucide adparet ex Plutarchi comparatione:

Arr. Μακεδόνων δὲ τῶν μὲν ἑταίρων ἀμφὶ τοὺς εἴκοσι καὶ πέντε ἐν τῇ πρώτῃ προσβολῇ ἀπέθανον· καὶ τούτων χαλκαὶ εἰκόνες ἐν Λίῳ ἐστᾶσιν, Ἀλε- ξάνδρου κελεύσαντος Λύσιππον ποιῆσαι, ὅπερ καὶ Ἀλέξαν- δρον μόνος προκηρδεῖς ἐποίει, τῶν δὲ ἄλλων ἱππέων ὑπὲρ τοὺς ἐξήκοντα, πεζοὶ δὲ ἐς τοὺς τριάκοντα.	Plut. 16 τῶν δὲ περὶ τὸν Ἀλέξανδρον Ἀριστόβουλος φη- σι τέσσαρας καὶ τριάκοντα νε- κροῦς γενέσθαι τοὺς πάντας ὧν ἑννέα πεζοὺς εἶναι. τού- των μὲν οὖν ἐκέλευσεν εἰκόνας ἀνασταθῆναι χαλκᾶς, ἃς Λύ- σιππος εἰργάσατο.
---	---

Manifestum est ea quae Arrianus de Lysippo dicit ex eodem fonte fluxisse, ex quo numeri sumpti sunt, ergo ex Ptolemaeo. Inde vero concludemus etiam in reliquis Arrianum eum secutum esse; nam si numeros in Aristobuli narrationem inseruisset, ex more suo eum, opinor, laudasset.

c. 17—23. Sardes Ephesus Miletus Halicarnassus capiuntur. C. 17, 5—6 omen quoddam narratur, de quo rectum protulit iudicium Droysenus *Gesch. d. Hellenism.* I 2 p. 197 adn.

c. 26 praeter Ptolemaeum etiam Aristobulum adhibitum esse non sine probabilitate statuemus. Initio loquitur Arrianus de itinere Alexandri secundum Climacem facto eamque reddit rei expositionem, quam primus dederat Callisthenes ad Alexandri gloriam augendam (frg. 25). Contra alteram apud Strabonem invenimus, cui maior fides habenda est, cum Alexandrum

per fluctus litus inundantes iter cum exercitu fecisse narretur. Itaque Fraenkelium (p. 93) recte Strabonis memoriam ad Ptolemaeum veritatis amantissimum, Arriani contra ad Aristobulum rettulisse existimo. Accedit quod ab Arriano quaestio instituitur de ventis, quorum flatu inundatio facta est; quae res optime Aristobulo convenit. Deinde quae § 4 disseruntur de origine et lingua Sidetarum recte fortasse Fraenkelius p. 264 derivavit ex Aristobulo. Hos igitur duos locos inseruit Arrianus in Ptolemaei narrationem.

c. 27. Narrat Arrianus c. 27, 7 noluisse Alexandrum barbaros ex angustiis Termessensibus vi expellere, sed castra poni iussisse sperantem hostes mox angustias esse relicturos: *καὶ ξυνέβη ὅπως εἴκαζεν*. Hac locutione uti solet Arrianus, ubi narratur Alexandri consilium quoddam militare bono fuisse eventu. Primum invenitur I 1, 9 *καὶ οὕτως ξυνέβη ὅπως παρήνεσέ τε Ἀλέξανδρος καὶ εἴκασεν*, tum V 23, 5 *καὶ ξυνέβη οὕτως ὅπως εἴκασεν*, IV 29, 6 *καὶ ξυνέβη οὕτως*. Quia vero hi tres loci ex Ptolemaeo (cf. p. 55.56) fluxerunt, illam locutionem non Arriano deberi, sed scriptoris illius propriam fuisse concludemus, praesertim cum eis locis quibus exponuntur consilia militaria usurpetur. Eandem loquendi formam deprehendimus his quoque locis: II 10, 3 *καὶ ξυνέβη ὅπως εἴκασεν Ἀλέξανδρος*, III 18, 9 ubi de ipso Ptolemaeo agitur: *Ἀλέξανδρος γὰρ τοῦτο αὐτὸ ὅπερ ξυνέβη ὑποτοπιήσας Πτολεμαῖον ἀπολελοίπει αὐτοῦ*, IV 2, 5 *καὶ ξυνέβη δὲ οὕτως ὅπως εἴκασε*. — C. 28 eidem fonti debetur ac c. 27; nam verba quae habes init. § 2 *τὴν Τέρμησσαν δὲ ἀπέγνων εἰλεῖν ἂν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ* artissime cum eis quae antecedunt cohaerent.

Lib. III c. 1 de expeditione in Aegyptum facta.

c. 7, 1—5 describitur Alexandri usque ad Gaugamelam per Syriam et Mesopotamiam iter.

c. 18 pugna cum Ariobarzane satrapa ad portas Persicas facta.

c. 19—22 fuga et mors Darei regis.

c. 24 cohaeret artissime cum eo quod proxime antecedit quod e Ptolemaeo esse derivatum p. 8sq. demonstravimus. Per-

tinent enim ad c. 23, 7 verba § 3 *σατράπην δὲ ἀπέδειξεν αὐτῶν Ἀυτοκραδάτην, ὅνπερ καὶ τῶν Ταπούρων*; deinde rursus agit Arrianus § 4 de mercennariis Graecis, quod iam c. 23, 8 fecerat.

c. 27, 4—5 iter per Euergetas factum.

Lib. IV c. 1—3 Sogdianae urbes rebellantes expugnantur.

c. 5, 1 de priore Scytharum legatione.

c. 15, 1—6 de altera Scytharum legatione.

c. 16 et 17 Spitamenes post pugnas diutinas vincitur et necatur.

c. 18, 4—19, 5; 20, 4—22, 2 rupes Oxyartis et Chorienis expugnantur.

Lib. V c. 3, 5—6 continuatur expeditionis Indicae narratio ita, ut arte cohaereat cum fine libri antecedentis, ubi Ptolemaeus adhibitus est; cf. p. 62.

Lib. VII c. 15, 1—3 expeditio contra Cossaeos suscepta.

Quae praeterea Aristobulo adtribuimus, sunt haec.

Lib. I c. 26, 1 de itinere secundum Climacem facto; 4 de Sidetarum lingua et origine; cf. p. 71. 72.

c. 29, 1 de Ascania lacu sal concretum praebente.

c. 29, 5 de Sangario flumine.

Lib. V c. 18, 4—19, 3 exponuntur, quae Poro regi post proelii finem acciderint. Attamen c. 19, 2 deprehendimus notam libri conlectanei, ubi colloquium Alexandri et Pori refertur: *Πῶρον δὲ ἀποκρίνασθαι λόγος*. Addidit eam Arrianus, quia invenit hanc narratiunculam etiam in Strabonis opere; quod cognoscitur ex Plutarchi c. 60. Videmus vero ibi Arrianum notam illam posuisse, ubi apud Plutarchum initium fit narrationis. Plutarchum sua ex Onesierito hausisse Fraenkelius censuit p. 134sqq.; sed valde vereor, num recte sic statuatur. Comparantur duorum auctorum verba:

<p>Arrian. c. 19, 3 καὶ Ἀλέξανδρος — τὴν τε ἀρχὴν τῷ Πῶρῳ τῶν τε αὐτοῦ Ἰνδῶν ἔδωκε καὶ ἄλλην ἔτι χώραν πρὸς τῇ πάλαι οὔσῃ πλεί- ονα τῆς πρόσθεν προσέθικεν.</p>	<p>Plut. 60 οὐ μόνον οὖν ἀφῆ- κεν αὐτὸν ἄρχειν ὣν ἐβασί- λευε σατράπην καλούμενον, ἀλλὰ καὶ προσέθικε χώραν καὶ τοὺς αὐτονόμους κατα-</p>
---	---

VI 2, 1 (ex Aristobulo): βασιλέα | στρεψάμενος, ἐν ἧ πεντε-
 μὲν τῆς ἑαλωκτίας ἤδη Ἰνδῶν γῆς | καιδεκα μὲν ἔθνη, πόλεις
 ἀπέδειξε Πῶρον, ἑπτὰ μὲν ἔθνων | δὲ πεντακισχιλίας ἀξιολό-
 τῶν ξυμπάντων, πόλεων δὲ ἐν | γους, κόμας δὲ παμπόλλας
 τοῖς ἔθνεσιν ὑπὲρ τὰς δισχιλίας. | εἶναί φασιν.

Protulit igitur Aristobulus alios numeros ac Plutarchi auctor, qui Onesicritus non fuit; conferas enim huius fragmentum 11 cum Plutarchi numeris. Deinde adparet Plutarchum per vocabulum φασίν verba alius cuiusdam auctoris addidisse priori narrationi, quae cum congruat cum Arrianea, debetur Aristobulo. Novo igitur exemplo docemur Plutarchi memorias non esse temere confundendas, sed potius diligentissime separandas; neque Aristobulum ex aliis auctoribus hausisse prae-propere existimandum esse.

c. 19, 4—5 de Nicaea et Bucephala urbibus ab Alexandro conditis deque Bucephali morte; cf. Schoenium l. l. p. 29sq.

Lib. VI c. 12—18, 1 de expeditione inde a Mallorum urbe usque ad Indi fluminis ostium facta; cf. Fraenkel. p. 281sq.

Lib. VII. Quod in universum ad hunc librum adtinet, recte monuit Fraenkelius praeunte tamen Schoenio nullo libro saepius laudari Aristobulum, deinde creberrime Arrianum consentire cum illius auctoris fragmentis a Strabone servatis; unde veri quam simillimum fit eum inde ab libri sexti fine magis sese adplicasse ad Aristobuli memoriam quam Ptolemaei. Cuius rei causa vix in obscuro manebit. Nam cum post Alexandri ex India reditum paene nullae expeditiones susceptae sint a rege, iure Schoenius p. 12 censuit adumbrasse breviter Ptolemaeum, quae Alexander inde a reditu usque ad mortem gessit. Itaque etiam hac de causa potius de Aristobulo auctore cogitabimus eique tribuemus ea de quibus nondum iudicium protulimus.

c. 1, 1 de Alexandro novas expeditiones cogitante.

c. 4, 1—3 (— ἀπονοστήσεως) de praefectorum iniuriis.

c. 6 de Epigonis Persisque nobiles ab Alexandro in Macedonum exercitum receptis.

- c. 8—12 de militibus Opi rebellantibus et in patriam missis deque Olympiadis et Antipatri rixa.
 c. 23. Alexander Babylonem redit.
 c. 28—30 de Alexandri ingenio moribusque; cf. p. 37.

Tertium est, ut eos locos enumerem, quos ex Strabonis hypomnematibus sumptos esse inde evincitur, quod Arrianus rem relata verbis quae sunt *λέγουσιν, λέγεται, εἰσὶ δὲ οἱ λέγουσιν, ὁ πᾶς λόγος κατέχει* similibus dubiam esse significavit; ampliorem autem quaestionem tum instituam, si operae pretium esse videbitur. Saepius enim aliquid fructus redundaturum esse ad inlustrandam rationem a Plutarcho in vita Alexandri conscribenda adhibitam sperare licet.

Lib. I c. 9, 10 = Plut. c. 11, 6 de Pindari domo Alexandri iussu servata.

c. 11, 1—2 = Plut. c. 14 extr., de Aristandri vaticinio; cf. p. 61.

c. 11, 6—12, 1 (cf. Plut. c. 15, 3) de rebus ab Alexandro Troiae gestis.

c. 12, 10 et 16, 3 extr. de Arsitae consilio et morte.

Lib. II c. 3, 2—7 = Plut. c. 18. Agitur de nodo Gordio.

c. 7, 4—11 de Alexandro Tarsi morbo adfecto. Plutarchus (c. 19) maximam partem cum Arriano congruit, aliis rebus valde dissentit, denique multa profert, quae apud Arrianum desiderantur; videtur igitur complures narrationes in unam coegisse, cum Arrianus morbum et medelam fortasse secundum ipsum Aristobulum narret. Fere eadem, quae § 7 de Cydno flumine exponuntur, proferre Strabonem XIV p. 673 notatu videtur dignum esse.

c. 12, 3—8. Agitur de mulieribus Persicis captivis. Est autem Arriani narratio haud mediocris momenti. Primum enim verba facit de Leonnato ab Alexandro ad Darei uxorem consolandam misso atque sic incipit: *ἀλλὰ λέγουσιν τινες τῶν τὰ Ἀλεξάνδρου γραψάντων*; invenit igitur hanc narrationem apud Strabonem. Qua finita disertim adnotat: *ταῦτα μὲν Πτολεμαῖος καὶ Ἀριστόβουλος λέγουσιν*. Iam cum alteram

totius narrationis partem (de Alexandro ipso Darei uxorem visitante) his verbis usus adserat: *λόγος δὲ ἔχει καὶ αὐτὸν Ἀλέξανδρον τῇ ὑστεραία παρελθεῖν εἴσω ξὺν Ἡφαιστίωνι μόνῳ τῶν ἐταῖρων*, haec Ptolemaeum et Aristobulum non tradidisse consentaneum est. Hoc ideo moneo, quia Fraenkelius (p. 210. 267) omnia quae Arrianus memorat ad Aristobulum rettulit, quod minime credibile est.

In Plutarchi narratione (c. 21) unum est, in quo iure offendas; tacet omnino de Alexandro ipso mulieres visitante. Mirum enim videtur, quod hanc fabulam Plutarchus omisit, quippe quae prae ceteris idonea sit ad ingenium regis inlustrandum et laudandum *διὰ τὴν τε ἐς τὰς γυναῖκας κατοίκτισιν καὶ τὴν εἰς τὸν ἐταῖρον πίστιν καὶ τιμὴν*, ut Arriani verbis utar. Neque vero Plutarchum eam non novisse neque in fonte suo repperisse inde licebit concludere. Immo eum consilio quodam perductum hanc omisisse credam. Proximo enim capite verba epistolae cuiusdam Alexandri laudat haec: *καὶ περὶ αὐτοῦ κατὰ λέξιν ἐν ταύτῃ τῇ ἐπιστολῇ γέγραφεν· 'ἐγὼ γὰρ οὐχ ὅτι ἑωρακῶς ἂν εὗρεθείην τὴν Δαρείου γυναῖκα ἢ βεβουλημένος ἰδεῖν, ἀλλ' οὐδὲ τῶν λεγόντων περὶ τῆς εὐμορφίας αὐτῆς προσδεδεγμένος τὸν λόγον.'* Haec nimirum verba, quibus magis Alexander laudabatur quam narratione illa, eum commoverunt, ut illam prorsus silentio praeteriret.¹⁾

At Ptolemaeum et Aristobulum revera a Strabone usurpatos esse comprobatur mira quadam congruentia, quae cernitur inter Plutarchum et Arrianum:

ARR. § 5 *ὅτι τὴν θεράπειαν αὐταῖς ξυγχωρεῖ Ἀλέξανδρος τὴν βασιλικὴν καὶ τὸν ἄλλον κόσμον καὶ καλεῖσθαι βασιλίσσας, ἐπεὶ οὐδὲ κατὰ ἔχθραν οἱ γενέσθαι τὸν πόλεμον πρὸς Δαρείον, ἀλλὰ ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς τῆς Ἀσίας διαπεπολεμηῖσθαι ἐνόμωσ.*

Plut. *Δαρείῳ γὰρ ὑπὲρ ἡγεμονίας πολεμεῖν, ἐκείναις δὲ πάντα ὑπάρξαι, ὧν καὶ Δαρείον βασιλεύοντος ἤξιούντο.*

1) Falsum de hac re iudicium protulit Vogelius l. l. p. 8.

Porro autem consentit Plutarchus cum Curtio III 12, 13 de Persis sepeliendis:

Plut. <i>θάψαι γὰρ ὄσους ἐβού- λοντο Περσῶν ἔδωκεν, ἐσθῆτι καὶ κόσμῳ χρησαμέναις ἐκ τῶν λαφύρων.</i>	Curt. matricque Darei per- mitti (scil. iubet), quos vellet patrio more sepeliret.
--	--

In Diodori ¹⁾ narratione (XVII 37 et 38) haec desunt; sed de alia quadam re consentit hic cum Plutarcho:

Plut. <i>θεραπειας τε καὶ τι- μῆς, ἣν εἶχον, οὐδ' ὄτιοῦν ἀφείλε, συντάξεις δὲ καὶ μεί- ζονας ἐκαρποῦντο τῶν προ- τέρων.</i>	Dioid. 38, 1 <i>τὴν μὲν θερά- πειαν αὐτῆς πᾶσαν τὴν δοθεῖ- σαν ὑπὸ Δαρείου παρέδωκεν, ἰδίαν δ' ἄλλην οὐκ ἐλάτ- τονα τῆς προουπαρχούσης προσεδωρήσατο.</i>
---	---

Deinde loquitur Plutarchus de abstinentia Alexandri, de qua tacet Diodorus; eadem proferunt Curtius § 21 et 22 et Arrianus IV 19, ubi agitur de Roxane ab Alexandro in honestum matrimonium ducta. Fortasse haec ad opus conlectaneum redeunt, quia quae statim post exponuntur de eunucho illo cum Dareo conloquente ex eo hausta sunt.

Quibus expositis Plutarchum non unius scriptoris narrationem reddere adparet, sed ex diversis memoriis modo haec modo illa excerpisse, quae in artificiosam telam commisceret. Haec autem omnia eum ex ipsis primariis fontibus conlegisse quisnam sincera mente contendat?

c. 25, 1—3 iterum Dareum litteras ad Alexandrum misisse Arrianus refert. § 2 sic loquitur: *Παρμενίωνα μὲν λέγουσιν Ἀλεξάνδρῳ εἰπεῖν*, unde Schaeferus l. l. p. 439. 444 atque Vogelius p. 10 recte concluderunt, Arrianum adisse opus conlectaneum, quam sententiam confirmat consensus, qui extat inter Arrianum et Plutarchi c. 29. Ab utroque Diodorus c. 54 et Curtius IV 5 singulis rebus dissentiunt. Ad quemnam auctorem Arriani memoria redeat, enucleari non poterit.

1) Conferas Diodori et Curtii narrationes: videbis priorem fabulae partem ad alium quendam, alteram ad eundem fontem redire.

Lib. III c. 2, 1—2 de Aristandri vaticinio; cf. p. 23 sq.

c. 3, 6 comparat Arrianus τὸν πλείονα λόγον cum Aristobuli et Ptolemaei memoria.

c. 10 consilium Parmenionis (Παρμενίων δὲ λέγουσιν ὅτι κτλ.) = Plut. c. 31; cf. Vogel. l. l. p. 10.

c. 27, 1—3 narratur Amyntan eiusque fratres prodicionis accusatos causa iudicata absolutos esse (λέγουσι δὲ καὶ Ἀμύνταν κτλ.).

Lib. IV c. 8—14 de Cliti et Callisthenis caede; cf. Schoenium p. 39 sqq.; Vogel. p. 12 sq.

c. 19, 6—20, 3 de eunucho cum Dareo conloquente.

c. 28, 1 dicitur de Aorno rupe; ait Arrianus καὶ λόγος ὑπὲρ αὐτῆς κατέχει οὐδὲ Ἡρακλεῖ τῷ Διὸς ἄλωτὸν γενέσθαι τὴν πέτραν; tum § 2 Arrianus ipse disserit de fabulosa Herculis persona, § 3 verbo λέγουσιν addito natura et magnitudo rupis illius describitur. Strabonem hanc fabulam non ignorasse intellegimus ex libro XV p. 688.

Lib. V c. 1—2 agit Arrianus de Nysaeis: c. 1, 1 ἐν δὲ τῇ χώρᾳ ταύτῃ — καὶ Νῦσαν πόλιν οἰκεῖσθαι λέγουσι; c. 2, 3 τὸν δὲ Ἀκουφιν ταῦτα ἀκούσαντα ἐπιμειδιᾶσθαι λέγεται τῷ λόγῳ; § 7 οἱ δὲ καὶ τάδε ἀνέγραψαν. De conloquio inter Alexandrum et Acuphin instituto consentit Plutarchus c. 58, quem redire ad Onesicritum Fraenkelius p. 139 et Vogelius p. 14 censuerunt; neque vero haec coniectura argumento sat probabili confirmatur. Deinde Fraenkelius contendit Arrianum hic ex Aristobulo hausisse; id quidem concedendum erit hunc de Nysaeis egisse, quia Arrianus ex eo haec profert VI 2, 3 τοὺς ἱππέας δὲ τοὺς Νυσαίους ἀποπέμπει ἐς τὴν Νῦσαν. Sed quaenam ad eum redeant, erui non poterit. Adiungit vero Arrianus narrationi de Nysaeis c. 3, 1—4 Eratothenis iudicium de fabulis similibus confictis a Macedonibus; idem fecisse Strabonem ex libro XV p. 688 licet concludere.

c. 14, 4 οἱ δὲ μάχην λέγουσιν κτλ. Comparantur inter se vulgaris memoria de pugna Alexandri cum Pori filio commissa et ea quae Aristobulus et Ptolemaeus rettulerant.

c. 19, 5—6 οἱ δὲ λέγουσιν. Adferuntur quaedam de

nomine Bucephali explicando. Strabonem de hac re egisse videmus ex l. XV p. 698 § 29. Etiam fabula illa de Bucephalo ab Uxiis capto quae § 6 memoratur fonti tertio debetur; cf. enim Plut. c. 44.

Lib. VI c. 11, 1 (*τὸ δὲ βέλως ἐξεκλῦσαι*)—8; cf. p. 25 sq.

c. 24, 1—26, 5 de expeditione Gedrosiana; cf. p. 20 sq.

c. 28, 1—2 de bacchico itinere per Carmaniam facto.

Lib. VII c. 1, 2—3 *οἱ δὲ καὶ τάδε ἀνέγραψαν*. Simillime apud Curtium X 1, 17 expeditiones, quas Alexander sibi proposuerat, enumerantur, quam ob rem utriusque scriptoris memoria ad eundem fontem redire videtur.

c. 1, 4—3, 6 de variis philosophis; cf. p. 28 sq.

c. 4, 3 *οὐ μὴν ἀλλὰ — λέγεται* = Curt. X 1, 39.

c. 11, 9 *εἶναι δὲ κατέχει λόγος τοὺς μετασχόντας* etc.

c. 12, extrem. extat lacuna in Arriani codicibus; tamen eum locutum esse de Hephaestione et Eumene inter se conciliatis elucet ex verbis paucis quae perniciem effugerunt c. 13 init.: *τούτῳ τῷ λόγῳ ὑπέξαντα Ἡφαιστίωνα συναλλαγήναι Εὐμένει, οὐχ ἐχόντα ἐκόντι*. Id vero suspicionem movet, quod oratione obliqua quam dicunt utitur Arrianus, id quod saepius solet facere in eis quae ex opere conlectaneo sumpta sunt. Atque Strabonem in sequentibus adhibitum esse adparet ex his: *ἐν ταύτῃ τῇ ὁδοῦ καὶ τὸ πεδίον λέγεται ἰδεῖν Ἀλέξανδρον τὸ ἀνεμμένον ταῖς ἵπποις ταῖς βασιλικαῖς*, in quibus manifestum est verba *ἐν ταύτῃ τῇ ὁδοῦ* ad ea spectare, quae antea de Hephaestione et Eumene Arrianus narraverat. Narrationem autem ipsam de equis proditam ex vulgari petitam esse memoria, docet Diodorus, qui XVII 110, 6 eandem praebet. Etiam aliud accedit: in c. 14, quod item debetur fonti tertio, haec leguntur: *πρῶτον δὲ Εὐμένη ἄρξαι τοῦ σοφίσματος, ὅντινα ὀλίγῳ πρόσθεν ἔφαμεν ὅτι διηγέσθῃ πρὸς Ἡφαιστίωνα*. Illud ἔφαμεν verbum non premo, sed reliqua dilucide docent, dictum fuisse in opere conlectaneo de rixa Hephaestionis Eumenisque.

c. 13, 1 de equis Nysaeis. Tertium fontem adhibitum esse etiam inde evincitur, quod Herodotus laudatur.

c. 13, 2—6 de Amazonibus; cf. p. 32 sq.

c. 14 narratur Hephaestionis mors. Imprimis ex hoc capite, in quo diversissimas diversorum scriptorum memorias in unam congeriem conlectas invenimus, egregie indolem hypomnematum Strabonianorum perspicimus. De Plutarcho conferas Vogel. l. l. p. 16.

c. 15, 4—6 enumerantur complurium gentium legationes ad Alexandrum missae. Consentaneum est neque Ptolemaeum neque Aristobulum Bruttiorum Lucanorum Tyrrenorum mentionem fecisse. Accedit, quod magnus extat consensus inter Arrianum et Diodorum c. 113, 2.

Arr. 4 καὶ Κελτοὺς καὶ Ἰβη-
ρας ὑπὲρ φιλίας δεησομένους,
ὧν τὰ τε ὀνόματα καὶ τὰς
σκευὰς τότε πρῶτον ὁφθῆναι
πρὸς Ἑλλήνων τε καὶ Μακε-
δόνων.

Diod. ἔτι δ' Ἰλλύριοι καὶ
τῶν περὶ τὸν Ἀδρίαν οἰκούν-
των οἱ πλείους, τὰ τε Θράκια
γένη καὶ τῶν πλησιοχώρων Γα-
λατῶν, ὧν τότε πρῶτον τὸ
γένος ἐγνώσθη παρὰ τοῖς Ἑλ-
λησιν.

Inde efficio a Strabone de hac re adhibitum esse eum ad quem Diodorus redit auctorem. De Aristo et Asclepiade hoc loco laudatis iam diximus (p. 12. 15).

c. 17, 2 de Beli templi magnitudine: οἱ μὲν λέγουσιν — οἱ δέ; cf. p. 50.

c. 18, 6 καὶ μὲν δὴ καὶ ὑπὲρ Καλάνου — τοιόσδε τις ἀναγέγραπται λόγος.

c. 19, 1—2 rursus agitur de legationibus et nunc quidem de Graecis; etiam hic Arrianum pendere ex Strabone est in propatulo. Dicit enim: ὑπὲρ ὧτων μὲν ἕκαστοι πρᾶξουσόμενοι οὐκ ἀναγέγραπται, deinde ἀποπέμψαι ὀπίσω λέγεται, denique εἰκόνας τὰς χαλκᾶς οὕτω λέγεται ἀπενεχθῆναι. Tum explicat credere se legatos illos missos esse, ut Alexandrum coronarent eique victorias cum alias tum maxime Indicas gratularentur, quod ideo contendit, quia videbat postea alios quoque Graecos ob eandem causam legatos misisse; cf. c. 23, 2. Oblitus vero est Arrianus se iam priore quodam

loco (III 16, 8) narrasse statuas Harmodii et Aristogitonis a Xerxe ereptas regem Athenas remisisse.

c. 22, 2—5 de diademate Alexandri; cf. p. 16 sq.

c. 24, 2 οἱ δὲ καὶ τῶν ἐν φυλακῇ ἀδέσμων ὄντα λέγουσιν.

c. 24, 4 (δοῦναι δὲ λέγεται — τὸν κῶμον).

c. 25—26, 3 deprehendimus fragmentum τῶν βασιλειῶν ἐφημερίδων, quo narrantur Alexandri aegroti dies extremi; eundem fontem Plutarchus de regis morbo et morte adhibuit c. 76, qui laudat diaria regia etiam c. 23, 2. Schoenius quidem contenderat et Arriani et Plutarchi fragmentum ab eodem die capere initium, quam sententiam falsam esse ostendit Plewius in annal. philol. vol. 103 (1871) p. 533; monuit enim Plutarchi diem primum respondere Arriani diei alteri. Facile vero demonstrari potest, quomodo factum sit, ut Plutarchus primum diem omitteret. Etenim si Plutarchum et Arrianum diligentius contuleris, ea quae Arrianus sub die primo profert iam antea c. 75 a Plutarcho commemorata esse videbis.

Arr. c. 24, 4 ἀπὸ δὲ τοῦ πότου αὐτὸν μὲν ἀπαλλάττεσθαι ἐθέλειν ἐπὶ κοιτῶνα εἰσὶν οἱ ἀνέγραψαν· Μηδίον δὲ αὐτῷ ἐντυχόντα — δεηθῆναι κωμάσαι παρὰ οἱ γενέσθαι γὰρ ἂν ἦδὸν τὸν κῶμον.

c. 25, 1 καὶ αἱ βασίλειοι ἐφημερίδες ὥδε ἔχουσι· πίνειν παρὰ Μηδίῳ αὐτὸν κωμάσαντα· ἔπειτα ἐξαναστάντα καὶ λουσάμενον καθεύδειν τε καὶ αὐθις δειπνεῖν παρὰ Μηδίῳ καὶ αὐθις πίνειν πόρρω τῶν νυκτιῶν. ἀπαλλαχθέντα δὲ τοῦ πότου λούσασθαι· καὶ λουσάμενον ὀλίγον τι ἐμφαγεῖν καὶ καθεύδειν αὐτοῦ, ὅτι ἤδη ἐπύρεσσαν.

Plut. c. 75 ἐστιάσας δὲ λαμπρῶς τοὺς περὶ Νέαρχον, εἶτα λουσάμενος, ὥσπερ εἰώθει μέλλων καθεύδειν, Μηδίου δεηθέντος ὄχετο κωμασόμενος πρὸς αὐτόν· κακεῖ πιὼν ὅλην τὴν ἐπιούσαν ἡμέραν ἤρξατο πυρέττειν.

c. 76 ὀγδόῃ ἐπὶ δεκάτῃ Δαισίῳ μηνὸς ἐκάθευδεν ἐν τῷ λουτρῶνι διὰ τὸ πυρέξει.

Quia igitur iam capite praecedenti Plutarchus narraverat Alexandrum ad Medii epulas sese contulisse, noluit hoc repe-

tere c. 76; vel coniunxit quae coniungi poterant. Hinc videmus, quomodo fontem suum Plutarchus tractaverit.

C. 26 extr. narrat Arrianus (οἱ δὲ καὶ τὰδε ἀνέγραψαν) responsum illud clarissimum Alexandri moribundi, quod quae- rentibus cuinam relinqueret imperium dedisse dicitur. Consensus Arriani et Diodori (c. 117, 4; cf. Schoen. p. 53) docet utrumque de hac re ad eundem redire auctorem.

c. 27, 1—2 memorantur fabulae de Alexandro veneno interfecto; cf. Plut. c. 77. Notatu hic dignum est, quod Arrianus dicit πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα οἶδα ἀναγεγραμμένα.

c. 27, 3 narrasse quosdam Alexandrum in Euphratem praecipitare se voluisse, ut homines se ex deorum genere ortum ad deos redisse crederent; adserit absurdam hanc fabulam his verbis usus, quae sobrium eius iudicium produunt: ἤδη τέ τις οὐκ ἠσχύνθη ἀναγράψαι.

INDEX RERUM

- Alexander cum Caesare comparatur 49.
- Amazones, variae de eis memoriae 32 sq.
- ἀποκροτεῖν* ab Arriano male intellectum 51 sq.
- Appianus num Hieronymum adhibuerit 17; Strabonis utitur hypomnematis historicis 17 sq. 49.
- Argos, de variis huius nominis urbibus 19.
- Aristobulus quo consilio opus conscripserit 5; in historia Indica adhibitus 39 sq.; enumerationes instituit 42; virorum quos nominat genus et patriam accuratius enarrat 42; eius memoriis notas fontis tertii addit Arrianus 48 sq.; num alios scriptores exscripserit 43. 50; prodigia narrat 59.
- Aristus Salaminius quando vixerit 12 sq.; testimonium eius Arrianus petiit e Strabonis opere 15; agit de Cyri sepulcro 16. 29.
- Arrianus, cur Ptolemaeum et Aristobulum auctores elegerit 5; Ptolemaei de rebus bellicis memorias praefert Aristobuli 5. 6; maxime Ptolemaeum sequitur 6; cur Strabonem nusquam nominaverit 36; auctorum sententiam quasi pro sua vendit 52.
- Asclepiades Alexandri rerum scriptor 12 sq.
- Calanus, variae de eius morte fabulae 28 sq.
- Callisthenes agit de itinere ad Hammonis templum facto 24; quousque opus suum continuaverit 59 sq.
- Chares Calani mortem refert 29; describit nuptias Susae celebratas 31.
- Clitarchus a Curtio Rufo laudatur 27; a Strabone de Amazonibus 33.
- Curtius Rufus Ptolemaeo utitur 6 sq. δὲ particula utuntur in laudandis auctoribus Arrianus et Strabo, quamquam ea quae praecedunt ex eodem fonte petunt 46 sq.
- ephemerides regiae 81.
- Eratosthenes num de pugna apud Gaugamelam commissa egerit 26; ab Arriano in hist. Ind. adhibitus 43; refellit fabulas confictas a Macedonibus 78.
- Hieronymus Cardianus 17 sq.
- Ἰλιάς ἢ ἐκ τοῦ νάρθηκος* 23.
- Megasthenes potiore quam Timagenes fide dignus 27; de Calano agit 28; Arriani in hist. Ind. auctor 43.
- Nearchus 42 sq.; qua de causa Alexander per Gedrosiam redierit exponit 20 sq.; de Calano laudatur ab Arriano 31.
- Nicolaus Damascenus 32.
- Onesicritus 78; agit de Calani morte 30 adn. 1; describit Cyri sepulcrum 29; *παράδοξων κυβερνήτης* 41 adn. 1; num Arrianus eum in manibus habuerit, ibid.
- Plutarchus *ὄχι ιστορίαν ἀλλὰ βίον* scripsit 10; quo consilio auctores laudaverit 11; qua ratione Alexandri vitam composuerit 25. 31. 74. 77; utitur in Caes. vit. Strabonis hypomnematis historicis 49.
- Polemo 13.
- Polycletus Alexandri rerum scriptor 33; cum Polycrito commutatus, ibid.

Potamo Lesbios quando fuerit 35.
 Ptolemaeus praecipue res bellicas tractat 4; rerum geographicarum minus curiosus 5. 54; commemorat Acesinis latitudinem, *ibid.*; num narraverit prodigia 59; Aristandri vaticinia memorat 61 sq.; Hammonis sacerdotes adulatur 59. 69; Alexandri corpus in Aegyptum transportat 68; omen quoddam Seleuco interpretatur 69; utitur verbis *καὶ ξυνέβη οὕτως ὅπως εἴκαθεν* 72; versum quendam mentione quasi indignum omittit 53.
 Sardanapali monumentum 48. 51.
 Seleucus, eius aetas 17; de urbibus ab eo conditis 18 sq.
 Seneca Sotionis discipulus 35.

Sotio philosophus a Plutarcho laudatus 35.

Strabo Alexandri rerum historiam scripsit 14 sq.; de libris geographicis hypomnematorum historicorum fragmenta continentibus, *ibid.*; qua ratione usus opera sua historica composuerit 15. 36; hypomnemata historica post Alexandri historiam conscripsit 19. 49; unde hypomnemata historica initium ceperint 19; ab Appiano adhibitus 18. 19. 49; Argonautarum expeditionem saepius tangit 19; lubenter laudat Homerum 24.

Timagenes a Strabone refellitur 27; a Curtio laudatur, *ibid.*

ὑπομνήματα 36.

INDEX LOCORUM ARRIANEORUM

	pagina		pagina
praef.	6	29, 1	73
I 1, 8	66	5	73
1—6	55	II 1—2	70
2, 7	36	3, 2—7	75
7—8; 9, 9—10	55	4	70
8, 1	37	5, 2—4	48. 51 sq.
9, 10	75	5—9	70
11, 1—2	61	6—12, 2	70
11, 3—6	55	7, 4—11	75
11, 6—12, 1	75	11, 8	37
12, 6—16, 7	71	12, 3—8	75
12, 10	75	13	70
16, 3	75	17—24	64
16, 4	56. 71	18, 1	64
17—23	71	24, 6	52
24	69	25, 1—3	77
25	67	26—27	67
26	71	III 1	72
27—28	72	2, 1—2	23 sq.
29	69	3—7	70

	pagina		pagina
III 3, 3	37	28, 1	78
5-6	45. 59. 78	V 1-2	78
4	44	3, 5-6	62. 73
5	8. 44 sq.	5, 1	43
6	70	8, 4-17, 3	56
7, 1-5	72	12-18, 1	74
7, 6-15, 7	65	14	6
10	78	14, 4	78
11, 3-7	38	18, 4-19, 3	73
13, 6	66	19, 4-5	74
15, 1-2	66	5-6	78
16	70	20, 1-29, 5	56
17, 6	46	20, 2	45
18	72	21, 8	5
19-22	72	28, 4	37. 62
23	8 sq.	VI 1-5	38sq. 50
24	72	1, 2	38
25	70	2, 3	41 adn. 1
26, 1	47	4	6. 38
27, 1-3	78	4, 2	38
4-5	73	5, 2	43
28-30	53 sq.	6-11, 1	56 sq.
28, 5	38	10, 1	37
29, 2	38	11, 6	52
30, 5	45	19, 5	52
IV 1-3	73	22, 4	37
3, 5	45	27	44
4	61 sq.	28, 1-3	44. 79
4, 9	66	28, 3-30, 3	57
5	45. 73	28, 4	42
6-7	6. 38. 45. 54 sq.	29	37
8-14	78	VII 1, 1	74
14, 3	12	2-3	79
15, 1-6	73	1, 5-3, 6	28 sq.
8	63	4, 1-3	74
16-17	73	3	79
18, 1-3	71	4	45
18, 4-22, 2	73	6	74
19	77	7	57
19, 6-20, 3	78	8-12	75
22, 3-30, 7	56	11	25 sq.
25, 4	36	11, 9	79

	pagina		pagina
VII 12	79	21—23	22
13, 1	79	22	16 sq. 51
2—5	32 sq.	23	75
14	80	24	58
15, 1—3	73	24—26	22. 44
4—6	80	24, 1	37
5	12	1—3	20
16—17	48 sq.	2	81
18	37	4	81
18, 6	80	25—26, 3	81. 82
19, 1—2	80	26, 1—3	22
19, 3—22, 1	58	27	82
19, 6	52	28, 1	37
20, 1—2	48	28—30	37
5	37		

TABULA ARGUMENTI

	pagina
Praefatio	3—4
I De singulis Arriani fontibus	4—36
De Ptolemaeo et Aristobulo	4—6
De ratione inter Arrianum et Curtium intercedente	6—9
De Strabone communi Arriani et Plutarchi auctore	10—36
II De ratione qua usus Arrianus auctores adhibuit	36—55
Quomodo et quando auctores laudaverit	36—50
Qua diligentia auctores exscripserit	50—52
Quomodo eorum memorias composuerit	53—55
III De Anabasi inter Ptolemaeum Aristobulum Strabonem distribuenda	55—82
Quaenam partes Ptolemaeo et Aristobulo adtribuuntur certis prolatis argumentis	55—58
Quaenam partes maiore cum probabilitate deriventur	
A ex Ptolemaeo	58—73
1. de Aristandri vaticiniis	58—60
2. loci Arrianei cum Curtio conspirantes	69—71
3. loci rerum bellicarum descriptionem continentes	71—73
B ex Aristobulo	73—75
Loci ex Strabonis hypomnematis sumpti	75—82
Index rerum	83—84
Index locorum Arrianeorum	84—86

DE DIOSCURIDIS
ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΑΡ ΟΜΗΡΩΙ ΝΟΜΩΝ
LIBELLO

SCRIPSIT

ROBERTUS WEBER.

REPORT FOR THE YEAR 1900
OF THE
COMMISSIONERS OF THE LAND OFFICE

ALBANY, N. Y., 1901.

FRAGMENTA

Praemittere commentationi aptum visum est ipsas collectas et dispositas Dioscuridei *περὶ τῶν παρ' Ὀμήρῳ νόμων* libelli reliquias, ut ad fragmentorum hos numeros versusque remittere liceat eos qui dissertationem nostram legent.

I.

Suidas s. v. Ὀμηρος (<>) et Athenaei epitoma I 8°
 <Ὅτι Διοσκουρίδης ἐν τοῖς παρ' Ὀμήρῳ νόμοις φησὶν ὡς ὁ ποιητῆς> ὁρῶν τὴν σωφροσύνην οἰκειοτάτην ἀρετὴν οὖσαν τοῖς νέοις καὶ πρώτην, ἔτι δὲ ἀρμόττουσαν καὶ πάντων τῶν καλῶν χορηγὸν οὖσαν, βουλόμενος ἐμφῦσαι πάλιν αὐτὴν ἀπ' ἀρχῆς 5 καὶ ἐφεξῆς, ἵνα τὴν σχολὴν καὶ τὸν ζῆλον ἐν τοῖς καλοῖς ἔργοις ἀναλίσκωσι καὶ ὧσιν εὐεργετικοὶ καὶ κοινωνικοὶ πρὸς ἀλλήλους, εὐτελεῖ κατεσκεύασε πᾶσι τὸν βίον καὶ αὐτάρκη, λογιζόμενος τὰς ἐπιθυμίας καὶ τὰς ἡδονὰς ἰσχυροτάτας γίνεσθαι <καὶ πρώτας ἔτι τε καὶ ἐμφύτους τὰς> περὶ ἐδωδῆν καὶ 10 πόσιν, τοὺς δὲ διαμεμενηκότας ἐν εὐτελείᾳ εὐτάκτους καὶ περὶ τὸν ἄλλον βίον γίνεσθαι ἐγκρατεῖς. ἀπλῆν οὖν ἀποδέδωκε τὴν δίαιταν πᾶσι καὶ τὴν αὐτὴν ὁμοίως βασιλεῦσιν ἰδιώταις, νέοις πρεσβύταις, <λέγων>

παρὰ δὲ ξεστὴν ἐτάννυσε τράπεζαν

15

σίτον δ' αἰδοίῃ ταμίῃ παρέθηκε φέρουσα (η 174).

δαιτρὸς δὲ κρειῶν πίνακας παρέθηκεν αἰερας (α 141),

12 sqq. [Plut.] Vit. Hom. c. 205 φανερός δέ ἐστι καὶ τὴν λιτὴν δίαιταν ὑγιεινὴν ὑπολαμβάνων. πεποίηκε γὰρ τοὺς

1 sqq. Optime Kaibelius textum restituit.

- καὶ τούτων ὀπτῶν καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ βοείων· παρὰ δὲ ταῦτα οὔτε ἐν ἑορταῖς οὔτ' ἐν γάμοις οὔτ' ἐν ἄλλῃ συνόδῳ παρατίθησιν οὐδέν, καίτοι πολλάκις τὸν Ἀγαμέμνονα ποιήσας δειπνίζοντα τοὺς ἀρίστους)· καὶ οὐ Θρῖα καὶ κἀνδύλον καὶ ἄμηντας
 5 μελίπηκτά τε τοῖς βασιλεῦσιν ἐξαίρετα παρατίθησιν Ὅμηρος, ἀλλ' ἀφ' ὧν εὖ ἔξιν ἐμελλον τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν. Αἴαντα οὖν μετὰ τὴν μονομαχίαν νότοισι βοῶν γέραιρεν ὁ Ἀγαμέμνων (H 321)· καὶ Νέστορι δ' ἤδη ὄντι γηραιῷ (γ 33) καὶ Φοίνικι (I 215) κρέας ὀπτὸν δίδωσι, ἀριστιῶν ἡμᾶς τῶν ἀτάκτων ἐπι-
 10 θυμιῶν. καὶ Ἀλκίονος δὲ ὁ τὸν τρυφερόν ἤρημένος βίον (τοὺς τρυφερωτάτους ἐστιῶν Φαίακας καὶ τὸν Ὀδυσσεά ξενίζων, ἐπιδεικνύμενος αὐτῷ τὴν τοῦ κήπου κατασκευὴν καὶ τῆς οἰκίας καὶ τὸν αὐτοῦ βίον, τοιαύτας παρατίθεται τραπέζας). καὶ Μενέλαος δὲ τοὺς τῶν παίδων γάμους ποιούμενος (καὶ τοῦ
 15 Τηλεμάχου πρὸς αὐτὸν παραγενομένου)

νότα βοὸς παρέθηκεν

(ὄπι' ἐν χερσὶν ἐλών), τὰ ῥά οἱ γέρα πάρθεσαν αὐτῷ (δ 64).

- καὶ Νέστορ δὲ βόας θύει Ποσειδῶνι παρὰ τῇ Θαλάσῃ διὰ τῶν φιλιτάτων καὶ οἰκειοτάτων τέκνων, βασιλεὺς ὢν καὶ πολ-
 20 λούς ἔχων ὑπηκόους, (τάδε παρακελευόμενος·

ἀλλ' ἄγ', ὁ μὲν πεδίονδ' ἐπὶ βοῦν ἴτω (γ 421)

ἥρωας ὀπτοῖς κρέασι χρωμένους, περιελὼν τὴν περὶ τὰ βρώματα περιεργίαν.

- 1 sqq. Dio Chrysost. II 87 R εὐωχεῖ γε μὴν ἀπὸ κρεῶν
 25 τοὺς ἥρωας (ὀπτῶν), καὶ τούτων βοείων, δῆλον ὅτι ἰσχυρός, οὐχ ἠδονῆς ἔνεκεν. τὸν γοῦν Ἀγαμέμνονα τὸν συμπάντων βασιλέα καὶ πλουσιώτατον βοῦν αἰεί φησι θύειν καὶ ἐπὶ τοῦτον καλεῖν τοὺς ἀρίστους. καὶ τὸν Αἴαντα μετὰ τὴν νίκην φιλοφρονεῖται τοῖς νότοις τοῦ βοός.

ANCTORES 1sq. Plato de re publ. 404^c.

18sq. Corpus peripat.: Porph. quaest. ad γ 411. 412; Athen. XIV 660^{b c}.

20 cf. Kaibel. Herm. XXII 331.

25 ὀπτῶν fortasse inserendum censuimus.

καὶ τὰ ἐξῆς)· ὀσιωτέρα γὰρ αὕτη ἢ θυσία θεοῖς καὶ προσφιλεστέρα ἢ διὰ τῶν οἰκείων καὶ εὐνουστάτων ἀνδρῶν.

Athen. I 9^c Πρίαμος δὲ παρὰ τῷ ποιητῇ καὶ ὀνειδίξει τοῖς νίοις ἀναλίσκουσι τὰ μὴ νενομισμένα·

ἀρνῶν ἢ δ' ἐρίφων ἐπιδήμιοι ἀρπακτῆρες (Ω 262).

5

II.

Athen. I 9^b καὶ τοὺς μνηστῆρας ὕβριστὰς ὄντας καὶ πρὸς ἡδονὰς ἀνειμένους οὔτε ἰχθύς ἐσθίοντας ποιεῖ οὔτε ὄρνιθας οὔτε μελίπηκτα, περιελὼν παντὶ σθένει τὰς μαγειρικὰς μαγανείας, . . . ὧν ἡ κατασκευὴ περιεργότερα.

Athen. I 9^d Ἑλλήσποντον δὲ Ὀμηρος ἰχθυόεντα προσ- 10
αγορεύων (I 360) καὶ τοὺς Φαίακας πλωτικωτάτους ποιῶν καὶ ἐν τῇ Ἰθάκῃ εἰδὼς λιμένας πλείους καὶ νήσους προσεχεῖς πολλὰς, ἐν αἷς ἰχθύων ἐγένετο πλῆθος καὶ ἀγρίων ὀρνίθων, καὶ εἰς εὐδαιμονίαν δὲ καταριθμῶν τὸ τὴν θάλασσαν ἰχθύς παρέχειν, ὅμως τούτων οὐδὲν οὐδένα ποιεῖ προσφερόμενον. 15

6 sqq. Dio Chrysost. II 87 R ἰχθύων δὲ οὐδέποτε γενομένων αὐτοὺς ἐποίησε καὶ ταῦτα ἐπὶ θαλάττης στρατοπεδεύοντας, καίτοι τὸν Ἑλλήσποντον, ὡπερ ἐστίν, ἰχθυόεντα ἐκάστοτε καλῶν. πάνν γὰρ ὀρθῶς αὐτὸ τοῦτο ἀπεμνημόνευσεν ὁ Πλάτων. ἀλλ' οὐδὲ τοὺς μνηστῆρας ἰχθύσιν ἐστιᾶ, σφόδρα 20
ἀσελγεῖς καὶ τρυφεροὺς ὄντας, ἐν Ἰθάκῃ καὶ ταῦτα ἐστιωμένους.

Plut. quaest. conviv. VIII 8 III 13 ὅθεν Ὀμηρος οὐ μόνον τοὺς Ἑλλήνας ἰχθύων ἀπεχομένους πεποίηκε περὶ τὸν Ἑλλήσποντον στρατοπεδεύοντας, ἀλλ' οὐδὲ ἀβροβίοις Φαίαξιν οὐδὲ 25
τοῖς ἀσώτοις μνηστῆρσιν, ἀμφοτέροις οὔσι νησιώταις, θαλάττιον παρατέθεικεν ὄψον.

Plut. quaest. conviv. IV 4 III 4 οἱ γοῦν ἥρωες εὐτελοῦς καὶ λιτῆς ἐθάδες ὡπερ ἀσκηταὶ διαίτης ὄντες, καὶ τῆς τροφῆς πᾶσαν ἡδονὴν ἐπίθετον καὶ περιέργον ἀφελόντες, ὡς 30
μηδ' ἰχθύσι χρῆσθαι παρὰ τὸν Ἑλλήσποντον στρατοπεδεύοντες, οὐχ ὑπέμειναν κτλ.

III.

Athen. I 9^d καὶ μὴν οὐδ' ὀπίωραν παρατίθῃσι τινι καί-
περ οὔσαν πολλὴν καὶ ἥδιστα ταύτης μνημονεύων καὶ πάντα
χρόνον παρασκευάζων ἀθάνατον· ὄγγη γάρ, φησίν, ἐπ' ὄγγη
(η 120) καὶ τὰ ἐξῆς.

IV.

5 Athen. I 9^e ἀλλὰ μὴν οὐδὲ στεφανουμένους οὐδὲ μυρου-
μένους ποιεῖ ὡσπερ οὐδὲ θυμιῶντας, ἀλλὰ πάντων τούτων
ἀπολομένους τοὺς ἀνθρώπους εἰς ἔλευθερίαν καὶ αὐτάρκειαν
ἐξαιρεῖται τοὺς πρώτους. καὶ θεοῖς δὲ ἀπλῆν ἀποδίδωσι
10 δίαιταν νέκταρ καὶ ἀμβροσίαν. καὶ τοὺς ἀνθρώπους δὲ ποιεῖ
τιμῶντας αὐτοὺς ἀπὸ τῆς διαίτης, ἀφελὼν λιβανωτὸν καὶ
σμύρναν καὶ στεφάνους καὶ τὴν περὶ ταῦτα τρυφήν.

V.

Athen. I 9^f καὶ τῆς ἀπλῆς δὲ ταύτης διαίτης οὐκ ἀπλή-
στως ἀπολαύοντας παρίστησιν, ἀλλ' ὡς οἱ κράτιστοι τῶν
ἰατρῶν ἀφαιρεῖ τὰς πλησμονάς,
15 αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἔντο (α 150)
καὶ τὴν ἐπιθυμίαν πληρώσαντες οἱ μὲν ἐξώρμων ἐπὶ μελέτην
ἀθλητικὴν δίσκοισι τερπόμενοι καὶ αἰγανέαις (δ 626), τῇ παιδιᾷ
τὸ πρὸς σπουδὴν ἐμμελειῶντες· οἱ δὲ κίθαρωδῶν ἡκροῶντο
τὰς ἥρωικὰς πράξεις ἐν μέλει καὶ θυθμῷ ποιοούντων.

20 Iulian. Misop. 452, 5 H. τὸ γὰρ καὶ ἰχθύων καὶ ὀρνι-
θίων λόγον ποιεῖσθαι πέρα τρυφῆς εἶναι καὶ ἧς οὐδὲ τοῖς ἐν
Ἰθάκῃ μνηστῆρσι μετῆν ἀσελγείας.

16 sqq. [Plut.] l. l. c. 207 ὅπως δὲ καὶ γυμνασίοις χρῆ-
σθαι παραγγέλλει, φανερόν ἐκ πολλῶν. αἰεὶ γὰρ πονοῦντας
25 ποιεῖ, τοὺς μὲν ἐν τοῖς προσήκουσιν ἔργοις, τοὺς δὲ δι' ἐπι-
τηδευμάτων. ὅποτε καὶ τοὺς μάλιστα τῇ ἡδυπαθείᾳ κεχρη-

ANCTORES 5 sqq. Aristarchus ad N 736.

8 fort. τοὺς πρώτους (ἄνους) var. lect. v. τοὺς ἀνθρώπους (άνους);
itaque τοὺς πρώτους delendum? Wachsmuthius.

Athen. I 24^b καὶ δίσκοις δὲ καὶ ἀκοντίοις μετὰ τινος
συμμετρίας ἐχρῶντο·

δίσκοισιν τέρποντο καὶ αἰγανήσιν ἴεντες (δ 626)·
τὸ γὰρ τέρπνόν τῆν κακοπάθειαν κουφίζει.

VI.

Athen. I 24^c καὶ ἐπὶ κνηγέσια δὲ ἐξίασιν οἱ νέοι πρὸς 5
μελέτην τῶν πολεμικῶν κινδύνων καὶ ἐπὶ θήρας παντοίας,
ἀφ' ὧν ῥωμαλεώτεροι καὶ ὑγιεινότεροι διατέλουν, [ὡς] ὅτε
ἔπυργηδὸν σφέας αὐτοὺς ἀρτύνουσι καὶ ἀντίον ἰστάμενοι ἀκον-
τίζουσιν' (M 43).

VII.

Athen. I 24^e ἴσασι δὲ καὶ λουτρὰ ἄκη πόνων παντοῖα, 10
κόπον μὲν θαλάττῃ λύντες, ἢ μάλιστα τοῖς νεύροις ἐστὶ πρόσ-
φορος, ἀναχαλῶντες δὲ ταῖς ἐμβάσεσι τὰς τῶν μυῶν συντά-
σεις, εἴτ' ἐπαλείφοντες λίπα πρὸς τὸ μὴ ξηρανθέντος τοῦ
ὑδατος ἀπεσκληρυμμένα γίνεσθαι τὰ σώματα. οἱ γοῦν ἀπὸ
τῆς σκοπιῆς ἐπανελθόντες ἰδρῶ πολλὸν ἀπενίζοντο θαλάσση 15
κνήμας ἠδὲ λόφον ἀμφὶ τε μηρούς' (K 572. 73.), καὶ οὕτως
ἀναψύξαντες

ἔς ρ' ἀσαμίνθους βάντες ἐνξέστας λουσάντο.

τῷ δὲ λοεσσαμένῳ καὶ ἀλειψαμένῳ λίπ' ἐλαίῳ

δείπνῳ ἐφιζανέτην. (x 576 sqq.)

20

μένους Φαίαια καὶ τοὺς ἀσώτους μνηστῆρας γυμναζομένους
εἰσάγει. καὶ πόνους μὲν τοὺς ἀντάρχεις αἰτίους ὑγείας ὄντας
νομίζει.

10 sqq. [Plut.] l. l. c. 209 καὶ ὅπον δὲ λουτρὰ καὶ χρίσ-
ματα, ὡς ἐπὶ τοῦ Διομήδους καὶ Ὀδυσσεῶς ἐκ τῆς νυκτηγε- 25
σίας ἀνακομισθέντων (K 572 sqq.). καὶ γὰρ οἶαν ὠφέλειαν ἔχει
τὰ λουτρὰ διὰ τούτων μάλιστα δηλοῖ

θυμῆρες κεράσασα κατὰ κρατὸς τε καὶ ὤμων (x 362).

7 ὡς del. Wilamowitzius.

18 sqq. versus restituimus.

ἔστι δὲ καὶ τρόπος ἕτερος καμάτων λύσεως ἐκ τῶν κατὰ κεφαλῆς καταιονήσεων·

Θυμῆρες κεράσασα κατὰ κρατός τε καὶ ὤμων (κ 362).

VIII.

Dio Chrysost. II 87 R ἔοικέ γε μὴν καὶ τὰ περὶ κοί-
5 τῆν καὶ τὴν καθ' ἡμέραν δίαιταν ἱκανὸς εἶναι παιδεύειν Ὀμη-
ρος. τὸν γοῦν Διομήδην πάνυ στερεῶς κατέκλινεν ἐπὶ
βύρσης ἀγραύλου βοός, (κύκλω περιστήσας τὰ δόρατα ὄρθα
ἐπὶ σαυρωτῆρος, οὐ κόσμου χάριν, ἀλλ' ἔτοιμα λαβεῖν).

IX.

Athen. I 18^a ἔς τὸ πρέπον δὲ Ὀμηρος ἀφορῶν τοὺς
10 ἥρωας οὐ παρήγαγεν ἄλλο τι δαινυμένους ἢ κρέα καὶ ταῦτα
ἑαυτοῖς σκευάζοντας. οὐ γὰρ ἔχει γέλωτα οὐδ' αἰσχύνῃν ὀψαρ-
τύοντας αὐτοὺς καὶ ἔψοντας ὄρᾶν. ἐπετήδευον γὰρ τὴν αὐτο-
διακονίαν καὶ ἐκαλλωπίζοντο, φησὶ Χρύσιππος, τῇ ἐν τού-
τοις εὐστροφίᾳ. Ὀδυσσεὺς γοῦν ἑδαιτρεῦσαι τε καὶ πῦρ
15 νηῆσαι οἷος οὐκ ἄλλος δεξιὸς εἶναι φησὶ (ο 322). καὶ ἐν
Λιταῖς δὲ Πάτροκλος καὶ Ἀχιλλεὺς πάντα εὐτρεπίζει (I 202.

φανερόν οὖν, ὅτι ἐντεῦθεν ἔχοντα τὴν ἀρχὴν τὰ νεῦρα, εἰκότως
ἀπ' αὐτῶν καὶ τὴν ἴασιν τοῦ κόπου λαμβάνει.

12sq. Aelianus var. hist. VII 5 καὶ Λαέρτης δὲ αὐτουρ-
20 γῶν ὑπὸ τοῦ παιδὸς πεφώρεται καὶ φυτόν ξύων, καίτοι γη-
ράσκων βαθύτατα. ὁμολογεῖ δὲ καὶ Ὀδυσσεὺς αὐτὸς πολλὰ
εἰδέναι καὶ τεχνίτης αὐτῶν εἶναι

δρηστοσύνη οὐκ ἂν μοι ἐρίσσειεν βροτὸς ἄλλος

πῦρ τ' εὖ νηῆσαι, διὰ τε ξύλα δανὰ κεάσσαι (ο 321sq.).

25 καὶ τὴν σχεδίαν δὲ οὐ δεηθεὶς ναυπηγῶν, ἀλλὰ δι' ἑαυτοῦ
τὴν ταχίστην εἰργάσατο. καὶ Ἀχιλλεὺς δέ, τρίτος ὢν ἀπὸ τοῦ

ANCTORES 4sq. Corp. perip. (?): scholia Ven. A ad I 661,
Ven. B ad K 75.

12sq. Chrysippus: Dio Chrysost. LXXI 378 Rπ, schol.
Ven. A et B ad Θ 53, Aristarch. ad Γ 261.

209). καὶ Μενελάου δὲ τελοῦντος γάμους ὁ νυμφίος Μεγαπένθης οἰνοχοεῖ (ο 141).

X.

(Dio Chrysost. II 87 R δεῖ δὲ τοῦ ποιητοῦ τὰ μὲν ὡς συμβουλευόντος καὶ παραινούντος ἀποδέχεσθαι, τὰ δὲ ὡς ἐξηγουμένου μόνον, πολλὰ δὲ ὡς ὀνειδίζοντος καὶ καταγελοῦντος.) 5

XI (cf. I).

Athen. I 16^c οἶδε δ' Ὀμηρος καὶ ποικίλας ἐδωδάς· λέγει γοῦν (ζ 76) ἑδωδὴν παντοίην' καὶ (γ 480) ὄψα οἶα ἔδουσι διοτρεφέες βασιλῆες'.

Athen. I 25^a ὅτι δὲ καὶ ἐφθοῖς ἐχρῶντο κρέασιν ἐμφανίζει ἐν οἷς λέγει· 10

ὡς δὲ λέβηθς ζεῖ . . .

κνίσση μελδόμενος ἀπαλοτρεφέος σιάλοιο (Φ 362 sq.).

καὶ ὁ κατ' Ὀδυσσεύς ἀφεθείς ποῦς βοῶς (υ 299) τούτου σημείον· πόδα γὰρ βόειον οὐδεὶς ὀπτᾶ. καὶ τὸ (α 141) κρεῖων δὲ πίνακας παρέθηκεν αἰείρας παντοίων' οὐ μόνον τῶν 15 κρεῖων ἐξαλλαγὴν δηλοῖ, ὡς ὀρνίθεια, χοίρεια, ξρίφεια, βόεια λέγων, ἀλλὰ τὴν σκευασίαν ὡς ποικίλην ἔχοντα καὶ οὐ μονοειδῆ ἀλλὰ περιττὴν. ὡς ἀνακύπτειν τὰς Σικελικὰς καὶ Συβαριτικὰς

Διός, αὐτὸς διακόπτει τὰ κρέα, δεῖπνον τοῖς παρὰ τῶν Ἀχαιῶν ἀφικόμενοις πρέσβεσιν εὐτρεπίσαι σπεύδων. 20

14 sqq. Dio Chrysost. II 88 R ταῦτα δὲ λέγει διδάσκων καὶ παραινῶν ὡς δεῖ καὶ τραπέζης ἐπιμελεῖσθαι τοὺς ἀγαθούς, ἐπεὶ τροφῆς γε παντοίας καὶ πολυτελείας οὐκ ἐτόγγχανεν ἄπειρος ὢν, ὥστε τοὺς περὶ ταῦτα νῦν ἐπτοημένους Πέρσας καὶ Σύρους καὶ τῶν Ἑλλήνων Ἰταλιώτας καὶ Ἰωνας μηδὲ ἔγγυς 25 ἐφικνεῖσθαι τῆς παρ' Ὀμήρω χορηγίας καὶ ἀβρότητος.

ANCTORES 3 sqq. cf. Stoicorum interpretandi rationem apud Dionem Chrysost. LIII 276 R.π.

9 sqq. Aristarchus ad Φ 362.

18 καὶ Ἰταλικὰς glossam del. Kaibelius.

26 ἀφικνεῖσθαι codd.: corr. Reiskius.

τραπέζας, ἤδη δὲ καὶ Χίας. μαρτυροῦνται γὰρ καὶ Χίοι οὐκ ἔλαττον τῶν προειρημένων ἐπὶ ὄψαρτυτικῇ. Τιμοκλῆς·

Χίοι πολὺ
ἄριστ' ἀνευρήκασιν ὄψαρτυτικὴν.

XII (cf. II).

- 5 Athen. I 13^a καὶ ἰχθύσι δὲ Ὅμηρος ποιεῖ χρωμένους τοὺς τότε καὶ ὄρνισι. κατὰ γοῦν τὴν Θρινακίαν οἱ Ὀδυσσεῶς ἑταῖροι θηρεύουσιν·

ἰχθύς ὄρνιθός τε φίλας θ' ὅ τι χεῖρας ἵκοιτο
γναμπτοῖς ἀγλίστροισιν (μ 331).

- 10 οὐ γὰρ ἐν τῇ Θρινακίᾳ ἐκεχάλευτο τὰ ἀγλίστρα, ἀλλ' ἐπεφέροντο ἐν τῷ πλῶ δηλονότι· ὥστε ἦν αὐτοῖς θήρας ἰχθύων ἐπιμέλεια καὶ τέχνη. εἰκάζει δὲ καὶ τοὺς ὑπὸ Σκύλλης ἀρπαζομένους Ὀδυσσεῶς ἑταίρους ἰχθύσι προμήκει θάβδω ἀλισκομένοις καὶ θύραζε θιπτομένοις (μ 251).

- 15 Athen. I 25^b ὅτι δὲ καὶ ἰχθύς ἦσθιον Σαρπηδῶν δῆλον ποιεῖ (E 487), ὁμοίων τὴν ἄλωσιν πανάγρου δικτύου θήρα. καίτοι Εὐβουλος κατὰ τὴν κωμικὴν χάριν φησὶ παίζων·

- 6 sqq. Plut. quaest. conviv. VIII 8 III 14 οἱ δὲ Ὀδυσσεῶς ἑταῖροι, τосαύτην πλέοντες θάλατταν, οὐδαμοῦ καθῆκαν ἄγ-
20 κιστρον, οὐδὲ πόρκον, οὐδὲ δίκτυον ἀλφίτων παρόντων.

ἀλλ' ὅτε δὴ νηὸς ἐξέφθιτο ἦμα πάντα (μ 329)

μικρὸν ἔμπροσθεν ἢ ταῖς τοῦ Ἥλιου βουσίην ἐπιχειρεῖν, ἰχθύς ἀγρεύοντες οὐκ ὄψον ἀλλὰ τροφήν ἀναγκαίαν ἐποιοῦντο
γναμπτοῖς ἀγλίστροισιν. ἔτειρε δὲ γαστέρα λιμός (μ 332).

- 25 ὑπὸ τῆς αὐτῆς ἀνάγκης ἰχθύσι τε χρωμένων καὶ τὰς τοῦ Ἥλιου βούς κατεσθιόντων.

- Plut. de Isid. et Osir. c. 7 ὁ δὲ ἐμφανῆς καὶ πρόχειρος (sc. λόγος), οὐκ ἀναγκαῖον, οὐδ' ἀπερίεργον ὄψον ἀποφαίνων τὸν ἰχθύν, Ὅμηρον μαρτυρεῖ, μήτε Φαίαιας τοὺς ἀβροβίους
30 μήτε τοὺς Ἰθακησίους ἀνθρώπους νησιώτας, ἰχθύσι χρωμέ-

ἰχθὺν δ' Ὀμηρος ἐσθίοντ' εἶρηκε ποῦ
 τίνα τῶν Ἀχαιῶν; κρέα δὲ μόνον ὤπτων, ἐπεὶ
 ἔψοντα γ' οὐ πεποιήκεν αὐτῶν οὐδένα.
 ἀλλ' οὐδεμίαν ἄλλην ἑταίραν εἶδέ τις
 αὐτῶν, ἑαυτοὺς δ' ἔδεφρον ἑνιαυτοὺς δέκα.
 πικρὰν στρατείαν δ' εἶχον, οὔτινες πόλιν
 βία λαβόντες εὐρυπρωκτότεροι πολὺ
 τῆς πόλεως ἀπεχώρησαν ἧς εἶλον τότε.

5

οὐδὲ τὸν ἄερα δ' οἱ ἥρωες τοῖς ὄρνισιν εἶων ἐλεύθερον, πα-
 γίδας καὶ νεφέλας ἐπὶ ταῖς κίχλαις καὶ πελειάσιν ἰστάντες. 10
 ἐγυμνάζοντο δὲ πρὸς ὄρνεοθηροετικὴν τὴν πελειάδα τῇ μη-
 ρίνθῳ κρεμάντες ἀπὸ νηὸς ἰστοῦ καὶ τοξεύοντες ἐκηβόλως εἰς
 αὐτήν, ὡς ἐν τῷ ἐπιταφίῳ δηλοῦται (Ψ 852).

Athen. I 13° οὐ μνημονεύει δὲ τοιαύτης ἐδωδῆς ἐπὶ τῶν
 δειπνων, ὡς οὐκ οἰκείας νομιζομένης τῆς τροφῆς τοῖς ἐν ἀξιώ- 15
 μασιν ἥρωσι κειμένοις, ὡς οὐδὲ τῆς τῶν νεογνῶν ἱερείων. οὐ
 μόνον δὲ ἰχθύσιν ἀλλὰ καὶ ὄστρεοῖς ἐχρῶντο, καίτοι τῆς
 τούτων ἐδωδῆς οὐ πολὺ ἐχούσης τὸ ὠφέλιμον καὶ ἡδύ, ἀλλὰ
 καὶ τῷ βυθῷ κατὰ βάθος κειμένων. καὶ οὐκ ἔστιν εἰς ταῦτα
 ἄλλη τινὶ τέχνῃ χρῆσασθαι ἢ δύντα κατὰ βυθοῦ. 20

ἢ μάλ' ἑλαφρὸς ἀνήρ, ὃς ῥεῖα κυβιστᾶ (II 745),
 ὃν καὶ λέγει πολλοὺς ἂν κορέσαι τήθεα διφῶντα.

XIII (cf. III).

Athen. I 24° παρετίθετο δὲ τοῖς ἥρωσι δειπνοῦσι καὶ
 λάχανα. ὅτι δὲ οἶδασι τὰς λαχανείας δῆλον ἐκ τῶν παρὰ νεῖατον
 ὄρχον κοσμητῶν πρασιῶν (η 127). ἀλλὰ μὴν καὶ τοῖς κακοχυ- 25
 μοτάτοις κρομούσις ἐχρῶντο·

ἐπὶ δὲ κρόμμον ποτοῦ ὄψον (A 630).

νοὺς ποιοῦντι, μήτε τοὺς Ὀδυσσεῶς ἑταίρους ἐν πλῶ τοσοῦτω
 καὶ ἐν θαλάττῃ πρὶν εἰς ἐσχάτην ἐλθεῖν ἀπορίαν.

25 sqq. Plut. quaest. conviv. IV 4 III 8 τὸ μὲν γὰρ Ὀμη- 30

ANCTORES 23 sqq. Aristarchus ad II 747 Ven. A.

4 ἀλλ' οὐδὲ μὴν ἀλλ' codd.: corr. Meinekius.

ἐπιμελουμένους δὲ αὐτοὺς εἰσάγει καὶ τῶν ἀκροδρόων (η 120):
 ὄγχη γὰρ ἐπ' ὄγχη που γηράσκει, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ. διὸ
 καὶ τῶν δένδρων τὰ μὲν καρποφόρα καλὰ προσαγορεύει (η 114):
 ἔνθα δένδρεα καλὰ πεφύκει, ὄγχηαι καὶ ῥοιαὶ καὶ μηλέαι.
 5 τὰ δ' εἰς ξυλείαν εὐθέτα μακρά, τοῖς ἐπιθέτοις τὰς χρήσεις
 διαστέλλων.

ἔνθα δένδρεα μακρὰ πεφύκει,
 κλήθρη τ' αἴγειρός τ' ἐλάτη τ' ἦν οὐρανομήκης (ε 238 sq.).
 ἀρχαιοτέρα δ' ἦν καὶ τῶν Τρωικῶν ἢ τοῦτων χρήσις. Τάν-
 10 τάλος γοῦν οὐδὲ θανὼν ἀπαλλάττεται τῆς τούτων ἐπιθυμίας
 (λ 588 sq.). εἴπερ ὁ κολάζων αὐτὸν θεὸς προσείων, καθάπερ
 οἱ τὰ ἄλογα τῶν ζώων τοῖς θαλλοῖς ἄγοντες, τοὺς τοιοῦτους
 καρποὺς ἀποκρούεται αὐτὸν τῆς ἀπολαύσεως, ὅτε τῆς ἐλπί-
 15 ἔδωκεν αὐτῷ παιδί ὄντι (ω 340): ὄγχας μοι δῶκας τρισκαί-
 δεκα' καὶ τὰ ἐξῆς.

Athen. I 25^d παρέλιπε δὲ τὴν χρῆσιν τῶν λαχάνων καὶ
 ἰχθύων καὶ τῶν ὀρνίθων διὰ τε τὴν λιχνείαν καὶ προσέτι τὴν
 ἐν ταῖς σκευασίαις ἀπρέπειαν, ἐλάττω κεκρικῶς ἡρωικῶν καὶ
 20 θείων ἔργων.

XIV (cf. IV).

Athen. I 17^b Δυνατωτάτη δὲ παρ' Ὀμήρῳ καὶ ἡ τῶν
 μύρων εὐωδία·

τοῦ καὶ κινυμένοιο Διὸς κατὰ χαλκοβατῆς δῶ
 ἔμπης εἰς γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἵκει' ἀντιμή (Ξ 173 sq.).

25 Athen. I 18^e Ὀμηρος δὲ τὴν τοῦ μύρου φύσιν εἰδὼς οὐκ
 εἰσήγαγε μύροις ἀλειφομένους τοὺς ἥρωας πλὴν τὸν Πάριον ἐν
 οἷς φησὶ 'κάλλει στίλβων' (Γ 392), ὡς καὶ Ἀφροδίτη κάλλει

ρικὸν ἐκεῖνο 'κρόμμον ποτοῦ ὄψον' ναύταις καὶ κωπηλάταις
 μᾶλλον ἢ βασιλεῦσιν ἐπιτήδειον ἦν.

AVCTORES 11 sqq. Plato Phaedr. p. 230^d.

25 sqq. Aristarchus ad Ξ 172 Ψ 186: Athen. XV 688^{ed}.

23 versum restituimus, οὗ κιν. Δ. ποτὶ χ. δῶμα codd.

τὰ πρόσωπα καθαίρει (σ 192). ἀλλ' οὐδὲ στεφανομένους εἰσάγει, καίτοι τῷ ἐκ τῆς μεταφορᾶς ὁμοιώματι σημαίνεται ὅτι ἤδει τὸν στέφανον. φησὶ γοῦν·

νῆσος, ἣν πέρι πόντος ἀπείριτος ἔστεφάνωτο (κ 195)
καί·

5

πάντη γάρ σε περὶ στέφανος πολέμοιο δέδθεν (N 736).

XV (cf. VIII).

Athen. I 17^b καὶ στρωμινὰς δὲ οἶδε διαπρεπούσας· τοιαύτας οὖν Ἀρήτη Ὀδυσσεὶ ὑποστρωννύειν κελεύει (η 336), καὶ Νέστωρ ἀνχεῖ πρὸς Τηλέμαχον πολλῶν τοιούτων εὐπορεῖν (γ 349).

XVI (cf. IX).

Athen. I 17^b πολυτελεῖς δ' αὐτοῖς καὶ οἱ διακονούμενοι. 10

XVII.

Athen. I 16^c οἶδε δὲ καὶ πᾶσαν τὴν νῦν πολυτέλειαν.

Dio Chrysost. II 85 R τὰ γὰρ τοῦ Ἀλκίνοιο βασίλεια, ἀνδρὸς Ἑλλήνος καὶ νησιώτου, διεκόσμησεν οὐ μόνον κήποις καὶ φντοῖς καὶ ὕδασι, ὡς ἤδιστα ἐνοικεῖν, ἀλλὰ καὶ ἀγάλμασι χρυσοῖς. ἔτι δὲ μᾶλλον τὴν τοῦ Μενελάου οἴκησιν, καὶ ταῦτα 15 ἀπὸ στρατείας ἤκοντος, ἅρ' οὐ Περσικὴν τινα καὶ Μηδικὴν ἐξηγεῖται, σχεδόν τι οὐ πολὺ ἀποδέουσαν Σεμιράμιδος ἢ Δαρειοῦ τε καὶ Ξέρξου τῶν βασιλείων; φησὶ γοῦν (δ 45. 46. 73)·
ὥστε γὰρ ἡελίου αἴγλη πέλεν ἢ σελήνης
διῶμα καθ' ὑπερεφῆς Μενελάου κυδαλίμοιο 20
χρυσοῦ τ' ἠλέκτρον τε καὶ ἀργύρου ἢ δ' ἐλέφαντος.

12 sqq. Athen. I 16^c οἴκων μὲν οὖν λαμπρότατος ὁ Μενελάου. τοιοῦτον δὲ τινα ὑφίσταται τῇ κατασκευῇ καὶ λαμπρότητι οἶανπερ Πολύβιος (34, 9, 15 Hu) Ἰβηρός τινος βασιλέως οἰκίαν· ὃν καὶ ἐξηλωκένας λέγει τὴν τῶν Φαιάκων τρυφὴν 25 πλὴν τοῦ τοῦς κρατῆρας ἐν μέσῳ τῆς οἰκίας ἐστάναι πλήρεις οἴνου κριθίνου, ἀργυροῦς ὄντας καὶ χρυσοῦς.

Cf. Dio Chrysost. LXXIX 432 R. II.

ANCTORES 1 sqq. Aristarchus ad N 736 et ad A 700 (apud Bekker.).

24 οἶανπερ inseruit Kaibelius.

Athen. I 16^d Ὀμηρος δὲ τοπογραφῶν καὶ τὴν Καλυψοῦς οἰκίαν ἐκπλήττει τὸν Ἑρμῆν (ε 75).

Athen. V 193^c τῶν δὲ ἡρωικῶν οἴκων τοὺς μείζοντας Ὀμηρος μέγαρα καλεῖ καὶ δώματα καὶ κλισίας, οἱ δὲ νῦν ξει-
5 νῶνας καὶ ἀνδρῶνας ὀνομάζουσι.

XVIII.

Athen. I 16^d ἀπολανστικὸς δὲ ἐστὶ παρ' αὐτῷ καὶ ὁ τῶν Φαιάκων βίος· αἰεὶ γὰρ ἡμῖν δαῖς τε φίλη κίθαρις τε καὶ τὰ ἐξῆς (9 248).

Athen. XII 513^a ὁ δὲ παρὰ τῷ Ὀμήρῳ Ὀδυσσεὺς ἡγε-
10 μῶν δοκεῖ γεγενῆσθαι Ἐπικούρῳ τῆς πολυθρολήτου ἡδονῆς, ὅσπερ φησὶν (ι 5 sqq.).

οὐ γὰρ ἔγωγέ τι φημι τέλος χαριέστερον εἶναι
ἢ ὅταν εὐφροσύνη μὲν ἔχη κατὰ δῆμον ἅπαντα,
δαιτυμόνες δ' ἀνὰ δώματ' ἀκουάζωνται αἰοῖδου
15 ἡμενοὶ ἐξείης, παρὰ δὲ πλήθεισι τράπεζαι
σίτου καὶ κρειῶν, μέθυ δ' ἐκ κρητῆρος ἀφύσσω
οἰνοχόος παρέχησι καὶ ἐγχείη δεπάεσσιν.
τοῦτό τί μοι κάλλιστον ἐνὶ φρεσὶν εἶδεται εἶναι.

1 sq. Dio Chrysost. II 86 R ἔτι δὲ μᾶλλον τὸ τῆς
20 Καλυψοῦς, ἅτε ὠραίας καὶ φιλανθρώπου θεᾶς, ἐν νήσῳ καθ' αὐτὴν ἀπωκισμένης. τοῦτο μὲν γὰρ εὐώδη διαφερόντως φησὶ τὴν νῆσον τῶν ἡδίστων ἐν αὐτῇ θυμιαμάτων, τοῦτο δὲ σύσκιον δένδροις εὐθαλέσι, κύκλω δὲ περὶ τὸ σπήλαιον ἄμπελον περι-
ήκουσαν ὠραίαν, βότρυνσι βριθομένην, ἔμπροσθεν δὲ λειμῶνας
25 ἀπαλοὺς ἀναμιξ ἑλλίνων τε καὶ ἐτέρων, ἐν δὲ τῷ μέσῳ κρήνας τέτταρας λαμπροῦ καὶ διαφανοῦς ὕδατος πάντοσε ἀπορρέον-
τος, ἅτε οὐκ ὄντος ἑτεροκλινοῦς οὐδὲ ἀνίσου τοῦ χωρίου. πάντα γὰρ ταῦτα ὑπερφνωῶς ἔρωτικά καὶ ἡδέα, κατὰ τὸν τρό-
πον οἶμαι τῆς θεᾶς.

AVCTORES 9 sqq. Stoicus quidam: [Plut.] l. l. c. 150. Heraclit. alleg. Hom. c. 75. schol. ad ι 28.

ὁ δὲ Μεγακλείδης φησὶ τὸν Ὀδυσσεῖα καθομιλοῦντα τοὺς
 καιροὺς ὑπὲρ τοῦ δοκεῖν ὁμοίῃς τοῖς Φαίαιξιν εἶναι τὸ
 ἀβροδίαιτον αὐτῶν ἀσπάζεσθαι, προπνυθόμενον τοῦ Ἀλκίνοῦ·
 αἰεὶ δ' ἡμῖν δαῖς τε φίλη κίθαρίς τε χοροὶ τε,
 εἴματα τ' ἔξημοιβὰ λοετρά τε θερμὰ καὶ εὐναί (9 248 sq.). 5
 μόνως γὰρ οὕτως ᾠήθη ὣν ἠλπίζε μὴ διαμαρτεῖν.

Athen. I 16^d ἃ ἔπη (ι 5 sqq.) Ἐρατοσθένους οὕτω γε-
 γραφθῆναι φησίν·

οὐ γὰρ ἔγωγέ τί φημι τέλος χαριέστερον εἶναι
 ἢ ὅταν εὐφροσύνη μὲν ἔχη κακότητος ἀπούσης, 10
 δαιτυμόνες δ' ἀνὰ δώματ' ἀκουάζονται ἀοιδῶν,
 κακότητος ἀπούσης φάσκων τῆς ἀφροσύνης. ἀδύνατον γὰρ μὴ
 φρονίμους εἶναι Φαίαικας, οἳ μάλα φίλοι εἰσὶ θεοῖσιν, ὡς ἡ
 Ναυσικάα φησὶ (ζ 203).

XIX.

Athen. XII 513^d εἰσὶ δ' οἳ φασὶ ταύτης εἶναι τῆς γνώ- 15
 μης τὸν Ὀμηρον, προτάττοντα τοῦ σπουδαίου βίου πολλάκις
 τὸν καθ' ἡδονήν, λέγοντα·

οἳ δὲ θεοὶ παρ Ζηνὶ καθήμενοι ἡγορόωντο
 χρυσέῳ ἐν δαπέδῳ, μετὰ δέ σφισι πότνια Ἥβη
 νέκταρ ἐφροχόει, τοὶ δὲ χρυσεοὶς δεπάεσσι 20
 δειδέχατ' ἀλλήλους (Α 1 sqq.).

καὶ ὁ Μενέλαος δὲ παρ' αὐτῷ φησίν·

οὐδέ κεν ἡμέας

ἄλλο διέκρινεν φιλέοντέ τε τερπομένῳ τε (δ 178 sq.).

1 sqq. Athen. V 192^c τὸ δὲ τοῦ Ἀλκινόου συμπόσιον, 25
 πρὸς ὃ ἀποτέταται ὁ τοῦ Ὀδυσσεῶς λόγος (ι 5 sqq.).

οὐ γὰρ ἔγωγέ τί φημι τέλος χαριέστερον εἶναι
 ἢ ὅταν εὐφροσύνη μὲν ἔχη κατὰ δῆμον ἅπαντα,
 δαιτυμόνες δ' ἀνὰ δώματ' ἀκουάζονται ἀοιδῶν,
 ξένου ὑποδοχὴν ἔχει, ὄντων καὶ αὐτῶν τῶν Φαίαικων τρυφερῶν. 30

καί·

ἥμεθα δαινύμενοι κρέα τ' ἄσπετα καὶ μέθυ ἡδύ (ι 162).
διόπερ καὶ Ὀδυσσεὺς τρυφήν καὶ λαγνείαν τέλος τοῦ βίου
παρὰ τῷ Ἀλκινόῳ τίθεται.

XX.

5 Athen. I 18^f παρατηρητέον δὲ καὶ ὅτι ἐν μὲν Ὀδυσσεΐα
ἀπονιζομένους τὰς χεῖρας ποιεῖ πρὶν μεταλαβεῖν τροφῆς, ἐν
Ἰλιάδι δὲ τοῦτο ποιοῦντας οὐκ ἔστιν εὐρεῖν. σχολαζόντων γὰρ
βίος ὁ ἐν Ὀδυσσεΐα καὶ διὰ τὴν εἰρήνην τρυφώντων· διὸ
οἱ ἐνταῦθα ἐθεράπευον τὸ σῶμα διὰ λουτρῶν καὶ καταμι-
10 μάτων. διὰ τοῦτο καὶ ἀστραγαλίζουσιν ἐν ταύτῃ τῇ πολιτείᾳ
καὶ ὀρχοῦνται καὶ σφαιρίζουσιν.

XXI.

Athen. I 16^e καὶ οἱ μνηστῆρες δὲ παρ' αὐτῷ 'πεσσοῖσι
προπάρουθε θυράων' (α 107) ἐτέρποντο.

Athen. I 17^b οὕτω δὲ διὰ τὴν τρυφήν τὰς χεῖρας οἱ μνη-
15 στῆρες ἔχουσιν ἀπαλὰς ὡς μὴδὲ τὸ τόξον ἐντεῖναι δύνασθαι
(φ 150).

XXII.

Athen. I 10^e οἶδε δὲ ὁ Ὀμηρος καὶ τὸ ὠφέλιμον καὶ τὸ
σύμμετρον τοῦ οἴνου ἐν οἷς τὸν χανδὸν ἐλόντα αὐτὸν βλάπτε-

14 sq. Dio Chrysost. LV 289 R π de Antinoο τελευ-
τῶν δὲ ἐπεχειρεῖ τοξεύειν, ἄπειρος ὢν τοξικῆς καὶ τὰς χεῖρας
20 οὕτω ὑπὸ τρυφῆς διεφθαρμένος, ὡς μὴ δύνασθαι ἄπτεσθαι
τῆς νευρᾶς, εἰ μὴ τις ἐπιχρίσειε στέαρ, . . . μὴδ' ἐπιτεῖναι
δυνάμενος τὸ τόξον, μὴδὲ ὅπως στήσειε τοὺς πελέκεις ὁ Τηλέ-
μαχος συννείεις.

16 sqq. [Plut.] l. l. c. 206 οἶδε δὲ καὶ οἴνου χρήσεως δια-
25 φοράς· ὅτι ὁ μὲν πολὺς ποθεῖς βλαβερός, ὁ δὲ μέτριος ὠφέ-
λιμος. τὸ μὲν οὕτως·

AVCTORES 16 sqq. Corp. perip.: Porphyr. ad Z 265 p. 101,
19 Schr.

17 ἐλόντα Brunkius, ἔλκοντα codd.

σθαί φησι (φ 294). καὶ κράσεων δὲ γένη διάφορα ἐπίσταται· οὐκ ἂν γὰρ Ἀχιλλεύς τὸ ζωρότερον κεραίρειν διέστειλε (I 203), μὴ οὔσης τινὸς καθημερινῆς κράσεως.

XXIII.

Athen. I 10^a. διὸ οὐδὲν θανααστὸν τοὺς οὕτω τετραμ-
 μένους ἀφλεγμάντους εἶναι τὰ σώματα καὶ τὰς ψυχάς. ἐν- 5
 δεικνύμενος οὖν καὶ τὴν εὐταξίαν ὡς ὑγιεινὸν ἔστι καὶ εὐχρη-
 στον καὶ κοινόν, τὸν σοφώτατον Νέστορα πεποιήκε (A 639)
 Μαχάονι τῷ ἱατρῷ τετραμένῳ τὸν δεξιὸν ὤμον προσφέροντα
 οἶνον, ταῖς φλεγμοναῖς ἐναντιώτατον ὄντα, καὶ τοῦτον Πρά-
 μνειον, ὃν ἴδμεν παχὺν καὶ πολύτροφον (οὐ διψήσεως ἄκος, 10
 ἀλλ' ἐμφορήσεως ἕνεκα· πεπωκότει γοῦν παρακελεύεται συν-
 εχῶς τοῦτο ποιεῖν· 'σὺ μὲν, φησί (Ξ 5), πῖνε καθηήμενος'), καὶ
 ἐπιξύνοντα τυρὸν αἰγείον, 'ἐπὶ δὲ κρόμμον ποτοῦ ὄψον' (A 630),
 ἵνα πλεῖον πίνῃ, καίτοι ἀλλαγῶ λέγων (Z 265) τὸν οἶνον
 ἐκλύειν τὴν ἰσχὺν καὶ ἀπογυιοῦν. περὶ δὲ τοῦ Ἑκτορος Ἑκάβη 15
 (Z 258) οἰομένη μενεῖν αὐτὸν τὸ καταλειπόμενον τῆς ἡμέρας
 παρακαλεῖ πιεῖν σπείσαντα, προτρεπομένη εἰς θυμηδίαν· ὃ
 δ' ὑπερτίθεται πρὸς πρᾶξιν ἐξιῶν. καὶ ἥ μὲν ἀπερισπᾶστος
 ἐπαινεῖ τὸν οἶνον, ὃ δὲ μετὰ ἄσθματος ἤκων ἀπωθεῖται. καὶ

οἶνός σε τρώει μελιθῆς, ὅς τε καὶ ἄλλους 20
 βλάπτει, ὃς ἂν μιν χανδὸν ἔλη, μηδ' αἴσιμα πίνῃ (φ 294 sq.)·
 τὸ δὲ ἐκείνως·

ἄνδρὶ δὲ κεμηῶτι μένος μέγα οἶνος ἀέξει (Z 261).

9 sqq. [Plut.] l. l. c. 206 τὸν δὲ σφοδρὸν καὶ καρωτικὸν
 τῷ Κύνλωπι ὁ Ὀδυσσεὺς παρατίθησι· τὸν δὲ στύφοντα πρὸς 25
 ἴασιν. οὗτος γάρ ἐστιν ὁ Πράμνειος, ὃν τῷ Μαχάονι τετρα-
 μένῳ δίδωσιν.

[Plut.] l. l. c. 210 τὸν δὲ Μαχάονα τρωθέντα οὐ μεγάλην
 οὐδὲ καιρίον πληγὴν ἐπὶ τοῦ ὤμου, εἰκότως ἀφυλακτοτέρῃ
 διαίτη ποιεῖ χρώμενον. 30

ANCTORES 1 sqq. Corp. perip.: Plut. quaest. conviv. V 4 π.

18 sqq. Corp. perip.: Porphy. ad Z 265 p. 101, 23 sq. Schr.,
 p. 101, 5 sqq. Schr.

ἢ μὲν ἀξιοὶ σπείσαντα πιεῖν, ὃ δὲ καθημαγμένος ἀσεβὲς ἡγεῖται. ἴσως οὖν οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὸν εὐδιαφόρητον ἄνευ στερεμνίου σιπίου μίγματος, ὃ τοῖς ἰατροῖς διὰ τὴν τέχνην ἐστὶ δῆλον· τοῖς γοῦν καρδιακοῖς μετὰ οἴνου σιτωῶδες ἀνα-
 5 μίσησονσί τι πρὸς κατοχὴν τῆς δυνάμεως. ἀλλ' ἐκεῖνος τῷ μὲν Μαχάονι μετ' ἀλφίτου καὶ τυροῦ δέδωκε τὸν οἶνον, τὸν δ' Ὀδυσσεά ποιεῖ συνάπτοντα τὴν ἀπὸ τῶν σιπίων καὶ οἴνου ὠφέλειαν·

ὃς δὲ κ' ἀνὴρ οἴνοιο κορεσσάμενος καὶ ἐδωδῆς (T 167).

10 τῷ δὲ κωθωνιζομένῳ δίδωσι τὸν ἠδύποτον, οὕτω καλέσασ αὐτόν·

ἐν δὲ πίθοι οἴνοιο παλαιοῦ ἠδυπότοιο (β 340).

XXIV.

(Athen. X 433^b πλεῖστον δὲ ἐπιε τῶν μὲν ἠρώων Νέστωρ ὁ τριγέρων· φανερωῶς γὰρ αὐτὸς προσέκειτο τῶν ἄλλων μᾶλλον
 15 τῷ οἴνῳ καὶ τοῦ Ἀγαμέμνονος αὐτοῦ, ὃν ὡς πολυπότην ἐπιπλήσσει ὁ Ἀχιλλεύς (A 225). ὃ δὲ Νέστωρ καὶ τῆς μεγίστης μάχης ἐνεστηκυίας οὐκ ἀπέχεται τοῦ πίνειν. φησί γοῦν Ὀμηρος·

Νέστορα δ' οὐκ ἔλαθεν ἰαχὴ πίνοντά περ ἔμπης (Ξ 1).
 20 καὶ μόνου δὲ τούτου τῶν ἠρώων τὸ ποτήριον ἠρμήνευκεν, ὡς τὴν Ἀχιλλέως ἀσπίδα. ἐστρατεύετο γὰρ μετ' αὐτοῦ καθάπερ καὶ τῆς ἀσπίδος ἐκείνης, ἧς φησιν ὁ Ἔκτωρ καὶ μέχρι οὐρανοῦ ἦκειν τὸ κλέος (Θ 192). οὐκ ἂν ἀμάρτοι δέ τις καὶ τὸ ποτή-

6 sqq. [Plut.] l. l. c. 206 καὶ ὅτι δυνάμεως ποιητικὸς
 25 (sc. οἶνος, T 167 sqq.)·

ὃς δὲ κ' ἀνὴρ οἴνοιο κορεσσάμενος καὶ ἐδωδῆς
 ἀνδράσι δυσμενέεσσι πανημέριος πολεμίζῃ,
 θαρσαλέον νύ τοι ἦτορ ἐνὶ φρεσὶν, οὐδέ τι γυῖα
 πρὶν κάμνει, πρὶν πάντας ἐρωῆσαι πολέμοιο.

AVCTORES 2 sqq. Corp. perip.: Porphy. ad A 624 p. 167, 21 sqq. Schr., ad Z 265 p. 100, 21 sqq., p. 101, 22 Schr.

6 sqq. Corp. perip.: Porphy. ad Z 265 p. 100, 2 sqq. Schr.

ριον αὐτοῦ λέγων φιάλην Ἄρεως κατὰ τὸν Ἀντιφάνου Καινέα, ἐν ᾧ λέγεται οὕτως·

εἶτ' ἤδη δὸς φιάλην Ἄρεως,
κατὰ Τιμόθεον, ξυστόν τε βέλος.

ἀλλὰ μὴν καὶ διὰ τὴν φιλοποσίαν ὁ Νέστωρ καὶ παρ' Ἀχιλ- 5
λέως φιάλην λαμβάνει δῶρον ἐν τῷ ἐπὶ Πατρόκλῳ ἐπιτελου-
μένῳ ἀγῶνι (Ψ 616), οὐχ ὅτι καὶ τῷ νικηθέντι ἔδωκε δέπας
ὁ Ἀχιλλεύς. ὁ δὲ Εὐμηλος λαμβάνει θώρακα (Ψ 560) δραμῶν
ἄθλον ἐπισφαλῶς καὶ ἀμυχθεῖς, ἀσφαλείας ὄπλον.)

XXV.

Athen. I 10^o τῆς μέθης δὲ κατατρέχων ὁ ποιητὴς τὸν 10
τηλικούτον Κύνκλωπα ὑπὸ μικροῦ σώματος διὰ ταύτην ἀπολλύ-
μενον παρίστησι καὶ Εὐρυτύωνα τὸν Κένταυρον (φ 295)· τοὺς
τε παρὰ Κίρκῃ λέοντας ποιεῖ καὶ λύκους ταῖς ἡδοναῖς ἐπακο-
λουθήσαντας. τὸν δὲ Ὀδυσσεά σφύζει τῷ Ἑρμοῦ λόγῳ πει-
σθέντα· διὸ καὶ ἀπαθὴς γίνεται. Ἑλπήγορα δὲ πάροινον ὄντα 15
καὶ τρυφερὸν κατακρημνίζει. καὶ Ἀντίνοος δ' ὁ λέγων πρὸς
Ὀδυσσεά 'οἶνός σε τρώει μελιηδής' (φ 293) αὐτὸς οὐκ ἀπεί-
χετο τοῦ πώματος· διὸ καὶ τρωθεῖς ἀπόλετο, ἔτι κρατῶν τὸ
ποτήριον. ποιεῖ δὲ καὶ τοὺς Ἑλληνας ἐν τῷ ἀπόπλῳ μεθύον-
τας, διὸ καὶ στασιάζοντας· ὅθεν καὶ ἀπόλλυνται. ἱστορεῖ δὲ 20
καὶ τὸν δεινότατον τῶν Τρώων ἐν τῷ βουλευέσθαι Αἰνείαν

16 sqq. Dio Chrysost. LV 289 R II de Antinoo ὁμοίως
δὲ καὶ τοῦτον ἀποθανόντα ἐποίησεν, οὐκ εἰκῆ πληγέντα διὰ
τοῦ λαιμοῦ, οὐχ ὅπου ἔτυχεν, ὥσπερ ἀμέλει τὸν Πάνδαρον διὰ
τῆς γλώττης.

25

AVCTORES 5 sqq. Corp. perip. (?): schol. ad Ψ 616 Ven. B.

12 sqq. Stoicus quidam: Heracl. alleg. Hom. c. 72, [Plut.] l. l.
c. 126, Porphyg. apud Stobaeum in eclog. I 41, 60 G. (p. 445 W.), Dio
Chrysost. VIII 283, 284 R et LXXVIII 427 R II, Horat. Ep. I 2, 23 sqq.

20 sqq. Corp. peripat.: schol. Ven. B ad Y 84.

7 οὐχί delevimus (var. l. v. οὐχ) (cf. Ψ 656), οὐχ ὅτι καὶ οὐχί codd.

8 seiunximus verba: τοῖς γὰρ φιλοπόταις — ἀνατείνοντες.

21 Αἰνείαν ante τῶν scriptum post βουλευέσθαι transposuit Kaibelius.

διὰ τὴν ἐν τῇ μέθῃ παρῴησιαν καὶ τὰς ἀπειλὰς ἅς Τρωσὶν ὑπέσχετο οἰνοποτάζων (Υ 84) ὑπομείναντα τὴν Ἀχιλλέως ὀρμὴν καὶ μικροῦ παραπολλύμενον. καὶ Ἀγαμέμνων δὲ λέγει πρὸς αὐτοῦ·

5 ἄλλ' ἐπεὶ ἀσάμην φρεσὶ λευγαλέησι πιθήσας (I 119)
ἢ οἴνω μεθύων, ἢ μ' ἔβλαψαν θεοὶ αὐτοί,

εἰς τὴν αὐτὴν τιθεῖς πλάστιγγα τὴν μέθην τῇ μανίᾳ. οὕτω δὲ καὶ τὰ ἔπη ταῦτα προηγήγατο Διοσκουρίδης ὁ Ἰσοκράτους μαθητής. καὶ ὁ Ἀχιλλεὺς δ' ὄνειδιζων τῷ Ἀγαμέμνονι φησιν· οἴνοβαρές, κυνὸς ὄμματ' ἔχων (Α 225).

XXVI.

(Athen. XIII 556^a ᾿Θαυμάσαι δ' ἂν τις (φησὶν Ἀριστοτέλης) ὅτι οὐδαμοῦ τῆς Ἰλιάδος ᾿Ομηρος ἐποίησε Μενελάω συγκοιμημένην παλλακίδα πᾶσι δούς γυναῖκας. κοιμῶνται γοῦν παρ' αὐτῷ καὶ οἱ γέροντες μετὰ γυναικῶν, Νέστωρ καὶ Φοῖνιξ.
15 οὐ γὰρ ἦσαν οὗτοι ἐκλελυμένοι τοῖς σώμασιν ἐν τοῖς τῆς νεότητος χρόνοις ἢ διὰ μέθης ἢ δι' ἀφροδισίων ἢ καὶ διὰ τῆς ἐν ταῖς ἀδηφαγίαις ἀπειρίας, ὥστε εἰκότως ἔρρωνται τῷ γήρα. ἔοικεν οὖν ὁ Σπαρτιάτης αἰδεῖσθαι γαμετὴν οὐδαν τὴν Ἑλένην, ὑπὲρ ἧς καὶ τὴν στρατιὰν ἤθροισε. διόπερ φυλάττεται τὴν
20 πρὸς ἄλλην κοινωνίαν. ὁ δ' Ἀγαμέμνων ὡς πολυγύναιος ὑπὸ Θεοσίτου λοιδορεῖται·

πλεῖταί τοι χαλκοῦ κλισίαι, πολλὰ δὲ γυναῖκες
εἰσὶν ἐνὶ κλισίῃς ἐξαίρετοι, ἅς τοι Ἀχαιοὶ
πρωτίστῳ δίδομεν (B 226 sqq.).

25 ἄλλ' οὐκ εἰδὸς (φησὶν ὁ Ἀριστοτέλης) εἰς χρῆσιν εἶναι τὸ

11 sqq. Athen. I 25^f κοιμῶνται δὲ μετὰ γυναικῶν παρ' ᾿Ομήρῳ οὐ μόνον οἱ νέοι, ἀλλὰ καὶ οἱ γέροντες Φοῖνιξ τε καὶ Νέστωρ· μόνῳ Μενελάῳ οὐ συνέζευκται γυνὴ διὰ γυναῖκα γαμετὴν ἠρπασμένην τὴν στρατεῖαν πεποιημένην.

AVCTORES 9 sqq. Corp. perip.: Plut. quaest. conv. V 4 II 6, Porphy. ad I 203 (cf. Aristot. de arte poet. c. 25).

πληθος τῶν γυναικῶν, ἀλλ' εἰς γέρας· ἐπεὶ οὐδὲ τὸν πολὺν οἶνον εἰς τὸ μεθύειν παρεσκευάσατο.)

XXVII.

Athen. I 10^d ποιεῖ δὲ Ὀμηρος καὶ τὰς κόρας καὶ τὰς γυναικας λουούσας τοὺς ξένους, ὡς οὔτε φλεγμονὴν οὔτε ἀκρασίαν τῶν εὖ βεβιωκότων καὶ σωφρόνως ἀπτομένης. ἀρχαῖον 5 δὲ τοῦτο ἔθος· λούουσι γοῦν καὶ αἱ Κωκάλου θυγατέρες, ὡς νενομισμένον, τὸν Μίνω παραγενόμενον εἰς Σικελίαν.

XXVIII.

Athen. XII 511^a καίτοι τινές φασι κατὰ φύσιν εἶναι τὴν ἡδονὴν ἐκ τοῦ πάντα ζῶα δεδουλώσθαι ταύτῃ, ὡσπερ οὐχὶ καὶ δειλίας καὶ φόβου καὶ τῶν ἄλλων παθημάτων κοινῶς 10 μὲν ἐν ἅπασιν ὄντων, παρὰ δὲ τοῖς λογισμῶ χρωμένοις ἀποδοκιμαζομένων. τὸ οὖν ἡδονὰς διώκειν προπετῶς λύπας ἐστὶ θηρεύειν. διόπερ Ὀμηρος ἐπονείδιστον βουλόμενος ποιῆσαι τὴν ἡδονὴν καὶ τῶν θεῶν φησὶ τοὺς μεγίστους οὐδὲν ὑπὸ τῆς σφετέρας ὠφελείσθαι δυνάμεως, ἀλλὰ τὰ μέγιστα βλάπτεσθαι 15 προεξεχθέντας ὑπ' αὐτῆς. ὅσα μὲν γὰρ ἀργυριῶν ὁ Ζεὺς ἐφρόντιζεν ὑπὲρ τῶν Τρώων, ταῦτ' ἀπώλεσε μεθ' ἡμέραν ὑφ' ἡδονῆς κρατηθεῖς. καὶ ὁ Ἄρης ἀλκιμώτατος ὢν ὑπὸ τοῦ ἀσθενεστάτου Ἡφαιστοῦ συνεποδίσθη, καὶ ὤφλην αἰσχύνῃ καὶ ζημίαν ἐκδοὺς ἑαυτὸν ἔρωσιν ἀλογίστοις. φησὶ γοῦν πρὸς 20 τοὺς θεοὺς, ὅτ' ἦλθον αὐτὸν θεασόμενοι δεδεμένον·

οὐκ ἀρετῆ κατὰ ἔργα· κηχάνει τοι βραδὺς ὠκύν·
ὡς καὶ νῦν Ἡφαιστος ἐὼν βραδὺς εἶλεν Ἄρηα,
ὠκυτότατον περ ἑόντα θεῶν, οἳ Ὀλυμπον ἔχουσιν,
χωλὸς ἐὼν τέχνησι· τὸ καὶ ζωάγρι' ὀφέλλει (9 329 sqq.). 25

AVCTORES 3 sqq. Aristarchus ad γ 464, cf. Lehrs. de Ar. stud.

Hom. p. 185.

16 sqq. Corp. perip.: Porphyr. ad Ξ 314.

18 sqq. Corp. perip.: Porphyr. ad θ 267.

XXIX.

Athen. I 11^b ὅτι τροφαῖς ἐχρῶντο <οἱ> ἥρωες παρ' Ὀμήρῳ
 πρῶτον μὲν τῷ καλουμένῳ ἀκρατίσματι, ὃ λέγει ἄριστον. οὐ
 ἅπαξ μέμνηται ἐν Ὀδυσσεΐα·

Ὀδυσσεὺς καὶ διὸς ὑφορβὸς
 5 ἐντύνοντο ἄριστον <ἀμ' ἠοῖ>, κημένῳ πῦρ (π 1 sq.),
 καὶ ἅπαξ ἐν Ἰλιάδι·

ἔσσυμένως ἐπένοντο καὶ ἐντύνοντο ἄριστον (Ω 124).
 λέγει δὲ τὸ πρῶτον ἐμβρωμα, ὃ ἡμεῖς ἀκρατισμὸν καλοῦμεν
 διὰ τὸ ἐν ἀκράτῳ βρέχειν καὶ προσίεσθαι ψωμούς, ὡς . . .

10 Ἀριστομένης·

ἀκρατιοῦμαι μικρόν, εἰθ' ἤξω πάλιν,
 ἄρτου δις ἢ τρις ἀποδακῶν.

Φιλῆμων δὲ φησιν ὅτι τροφαῖς δ' ἐχρῶντο οἱ παλαιοί, ἀκρα-
 τίσματι, ἀρίστῳ, ἐσπερίσματι, δεῖπνῳ. τὸν μὲν οὖν ἀκρατισμὸν
 15 ἄριστον ἔλεγον, τὸ δὲ ἄριστον δεῖπνον, τὸ δὲ δεῖπνον δόρπον.

1 sqq. Plut. quaest. conviv. VIII 6, IV ὑπολαβὼν δὲ ὁ
 Θεῶν, ἠκιστα, εἶπεν, εἰ δεῖ τοῖς τὸν ἀρχαῖον βίον δια-
 μνημονεύουσι πιστεύειν. φασὶ γὰρ ἐκείνους, ἐργατικούς ἅμα
 καὶ σώφρονας ὄντας, ἔωθεν ἐσθίειν ἄρτον ἐν ἀκράτῳ, καὶ μηδὲν
 20 ἄλλο· διὸ τοῦτο μὲν ἀκράτισμα καλεῖν διὰ τὸν ἄκρατον. ὄψον
 δὲ τὸ παρασκευαζόμενον εἰς δεῖπνον αὐτοῖς. ὄψη γὰρ δεῖπνεῖν
 ἀπὸ τῶν πράξεων γενομένους. ἐκ τούτου καὶ τὸ δεῖπνον καὶ
 τὸ ἄριστον, ἀφ' ὅτου λάβοι τοῦνομα, ζήτησιν παρέσχε. καὶ
 τὸ μὲν ἄριστον ἐδόκει τῷ ἀκρατίσματι ταῦτόν εἶναι, μάρτυρι
 25 τῷ Ὀμήρῳ, λέγοντι τοὺς περὶ τὸν Εὐμαιὸν (π 2) ἐντύνοντας

AVCTORES 1 sqq. Aristarchus ad Ω 124 et ad π 2, cf. Lehrs. l. 1.
 p. 127 sqq.

10 sqq. Aristarchus, cf. quae disputavimus 'de Philemone Athe-
 niensi glossographo' in commentat. Ribbeck. p. 449.

20 sqq. Aristarchus ad A 630 in Ven. A.

2 οἱ add. Kaibelius | 4 sq. restituimus versus.

14 sq. τὸν μὲν οὖν ἀκρατισμὸν διανησισμὸν ἔλεγον, τὸ δὲ ἄριστον
 δορησισμὸν, τὸ δὲ δεῖπνον ἐπιδορησίδα codd.: correximus in comment.
 Ribbeck. l. 1. p. 447 sq.

ἔστι δὲ ἡ τάξις καὶ παρ' Αἰσχύλῳ τῶν ὀνομάτων ἐν οἷς ὁ Παλαμῆδης πεποιῆται λέγων·

καὶ ταξιάρχας καὶ στρατάρχας καὶ ἑκατοντάρχας

ἔταξα. σῆτον δ' εἰδέναι διώρισα

ἄριστα, δεῖπνα, δόρπα δ' αἰρείσθαι τρίτα.

5

τῆς δὲ τετάρτης τροφῆς οὕτως Ὀμηρος μέμνηται (ρ 599)· 'σὺ δ' ἔρχεο δειελήσας', ὃ καλοῦσί τινες δειλινόν, ὃ ἔστι μεταξὺ τοῦ ἕφ' ἡμῶν λεγομένου ἄριστου καὶ δειπνου. καὶ ἄριστον μὲν ἔστι τὸ ὑπὸ τὴν ἔω λαμβανόμενον, δεῖπνον δὲ τὸ μεσημβρινόν, ὃ ἡμεῖς ἄριστον, δόρπον δὲ τὸ ἑσπερινόν. μήποτε δὲ καὶ συνωνυμεῖ τὸ ἄριστον τῷ δειπνῷ. ἐπὶ γὰρ τῆς προωιῆς που τροφῆς ἔφη (Θ 53. 54)· 'οἱ δ' ἄρα δεῖπνον ἔλοντο . . . ἀπὸ δ' αὐτοῦ θωρήσσοντο'. μετὰ γὰρ τὴν ἀνατολὴν εὐθύς δειπνοποιησάμενοι προέρχονται εἰς τὴν μάχην.

10

Athen. I 12^a ἰδιάζον δὲ τὸ παρὰ Μενελάῳ εἰσάγει συμ- πόσιον. δειπνήσαντας γὰρ ποιεῖ ὀμιλοῦντας (δ 61)· εἴτ' ἀπο- νιψαμένους ποιεῖ πάλιν δειπνοῦντας καὶ δόρπον ἐξαυτίς με- μνημένους (δ 215) μετὰ τὸν κλανθμόν.

15

ἄριστον ἄμ' ἡοῖ φαινομένηφι'. καὶ πιθανὸν ἐδόκει, διὰ τὴν ἔωθινὴν ὥραν ἄριστον ὀνομάσθαι καθάπερ τὸ αὔριον κτλ.

20

Athen. V 193^a ὁσάκις δὲ καὶ τροφὰς ἐλάμβανον, προειρή- καμεν ἤδη ὅτι δὴ τρεῖς ἦσαν. γελοῖοι γὰρ εἰσιν οἱ φάσκοντες ὅτι καὶ τέσσαρας ἐλάμβανον, ἐπεὶ ὁ ποιητὴς ἔφη (ρ 599)· 'σὺ δ' ἔρχεο δειελήσας', οὐ νοοῦντες ὅτι λέγει τὸν δειλινὸν δια- τρίψας χρόνον. ὅμως δὲ οὐδεὶς δείξει παρὰ τῷ ποιητῇ τρεῖς τινα λαμβάνοντα τροφὰς διὰ τὸ τὸ αὐτό ποτε μὲν ἄριστον, ποτὲ δὲ δεῖπνον ὀνομάζεσθαι.

25

ANCTORES 10 sqq. Corp. perip.: Porphyr. ad Θ 53, scholia Ven. A et B ad B 381, Eustath. ad loc. p. 242, 17 sqq.

15 sqq. Aristarchus (?), cf. Aristonic. ed. Carnuth. ad δ 61, p. 41 not. 1.

22 sqq. Aristarchus ad ρ 599.

26 Verba διὰ το τὸ αὐτό ποτε κτλ. tradita post: ὅτι δη τρεῖς ἦσαν (v. 22) transposuit Schweighaeuserus.

XXX.

Athen. I 11^f εὐωχοῦνται δὲ παρ' Ὀμήρῳ καθήμενοι.

Athen. V 192^o ἐκαθέζοντο δὲ καὶ δειπνοῦντες οἱ τότε. πολλαχοῦ γοῦν ὁ Ὀμηρὸς φησιν·

ἔξείης ἔζοντο κατὰ κλισμούς τε θρόνους τε (α 145).

5 ὁ γὰρ θρόνος αὐτὸ μόνον ἑλευθέριός ἐστιν καθέδρα σὺν ὑποποδίῳ, ὅπερ θρηῖνν καλοῦντες ἐντεῦθεν αὐτὸν ὠνόμασαν θρόνον τοῦ θρήσασθαι χάριν, ὅπερ ἐπὶ τοῦ καθέζεσθαι τάσσουσιν, ὡς Φιλητᾶς·

θρήσασθαι δὲ πλατάνῳ γαίῃ ὕπο.

10 ὁ δὲ κλισμὸς περιττοτέρως κεκόσμηται ἀνακλίσει. τούτων δ' εὐτελέστερος ἦν ὁ δίφρος· τῷ γοῦν Ὀδυσσεῖ ἐπαίτη εἶναι δοκοῦντι δίφρον ἀεικέλιον, φησί (ν 259), καταθῆεις ὀλίγην τε τράπεζαν·

XXXI.

Athen. I 11^f οἷονται δὲ τινες καὶ ἐκάστῳ τῶν δαιτυ-
15 μόνων κατ' ἄνδρα παρακεῖσθαι τράπεζαν. τῷ γοῦν Μέντη, φασίν, ἀφικομένην πρὸς Τηλέμαχον τῶν τραπεζῶν παρακειμένων ξεστή παρετέθη τράπεζα (α 138). οὐκ ἐστὶ δὲ τοῦτο ἐμφανῶς τοῦ προκειμένου κατασκευαστικόν· δύναται γὰρ ἡ Ἄθηνᾶ ἀπὸ τῆς Τηλεμάχου τραπέζης δαίνυσθαι.

XXXII.

20 Athen. I 11^f παρ' ὅλην δὲ τὴν συνουσίαν παρέκειντο αἱ τράπεζαι πλήρεις, (ὡς παρὰ πολλοῖς τῶν βαρβάρων ἔτι καὶ νῦν ἔθος ἐστί, κατηγεφεές παντοίων ἀγαθῶν, κατὰ Ἀνακρέοντα).

Athen. V 193^b διαμαρτάνουσι δὲ πολλοὶ παρὰ τῷ ποιητῇ ἐφεξῆς τιθέντες τούτους τοὺς στίχους (α 139sq. δ 55sq.).

25 1sq. Athen. I 17^f καθέζονται δ' ἐν τοῖς συνδείπνοις οἱ ἥρωες, οὐ κατακέκλινται.

AVCTORES 1sq. cf. Athen. VIII 363^f. XI 459^c. 460^a.

15sq. Aristarchus (?): schol. δ 54.

20sq. Aristarchus ad Δ 262.

σῖτον δ' αἰδοίη ταμίη παρέθηκε φέρουσα,
 εἶδατα πολλ' ἐπιθείσα, χαριζομένη παρεόντων·
 δαιτρός δὲ κρειῶν πίνακας παρέθηκεν αἰείρας.

εἰ γὰρ εἶδατα παρέθηκεν ἡ ταμίη, δῆλον ὡς κρεάτων λείψανα
 τυγχάνοντα, τὸν δαιτρὸν οὐκ ἔδει παρεισφέρειν. διόπερ τὸ 5
 δίστιχον ἀπαρκεῖ. ἀπαλλαγέντων δὲ τῶν δειπνούντων αἱ τρά-
 πεζαι ἐβαστάζοντο, ὡς περ παρὰ τοῖς μνηστῆρσι (τ 61) καὶ
 τοῖς Φαίαξιν, ἔφ' ὧν καὶ λέγει·

ἀμφιπόλοι δ' ἀπεκόσμεον ἔντα δαιτός (η 232),

δῆλον ὡς τὰ ἀγγελῖα. καὶ γὰρ τῶν ὄπλων τὰ σκεπαστικά, θώ- 10
 ρακα καὶ κνημίδας καὶ τὰ τούτοις ἐμφερῆ λέγουσιν ἔντη,
 καθάπερ ἀγγελῖα τῶν τοῦ σώματος μερῶν ὄντα.

Athen. I 12^a τῶ δὲ μὴ αἰρεσθαι τὰς τραπέζας ἐναν-
 τιῶσθαι δοκεῖ τὸ ἐν Ἰλιάδι·

ἔσθων καὶ πίνων, ἔτι καὶ παρέκειτο τράπεζα (Ω 476). 15
 ἀναγνωστέον οὖν οὕτω·

ἔσθων καὶ πίνων ἔτι, καὶ παρέκειτο τράπεζα,
 ἢ τὸν καιρὸν αἰτιασθαι τὸν παρόντα δεῖ. πῶς γὰρ ἦν πρέπον
 τῶ Ἀχιλλεῖ πενθοῦντι παρακεῖσθαι τράπεζαν καθάπερ τοῖς
 εὐχουμένοις παρ' ὄλην τὴν συνουσίαν; 20

XXXIII.

Athen. I 12^b παρετίθεντο δὲ οἱ μὲν ἄρτοι σὺν τοῖς κα-
 νοῖς, τὰ δὲ δεῖπνα κρέα μόνον ἦν ὀπτά. ζωμὸν δὲ οὐκ ἐποίει
 Ὀμηρος θύων βοῦς

6 sqq. Athen. I 12^a μετὰ δὲ τὴν ἀναχώρησιν αἱ δμῳαὶ
 ἀπὸ μὲν σῖτον πολὺν ἤρρον καὶ τράπεζαν καὶ δέπτα' (τ 61). 25

AVCTORES 6 sqq. Aristarchus ad η 174.

10 sqq. Aristarchus: Apollon. Soph. p. 69, 17 Bekk., scholia
 Ven. A et B ad Γ 339.

13 sqq. Aristarchus ad Ω 476 in cod. Vict. (cf. Hiller. Philol.
 XXVIII 115).

22 sq. Aristarchus ad Π 747 Ven. B.

οὐδ' ἤψεν κρέα
 οὐδ' ἐγκέφαλον· ὥπτα δὲ καὶ τὰς κοιλίας.
 οὕτω σφόδρ' ἦν ἀρχαῖος,
 Ἀντιφάνης φησί.

XXXIV.

5 Athen. I 12^c καὶ τῶν κρεῶν δὲ μοῖραι ἐνέμοντο· ὅθεν
 εἰσας φησί τὰς δαΐτας ἀπὸ τῆς ἰσότητος. τὰ γὰρ δεῖπνα δαΐτας
 ἔλεγον ἀπὸ τοῦ δατεῖσθαι, οὐ μόνον τῶν κρεῶν διανεμομένων
 ἀλλὰ καὶ τοῦ οἴνου·

ἦδη μὲν δαιτὸς κεκορήμεθα θυμὸν εἴσης (9 98).
 10 καὶ·
 χαῖρ', Ἀχιλεῦ, δαιτὸς μὲν εἴσης οὐκ ἐπιδευεῖς (I 225).
 ἐκ τούτων δ' ἐπέισθη Ζηνόδοτος δαῖτα εἶσιν τὴν ἀγαθὴν
 λέγεσθαι. ἐπεὶ γὰρ ἡ τροφή τῷ ἀνθρώπῳ ἀγαθὸν ἀναγκαῖον
 ἦν, ἐπεκτείνας, φησὶν, εἴρηκεν εἶσιν. ἐπεὶ οἱ πρῶτοι ἀνθρώ-
 15 ποι, οἷς δὲ οὐ παρεῖν ἄφθονος τροφή, ἄρτι φαινομένης ἀθρόον

5 sqq. Plut. quaest. conviv. II 10, 1 ὅτε τὴν ἐπώνυμον
 ἀρχὴν ἦρχον οἴκοι, τὰ πλείστα τῶν δεῖπνων δαῖτες ἦσαν, ἐν
 ταῖς θυσίαις ἐκάστῳ μερίδος ἀποκληρουμένης.

8 sq. Plut. conviv. sept. sapient. c. 13 p. 156^o ἐπεὶ τὰς
 20 γε προπόσεις, ἔφη, λιτὰς πυνθάνομαι τοὺς παλαιούς, δαιτρὸν,
 ὡς Ὅμηρος ἔφη (A 262), καὶ μετρητὸν ἐκάστου πίνοντος κτλ.

14 sqq. Plut. quaest. conviv. II 10 II 3 οὐ γὰρ φιλικὸν
 οὐδὲ συμποτικὸν, οἶμαι, προοίμιον εὐωχίας, ὑφόρασις καὶ ἀρ-
 4 πασμός, καὶ χειρῶν ἄμιλλα καὶ διαγκωνισμός, ἀλλ' ἄτοπα καὶ
 25 κυνικὰ καὶ τελευτῶντα πολλάκις εἰς λουδορίας καὶ ὀργάς, οὐ
 κατ' ἀλλήλων μόνον ἀλλὰ καὶ κατὰ τῶν τραπεζοκόμων καὶ
 κατὰ τῶν ἐστιώντων.

ANCTORES 5 sqq. Aristarchus: Apollon. Soph. p. 56, 8 Bekk.
 (Etym. M. 251, 30), scholia ad A 468 Ven. B et 9 98; cf. Tryphonem
 apud Athenaeum XIV 640^e.

14 sqq. cf. peripatetica scholia ad A 449 Ven. A et ad γ 441
 Ambros. E.

20 αὐτούς codd.: corr. Hercherus λιτάς.

ἐπ' αὐτὴν ἰόντες βία ἤρπαζον καὶ ἀφηροῦντο τοὺς ἔχοντας, καὶ μετὰ τῆς ἀκοσμίας ἐγίνοντο καὶ φόνοι. ἐξ ὧν εἰκὸς λεχθήναι καὶ τὴν ἀτασθαλίαν, ὅτι ἐν ταῖς θαλάις τὰ πρῶτα ἐξημέρασαν οἱ ἄνθρωποι εἰς ἀλλήλους. ὡς δὲ παρεγένετο αὐτοῖς πολλὴ ἐκ τῆς Δήμητρος, διένεμον ἐκάστω ἴσην, καὶ 5 οὕτως εἰς κόσμον ἦλθε τοῖς ἀνθρώποις τὰ δόρυπα. διὸ ἄρτον τε ἐπίνοια πέμματός τε εἰς ἴσον διαμεμοιραμένου καὶ τοῖς διαπίνουσιν ἄλεια. καὶ γὰρ ταῦτα εἰς <τὸ> ἴσον χωροῦντων ἐγίνετο. ὥστε ἡ τροφή δαῖς ἐπὶ τῷ δαίεσθαι λέγεται, ὃ ἐστι διαμοιρᾶσθαι ἐπ' ἴσης· καὶ ὁ τὰ κρέα ὀπτῶν δαιτρός, ἐπεὶ ἴσην 10 ἐκάστω μοῖραν ἐδίδου. καὶ ἐπὶ μόνων ἀνθρώπων δαῖτα λέγει ὁ ποιητής, ἐπὶ δὲ θηρίων οὐκ ἔτι. ἀγνωῶν δὲ ταύτης τῆς φωνῆς τὴν δύναμιν Ζηνόδοτος ἐν τῇ κατ' αὐτὸν ἐκδόσει γράφει·

αὐτοὺς δὲ ἐλώρια τευῆχε κύνεσσιν

οἰωνοῖσί τε δαῖτα (A 4 sq.),

15

τὴν τῶν γυπῶν καὶ τῶν ἄλλων οἰωνῶν τροφήν οὕτω καλῶν, μόνου ἀνθρώπου χωροῦντος εἰς τὸ ἴσον ἐκ τῆς πρόσθεν βίας. διὸ καὶ μόνου τούτου ἡ τροφή δαῖς, καὶ μοῖρα τὸ ἐκάστω διδόμενον.

οὐκ ἔφερον δὲ οἴκαδε παρ' Ὀμήρῳ οἱ δαιτυμόνες τὰ λει- 20 πόμενα, ἀλλὰ κορεσθέντες κατέλιπον παρ' οἷς ἦν ἡ δαῖς· καὶ ἡ ταμία λαβοῦσα εἶχεν, ἵνα ἂν τις ἀρίκηται ξένος, ἔχοι δοῦναι αὐτῷ.

XXXV.

Athen. I 13^d ἐκάστω δὲ τῶν δαιτυμόνων παρ' Ὀμήρῳ παράκειται ποτήριον. Δημοδόκῳ γοῦν (Θ 69) παρατίθεται 25

4 sqq. Plut. quaest. conviv. II 10, II 4 ὅσον δὲ χρόνον ἡ Μοῖρα καὶ ἡ Λάχεσις ἰσότητι τὴν περὶ τὰ δεῖπνα καὶ συμπόσια κοινωνίαν ἐβράβευον, οὐδὲν ἰδεῖν ἄκοσμον ἦν, οὐδ' ἀνελεύθερον· ἀλλὰ καὶ τὰ δεῖπνα δαῖτας ἐκάλουν, καὶ τοὺς ἐστιωμένους δαιτυμόνας, δαιτροὺς δὲ τοὺς τραπεζοκόμους, ἀπὸ 30 τοῦ διαιρεῖν καὶ διανέμειν.

24 sqq. Plut. quaest. conviv. II 10, I 4 καίτοι τίνα ἔχει διαφορὰν, κύλικα καταστήσαντα τῶν κεκλημένων ἐκάστω, καὶ κοῦν ἐμπλησάμενον οἴνου καὶ τράπεζαν ἰδίαν κτλ.

κάνεον καὶ τράπεζα καὶ δέπας 'πιεῖν ὅτε θυμὸς ἀνώγοι'. ἐπιστέφονται δὲ ποτοῖο οἱ κρητῆρες (A 470), ἦτοι ὑπερχειλῆς οἱ κρατῆρες ποιοῦνται, ὥστε διὰ τοῦ ποτοῦ ἐπιστεφανοῦσθαι, καὶ ταῦτα ἔπρασσον πρὸς οἰωνοῦ τιθέμενοι. κοῦροι δὲ δια-
 5 νέμουσι 'πᾶσιν ἐπαρξάμενοι δεπάεσσι' (A 471). τὸ δὲ πᾶσιν οὐ τοῖς ποτηρίοις, ἀλλὰ τοῖς ἀνδράσιν. Ἀκίνους γοῦν τῷ Ποντονόῳ φησί· 'μέθρ νείμον πᾶσιν ἀνὰ μέγαρον' (η 179) καὶ ἐξῆς ἐπάγει·

νώμησεν δ' ἄρα πᾶσιν ἐπαρξάμενος δεπάεσσιν (η 183).

10 εἰσὶ δὲ καὶ τοῖς ἀρίστοις κατὰ δειπνα τιμαί. Τυδείδης γοῦν (Θ 162) καὶ κρέασι καὶ πλείοις δεπάεσσι τιμᾶται, καὶ Αἴας (H 321) νότοισι διηνεκέεσσι γεραίρεται, καὶ οἱ βασιλεῖς δὲ τοῖς αὐτοῖς· 'νώτα βοός, τὰ ῥά οἱ πάρθεσαν αὐτῷ' (δ 65). καὶ Ἰδομενέα δὲ Ἀγαμέμνων πλείω δέπα τιμᾷ (A 262). καὶ
 15 Σαρπηδῶν δὲ παρὰ Λυκίοις τοῖς αὐτοῖς τιμᾶται, καὶ ἔδρη καὶ κρέασιν (M 310).

ἦν δὲ τις αὐτοῖς καὶ διὰ τῆς προπόσεως ἀσπασμός. οἱ γοῦν θεοὶ 'χρυσέοις δεπάεσσι δειδέχατ' ἀλλήλους' (A 1 sqq.), ἦτοι ἐδεξιούντο προπίνοντες ἑαυτοῖς ταῖς δεξιαῖς. καὶ τις δὲ

20 10 sqq. Athen. V 192^f οἱ δὲ κρατῆρες αὐτοῖς, ὥσπερ ἔχει καὶ τοῦνομα, κεκραμένοι παρεστήκεσαν, ἐξ ὧν οἱ κοῦροι διακονούμενοι τοῖς μὲν ἐντιμοτάτοις αἰὲ πλῆρες παρεῖχον τὸ ποτήριον, τοῖς δ' ἄλλοις ἐξ ἴσου διένειμον. ὁ γοῦν Ἀγαμέμνων πρὸς τὸν Ἰδομενέα φησί·

25 σὸν δὲ πλεῖον δέπας αἰεὶ

ἔστηχ' ὥσπερ ἐμοί, πιεῖν ὅτε θυμὸς ἀνώγοι (A 262 sqq.). προέπινον δ' ἀλλήλοις οὐχ ὥσπερ ἡμεῖς (τοῦτο γὰρ προεκπιεῖν ἔστιν), ἀλλὰ μεστὸν τὸν σκύφον·

πλησάμενος δ' οἴνοιο δέπας δείδεκτ' Ἀχιλλῆα (I 224).

30 17sqq. Plut. conviv. sept. sapient. l. l. ἄρ' οὖν . . . καὶ τοῖς θεοῖς ὁ Ζεὺς ὡπερ τοῖς ἀριστεῦσιν ὁ Ἀγαμέμνων μετρητὸν ἐνέχει τὸ ποτόν, ὅτε προύπινον ἀλλήλοις ἐστιώμενοι παρ' αὐτῷ;

AVCTORES 10 sqq. Aristarchus ad A 262.

19sqq. Aristarchus (?): schol. Ven. B ad A 4.

‘δειδεκτ’ Ἀχιλλέα’ (I 224) ἀντὶ τοῦ ἐδεξιούτο, ὃ ἔστι προέπινεν ἀντὶ τῆ δεξιᾷ διδοὺς τὸ ποτήριον.

Athen. XI 498^c (ἐξέπινον ἀντὶ τοῦ προέπινον). κυρίως γὰρ ἔστι τοῦτο προπίνειν τὸ ἑτέρῳ πρὸ ἑαυτοῦ δοῦναι πιεῖν. καὶ ὁ Ὀδυσσεὺς δὲ παρ' Ὀμήρῳ τῆ

Ἀρήτῃ δ' ἐν χερσὶ τίθει δέπας ἀμφικύπελλον (ν 57), καὶ ἐν Ἰλιάδι

πλησάμενος δ' οἴνοιο δέπας δειδεκτ' Ἀχιλλῆα (I 224). πληροῦντες γὰρ προέπινον ἀλλήλοις μετὰ προσαγορεύσεως.

Athen. I 14^a ἐδωροῦντο δὲ καὶ ἀπὸ τῆς αὐτῶν μοίρας οἷς ἐβούλοντο, ὡς Ὀδυσσεὺς (ῥ 475) νώτου ἀποπροταμῶν οὗ αὐτῷ παρέθεντο τῷ Δημοδόκῳ.

XXXVI.

Athen. I 17^c παρ' Ὀμήρῳ δὲ οἱ ἀριστεῖς κοσμίως δειπνοῦσιν ἐν Ἀγαμέμνονος. εἰ δ' ἐν Ὀδυσσεΐα (ῥ 75) φιλονεικοῦσιν Ἀχιλλεὺς καὶ Ὀδυσσεὺς, καὶ Ἀγαμέμνων ‘χαῖρε νόῳ’ (ῥ 78), ἀλλ' ὠφέλιμοι αἱ φιλοτιμίαι ζητούντων εἰ δόλῳ ἢ μάχῃ αἵρεθῆναι δεῖ τὸ Ἴλιον. ἀλλ' οὐδὲ . . . μνηστῆρας εἰσάγει μεθύοντας, . . . ἀλλὰ πόδα βόειον ἐπὶ τὸν Ὀδυσσεά ριπτούμενον (ν 299).

XXXVII.

Athen. I 14^a ἐχρῶντο δ' ἐν τοῖς συμποσίοις καὶ κίθαρον 20
δοῖς καὶ ὄρχησταῖς, ὡς οἱ μνηστῆρες. καὶ παρὰ Μενελάῳ (δ 17) ‘ἐμέλπετο θεῖος αἰοιδός’, δύο δὲ κυβιστητῆρες ‘μολπῆς ἐξάροντες ἐδίνεον’. μολπῆς δὲ ἀντὶ τοῦ παιδιᾶς.

10 sqq. Plut. conviv. sept. sapient. l. l. . . ἐκάστου . . . ὡσπερ λείας μέριδας μεταδιδόντος τῷ πλησίον. 25

AVCTORES 3 sqq. Aristarchus ad ν 25 et 57, ad I 224.

16 sqq. Corp. perip.: Porphy. ad ῥ 75. 77.

21 sqq. Aristarchus ad ζ 101, δ 19, A 474 (cf. Friedl. ad loc.), cf. Lehrs. l. l. p. 138: Herodicus apud Athen. V 180^d.

16 λόγῳ codd.: corr. Schweighaeuserus, cf. Porphy. ad ῥ 75.

25 ὡσπερ αἷας codd.: corr. Hauptius.

σῶφρον δέ τι ἦν τὸ τῶν ἀοιδῶν γένος καὶ φιλοσόφων
 διάθεσιν ἐπέχον. Ἀγαμέμνων γοῦν τὸν ἀοιδὸν καταλείπει τῇ
 Κλυταιμῆστρα φύλακα καὶ παραινетиῖρά τινα· ὃς πρῶτον μὲν
 ἀρετὴν γυναικῶν διερχόμενος ἐνέβαλλέ τινα φιλοτιμίαν εἰς
 5 καλοκάγαθίαν, εἶτα διατριβὴν παρέχων ἠδεῖαν ἀπεπλάνα τὴν
 διάνοιαν φαύλων ἐπινοιῶν. διὸ Αἴγισθος οὐ πρότερον διέ-
 φθειρε τὴν γυναῖκα πρὶν τὸν ἀοιδὸν ἀποκτείνειν ἐν νήσῳ ἐρήμῃ.
 τοιοῦτός ἐστι καὶ ὁ παρὰ τοῖς μνηστῆρσιν αἰείδων ἀνάγκη, ὃς
 τοὺς ἐφεδρεύοντας τῇ Πηνελόπῃ ἐβδελύττετο. κοινῶς δέ που
 10 πάντας τοὺς ἀοιδούς αἰδοίους τοῖς ἀνθρώποις εἶναι φησι·
 τοῦνεκ' ἄρα σφέας

οἶμας Μοῦσ' ἐδίδαξε φίλησέ τε φῦλον ἀοιδῶν (ῥ 480 sq.).

ὁ δὲ παρὰ Φαίαξι Δημόδοκος ἄδει Ἄρεος καὶ Ἀφροδίτης
 συνουσίαν (ῥ 267); οὐ διὰ τὸ ἀποδέχεσθαι τὸ τοιοῦτον πάθος,
 15 ἀλλ' ἀποτρέπων αὐτοὺς παρανόμων ἔργων, ἢ εἰδῶς ἐν τρυ-
 φερῶ τινι βίῳ τεθραμμένους κἀντεῦθεν ὁμοιότατα τοῖς τρό-
 ποις αὐτῶν τὰ πρὸς ἀνάπασιν προσφέρων.

Athen. V 192^d μετὰ γὰρ τὸν ἀγῶνα τὸν γυμνικὸν ἄδει ὁ
 ὦδός (ῥ 267) ἄμφ' Ἄρεος φιλότητα' μῦθόν τινα χλεύη κεκρα-
 20 μένον, καίτοι εἰς τὴν μνηστηροφονίαν ὑποθηκῶν ὑποτιθεμένων
 τῷ Ὀδυσσεῖ, ὡς τοῦ Κυλλοποδίωνος τὸν ἀνδρειότατον Ἄρη
 καταγωνισαμένου.

Athen. I 14^d καὶ τοῖς μνηστῆρσιν ἄδει πρὸς τὴν αὐτὴν
 βουλὴν ὁ Φήμιος νόστον Ἀχαιῶν (α 326). καὶ αἱ Σειρήνες δὲ

25 2 sqq. [Plut.] l. l. c. 213 ὡς ἐπὶ τῆς Κλυταιμῆστρας πε-
 ποίηκε. φησὶ γὰρ ὅτι ἄρεσὶ κέρητ' ἀγαθῆσιν' (γ 266), τὸ
 πρότερον, ἕως παρόντα εἶχε τὸν ἀοιδὸν (τουτέστι διδάσκαλόν
 τινα) ὑπὸ τοῦ Ἀγαμέμνονος ἐπισταθέντα, ὅπως αὐτῇ τὰ ἄριστα
 παραινῆ. τοῦτον δὲ ἐκποδῶν ὁ Αἴγισθος θέμενος παρέπεισεν
 30 αὐτὴν ἐξαμαρτάνειν.

ANCTORES 1 sqq. Demetrius Phalereus in corpor. peripat.: scholia
 ad γ 267. 8 sqq. Timolaus in corp. peripat.: schol. ad γ 267.

23 sqq. Corp. perip.: Porphyg. (?) ad α 327.

15 ἢ inseruit Wilamowitzius.

23 πρὸς τὴν αὐτῶν βουλὴν codd.: corr. idem.

ἄδουσι τῷ Ὀδυσσεῖ τὰ μάλιστα αὐτὸν τέρψοντα καὶ τὰ οἰκεία τῇ φιλοτιμίᾳ αὐτοῦ καὶ πολυμαθεῖα λέγουσαι. ἴσμεν γάρ, φασί (μ 189 sq.), τὰ τ' ἄλλα καὶ ὅσα γένηται ἐν χθονὶ πολυβοτείρῃ'.

XXXVIII.

Dio Chrysost. Π 93 R χορεύματα δὲ καὶ χοροὺς ἀνάλογον τούτοις οὐ σφαλλομένους οὐδὲ ἀκρατεῖς, ἀλλὰ ὡς οἷόν 5 τε ἰσχυροὺς καὶ σώφρονας ἐπάγειν ἐν καθεστῶτι ἑυθυμῷ, τὴν γιγνομένην τοῖς θεοῖς ἀπαρχὴν ἅμα καὶ μελέτην τῶν πολεμικῶν. ὄρχησίν γε μὴν τὴν ἐνόπλιον, ἧς φησιν ὁ ποιητῆς καὶ τὸν Μηριόνην ἔμπειρον εἶναι· τῶν γὰρ Τρώων τινὰ πεποίηκε λέγοντα 10

Μηριόνη, τάχα κέν σε καὶ ὄρχηστὴν περ εἶντα ἔγχος ἔμὸν κατέπαυσε διαμπερές, εἴ σ' ἔβαλόν περ (Π 617 sq.). ἢ σὺ οἶει ἄλλην τινὰ λέγειν ἐπίστασθαι τὸν τοῦ Μόλου υἱόν, ἀριθμούμενον ἐν τοῖς ἀρίστοις τῶν Ἀχαιῶν, ἢ τὴν ἐνόπλιον, τὴν Κουρητικὴν, ἢ περ ἦν ἐπιχώριος τοῖς Κρησί, τὴν ὄξειαν 15 καὶ ἐλαφρὰν κίνησιν πρὸς τὸ διακλῖναι καὶ φυλάξασθαι ῥαδίως τὸ βέλος;

XXXIX.

Athen. I 14^d ὄρχήσεις δ' εἰσὶ παρ' Ὀμήρῳ αἱ μὲν τινες τῶν κυβιστητέρων, αἱ δὲ διὰ τῆς σφαιρας.

Athen. I 15^c οἱ Φαίαιες δὲ παρ' Ὀμήρῳ καὶ ἄνευ σφαιρας 20 ὄρχοῦνται. καὶ ὄρχοῦνται που ἀνὰ μέρος πικνῶς (τοῦτο γάρ ἐστι τὸ 'ταρφέ' ἀμειβόμενοι' (Θ 379)), ἄλλων ἐφροσώτων καὶ ἐπικροτούντων τοῖς λιχανοῖς δακτύλοις, ὃ φησι ληκεῖν. οἶδε δὲ ὁ ποιητῆς καὶ τὴν πρὸς ᾧδὴν ὄρχησιν. Δημοδόκου γοῦν ἄδοντος (Θ 262) κοῦροι πρωθῆβαι ὠρχοῦντο. καὶ ἐν τῇ 25 Ὀπλοποιίᾳ δὲ παιδὸς κιθαρίζοντος ἄλλοι ἐναντίοι μολπῆ τε ὄρχηθμῷ τε ἔσκαιρον (Σ 572). ὑποσημαίνεται δὲ ἐν τούτοις ὁ ὑπορχηματικὸς τρόπος.

AVCTORES 13 sqq. Corp. perip.: schol. Ven. A et B ad Π 617, cf. Aristoxen. apud Athen. XIV 631^c^d, 630^b.

21 sqq. Corp. perip.: schol. ad Θ 379.

24 sqq. Corp. perip.: schol. ad Θ 262.

XL.

Plut. quaest. conviv. VII 8 IV 5 ἀλλ' ἢ γε κίθαρα πάλαι
 που καὶ καθ' Ὅμηρον ἔτι τοῖς χρόνοις γνωρίμη τῆς δαιτός
 ἔστιν.

XLI.

Dio Chrysost. II 82 R τὸν γοῦν Ἀχιλλέα πεποίημεν
 5 ὑστερίζοντα ἐν τῇ στρατοπέδῳ τῶν Ἀχαιῶν οὐκ ἔκλυτα οὐδὲ
 ἔρωτικά μελή ἄδοντα· καίτοι φησί γε ἔραν αὐτὸν τῆς Βρισηίδος.
 ἀλλὰ κιδάρῃ μὲν χρῆσθαι, μὰ Δί' οὐκ ὠνησάμενον οὐδ' οἴκο-
 θεν ἄγοντα παρὰ τοῦ πατρός, ἀλλὰ ἐκ τῶν λαφύρων ἐξελό-
 μενον, ὅτε εἶλε τὰς Θήβας καὶ τὸν Ἡετίωνα ἀπέκτεινε τὸν
 10 τοῦ Ἐκτορος κηδεστήν.

τῇ ὅ γε, φησί, θυμὸν ἔτερεπεν· ἄειδε δ' ἄρα κλέα
 ἀνδρῶν (I 189),

ὡς οὐδέποτε ἐκλανθάνεσθαι δέον τῆς ἀρετῆς οὐδὲ τῶν εὐκλειῶν
 πράξεων, οὔτε πίνοντα οὔτε ἄδοντα, τὸν γενναῖον ἄνδρα καὶ
 15 βασιλικόν, ἀλλ' αἰεὶ διατελεῖν ἢ πρᾶττοντα αὐτὸν μέγα τι καὶ
 θανμαστὸν ἢ μεμνημένον τῶν ὁμοίων.

XLII.

Athen. I 16^a ἐχρῶντο δὲ καὶ αὐλοῖς καὶ σύριγξιν οἱ ἥρωες.
 ὁ γοῦν Ἀγαμέμνων αὐλῶν συρίγγων τ' ἐνοπήν' (K 13) ἀκούει.
 εἰς δὲ τὰ συμπόσια οὐ παρήγαγε· πλὴν ἐν τῇ Ὀπλοποιίᾳ
 20 γάμων γινομένων αὐλῶν μνημονεύει (Σ 495). τοῖς δὲ βαρβάροις
 ἀποδίδωσι τοὺς αὐλούς· παρὰ Τρωσὶ γοῦν ἦν αὐλῶν συρίγ-
 γων τ' ἐνοπή'.

ANCTORES 1 sqq. Corp. perip., cf. Athen. XIV 627^e in Aristoxe-
 neis, peripateticis capitibus.

4 sqq. Corp. perip., cf. Chamaeleontem apud Athen. XIV 624^a
 (Aelian. var. hist. XIV 23), Porphy. ad I 186 (cf. Aristarch. ad
 I 188).

17 sqq. Aristarchus ad K 13 et Σ 495, cf. scholia ad K 13 in
 Ven. A, ad Σ 495 in Ven. B.

XLIII.

Plut. de aud. poet. 29^dο ἔτι δὲ καὶ τὰς ἐν τοῖς γένεσι διαφορὰς σκεπτέον, ὧν τοιοῦτός ἐστιν ὁ τρόπος. Οἱ μὲν Τρωῆς ἐπίασι μετὰ κραυγῆς καὶ θράσους (Γ 2 sqq.), οἱ δὲ Ἀχαιοὶ 'σιγῇ δειδιότες σημάντορας' (Α 431). τὸ γὰρ ἐν χερσὶ πολεμίων ὄντων φοβεῖσθαι τοὺς ἄρχοντας ἀνδρείας ἅμα καὶ πει- 5 θαρχίας σημείον (cf. Vitam Cleomenis p. 808^dο).

Dio Chrysost. II 90 R καὶ μέντοι καὶ νικῶντας τοὺς Ἀχαιοὺς καθ' ἡσυχίαν φησὶ στρατοπεδεύειν. παρὰ δὲ τοῖς Τρωσὶν ἐπειδὴ τι πλεονεκτεῖν ἔδοξαν, εὐθὺς εἶναι δι' ὅλης τῆς νυκτὸς 10

αὐλῶν συρίγγων τ' ἐνοπήν ὀμαδόν τ' ἀνθρώπων (Κ 13). ὡς καὶ τοῦτο ἱκανὸν ὄν σημείον ἀρετῆς ἢ κακίας, οὔτινες ἂν ἐγκρατῶς τὰς εὐτυχίας ἦν τοῦναντίον μεθ' ὑβρεως φέρωσιν.

XLIV.

Dio Chrysost. II 89 R τὸν γοῦν Κᾶρα τὸν χρυσῷ καλλωπιζόμενον εἰς τὸν πόλεμον μάλα ὑβριστικῶς ἐλοιδόρησεν 15 εἰπών·

ὃς καὶ χρυσὸν ἔχων πόλεμόνδ' ἔεν ἤυτε κούρη
νήπιος, οὐδ' ἄρα οἱ τό γ' ἐπήρκεσε λυγρὸν ὄλεθρον,
ἀλλ' ἐδάμη ὑπὸ χερσὶ ποδώκεος Αἰακίδαο

ἐν ποταμῷ· χρυσὸν δ' Ἀχιλεὺς ἐκόμισσε δαίφρων (Β 872 sqq.). 20

1 sqq. Dio Chrysost. II 90 R ἐκ δὲ τούτων τῶν ἐπιτηδευμάτων τοὺς τε ἄρχοντας πεποιήκεν ἀγαθοὺς καὶ τὸ πλήθος εὐτακτον. προίασι γοῦν αὐτῷ 'σιγῇ δειδιότες σημάντορας' (Α 431), οἱ δὲ βάρβαροι μετὰ πολλοῦ θορύβου καὶ ἀταξίας, ταῖς γεράνοις ὁμοίως, ὡς τοῦτο μάλιστα σωτήριον ὄν καὶ 25 νικηφόρον ἐν τοῖς κινδύνοις, τὸ μὴ ἀδεεῖς εἶναι τῶν ἡγεμόνων τοὺς στρατιώτας. ὅσοι δ' ἂν ὦσιν ἄφοβοι τῶν σφετέρων ἀρχόντων, οὗτοι τάχιστα ἂν φοβοῖντο τοὺς πολεμίους.

AVCTORES 1 sqq. Aristarchus ad N 41: scholia Ven. B ad N 41, Ven. A ad Γ 1, Ven. B ad Γ 2, Ven. B ad Α 433 et H 306. 307, Ven. A et B ad Θ 542, Ven. B ad Α 429, Porphyr. ad Α 401. 402.

14 sqq. Aristarchus ad B 871.

καταγελῶν αὐτοῦ τῆς τρυφῆς ἅμα καὶ τῆς ἀφροσύνης, ὅτι τοῖς
πολεμίοις ἄθλα ἐκόμιζε τοῦ θανάτου σχεδόν. οὐκὸν φαίνεται
χρυσοφορίας ἐπαινῶν ὁ Ὅμηρος, καὶ ταῦτα εἰς πόλεμον, ψελίων
τε καὶ στρεπτιῶν, ἔτι δὲ χρυσῶν φαλάρων καὶ χαλιῶν, ὅποια
5 τοὺς Πέρσας φασὶν ἐπιτηδεύειν.

XLV.

Athen. I 16^b ἔσπενδον δὲ ἀπὸ τῶν δείπνων ἀναλύοντες
καὶ τὰς σπονδὰς ἐποιοῦντο Ἑρμῆ (η 137) καὶ οὐχ ὡς ὕστερον
Διὶ τελείῳ. δοκεῖ γὰρ Ἑρμῆς ὕπνου προστάτης εἶναι. σπέν-
δουσι δ' αὐτῷ καὶ ἐπὶ ταῖς γλώσσαις (γ 341) ἐκ τῶν δείπνων
10 ἀπιόντες. προσνέμονται δ' αὐτῷ αἱ γλῶσσαι διὰ τὴν ἐρμηγείαν.

6 sqq. Plut. quaest. conviv. VII 9, 6 οἱ δὲ τῷ Ἑρμῆ πν-
μάτῳ σπένδοντες, 'ὅτε μνησαίατο κοίτου' (η 138), ἄρ' οὐκ τὸ
αὐτὸ συνάγουσι τῷ οἴνῳ τὸν λόγον;

AVCTORES 1sqq. Aristarchus ad P 52 Ven. A.

6 sqq. Stoicus quidam: Heracl. allegor. Hom. c. 72, Porphyr.
ad γ 332 et 341, schol. ad Apoll. Rhod. A 517.

Cum primum ad haec tractanda studia aggredieremur, incultum fere aravimus agellum. Nam quae apud Athenaeum in primo libro p. 8^o sqq. sat ampla copia de Homericorum heroum vita ac moribus enarrantur, Dioscuridi ¹⁾ Isocrateo deberi inde a Casaubono putavere viri docti. Quae coniectura paene certa videbatur Suidae testimonio s. v. *Ὁμηρος* integrum Athenaeum secuti: *Ὅτι Διοσκουρίδης ἐν τοῖς παρ' Ὁμήρω νόμοις κτλ.* et epitomae quodam loco paulo infra p. 11^a, ubi Dioscurides Isocratis discipulus laudatur. Qua opinione etiam tunc occupatus Schraderus in prolegomenis Porphyrii ²⁾ has res attingens Plutarchum et Porphyrium hoc Dioscuridis opere usos esse comprobare studuit nec fructum defuturum esse ei promisit, qui accuratius in hanc materiem inquisiturus esset. Tum autem Hillerus ³⁾ totius quaestionis firmum fundamentum sublatum esse censebat, cum Suidam sua non ex integro Athenaeo sed ex nostra epitoma hausisse contenderet. Interpolatoris enim cuiusdam licentia inserta esse existimavit quae inter lexicographum et epitomen diversa exstarent. Dioscuridis autem nomen huic excerpto praefixum esse, cum infra apud Athenaeum legisset falsarius ille Isocratei Dioscuridis mentionem. Interim de hac quaestione Kaibelii quaedam commentatiun-

1) Manuscripti quidem libri in hoc nomine scribendo fluctuant inter *Διοσκορίδης* et *Διοσκουρίδης*, cf. Kuehnii in Anazarbei edition. praefatione, Med. Gr. vol. XXV p. vii. *Διοσκουρίδης* autem solam veram esse scripturam et tituli docent et nummi, vide Roehlii Ind. ad Boeckhii C. I. G. p. 84 et Mionneti indices in vol. suppl. IX, 2 p. 25. 138 (*descript. des médailles antiques*).

2) 'Quaest. Homeric. ad Iliadem pertinent. reliqu.' (Lips. 1880/82) p. 373 sqq.

3) In Mus. Rhen. vol. XL (a. 1885) p. 204 sqq.

cula emissa est in Hermae vol. XXII p. 323 sqq. et eodem fere tempore Aug. Brunkii dissertatio foras data, quae inscribitur 'de excerptis *περὶ τοῦ τῶν ἡρώων καὶ Ὀμηρον βίου* ab Athenaeo servatis' (Gryphiswaldae 1887). Ac maxime Kaibelius Hillerum refutavit et suam integrioris Athenaei epitomen Suidam praebere luculenter demonstravit. Tamen Dioscuridis nomen sprevit, cum de Isocrateo non esset cogitandum, quod ab Alexandrinis grammaticis videretur pendere auctor; duos autem sumere Dioscurides aequè videri absurdum atque duos Homeros duas Sapphus. De duabus autem rebus remansit ei scrupulus, num revera Suidas, cuius excerptum antea abrumptur, illum de Isocrateo Dioscuride locum legisset, ut hinc huius nomen superscriberet. Deinde vix credibile ei videbatur finxisse Suidam hunc titulum: *ἐν τοῖς παρ' Ὀμήρω νόμοις*. Quae sane sat magni sunt momenti. Nam quae apud Athenaeum leguntur p. 8^a: *περὶ τοῦ τῶν ἡρώων καὶ Ὀμηρον βίου* et p. 24^b: *ἔτι περὶ τοῦ τῶν ἡρώων βίου*, his repugnante Brunkio l. l. p. 14 potius statuimus horum capitum argumentum comprehendere. Immo his quoque Suidae verbis fidem esse tribuendam Wachsmuthius plane nobis persuasit. Nam in tanta nominis frequentia facillime potuit fieri, ut Dioscurides quidam *ἐν τοῖς παρ' Ὀμήρω νόμοις* alterum cognominem laudaret Isocrateum. Apud Fabricium ¹⁾ enim, qui Ionsii tabulam ('de script. philosoph. hist.') recepit, praeter Anazarbeum celeberrimum et duos, quos tituli testantur, quattuordecim huius nominis viri ex litteris Graecis enumerantur. De medicis autem homonymis disputavit Kuehnius in praef. Dioscur.²⁾ et Ilbergius ('de Galeni vocum Hippocraticar. glossario'³⁾). Hic quoque factum est, ut alter alterum compilaverit Dioscuridem (cf. Galeni lexic. Hippocr. XIX p. 64 K.) eodemque spiritu de tertio quodam Dioscuride sermo est ipso quoque scriptore (cf. p. 63 K.). Alia autem est ratio huius Dioscuridis, qui heroum Homeri-

1) In bibl. Graec. vol. IV p. 675/78 ed. Harl.

2) In Med. Gr. vol. XXV p. VIII. IX.

3) In 'Commentat. philolog. quibus Ottoni Ribbeckio congratulantur discip. Lipsiens.' p. 345.

eorum vitam moresque diligenter exponendos suscepit, alia illius Isocratei rhetoris, qui ut Homerum temulentiam insaniae parem existimasse comprobaret, versum quendam Iliadi inseruit a se ipso inflexum.

Si autem miraberis in Athenaei epitoma plane evanuisse et nomen et titulum, meminisse iuvabit, quibus tertii libri exemplis Wissowa ¹⁾ demonstraverit, quam neglegens fuerit in his rebus Athenaei excerptor. Optime vero ipsum Kaibelium inducimus disputantem de epitomae indole et fide (in praef. vol. I p. VIII): 'Athenaeus si legere potuisset epitomen, vix ipse se cognosset: quos ambitiose ille in testimonium vocaverat scriptores innumeros, eorum epitomator nomina saepissime, librorum titulos fere semper sustulit'.

Ergo Dioscuridem interim nuncupemus huius operis auctorem. Qui ne hoc vano nomine praeditus maneat, sed aliquo modo una cum studiis suis nunc revivescat, di donent.

De Brunkii dissertatione restat ut iudicium feramus. Qua cum olim viderentur fruges esse demessae, tamen proficientibus nobis in his studiis magis magisque elucebat aditum tantum his rebus solvendis eum pandisse et in limine restitisse, ut nunc nobis non tam racematio quam messis sat ampla videatur esse relicta. Summa autem haec fere est Brunkii dissertationis, quo fundamento nisi nostram componamus commentationem: quaecunque in primo Athenaei libro de Homericorum heroum vita ac moribus enarrarentur, ea omnia ex eodem fluxisse libello. Quod ut comprobaretur, Plutarchei succurrebant ex quaestionibus convivalibus nonnulli loci, quos Schraderus l. l. indicaverat. Dein ex Pseudo-Plutarcheo περὶ τοῦ βίου καὶ τῆς ποιήσεως Ὀμήρου libello quaedam capita (205—209) cum his Athenaei enarrationibus conspirare recte animadvertit (p. 10 sqq. 17 sqq. 21). Denique multa inter sese cohaerere inde imprimis demonstravit, quod certa in his rebus ratio cognoscitur, qua primum de heroibus aliquid statuitur, deinde

1) 'De Athenaei epitom. observat.' in Commentat. in honor. Reifferscheidii p. 23.

autem ipsum Homerum etiam contrariae rei bene gnarum esse ostenditur (p. 8 sqq.). Quamquam autem ad singulas res melius illustrandas, cum materiae largior fons nobis fluxerit, hic illic singula multa in promptu habemus, tamen ne acta agendum probrum subeamus, graviora tantum quae commisisse vel omisisse videatur sodalis Gryphiensis correxisse satis habemus.

Omnino nihil evicit Brunkius de libelli natura et indole, nihil de fontibus, id quod nobis prae ceteris videtur inquisitione dignum. Huc primum quidem pedem inferimus. Tria enim de his libelli partibus, quas Brunkii scriptiuncula nisi nunc certo Dioscuridi tribuere licet, nos comprobaturos esse pollicemur:

1. Uberrimam latere Aristarcheorum commentariorum doctrinam;

2. Stoicarum Homeri interpretationum certa reperiri vestigia;

3. Peripateticarum solutionum illud corpus abunde adhibitum esse, quod detexisse Schraderi meritum est l. l. p. 421 sqq.

Omnigena veterum HomERICA studia cum sic quodammodo comprehendat Dioscuridis libellus, re vera altiore indagatione haud indignus est.

CAPUT I.

Aristarcho aetate inferiorem esse huius *περὶ τοῦ τῶν ἠρώων καθ' Ὁμηρον βίου* libelli auctorem sibi evicisse visus est Brunkius p. 30. Aristarcheae autem doctrinae quantum in eo inesset, plane non vidit. Duobus locis allatis contentus est. Quin immo tantum non in singulis capitibus τοῦ γραμματικῶ-τάτου vestigia reperiuntur. Nam Aristonicum post Lehrsii egregias curas nobis quasi ipsius esse instar Aristarchi latuit virum doctum. Cuius rei ita non habuit rationem, ut Aristonici scholia ad *A* 262 et *II* 747 ex ipso Dioscuridis libello fluxisse contenderet (p. 7 et 22). Quae cum ita sint, non a re videtur

conquirere, quidquid debeat Aristarcho. Mirum enim in modum interdum ad verbum Athenaeus cum Aristonici frustulis concinit, quantumcunque uterque epitomatorum culpa passus est. Qua autem ratione Aristonicus ipsius Aristarchi verba reddiderit, non raro arto inter Didymum et Aristonicum consensu patet, qua de re legas velim Ludwichii libri *Aristarchs Homer. Textkritik* I p. 52.

Aristarchea sane observatio est ¹⁾ virginum fuisse lavare hospites, quam et Aristonicus testatur ad γ 464 ²⁾: ὅτι ὑπὸ παρθένων ἔθος ἦν τοὺς ἥρωας λούεσθαι κτλ. et Porphyrius, cui iure adsignaveris, quae ad γ 464 cod. Hamb. *T* praebet: ὡς Ἀρίσταρχος οἶεται. Quamquam huic ipsi rei ne nimium tribuas. Nam ne meram quidem Athenaeus exprimit Aristarchi opinionem: ποιεῖ δὲ Ὀμηρος τὰς κόρας καὶ τὰς γυναικας³ λουούσας τοὺς ξένους, quippe quem solis virginibus id munus tribuisse disertis verbis traditum sit ³⁾.

Magis idonea quae cum ipsis Aristonici verbis comparentur, haec Athenaei sunt l. I p. 11^b, unde incipiunt capita illa continuo ordine Aristarcheae sapientiae plena:

1) Athen. I c. 18 ineunte, cf. Brunk. p. 29.

2) Cf. etiam Aristonicum ad *E* 905 et λ 601 et scholia ad δ 252 et Ven. B ad *E* 722, quippe quae Aristarchi iudicium reddant.

3) Adhibuit ipsum illud argumentum Aristarchus ad athetesin comprobendam versuum qui sunt in *Necyia* λ 601 sqq. de Herculis et Hebes conubio: cf. Lehrs. de Aristarchi stud. Homer.² p. 185 s. v. Hercules. Impugnata autem esse a veteribus interpretibus hanc Aristarcheam observationem ex Porphyrii quaestione discimus ad ζ 221 servata, de quibus ipsis versibus non imprudenter nuper disseruit Marxius in *Mus. Rhen.* vol. XLII p. 254. Ubi altero loco haec profertur solutio: τάχα δ' οὐδ' ὄλωσ παρθένοι λούουσι. λέγεται γὰρ τὸν δ' ἐπεὶ οὖν δμῶα λούσαν (δ 49), ἀλλ' οὐχὶ κοῦραι. καὶ περὶ τῆς Ἥβης γὰρ ἀμφισβητεῖται εἰ παρθένος ἦν. καὶ ἡ Ἑλένη λούοιτ' ἂν Ὀδυσσεά (δ 252), quo ei qui Porphyrii quaestiones ad *Odysseam* pertinentes constituendas susceperit, referenda esse puto, quae ad γ 464 cod. *T* conservavit: ἀδύνατον γὰρ τῷ Νέστορι . . . παρθένον εἶναι θνητάρα. λύεται δ' ἐκ τοῦ ἔθους. ἔφαμεν γὰρ μὴ εἶναι παρθένον ἔργον τὸ λούειν ὡς Ἀρίσταρχος οἶεται. Tertiam quandam solutionem, qua causativa quam grammaticī vocant significatione ἔλουσεν positum statuitur, praebet scholion ad ζ 215, quocum concinit ex scholio ad γ 464: λουθῆναι αὐτὸν ἐποίησεν· οὐ γὰρ αὐτὴ ἔλουσεν.

Athenaei

Ἔστι τροφαῖς ἐχρῶντο (οἱ) ἥρωες παρ' Ὀμήρω πρῶτον μὲν τῷ καλουμένῳ ἀκρατίσματι, ὃ λέγει ἄριστον· οὗ ἅπαξ μνηται ἐν Ὀδυσσειᾷ (π 2). Ὀδυσσεὺς καὶ δῖος ὑφορβὸς ἐτύνοντ' ἄριστον κειαμένῳ πῦρ καὶ ἅπαξ ἐν Ἰλιάδι (Ω 124) ἐσσυμένως ἐπένοντο καὶ ἐντύνοντ' ἄριστον.

λέγει δὲ τὸ πρωινὸν ἔμβρωμα, ὃ ἡμεῖς ἀκρατίσμον καλοῦμεν διὰ τὸ ἐν ἀκράτῳ βρέχειν καὶ προσίεσθαι ψωμούς.

Aristonici ad Ω 124

(cf. Lehrs. l. l. p. 127)

ἢ διπλῆ ὅτι ἅπαξ νῦν ἐν Ἰλιάδι καὶ ἅπαξ ἐν Ὀδυσσειᾷ τὸ ἄριστον.

ἔστι δὲ τὸ πρωινὸν ἔμβρωμα. τρεῖς γὰρ τροφὰς ἐλάμβανον οἱ ἥρωες.

Ad π 2:

ὅτι καὶ ἐν τῇ Ἰλιάδι ἅμα τῇ ἀνατολῇ ἐσθίουσιν. ἅπαξ ἐνθάδε τὸ ἄριστον καὶ ἐν τῇ Ἰλιάδι. H. (cf. etiam: τὴν ἐωθινήν τροφήν ἣν τινες ἀκρατίσμον λέγουσιν. B.).

Quae autem Aristarchus de his docuerit: δεύτερον δὲ ἐχρῶντο τῷ καλουμένῳ ἀρίστῳ, ὃ λέγει δεῖπνον, τρίτον δὲ τῷ καλουμένῳ δεῖπνῳ, ὃ λέγει δόρπον, quamquam hoc quidem loco vix Dioscuridis ipsius, sed Athenaei vel epitomatorum culpa perierunt, servata sunt ab Aristonico ad A 86. 730, β 19 (cf. Lehrs. l. l. p. 127). Cui Aristarcheae sententiae Philemonis opponitur de quattuor Homericis cenis opinio, qua τὸ δειλινόν additur ex v. ρ 599: 'σὺ δ' ἔρχεο δειληλίσσας'. Denique duas tantum quosdam sumere heroum cenas exeunte capite his verbis demonstratur: μήποτε δὲ καὶ συνωνυμῆι τὸ ἄριστον τῷ δεῖπνῳ κτλ. Huc nos remittunt haec verba ex Athenaei libri quinti capite 20 deprompta, quod caput Dioscurideae originis esse Brunkius comprobavit p. 19: ὁσάκις δὲ καὶ τροφὰς ἐλάμβανον κτλ. (fr. 29 p. 109, 21—27). Quibus verbis Aristarcheam

subesse doctrinam concedes, si Aristonici ad ρ 599 contuleris haec: δειληύσας] πρὸς τὴν δειληνὴν ὥραν παραγενόμενος, τουτέστιν τὴν μεσημβρίαν· ἢ τὴν ἔσπερινὴν διατρίψας. ἔνιοι δὲ τὴν δειληνὴν τροφὴν αἰτῶν'. καὶ Καλλιμαχὸς φησι 'δειλον αἰτίξουσιν, ἄγουσι δὲ χεῖρας ἀπ' ἔργου', τὴν πρὸς τῇ δειληνῇ τροφὴν αἰτοῦντες. οὐ δεόντως. προειρηκάμεν γὰρ ὅτι οἱ ἀρχαῖοι τρισὶ τροφαῖς ἐχρῶντο. V. ἔνιοι 'τὴν δειλην διατρίψας', οὐ 'φαγών'. B. H. Unde patet etiam Philemonis in libro primo testimonium deberi Aristarcho, contra quem suo iure eum disputavisse censemus. Philemonis autem fuit Aristomenis comici illud 'ἀκρατιοῦμαι μικρόν' κτλ., quod praecedit, collato Phrynicho (ἐκ σοφιστικῆς παρασκευῆς in Bekk. anecd. vol. I p. 23, 15), unde suspicio nos subit etiam reliquos comicorum versus apud Aristarchum fuisse. Utut haec res se habet, sat amplum frustulum in hoc Athenaei capite deprehendimus ex Aristarcheorum συγγραμμάτων vel ὑπομνημάτων thesauris. De Philemonis autem hoc fragmento accuratius disputavimus in commentationibus Ribbeckianis 'de Philemone Atheniensi glossographo' inde a p. 446.

Etymologiam quoque ἀκρατισμός vocis: διὰ τὸ ἐν ἀκράτῳ βρέχειν καὶ προσίεσθαι ψωμούς Aristarchi fuisse facile conicitur. Quam ex Dioscuride certe Plutarchus sumpsit in quaest. conviv. VIII 6, 4 — hic enim est qui indicatur: οἱ τὸν ἀρχαῖον βίον διαμνημονεύοντες, cf. Schrad. l. l. p. 374 — φασὶ γὰρ ἐκείνους . . . ἔωθεν ἐσθίειν ἄρτον ἐν ἀκράτῳ . . . διὰ τοῦτο μὲν ἀκράτισμα καλεῖν διὰ τὸν ἄκρατον. Etiam ceteris vocibus ἄριστον, δεῖπνον, δόρπον suas etymologias apud Dioscuridem additas fuisse recte conclusisse videtur Brunkius p. 15. In voce ὄψον derivanda, quae apud Plutarchum l. l. sequitur ἀκρατίσματος explicationem, Aristarchus cum Plutarcho consentit. Plutarchi enim sunt: ὄψον δὲ τὸ παρασκευαζόμενον εἰς δεῖπνον αὐτοῖς· ὁ ψὲ γὰρ δειπνεῖν, ἀπὸ τῶν πράξεων γενομένους, Aristonici autem ad A 630 haec: ὅτι πᾶν προσόψημα ὄψον οἱ ἀρχαῖοι, quae amplius etiam in Ven. A his enarrantur: πᾶν δὲ τὸ μετὰ ἄρτου ἐσθιόμενον ὄψον καλεῖται. ὁ ψὲ γὰρ ταύτην προσήγοντο τὴν τροφὴν, ἔωθεν ἀκρατίσμασι. διὸ καὶ ἡ διπλῆ.

Unde iure quodam hanc etymologiam apud Dioscuridem fuisse credideris. Sed num omnes hae Plutarcheae etymologiae cum Brunkio (p. 15) sint eidem fonti tribuendae, hoc in Plutarcho non licet statuere, quem in his quidem scriptis non tam unum fontem exscripsisse sed in lectitando undique doctrinam collegisse constat. Quanta autem harum etymologiarum multitudo et varietas apud veteres circumlata sit, demonstratur scholio ad β 22. Quod in universum quidem Aristarcheam prae se fert de cenis Homericis sententiam (cf. Carnuth. ad loc.). Utrum tamen ex etymologiis sint, quae apud Aristarchum fuerint necne, ambiguum est¹⁾. Certe nulla cum Plutarcho conspirat. Quae copia etiam augetur ab Eustathio (ad β 22 p. 1432, 1 sqq.), qui praeter scholion de quo diximus nonnullis vanis etymologiis uberius alium quoque fontem exscripsit inde a verbis: *δῆλον δὲ καὶ ὅτι δεῖπνον μὲν κτλ.* talibus nugis repletum. Ne ex his quidem ulla cum Plutarcho concinit etymologiis.

Sequamur interim Athenaei ordinem, ut quid ex Aristarchi copiis petierit Dioscurides investigemus.

Quae in Athen. c. 20²⁾ p. 11^f et locupletiora in l. V c. 20 p. 193^b (fr. 32 p. 110, 20. 21; 111, 6—9) leguntur de mensis

1) Aeschyleos quoque versus ex Aristarcho in hoc scholion transiisse probabile videtur Philemonis ipsa opinione ommissa. Huius enim apud Aristarchum fuerunt: *ἔστι δὲ ἡ τάξις καὶ παρ' Αἰσχύλῳ τῶν ὀνομάτων κτλ.* In scholio autem leguntur: *Αἰσχύλος δὲ καὶ τῆς τάξεως τῶν ὀνομάτων μάρτυς ἐστὶν λέγων κτλ.*, unde Eustathius ad loc.: *διὸ καὶ Αἰσχύλος τάτων μετρῆι (lege ματρῆι) κτλ.*

2) Athenaei verba ineunte c. 20 (fr. 30) conspirare nobis videntur cum scholio ad δ 54 de Telemacho et Pisistrato apud Menelaum devertentibus, quo melius perspicitur huius sententiae refutandae ratio, quod suam quisque habuerit mensam: *παρὰ δὲ ξεστὴν ἐτάννυσε τράπεζαν] παρέκειντο γὰρ τοῖς θρόνοις αἱ τράπεζαι, — εἰκότως δὲ νῦν τὰ περὶ τῆς ταμίας παράκειται —, οὐ γὰρ ἐν τῷ ξενίῳ παρὰ Τηλεμάχῳ τὴν Ἀθηνᾶν. ἐπισεληλύθασι γὰρ οὗτοι τοῖς περὶ τὸν Μενέλαον, ἐξ ἀρχῆς δὲ παρὰ τῷ Τηλεμάχῳ πάρεστιν ὁ Μέντης, ut una utrique apponi potuerit mensa. Ex Aristarcho et Dioscuridis et scholiastae sapientiam derivatam esse facile conicias.*

Verbis quae apud Athenaeum secuntur: *ἰδίαζον δὲ παρὰ Μενελάῳ εἰσάγει συμπόσιον κτλ.* turbari sententiae nexum, immo coniungenda ea

inter cenam quidem adstantibus, sed auferendis finito convivio, cum Aristonici scholiis conveniunt ad A 262: ὅτι διὰ παντὸς αἱ τράπεζαι παρέκειντο et ad η 174: ἀφαιεῖται τὸ ἔπος ὡς ἀσύμφωνον τῇ τοῦ Ὀμήρου συνηθείᾳ. οὐ γὰρ ποιεῖ τὰς τραπέζας ἀφαιρουμένας παρόντων τῶν δαιτυμόνων ἀλλὰ μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν, cuius atheteseos causam rectissime explanavit Carnuthius ad hunc locum p. 74. Etiam quae secuntur apud Athenaeum p. 193^c, quibus verba 'έντεα δαιτός' (η 232) (fr. 32 p. 111, 10—12) explicantur, Aristarchea esse Apollonii Sophistae consensu comprobatur, quem ipsos Aristarchi commentarios in conscribendo lexico adiisse Leydius evicit, 'de Apollon. Soph. lexico Homer.' (Lips. 1885) p. 20 sqq. Apollonii enim haec sunt (p. 69, 17 ed. Bekk.): έντεα τὰ ὄπλα, κυρίως τὰ έντός περιέχοντα τὸν ἄνδρα, οἷον ἀσπίς καὶ θώραξ καὶ κνημίδες. λέγει δὲ ἀπὸ τῆς αὐτῆς έννοίας καὶ τὰ ἀγγεῖα έντεα ἀπὸ τοῦ έντός αὐτῶν τινα περιέχειν, οἷον ἀμφίπολοι δ' ἀπεκόσμεον έντεα δαιτός' (η 232). Unde Aristonico sunt tribuenda eiusdem argumenti scholia Ven. A et B ad Γ 339.

Cum his rebus arte cohaerent, quae apud Athenaeum p. 12^a subinde secuntur: τῶ δὲ μὴ ἀίρεσθαι τὰς τραπέζας κτλ. (fr. 32 p. 111, 13—20)¹). Quibuscum bene congruunt quae in Victoriano codice leguntur ad Ω 476 (cf. Hiller. in Philol. XXVIII p. 115)²): ἀφαιεῖται. οὐ γὰρ ἀφηροῦντο αἱ τράπεζαι παρ' αὐτῶν, ἀλλὰ

esse cum antecedenti capite nos quoque cognoveramus ut Brunkius p. 15. Nec tamen putamus suo loco legisse etiam tunc Eustathium haec Athenaei verba (ad ρ 599 p. 1833), praesertim cum rem suam consarcinaverit ex l. V c. 20 et l. I c. 19 et capitulis 20 hoc enuntiato. Neque enim ubi fusius persequitur ex more suo Athenaei l. I c. 19 de cenarum numero (ad π 2 p. 1791, 30) Menelai convivii mentionem fecit. Immo ipsum epitomatores huius modi permulta commisisse satis docent exempla, quae Kaibelius attulit in Herm. vol. XXII p. 328 adn. 1. Quomodo autem Aristarchus ex sua ratione interpretatus sit hoc peculiare convivium, ex scholio ut opinamur discimus ad δ 61, cf. Lehrs. l. l. p. 129; Carnuth. l. l. p. 41 adn. 1.

1) Est nimirum inepta coniectura ἔσθων καὶ πίνων ἔτι, καὶ παρέκειτο τράπεζα Dioscuridis ut videtur, quae omnino rationem non habet verborum quae antecedunt:

νέον δ' ἀπέληγεν ἐδωδῆς κτλ.

2) Cf. Ludwichium l. l. in Didymi fragm. ad loc. I p. 503.

μέχρι ἀνασιῶσιν ἔκειντο. φησὶ γὰρ αἱ δ' ἀπὸ μὲν σῖτον πολλὴν ἤρουν ἠδὲ τράπεζαν' (τ 61). ἢ τούτου ὡς πενθοῦντος ἤρειτο. Cum codex Venetus A mutilus esset hac parte — intercederunt duo folia continentia versus inde a 405—504 libri Ω — Hillerus l. l. prorsus certo contendere posse negavit Aristarchi esse hanc athetesisin. Nos quidem vix dubitamus scholion Aristonico tribuere, utpote cui debeamus Aristarchearum atheteseon notitiam¹⁾. Victorianum codicem a Veneto A proxime abesse Ludwichius credidit (l. l. I p. 89), ut ne de praestantia quidem codicis possit dubitari, nisi quod interim Maassius (Herm. XIX p. 273 sqq.) recte comprobasse videtur Victoriani patrem Townleianum librum esse, cuius tamen scholia nondum emissa sunt. Vides autem ad hunc locum servatum esse Homericum exemplum τ 61 ab Dioscuride Aristarchum secuto allatum (fr. 32 p. 111, 6. 7) ad eandem rem comprobendam (cf. supra p. 128 sq.). Omnino vero rem evincit Athenaei et Aristarchi in omnibus his capitibus consensus. Quam ob rem potius quod subtiliorem diligentiam persequi voluerit, Aristarcho opprobrio vertemus, cum nihil discriminis statueret inter magnifica convivia Phaeacum procorumque et Achillis solius cenam in tentorio sumptam.

Tum caput 21 (fr. 34) optimo iure Aristarcho vindicatur. In quo contra Zenodotum bis pugnatur, et quod *δαῖς ἐίση* pro *ἀγαθή* habuerit, et quod *οἰωνοῖσί τε δαῖτα* (A 5) voluerit scribi, cum *δαῖς* non de bestiis, sed solo de hominum cibo dici statuatur. Lehrsius quidem (l. l. p. 87), cum ex scholiis ea exciderint, Aristarcheam doctrinam his supplere non dubitavit. Quae res paene certa fit, cum in codice Ven. A ad A 5 *διπλῆ περιεστιγμένη* servata sit, quam *πρὸς Ζηνόδοτον τὸν διορθωτὴν* adhibebat Aristarchus. At tamen Ludwichio scrupuli remanserunt l. l. II p. 88 adn. 54. Mirandum sane est, quod in scholiis huius rei memoria plane periit²⁾, sed epitomatores, quod hoc quoque commiserint, recte incusabuntur.

1) Cf. Ludw. l. l. I p. 60. 61.

2) Nimirum non Aristonici *ᾧτι* sed Athenaeum excerptis est, quod legitur apud grammaticum quendam in Crameri anecd. Paris. IV p. 467: *ᾧτι οὐκ ἐπὶ θηρίων λέγει Ὀμηρος δαῖτα, ἀλλὰ ἐπὶ μόνων ἀνθρώπων.*

Certe autem, quod Ludwichius tertio loco protulit, nimis perspicuam fuisse hanc δαίς vocis etymologiam de δαίω verbo derivatam et Aristarchi acumine quasi non dignam, ut facile illa regula a quovis potuerit fingi, hoc nullo modo probamus. Seleuco quidem ita res non visa est, apud Athen. I p. 24^b (cf. Suid. s. v. δαίς): Ὅτι Σέλευκός φησι τὴν παρ' Ὀμήρω δαῖτα θάλειαν στοιχείων μεταθέσει δίαιταν εἶναι. τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ δαίσασθαι λέγειν βιαιότερόν ἐστιν. Nobis autem videtur haec rectissima etymologia et verbi εἶσις explicatio optime enarrata satis digna Aristarcho. Apollonii autem Sophistae testimonium Ludwichius in suum usum convertere non debuit, quoniam illum verborum ab Aristarcho explicatorum haud ignarum fuisse ipse probe scit (cf. I p. 75; II p. 484 adn. 2). Immo clarissimum fundamentum Aristarchea scilicet doctrina omnibus videtur subesse, qui hanc persecuntur etymologiam: Athenaeo (I p. 12^c) et Suidae s. v. δαιτὸς εἶσις integriorem Athenaeum excerpenti, Apollonio Sophistae (p. 56, 8 ed. Bekk.) et Etymolog. Magno (p. 251, 30), scholiis Homericis ad *A* 468 Ven. B et ad *9* 98. Quin Apollonii (et inde Etymol. Magn.) verba: ἐπεὶ μεριστὰ ἦν τὸ παλαιὸν τὰ βρώματα, sicut Tryphonis (apud Athen. XIV p. 640^e): Τρύφων δέ φησι τὸ παλαιὸν πρὶν εἰσελθεῖν τοῖς δαιτυμόνας ἐπὶ τῶν τραπεζῶν κεῖσθαι τὴν ἐκάστου μοῖραν κτλ. quasi respicere videntur ad Aristarcheam illam explicationem apud Athenaeum longius explanatam.

Sed quae de primis hominibus enarrantur caedes et rapinas non veritis, ut cibum sibi pararent, in his Epicureorum rationem sequi videtur Aristarchus, quae quidem ex. gr. apud Lucretium in l. V inde a v. 922 sqq. et apud Horatium in Satir. I 3, 99 sqq. legitur¹⁾. Ut autem in his rebus Epicurum partim ab Theophrasto pendere Zellerus animadvertit²⁾, sic illud quoque peripateticorum fuisse videtur, quod Cereris beneficio ad modestiam revocati sint homines, quam rem nostros poetas excoluisse notum est. Si enim scholia Ven. A ad *A* 449 et

1) Cf. Zellerum 'hist. philos. Gr.' III 1³ p. 416.

2) Ueber die Lehre des Aristoteles von der Ewigkeit der Welt, Comm. acad. Berol. a. 1878 p. 107. 108 et 'hist. philos. Gr.' l. l. adn. 1.

cod. Ambr. E ad γ 441 de οὐλῶν, οὐλοχρῶν in immolandis hostiis consuetudine explicanda inspexeris, non dubitabis, quin communis fons ea suppeditaverit. Qui quis fuerit, cum ex Theophrasti nomine, quem eandem rem et ἐν τῷ περὶ ἐρύματων et in libro περὶ εὐσεβείας tractasse exposuit Bernaysius (*Theophrastos Schrift über Frömmigkeit* p. 40. 41. 54. 55), tum ex rerum indole facili coniectura adsequi licet. Fuit peripateticum illud corpus Homericas complectens solutiones, quod supra (p. 124) commemoravimus, unde in scholia Homericæ sat multa transiisse infra elucebit. Cum Aristarchea autem ratione optime haec conspirant (ad γ 441): λέγουσι γάρ· δίκην ἀγρίων ζώων καὶ ἀλόγων ἔζων τὸ παλαιὸν οἱ ἄνθρωποι διὰ τὸ σῖτον μὴ εἶναι μηδ' ἄλλο τι οἰκεῖον τοῖς ἀνθρώποις, βοτάνας δὲ καὶ ἄκρα δένδρων ἤσθιον. εἶτα ἐφάνη ἡ κριθὴ, ἐξ ἧς διεκρίθησαν καὶ διεχωρίσθησαν οἱ ἄνθρωποι τῶν ἀλόγων ζώων κατὰ τὴν τροφήν¹⁾. Quam peripateticorum doctrinam videtur secutus esse Aristarchus, ut δαιτὸς εἰσης etymologiam et explicationem commendaret et firmaret.

Sed iam pergamus in Aristarchi Homericæ interpretationis copiis investigandis.

Prorsus Aristarchea sunt quae de piscibus comedendis exposita sunt in Athen. c. 22 p. 13^{a-d} (fr. 12 p. 96, 5—14; 97, 14—22) remotis quae huc ab ipso Naucratica inserta sunt (cf. Brunk. l. l. p. 4 adn. 9), quibuscum coniungenda sunt p. 25^{b-d} (fr. 12 p. 96, 15—17; 97, 1—13) et comparanda quae supra fuerunt p. 9^{b-d} (fr. 2). Nam Aristonici ad II 747 hoc scholion Ven. A est: ἡ διπλῆ ὅτι ἀπαξ εἶρηκε τήθεα. ἔστι δὲ εἶδος θαλασσιῶν ὀστρέων· πρὸς τοὺς χωρίζοντας. φασὶ γάρ· ὁ τῆς Ἰλιάδος ποιητῆς οὐ παρεισάγει τοὺς ἥρωας χρωμένους ἰχθύσιν, ὁ δὲ τῆς Ὀδυσσεΐας (δ 368. μ 251. 331)²⁾. Putamus Aristarchum

1) Quae ne ab ipso quidem Theophrasto aliena esse ut comprobetur, multa ex Bernaysii egregio libro possunt adferri, cf. imprimis p. 80. 81. 96. 97. 98 de omnium animalium propinquitate (cf. Zellerum l. l. II 2³ p. 851. 866), alia. Vide etiam Rohdii librum *Der Griech. Roman* p. 201 adn. 2.

2) Huc etiam pertinet scholion ad κ 124 de Laestrygonibus: ἰχθύς δ' ὡς πείροντες] δῆλον δὲ ἐκ τούτου, ὅτι ἤδεσαν ἰχθύων τροφήν. οἰκεῖον δὲ ἡ εἰκῶν, ἐπεὶ ἐκ θαλάσσης ἐλάμβανον ἰχθύων τροπὸν καὶ κατήσθιον.

etiam alia ex Iliade exempla protulisse de piscibus capiendis, quibus adversarios refutaret, velut E 487 (cf. Athen. p. 25^b), Ω 80, cuius rei bene gnarus erat (cf. Ariston. ad loc.). Pergit hunc in modum: φανερόν δὲ εἶ καὶ μὴ παρειαγάγει χρωμένους, ἴσασιν ἔκ τοῦ τὸν Πάτροκλον ὀνομάζειν τήθεα. νοητέον δὲ τὸν ποιητὴν διὰ τὸ μικροπρεπὲς παρητηῆσθαι. Integriorem autem Aristarcheae sententiae formam nobis deprehendere videmur in scholio Ven. B ad II 747, quod cum ex ipsius Aristarchi commentariis sua via huc pervenisse vix censendum sit, ex Aristonici libello manasse iure putamus. Ubi ad verba τήθεα διφῶν] haec notata sunt: οὐχ ὅμοια ταῦτα τῇ ἄλλῃ περὶ τοὺς ἥρωας διατή· οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τοὺς ἀβροδιαίτους Φαίακας ἢ μνηστῆρας τοῖς τοιοῦτοις χρωμένους εἰσήγαγεν. ἦτοι οὖν ὅπερ αὐτὸς ἀλλαχόθεν ἠπίστατο Πάτροκλος τοῖς ἥρωσι περιέθηνεν, οὐχ ὡς αἰὲ χρωμένων τοῖς ὀστρείοις πρὸς τροφήν τῶν ἡρώων, πρὸς ἀνάγκην δ' ἐν πλῆθ. οὐδὲ γὰρ ἰχθύσι χρωμένους εἰσήγαγεν ἢ ὄρνισιν. ἀλλ' ὅμως δι' ἀνάγκην καὶ τοῖς τοιοῦτοις ἐπιχειροῦσιν οἱ Ὀδυσσεύς ἑταῖροι (μ 330). Quibuscum concinunt Aristonici ad δ 368 (cf. Carnuth. ad loc.) haec: ἀλλὰ χόσε οὐ λέγει ὁ Ὀμηρος ἐσθίειν τοὺς ἥρωας ἰχθύας. νῦν δὲ φησι τούτους ἀγρεύειν ἰχθύας διὰ τὸ τελεεσθαι ὑπὸ τοῦ λιμοῦ (δ 369 et μ 332). Unde aves quoque heroas non comedisse nisi famis vi coactos Aristarcheam observationem esse elucet, quam Dioscuridem in suum usum vocasse Athenaeus docet p. 9^d, 13^a. Quamquam novisse Homerum artem avium telo petendarum demonstratur p. 25^{c d} (fr. 12 p. 97, 9—13; fr. 13 p. 98, 21) 1). Qua de Aristarchi ratione, quod quaedam ipsi Homero cognita fuerint, tamen heroas uti non faciat, Lehrsius disputavit l. l. p. 333. Quae secuntur in hoc scholio Ven. B, cum

1) Haec quoque Dioscuridis verba Athen. I p. 25^d (fr. 13 p. 98, 20—23) ante oculos habuit Plutarchus, cum in eodem capite, quo inde suae rei fructum cepit, in quaest. conviv. VIII 8 (cf. Schrader. p. 376 Brunk. p. 5) haec de Pythagoraeis dissereret: ἥκιστα τῶν ὄψων ἐχρῶντο τοῖς ἰχθύσιν, ἢ τὸ παράπαν οὐκ ἐχρῶντο. καὶ γὰρ ἄνευ τῆς ἀδικίας ἀκρασίαν τινὰ καὶ λιχνείαν ἐμφαίνειν ἔοικεν ἢ περὶ ταῦτα πραγματεία πολυτελής οὖσα καὶ περιέργος.

Aristonico conspirant in Ven. A: καθόλου γὰρ τὴν τοιαύτην χρῆσιν διὰ τὸ μικροπρεπὲς παρητήσατο. Ibi autem leguntur: νοητέον δὲ τὸν ποιητὴν διὰ τὸ μικροπρεπὲς παρητῆσθαι. Denique haec sunt scholii: κρέασι δὲ ὀπιοῖς χρῆσθαι αὐτοὺς φησιν, ἵνα καὶ ἐπ' Ἀχιλλέως εἰπεῖν δυνηθῇ 'τῷ δ' ἔχεν Ἀντομέδων, τάμνε δ' ἄρα δῖος Ἀχιλλεύς' (I 209). ὄρα δὲ οἶον ἦν ἰχθὺν καθάρειν τὸν τῆς Θετίδος ἢ τὸν ζυμὸν ἔψειν, quae optime nobis convenire videntur cum Athenaei capituli 20 exitu (fr. 33), Aristarchea sapientia quantum supra (p. 128 sqq.) vidimus repleti. Antiphanis ¹⁾ autem testimonium adeo ad rem pertinet,

1) Haec Antiphanis verba: 'Ὁμηρος ηψεν . . . 'οὐδ' ἐγκέφαλον' ut recte intellegantur, Plutarchi quendam locum in quaest. conviv. VIII 9 π1 25 subvenire putamus: λέγουσι δὲ μηδὲ ἐγκέφαλον ἐσθίειν τοὺς παλαιούς. διὸ καὶ Ὁμηρον εἰπεῖν, — sunt Achilles de Agamemnone verba:

(ἐχθρὰ δὲ μοι τοῦ δῶρα) τίω δέ μιν ἐν καρὸς αἴσῃ (I 378),

τὸν ἐγκέφαλον οὕτως διὰ τὸ ῥίπτειν καὶ ἀποβάλλειν μυστατομένους προσειπόντα, ubi ἔγκαρος uno vocabulo scribendum esse Eustathius testatur ad I 378 p. 757, 35 amplioribus scholiis usus: ἄλλοι δὲ γράφουσι μὲν . . . ἔγκαρος καὶ κλίνουσιν ἔγκαρ, ἔγκαρος, τὴν δὲ λέξιν ἐπὶ ἐγκεφάλου νοοῦσι . . . καὶ τοῦτο μὲν ἕτεροι, ἐν οἷς καὶ Πλούταρχος κτλ. Ad hanc igitur interpretationem putamus spectare Antiphanis verba nec qua alia causa niti possint, nobis perspicuum est. Similia autem proferuntur in scholio ad I 378 Ven. A, cuius initium Aristonici est. Quocum quae apud Dindorfium concreverunt, videntur collato scholio Porphyriano in Ven. B Porphyrii curtata frustula esse ut solent in cod. A. Attamen in hac ipsa re nunc non ita concinunt. In Ven. A enim haec sunt: ἢ ὅτι Ἀθηναῖοι τὸν ἐγκέφαλον οὔτε ἤσθιον οὔτε ὠνόμαζον. ἔγκαρος οὖν τοῦ ἐγκεφάλου, in quibus Atheniensium mentio plane absurda est. Sed quomodo 'οἱ Ἀθηναῖοι' irrepererint, fortasse ex Athen. II p. 65^f perspicere licet (sub lemma ἐγκέφαλοι χοιρεῖοι): οὐδένα γοῦν τῶν ἀρχαίων βεβρωκένα διὰ τὸ τὰς αἰσθήσεις ἀπάσας σχεδὸν ἐν αὐτῷ εἶναι. Ἀπολλόδωρος δ' ὁ Ἀθηναῖος οὐδ' ὠνόμαζεν τινὰ τῶν παλαιῶν φησιν ἐγκέφαλον κτλ., ut auctoris nomen omissum in scholio deperdito vestigia sua reliquisse quispiam putet. Neque tamen refragabimur, si cui simplicior videbitur illa ratio, qua ipsos cerebri contemptores latere in hac corrupta voce Ἀθηναῖοι statuitur. Wachsmuthius proposuit (οἱ) ἀρχαῖοι, quod bene suadere videtur idem Athenaei locus. In Porphyriano scholio Ven. B in hac solutione tractanda miro modo aequae absurda, atque quae illic de Atheniensibus fuerunt, haec sunt: τὰ γὰρ παλαιὰ (cf. Plutarchi τὸς παλαιούς) τῶν γραιθίων ἀποροῖπτει τὸν ἐγκέφαλον. λέγει οὖν τὸ 'τίω δέ μιν ἐν καρὸς

ut vix Aristarcho iure detrahatur, nedum Dioscuridi. Num autem, id quod Meinekius (III p. 144) et Kockius (II 1 p. 124) voluerunt, verba 'ζωμὸν δὲ οὐκ ἐποίει Ὀμηρος θύων βοῶς' ad Antiphanem referenda et versibus sint includenda, collato scholio minus videtur probabile. Sed de Aristarchea totius scholii origine nunc vix dubitabis, ut ne hoc quidem ex Dioscuridis opere in scholia HomERICA transiisse Brunkio (p. 22) credamus, id quod omnino nusquam factum esse in proficiendis his quaestionibus elucebit.

Quae his similia sunt, huc colligere lubet. Oleris esum novisse quidem Homerum neque tamen in carminibus induxisse discimus p. 24^{e f} et p. 25^d (fr. 13 p. 97, 23. 24 et p. 98, 20—23). Aristarchi esse hanc observationem ultimis his Aristonici ad Π 747 verbis comprobatur: καὶ μὴν οὐδὲ λαχάνοις παρεισάγει χρωμένους. ἀλλ' ὁμως φησί.

δμῶες Ὀδυσσῆος τέμενος μέγα κοπρήσοντες (ρ 299).

Deinde nihil apposuisse Homerum heroibus nisi assas carnes largiter exponitur p. 9^a (fr. 1 p. 90, 1—17) et firmatur p. 12^b (fr. 33). Sed tamen ne elixas quidem carnes illi ignotas fuisse exemplo v. Φ 362 demonstratur p. 25^d (fr. 11 p. 95, 9—18). Aristonicus autem ad Φ 362 haec habet: ὅτι οἶδεν ἔψησιν κρεῶν, χρωμένους δὲ τοὺς ἥρωας οὐ παρεισάγει.

Similia statuuntur de heroum coronarum, de myrrhae et suffimenti usu p. 9^e, 17^b, 18^{e f} (fr. 4 et 14). De coronis autem Aristonici haec sunt ad N 736: ἡ διπλῆ ὅτι στέφανον ἥρωικόν

αἴσῃ' τουτέστιν τιμῶμαι αὐτὸν ἐν ἧ μοίρᾳ αἱ γυναῖκες τὸν ἐγκέφαλον, quae ex eadem contextus corruptela restituta esse facile conicias. Apud Plutarchum igitur huius solutionis mera forma servata est, quam hac quoque parte et Plutarcho et Porphyrio communem fontem suppeditasse iure credes, corpus illud peripateticarum Homericarum solutionum supra iam p. 124. 132 memoratum (cf. Schrad. l. l. p. 426). Utut autem haec sunt, ut Antiphanis verbis suum acumen reddatur, huius solutionis putamus irrideri interpretes, qui quantum sudaverint in hoc explicando versu, nomina docent apud Porphyrium. Verba autem οὐδ' ἤψεν κρέα . . . ὅπτια δὲ καὶ τὰς κοιλίας, quam bene possunt pertinere ad Platonis, qui comico aequalis fuit, de re publ. III p. 404^{b c} haec: ὅτι Ὀμηρος τοὺς ἥρωας ἐστιᾷ . . . οὔτε ἐφ' θοῖς κρέασιν, ἀλλὰ μόνον ὀπτιοῖς κτλ.?

πρόσωπον ὠνόμαζε. οὐδέποτε δὲ χρωμένους εἰσήγαγε (inser. Lehrsius) διὰ τῶν γενομένων αὐτῶν. οὐ γὰρ οἱ τῆς Πηγελοπῆς μνηστῆρες οὐθ' οἱ Φαίακες οὐθ' οἱ ἐπὶ τῶν Θυσιῶν ἐστέφοντο. ἀλλ' ἴσως ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν ἐμπλοκὴν στεφάνης διὰ τὸ κυκλοτερές εἴρηται (cf. Friedlaender. ad loc. p. 225¹). De unguentis autem haec conferas Aristonici verba ad Ξ 172: ἡ διπλῆ ὅτι μύρον μὲν οὐκ ὀνομάζει, τεθυμιαμένον δὲ ἔλαιον τὸ μύρον λέγει, ὥστε εἰδέναι τὴν χρῆσιν, τὸ δὲ ὄνομα μή. λέγει δέ που 'ῥοδόεντι δὲ χρῆεν ἔλαιω' (ψ 186) καὶ 'κάλλει μὲν οἱ πρῶτα (sc. οἷω χρῆεται Ἀφροδίτῃ)' (σ 191) μύρον τι γένος ὀνοματοποιήσας. Similia sunt eiusdem verba ad ψ 186: ὅτι μὲν ὀνομασίαν ἀγνοεῖ, τὴν δὲ σκευασίαν οἶδε, et haec quoque huc pertinent ad σ 192: κάλλει] νῦν τὰ μύρα. V. (cf. Carnuth. ad loc.)²).

In c. 23 p. 13^{ef} (fr. 35 p. 114, 10—16) et l. V³) c. 20 p. 192^f (fr. 35 p. 114, 22—26) quae de poculorum honoribus dispu-

1) Eodem sunt referenda codicis Victoriani apud Bekk. ad A 700 haec: στέφανον δὲ ὅλος οὐκ οἶδεν ὁ ποιητής, οὐκ ἐν νίκῃ, οὐκ ἐν θυσιαις, οὐκ ἐν συμποσίῳ. cf. Lehrs. l. l. p. 198.

2) Plane huc quadrant, quae Athenaeus XV p. 688^{ed}, ubi fusius de myrrha disputavit, habet: ὁ δὲ Ὅμηρος τὴν μὲν χρῆσιν οἶδε τῶν μύρων, ἔλαια δὲ αὐτὰ καλεῖ μετ' ἐπιθέτον, 'ῥοδόεντι χρῆεν ἔλαιω' (ψ 186) καὶ ἀλλαχοῦ δὲ λέγει τι 'τεθυμιαμένον' (Ξ 172). Secuntur eadem exempla amplius enarrata. Ex Dioscuride vix possunt huc inserta esse. Pamphilo haec omnia deberi Schoenemannus contendit in diss. Bonn. 'de lexicogr. antiqu. qui rerum ordinem secuti sunt' 1886 p. 110 sqq. Certo principem originem ab Aristarcho ducunt.

3) Ut in l. V cc. 20 et de quo videbimus 19 ab ipso Athenaeo compositis Naucratica Dioscuridem compilavit, potuit etiam in cc. 1 et 2, quae eodem modo undique consarcinavit, antequam in cc. 3—18 Herodicum secutus continua oratione de Homericis convivio collato cum Platónico Xenophonteo Epicureo disputaret (cf. Schmidt. de Herodico Crateteo, Elbing. 1886. p. X sqq.). Quod eo facilius forte putaveris, si Aristarchea vestigia agnoveris in eis, quae de Bellerophonte et Lyciorum rege (Z 167 sqq.) enarrantur p. 185^c: διόπερ οὐδὲ πρότερον ἠρώτων, οἵτινες εἶεν ἀλλ' ἴσπερον, ὡς τὴν ξενίαν αὐτὴν τιμῶντες ἀλλ' οὐ τοὺς ἐν μέρει καὶ καθ' ἕκαστον ἡμῶν. Aristonici autem ad Z 176 sunt: ὅτι ἕθρος ἦν παρὰ τοῖς παλαιοῖς ξενίζειν πρότερον, εἶτα πυνθάνεσθαι τίνος ἕνεκεν παραγεγόνασιν οἱ ξένοι. Neque tamen haec observatio Aristarcho tam peculiaris

tantur, quos praestantioribus viris in conviviis tribuerint heroes, Aristarcheis niti observationibus Aristonici comprobatur scholio ad *A* 262, cuius parte altera supra (p. 129) usi sumus, hoc: ὅτι διὰ παντὸς αἱ τράπεζαι παρέκειντο καὶ πλήρη τὰ ποτήρια τοῖς ἐν τιμῇ ἔκειτο, τοῖς δὲ ἄλλοις πρὸς μέρος ἐνεχεῖτο. Inde ea quoque fluxisse quae de propinandi more secuntur et p. 13^f 14^a (fr. 35 p. 114, 17—115, 2) ¹⁾ et l. V p. 193^a (fr. 35 p. 114, 27—29) Aristonicus testatur ad *v* 25 et 57 his: ὅτι οἱ ἐστιώμενοι τοῖς ἐστιῶσι προπίνουσι παρὰ τῷ ποιητῇ, ὡς Ὀδυσσεὺς Ἀχιλλεῖ (*I* 224) καὶ Εὐμαίῳ ὁ αὐτός. Prorsus autem cum Athen. p. 193^a (fr. 35 p. 114, 27—29) haec congruunt Aristonici ad *I* 224: ἡ διπλῆ πρὸς τὸ ἔθος ὅτι πλήρη καὶ οὐ κενὰ προῦπνον ὀρέγοντες τὰ ποτήρια. Denique huc ea quoque pertinent, quae suo Marte in l. XI p. 498^c (fr. 35 p. 115, 3—9), ubi de voce σίφος disseritur, Athenaeus inseruit, ut Anacreonteum 'ἐξέπνον' explicaret, sed mala Fortuna.

Deinde Aristarchi rationem in c. 24 reddunt haec verba: καὶ παρὰ Μενελάω 'ἐμέλπετο θεῖος ἀοιδός' (δ 17), δύο δὲ κυβιστητῆρες μολπῆς ἐξάρχοντες ἐδίνεον. μολπῆς δὲ ἀντὶ τοῦ παιδιᾶς. Legebat Aristarchus ἐξάρχοντες (δ 19), in qua quidem re etiam Herodico Crateteo fides habenda erit apud Athenaeum V p. 180^d huius rei Alexandream grammaticum accusanti ²⁾: προσσυνῆψαν (sc. οἱ περὶ Ἀρίσταρχον) τοιοῦτους τινὰς στίχους (δ 15—19) μετενεγκόντες ἐκ τῆς Ὀπλοποιίας σὺν αὐτῷ γε τῷ περὶ τὴν λέξιν ἀμαρτήματι. οὐ γὰρ ἐξάρχοντες οἱ κυβιστητῆρες, ἀλλ' ἐξάρχοντος τοῦ ᾧδοῦ πάντως ὠρχοῦντο. τὸ γὰρ ἐξάρχειν τῆς φόρμιγγος ἴδιον. Quamquam Aristarcheae

videtur, quam quisvis ex lectione Homeri potuit cognoscere. Immo verba: τὸ δὲ πρὸς τοὺς ξένους συμπόσιον ὁ τῆς Ἀγκίας βασιλεὺς διδάσκει οἶον εἶναι δεῖ Herodicum videntur prodere, si huc contuleris: p. 177^c: ἐδίδαξε δ' Ὀμηρος, p. 179^b: ἃ δεῖ ποιεῖν ἡμᾶς διδάσκει πάλιν Ὀμηρος, p. 191^d: διδάσκει δ' ἡμᾶς Ὀμηρος, alia.

1) Eandem *δειδέχατο* formae etymologiam de porrecta dextra sumptam, quam Dioscurides exponit hoc loco, legimus in Ven. B ad *A* 4: *δειδέχατ'*] ἀπὸ τῆς δεξιᾶς ἢ μεταφορὰ κτλ., ut Aristonici hoc frustulum esse probabile videatur.

2) Cf. Schmidt. l. l. p. X.

doctrinae ille ignarum omnino se praebet. Nam Aristarchus *μολπή* vocem nusquam de cantu dictam esse voluit, sed semper de ludo, maxime saltationis lusu. Haec volunt verba: *μολπῆς δὲ ἀντὶ τοῦ παιδιᾶς* apud Athenaeum. Quibuscum ipsius Aristonici verba confer ad ζ 101: *πᾶσαν παιδιάν μολπὴν λέγων* et ad ipsum locum δ 19: *ὅτι οὐ τὴν ῥῶδὴν ἀλλὰ τὴν παιγνίαν* ¹⁾ *λέγει οὕτω* (sc. *μολπὴν*) *κτλ.* (cf. Friedlaend. ad Ariston. A 474. Lehrs. I. I. p. 138) ²⁾. Perversa igitur est Brunkii sententia (p. 30. 31), quod huius libelli auctor his verbis *μολπῆς δ' ἀντὶ τοῦ παιδιᾶς* impugnet, quae critici contra Aristarchi mendum disputaverint. Quem tractamus locus impugnatoris Aristarchi cuiusvis omnino rationem non habet, sed ea verba ipsius sunt Aristarchi.

Denique recte fortasse comparantur, quae de tibiaram commemoratione proferuntur apud Athen. in c. 28 p. 16^a (fr. 42) et Aristonici ad Σ 495 haec: *ὅτι ἐνθάδε μόνον καὶ ἐν τῇ Κ μέμνηται ἀνλῶν*, et ad K 13 haec: *ὅτι ἐνθάδε καὶ ἐπὶ τῆς Ὀπλοποιίας τῶν ἀνλῶν μέμνηται* (Σ 495). Huc usque Friedlaenderus scholion Aristonico tribuit. Quae apud Dindorfium in eodem scholio secuntur, hic non locum habent, sunt ex interiore margine partim sumpta (cf. Dind. adn.). Rei recte perspicendae Dindorfii obest editio. Tamen quibus cum Athenaeo simile aliquid intercedit, in ultimo scholio leguntur haec: *ἐσημειώσατο δὲ διὰ τοῦ ἤχου ὅτι παρὰ τοῖς βαρβάροις ἐγινώσκετο τὰ ὄργανα ταῦτα*. Magis etiam huc pertinent quae in Ven. B ad Σ 495 exstant ex versibus K 11sq. desumpta: *Φρὸξ ὁ ἀνλός . . . καὶ ὅτε γὰρ νικητῆροισι Τρωῆς, ἀνλοῦ*

1) Aptius legi putamus *παιδιάν* hoc quoque loco.

2) Paene sequitur ex hac lectione *μολπῆς ἐξάρχοντες* Aristarchum expunxisse — nimirum non delevisse — versum:

μετὰ δὲ σφιν ἐμέλετο θεῖος ἀοιδός

φορμύζων (δ 17)

ex *μέλεσθαι* verbi usu male hic adhibito. Quod nimirum Dioscuridem non impedivit, ne enarraret: *καὶ παρὰ Μενελάω ἐμέλετο θεῖος ἀοιδός*, quamquam in ceteris Aristarchum secutus. Alia in hac re a viris doctis multum tractata hic non curamus. cf. Ludwich. I. I. I. ad Σ 604 p. 439, ad δ 15 p. 536.

σιν, παρὰ δὲ Ἑλλησιν οὐδαμοῦ ἀλλός. Quae ex Aristarchea interpretatione frustula superesse facile tibi nunc persuadeas, praesertim cum hoc quoque tecum reputaveris, quod ad N 41 Aristarchus de Troianis dixit: ἐλάχιστε γὰρ Θορυβάδεις τοὺς Τρωῶς παρίστησιν, qua de re infra disputandum erit.

Longiores fuimus in hac tractanda re, ut taedium fortasse commotum sit. Sed intererat nostra ostendere in his Athenaei capitibus aliquo modo etiam integros nobis virescere Aristarcheorum commentariorum hortulos. Unde etiam de Aristarchi arte critica hic illic nos aliquid addiscere, quod nunc maiore fiducia possit contendī, iam vidimus. Ludwichius enim l. l. I p. 72 sq. Athenaeum non bonum de Aristarcho diorthota fideiussorem habuit. Sed non unum Athenaei iudicium est, quippe qui instar multorum auctorum exstet. In his quidem capitibus Dioscurides sat bonum se praestare videtur. Neque dubitamus quin in l. V capite 20 prorsus Aristarcho p. 193^b (fr. 32 p. 110, 23 — 111, 6) versuum α 139. 140, δ 55. 56 athetesis nunc iure Aristarcho adscribatur, quo digna videtur, quamquam huius rei nulla alia memoria aetatem perduravit.

Altero loco stoicorum certa vestigia in Dioscuridis his apud Athenaeum servatis frustulis nos detecturos esse promissimus, ut ab horum studiis illum non alienum fuisse appareat. Nimirum σωφροσύνη, ἀντάρχεια, εὐτέλεια, quarum in primis capitibus 15 et 16 non semel mentio fit, etiam in stoicorum virtutibus enumerantur. Quomodo autem εὐταξία Nestoris et Machaonis exemplo illustretur in c. 17, hoc quoque cum stoicis conspirat, de qua virtute (Chrysippus apud Stob. II p. 61, 7 W.: εὐταξίαν δὲ ἐπιστήμην τοῦ πότιε πρακτέον, καὶ τί μετὰ τί, καὶ καθόλου τῆς τάξεως τῶν πράξεων sive apud Andronicum Rhodium in libello qui fertur περὶ παθῶν p. 24, 8 Sch.: εὐταξία δὲ ἔμπειρία καταχωρισμοῦ πράξεων sive apud Cicero-nem (de offic. I 40, 112): sic definitur a stoicis, ut modestia (sc. εὐταξία) sit scientia rerum earum, quae agentur aut dicentur loco suo conlocandarum¹⁾.

1) Cf. Schuchardtium, 'Andron. Rhod. qui fertur libelli περὶ παθῶν pars altera de virtutibus et vitiis', Darmstadiac 1883 p. 45.

Ipsum vero stoeae alterum patrem adisse videtur Dioscurides in conscribendo libro Chrysippum, cuius nomen apud Athenaeum laudatur p. 18^b. Brunkius quidem (p. 9) ab ipso Athenaeo stoici mentionem iniectam esse putavit velut p. 9^o. Sed ibi aliter res sese habet. Quae illic laudantur Chrysippi: *καὶ τὸ παρὰ πολλοῖς λασταυροκάκαβον καλούμενον βρωῖμα, ὡς φησι Χρύσιππος* Suida auctore s. v. *λασταυροκάκαβος* pleniorum Athenaeum secuto ex libris sumpta sunt *περὶ καλοῦ καὶ ἡδονῆς* ¹⁾. Hos autem inter Athenaei fontes, quos ipse exscripserit, habendos esse contendimus, ac primum quidem, quod plerumque diligenter librorum numeri citantur, IV 137^f XIII 565^a quartus liber, III 89^d VIII 335^d 337^a IX 373^a XIV 616^{ab} quintus, VIII 335^e septimus laudatur liber. Deinde quae ex quarto libro (XIII 565^a) de barbarum rasurae historia enarrantur, amplioris ambitus sunt, quam ut intercedenti alicui auctori debeantur. Quae tanti spatii quasi excusandi causa his indicuntur: *οὐκ ἀκαίρως δὲ, ὡς ἑμαυτὸν πείθω, μεμνήσομαι τῆς λέξεως*, donec tandem leguntur: *καὶ ταῦτα μὲν ὁ Θανμάσιος εἶρηκε Χρύσιππος*. Tum facile perspicitur ipsum Athenaeum ex primario fonte XI 373^a parentheseos loco hacc suo Marte intulisse de genere vocis *ὄρνεις: καὶ Χρύσιππος δὲ ὁ φιλόσοφος ἐν τῷ πέμπτῳ περὶ τοῦ καλοῦ καὶ τῆς ἡδονῆς γράφει οὕτως 'καθάπερ τινὲς τὰς λευκὰς ὄρνιθας τῶν μελαινῶν ἡδίους εἶναι μᾶλλον'*. Denique fere integra ex his libris videntur l. VIII capita 13 usque ad 16 hausta esse, quae de voluptate sunt, ipsa cum testimoniorum larga copia, quantum quidem temporum ratio admittit, quae bene videntur Chrysippi indolem reddere citandi studiosissimi ²⁾.

Alia contra est ratio Chrysippeorum verborum p. 18^b (fr. 9). Quae non tam facile possunt seiungi quam Brunkio (p. 9) visum est: *ἐπετήδενον γὰρ τὴν αὐτοδιακονίαν καὶ ἐκαλλωπίζοντο, φησὶ Χρύσιππος, τῇ ἐν τούτοις εὐστροφίᾳ*. Nam omnino non

1) Integrum titulum Laertii catalogus praebet (VII 7, 202): *περὶ τοῦ καλοῦ καὶ τῆς ἡδονῆς πρὸς Ἀριστοκρέοντα ι'*.

2) Cf. Laert. Diog. VII 7, 180. 181. X 1, 27. Galen. de Hipp. dogm. III 4 p. 314 sqq. K. Vide Zellerum 'hist. philos. Gr.' III 1³ p. 42.

licet separare Ulixis exemplum quod sequitur, qui o 321 sqq. re vera de se gloriatur:

δρηστοσύνη οὐκ ἄν μοι ἐρίσειε βροτὸς ἄλλος
 πῦρ τ' εὖ νηῆσαι διὰ τε ξύλα δανὰ κεάσσαι
 δαιτρεῦσαι τε καὶ ὀπιτῆσαι καὶ οἶνοχοῆσαι
 οἷά τε τοῖς ἀγαθοῖσι παραδρῶωσι χέρηες,

ex quibus versibus ut persaepe apud Athenaeum epitomatorum culpa frustula tantum restare elucet. Tum plura essent remota. Fuisse tamen apud Dioscuridem haec exempla Chrysippeae *ἀντοδιακονίας* rectissime Brunkius animadvertit (p. 10), quod his ex more nostri de quo disputavimus quasi respondent verba quae praeierunt p. 17^b: *πολυτελείς δ' αὐτοῖς καὶ οἱ διακονούμενοι*. Nimirum verba p. 18^a: *ἐς τὸ πρέπον δὲ Ὀμηρος ἀφορῶν τοὺς ἥρωας οὐ παρήγαγεν ἄλλο τι δαιτυμένους ἢ κρέα* ab ipso Athenaeo consarcinata videntur collatis capitibus l. I 15. 45. 46. Nova inducuntur his: *καὶ ταῦτα ἑαυτοῖς σκευάζοντας*, ut hinc Chrysippi doctrinam incipere merito putemus. Bona fortuna eadem Ulixis Achillis exempla integriore forma servavit Aelianus in var. hist. VII 5 (fr. 9 p. 94, 19 sqq.) quibus Laertae quoque additur, quem sua manu hortum colentem deprehenderit filius. Iure his integrum Athenaeum, antequam grammatici huius opes discerpserint, ab Aeliano nobis reddi censebimus. Quamquam si communem fontem haec et Athenaeo et Aeliano suppeditasse males, sive fuit Dioscurides, sive ipse Chrysippus, non possumus refragari, quoad in has quidem res accuratius aliquis inquisierit de integro Athenaeo curis Kaibellii nunc edoctus.

Dio quoque Chrysostomus rhetor in oratione LXXI, quae *περὶ φιλοσόφου* habita est, hanc Chrysippeam rationem de Ulixis persona persecutus est. In qua oratione disputavit rhetor contra stoicorum illud placitum: *δεῖν πάντα ἐν πᾶσιν εἶναι περιττὸν τὸν φιλόσοφον*, cuius generis fuisse Hippiam et Ulixem Homericum. Quae de Ulixie omnigena eloquentia erudito enarrantur, redire ad Antisthenis interpretationem vocabuli *πολύτροπος* Ernestus Weber 'de Dione Chrysostomo cynicorum sectatore' ('stud. Lips.' X p. 228) comprobavit (cf. Duemm-

leri Antisthenica p. 23). Huc pertinent, quibus Ulixes, ut cum Chrysippo apud Horatium loquamur, tanquam vere 'sapiens operis sic optimus omnis sit opifex'. Sunt Dionis haec p. 378 R II: *σχεδὸν δὲ καὶ Ὀμηρὸς Ὀδυσσεὰ πεποίηκεν οὐ μόνον γνώμῃ διαφέροντα . . . ἀλλὰ καὶ τῶν τοιούτων ἀπάντων ἔμπειρον, τεκτονικῆς καὶ οἰκοδομίας καὶ ναυπηγικῆς. πῶς γὰρ ἂν τὸ λέχος ἐποίησεν ἀποκόψας τὸν τῆς ἐλάας θάλλον, εἰ μὴ τεκτονικῆς ἐπιστήμων ἦν;* Quae pertinent ad lectum genialem ab ipso Ulixee aedificatum (ψ 181 sqq.). *πῶς δ' ἂν περιέβαλε τὸν θάλαμον, εἰ μὴ καὶ οἰκοδομηῆσαι ἠπίστατο* (ψ 192—194); *πῶς δ' ἂν εἰργάσατο τὴν σχεδίαν οὐκ ὢν ἔμπειρος ναυπηγίας* (ε 234 sqq.); Quibuscum Aeliani conferas v. h. VII 5: *καὶ τὴν σχεδίαν οὐ δεηθεὶς ναυπηγῶν . . . εἰργάσατο.* Dein Dio: *τὰ δὲ περὶ φρτυίαν καὶ γεωργίαν εὐθύς ἐκ παίδων ἔσπουδακῶς φαίνεται, παρὰ τοῦ πατρὸς δένδρα αἰτῶν καὶ ἀμπέλους* (ω 336 sqq.). *ἄλλως τε καὶ τοῦ πατρὸς γεωργοῦ ὄντος πάνυ ἐπιμελοῦς τε καὶ ἔμπειρον εἶκος ἦν αὐτὸν ταῦτα μὴ ἀγνοεῖν* (cf. Laertae exemplum apud Aelianum), *ὅπου γε καὶ προκαλεῖται τὸν Εὐρύμαχον καὶ ἀμῆσαι καὶ ἀρόσαι* (σ 365 sqq.). Denique cum Athenaeo et Aeliano conspirant haec: *ἀλλὰ φησι καὶ τῶν τοιούτων ἔμπειρος εἶναι, μαγειρικῆς τε καὶ οἰνοχοίας καὶ τῆς ἄλλης ἀπάσης διακονίας, ἃ φησι τοὺς χείρονας τοῖς ἀγαθοῖς διακονεῖσθαι* (ο 324).

Ne Aristarchum quidem haec Chrysippea interpretandi ratio effugit, cum apud Aristonicum ad Γ 261 haec legantur: *ἢ διπλῆ ὅτι δύο ἐπεδέχοντο οἱ δίφροι. διὸ νῦν Πρίαμος ἠμιοχεῖ παραιβατοῦντος τοῦ Ἀντήγορος. καὶ ὅτι οἱ ἥρωες πάντες ἔμπειροι καὶ αὐτουργοί, διὸ καὶ Ὀδυσσεὺς ναυπηγεῖ* (ε 234 sqq.), *καὶ κυβερνᾷ* (κ 32). Haec autem de Ulixis αὐτοδιακονίᾳ sive αὐτουργίᾳ doctrina, ut his ipsis verbis utamur, qui stoicis omnium virtutum fuit exemplum¹⁾, quasi comprehenditur scholio quodam ad Θ 93 Ven. A adnotatum, ut *πολυμήχανος* cur appellatus esset Ulixes illustraretur. Quo in scholio duplici forma servato, quarum alteram Ven. B quoque exhibet, Ulixem se-

1) Cf. Zellerum 'hist. philos. Gr.' III 1³ p. 335.

decim artium — si omnes computaveris, decem et octo enumerare poteris — peritum se praestare demonstratur. Neque desunt illae, de quibus apud Athenaeum Chrysippo auctore, Aelianum, Dionem, Aristarchum legitur. Quod scholion si non ad ipsum Chrysippum referendum esse putabis, tamen ex huius interpretandi more prodiisse facile concedes.

Deinde autem stoicorum sapientiae vestigia reperire nobis videmur in eis, quae de Circe et Ulixis sociis narrantur p. 10^e (fr. 25 p. 105, 12—15). In quibus breviter contractis ex ipsius Homeri narratione mere ficta et fabulosa non facile intelliguntur verba: *ταῖς ἡδοναῖς ἐπακολουθήσαντας*. Quae ut recte explicentur, Heraclitum prodire iubemus in allegor. Homer. c. 72 haec docentem: *ὁ δὲ Κίρκης κυκεὼν ἡδονῆς ἐστὶν ἀγγεῖον, ὃ πίνοντες οἱ ἀκόλαστοι διὰ τῆς ἐφημέρου πλησμονῆς συῶν ἀθλιώτερον βίον ζῶσιν. διὰ τοῦτο οἱ μὲν Ὀδυσσεύς ἐταῖροι χορὸς ὄντες ἡλίθιος ἤτηται τῆς γαστριμαργίας. ἡ δὲ Ὀδυσσεύς φρόνησις ἐνίκησε τὴν παρὰ Κίρκῃ τρυφήν. ἀμέλει τὸ πρῶτον ἐκ τῆς νεῶς ἀνιόντι καὶ πλησίον ὄντι τοῖς προθύροις Ἐρμῆς ἐφίσταται, τοῦτέστιν ὁ ἔμφρων λόγος. ὑφιστάμεθα γοῦν ἐτύμως αὐτὸν Ἐρμῆν λέγεσθαι παντὸς τοῦ νοουμένου κατὰ ψυχὴν ἐρμηνεῖα τινὰ ὄντα.* Ne quae ultimo quidem loco de Mercurio allegorica ratione exponuntur, Dioscuridi ignota fuisse nobis ex his recte colligere videmur, quae apud Athenaeum p. 16^b de *ἐρμηνεῖα* leguntur (fr. 45), praesertim cum haec quoque Heracliti l. l. comparaveris: *γλῶττα δ' αὐτῷ θυσία, τὸ μόνον λόγον μέρος, καὶ τελευταίῳ ἐπὶ κοίτην ἰόντες Ἐρμῆ σπένδουσιν, ἐπεὶ πάσης φωνῆς ἐστὶν ὄρθς ὕπνος.*

Eadem autem doctrina apud Porphyrium legitur in cod. Ambros. E ad γ 332, cui scholion praeter formae indolem vel inde vindicatur, quod ipsius nomen in scholii exitu citatur, ad versum *τάμνετε μὲν γλώσσας] τετραχῶς λέγεται. τὰς γλώσσας γὰρ τῷ Ἐρμῆ ἀνετίθουν ὡς ἐφόρῳ τοῦ λόγου. καὶ ὅτε ἔμελλον κοιμηθῆναι, ἔθνον γλώσσας δεικνύντες ὅτι τῆς ἡμέρας παρελθούσης οὐ χρῆ ἔτι λαλεῖν, ἀλλὰ καιρὸν ποιεῖσθαι ὕπνον μετὰ τὸ δειπνήσαι τὴν νύκτα,* uberius fere quam apud Heraclitum fuit. Huc autem referendum est scholion ad γ 341,

ἐξήτησαν διὰ τί τοῖς θεοῖς ἀπένεμον τὰς γλώσσας, ex quo ad nostram rem spectant: οἱ δὲ ὅτι δεῖ παύειν αὐτὴν (sc. τὴν γλῶσσαν) εἰς κοίτην ἰόντας. Ὅθεν καὶ τῷ Ἑρμῇ πνύματι σπένδεσκον (η 138). Eodem pertinent frustula ad η 138: διὰ τὴν μνεῖαν ἔχειν λόγον τὸν κοιμώμενον. ἢ ὅτι ὕπνου παρεκτιζὸς ὁ θεός. E.¹) Mirum autem illud est in hac re, quod inter sese confusi sunt Odysseae duo loci η 137. 138 et γ 332. 341. Nam illic in sacrificio Mercurio apud Phaeaces parato nihil legitur de linguis immolandis, ubi autem linguae commemorantur γ 332. 341, immo ut Neptuno sacrificium fiat, monet Minerva.

Heracliti autem et Porphyrii his in rebus consensus nos remittit ad communem quendam fontem, quem his quidem rebus non attactis Schraderus l. l. p. 393—406 detexit. Stoicarum illud corpus allegoriarum est, quod Vitruvio aliquis vetustior condidit, ex quo thesauro Heracleo grammaticus (unde Probus et Sextus Empiricus) et Heraclitus materiam delibarunt et enchiridio quodam breviato intercedente Stobaeus et Plutarchus personatus libelli de vita et poesi Homeri scriptor. Cuius memoriam Dielsius excitavit (de doxograph. Graec. p. 88 sqq.). Quod etiam Athenagoram, Minucium Felicem, alios in suum usum vocasse Neumannus monuit 'Gött. gel. Anz.' 1884 p. 360. Sed Porphyrium quoque in componendis quaestionibus Home-ricis compilatorem fuisse Schraderus comprobavit l. l.²)

1) Unde Porphyrii reliquiae videntur esse etiam scholia ad κ 277 de vocibus [Ἑρμείας χρυσόορατις] . . . ὅτι ὁ λόγος θεός κτλ., ad κ 305: . . . τὸ μῶλυ, τοῦτό φησι τὸν ἄλειον λόγον, ὅφ' οὗ βοηθούμενος οὐδὲν παθεῖν ἐδύνατο, ad ο 319: ἐπειδὴ τὸν Ἑρμῆν τοῦ λόγον λέγουσιν ἔφορον κτλ., alia.

2) Ex hoc stoicarum allegoriarum corpore derivatum esse videtur etiam scholion ad Apollon. Rhodii A 517, eadem doctrina repletum: ὅτι ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς κρατῆρα κινεῖν, ὅτε μέλλοιεν καθεῦδειν, καὶ τὰς γλώσσας τῶν ἱερείων ἐπιθύνειν τῷ Ἑρμῇ καὶ ἐπισπένδειν οἶνον. καὶ ἴσως φυσικῶς. ἐπεὶ γὰρ Ἑρμῆς λόγος εἶναι παραδέδοται, ὄργανον δὲ αὐτοῦ ἡ γλῶσσα, ἥτις ὕπνου ἐπιπεσόντος ἡρεμεῖ, εἰκότως τῷ Ἑρμῇ αὐτὴν θύουσιν. καὶ Ὅμηρος 'γλώσσας δ' ἐν πρὸ βάλλον'. Nam etiam in aliis Apollonii scholiis eundem fontem adhibitum esse potest demonstrari, ut Heilbutius in mus. Rhenan. vol. XXXIX p. 158 eam memoriam quae apud Dielsium p. 91 composita est iterari docuit in schol. Apollon. ad A 498.

Quae autem de Circe narrantur apud Heraclitum, leviter tanguntur apud Athenaeum, eadem ampliore ratione persecutus est etiam Porphyrius apud Stobaeum in eclogis (I 41, 60 G. p. 445 W.), itemque Pseudo-Plutarchus in c. 126 talia protulit, ut iam Dielsius l. l. p. 98 utrique in hac quoque exponenda re allego-riarum librum patuisse merito contenderit, variare tamen illos excerptendo. Plane vero ex stoicorum ratione illud quoque de Ulixē dictum esse (Athen. p. 10^f): διὸ καὶ ἀπαθῆς γίνεται eo facilius putabis, si tecum reputaveris stoicorum ἀπάθειαν et ex. gr. Laertii Diogenis illud: φασὶ δὲ καὶ ἀπαθῆ εἶναι τὸν σοφόν¹⁾. Maxime cum his concinunt, quae Plutarchus personatus l. l. exhibet: Ὁ δὲ ἔμφορον ἀνὴρ, αὐτὸς ὁ Ὀδυσσεύς, οὐκ ἔπαθε τὴν τοιαύτην μεταβολήν, παρὰ τοῦ Ἑρμοῦ, τουτέστι τοῦ λόγου, τὸ ἀπαθῆς λαβών.

Ex quo autem stoico auctore allego-riarum ille conditor suam de Circe et Mercurio doctrinam deprompserit, eundem Dioscuridi suppeditasse statuendum erit. Quem Chrysippum esse iure conicias, cum hunc Dioscuridem adisse supra viderimus. Inde etiam Dio Chrysostomus hanc de Circe explicationem petiisse videtur, qui fusius eam persequitur in orat. VIII p. 283 et 284 R et in or. LXXVIII p. 427 R II. Ubi Ulixidis socii his praedicantur: δύστηνοι ἀνθρώποι καὶ ἀνόητοι, διεφθαρμένοι διὰ τροφὴν καὶ ἀργίαν²⁾. Quam interpretationem Horatium quoque amplexum esse iudicamus in epistula ad Lollium in-eunte (I 2, 1 sqq.). Nam quibus exemplis illustrat melius docere Homerum, quid turpe, quid utile sit, philosophis, illa non tam ab ipso videntur ficta esse in 'relegendis' carminibus, quam Graecos sapiunt interpretes et philosophos atque eos stoicos³⁾. De Circe autem haec sunt (v. 23 sqq.):

1) Cf. Zellerum 'hist. philos. Gr.' III 1³ p. 234.

2) Vide eodem modo in Procopii epistula ad Orionem 117 (p. 579, 36 Herch.) Ulixem Circae et Sirenibus quasi ἡθοναῖς obluctari et propria virtute et μῶλον herba, i. e. λόγῳ, quam Mercurius donaverit, quae eidem stoicorum doctrinae originem debent.

3) Plane eadem atque Horatius Homerum docentem inducit Plu-tarchus person. l. l. c. 163: . . . ἐν τε τῇ Ἰλιάδι . . . ὅτι μέλλει λέγειν ὅσα διὰ τὴν Ἀχιλλέως ὀργὴν καὶ τὴν Ἀγαμέμνονος ὕβριν κακὰ τοῖς Ἕλλησιν

Sirenum voces et Circae pocula nosti:

Quae si cum sociis stultus cupidusque bibisset,
Sub domina meretrice fuisset turpis et excors,
Vixisset canis immundus vel amica luto sus.

Illud 'stultus' bene explicabimus verbis Heracliteis: οἱ μὲν Ὀδυσσέως ἑταῖροι χορὸς ὄντες ἡλίθιος, Dioneis: ἄνθρωποι ἀνόητοι, Pseudo-Plutarcheis: ἄφρονες ἄνθρωποι, illud 'cupidus' Athenaei verbis: ταῖς ἡδοναῖς ἐπακολουθήσαντες. Circe autem 'domina meretrix' ἡδονῆς explicationem sat clare demonstrat.

Tertio loco peripatetica scrinia diripuisse Dioscuridem in conscribendo libello ut comprobemus in animo est. Quod lucrum ut faciamus, Dioscuridea apud Athenaeum l. I capita 17 et 18 subveniunt, in quibus de vini apud Homerum usu accuratius agitur. Plura in c. 17 conspirare cum Porphyrii quaestionibus Homericis ad A 623 et Z 265 servatis Schraderus animadvertit l. l. p. 375, ut Dioscuridis opus — nimirum Isocrateum eum habuit — inter eos libros esse censeret, quos Porphyrius in componendis quaestionibus adhibuisset (p. 376). Alia autem quae in his capitibus narrantur etiam proferri in Plutarchi quaestionum convivalium problemate l. V quarto nos subinde demonstrabimus. In quo quaestio quaedam agitur nota ex Aristotelis arte poetica (c. 25), quid sibi velint Achilles verba (I 203) ζῶροτέρου κέραιε', quibus Patroclum merum infundere iubeat. Duae enim solutiones iam Aristotelis temporibus circumferebantur: καὶ τὸ ζῶροτέρου δὲ κέραιε' οὐ τὸ ἄκρατον, ὡς οἰνόφλυξιν, ἀλλὰ τὸ θᾶπτον. Hanc autem quaestionem Porphyrius quoque tractavit ad I 203, quem una cum Plutarcho eodem fonte usum esse Schraderus l. l. p. 373. 421 sqq. comprobavit, peripatetico illo solutionum corpore, quod compluries commemoravimus. Neque licet de hac quidem re dubitare.

συνέβη (cf. Horat. l. l. v. 6—16), καὶ ἐν τῇ Ὀδυσσεύει, ὅσοις πόνοις καὶ κινδύνοις περιπεσῶν ὁ Ὀδυσσεὺς πάντων τῇ τῆς ψυχῆς συνέσει καὶ καρτερῆι περιεγένετο (cf. v. 17—26). cf. Porphyronis verba ad loc.: 'In Iliade enim ostendit vitia hominum, in Odyssea per Ulixis personam virtutes demonstrat.'

Priusquam autem ad ipsam hanc rem efficiendam aggredimur, aliud quid absolvere necesse est. Nam Athenaeus quoque in l. X p. 423^d, cum Ulpianus dipnosophista puerum admonuisset: *ἐμοὶ οὖν ᾧ καὶ ζωρότερον κέραιρε*, ampliorem disputationem de ζωρότερον significatione inseruit, et solutionum ordine et ipsis enarrationis verbis Plutarcheae plane similem, auctam tamen quattuor comicorum testimoniis et Theophrastei libri περὶ μέθης quodam loco. Excerpsit Athenaeus, id quod Schraderus l. l. p. 375 adn. 1 rectissime vidit, Plutarcheum problema, cuius quaestiones convivales fuerunt in exemplis illius (II 52^d Plutarcho laudato alludit ad quaest. conv. I 6 IV), cuius memoriam in mente habuit, cum inter dipnosophistas Plutarchum grammaticum induceret (cf. Kaibellii praef. ad vol. I p. VI). Neque uno verbo opus esset, nisi Brunkius (p. 3 adn. 7) ob Theophrasti testimonium Athenaei et Plutarchi locos ad eundem fontem referendos esse censuisset. Quae res a Plutarchi in auctoribus adhibendis ratione, quantum quidem ad hos libros pertinet, plane esset aliena. Neque enim tantopere ad verbum exscribere solet fontes suos philosophus Chaeconeensis. Sed in propatulo res est. Comicorum testimonia nimirum Athenaeus suo Marte addidit, sive ex lexicis sibi suppetentibus deprompsit, sive comicorum lectioni debuit (cf. VIII 335^d). Iam vide compilantem Athenaeum. Nicerati apud Plutarchum sententiam ad verbum exscripsit, nisi quod nominis loco *τινὲς δέ* substituit. Quod autem Plutarchi *ὁ δὴ καὶ λόγον ἔχειν* immutavit in *γὰρ.....ἄτοπον* ex iudicii licentia factum est, nisi potius cum Schweighaeusero *οὐκ* excidisse mavis. Subinde enim apud Plutarchum legitur *οὐκ ἄτοπον*. Male vero excerpsit Sosiiclis opinionem, quod Empedocle auctore ζωρός idem esset atque *εὐκρατος*, comparativum autem stare positivi loco velut *δεξιτερὸν* pro *δεξιόν*, *θηλύτερον* pro *θηλυ*. Quibus apud Athenaeum respondent haec: *ἄλλοι δὲ τὸ εὐκρατον ἄσπερ τὸ δεξιτερὸν ἀντὶ τοῦ δεξιού*, quae sic fere non intelleguntur, nisi forte grammaticus ille epitomator sexti septimive saeculi integrum Athenaeum contraxit. Denique si Antipatri sententiam cum Athenaeo comparaveris, apud hunc super-

esse invenies τὸ ζα ὅτι μέγεθος ἢ πλήθος σημαίνει, quod verbum nisi apud Plutarchum in memoria tam lacunosa excidisse putabis, Athenaeum ipsum adiunxisse facile credes. Quare feliciter gesta Athenaeus Plutarchum de manibus posuit. Etiam Diphili versus adscripsit ratione non habita, quod ἐνζωρότερον ibi nulli responderet earum significationum quas modo protulerat. In somniando Theophrasti quoque testimonium adglutinavit cum versibus Empedoclis, quod eandem explicationem iam ex Plutarcho adposuisset, plane securus. Unde tamen Theophrasti locum, cuius περὶ μέθης liber in dipnosophistarum l. X et XI compluries obviam fit, Athenaeus sumpserit, fere certo licet autumare. Loco illum subsequenti (X p. 424^{ef}) quae Theophrastus narravit, Hieronymus Rhodius recepit καὶ οὗτος ἐν τῷ περὶ μέθης¹⁾, quem non ipsum in manibus Athenaeum habuisse ex l. XIII p. 556^b conclusit Bappius (*Beiträge zur Quellenkritik des Athenäus* in commentat. Ribbeck. p. 260), immo Seleuco grammatico Homericō Tiberii convivae deberi hanc quidem partem merito comprobare studuit (p. 265). Huius enim περὶ ἀρχαίων συμποσίων opes Athenaeum in primo et decimo potissimum libro itemque in quarto et undecimo compilasse, sive ἐν συμμίκτοις sive alicubi in illius libris fuissent compositae. Quamquam quomodo certiores fines Seleuco apud Athenaeum possint adscribi, aliis demonstrandum reliquit. Ex eiusdem ratione apparet Theophrasti de ἀκρατοποσίᾳ verba (p. 427^d) cum Chamaeleontis ἐν τῷ περὶ μέθης enarrationibus (p. 427^{b c}) ad Seleucum, inde ad Athenaeum pervenisse. Eadem fuit via testimonii p. 429^b (cf. Bapp. p. 261 l. l.), eadem l. XI p. 463^c et 465^b, si Bappii (p. 263) coniectura de capite quarto (p. 460^f) et Chamaeleontis περὶ μέθης testimonio recte se habet, id quod nobis videtur. Nam haec quoque capita περὶ ἀρχαίων συμποσίων sunt. Eodem pertinet l. XI c. 18: ἔθος

1) De his περὶ μέθης peripateticorum litteris Aristotelis, Theophrasti, Hieronymi Rhodii, Chamaeleontis et quae inter singulos intercedat ratio, cf. Rosium in *Aristot. pseudepigr.* p. 116 et uberius disputantem Koepkium *de Chamaeleonte peripatetico* (1856) p. 39 sq., de Aristotelis et Theophrasti libris his Zellerum *hist. philos. Gr.* II 2³ p. 103 adn. 1.

δ' ἦν πρότερον ἐν τῷ ποτηρίῳ ὕδωρ ἐμβάλλεσθαι κτλ. laudato Theophrasto quamvis titulo περι μέθης omissō, qui locus bene coniungitur cum l. X p. 427^d.¹⁾ Uno autem loco (XI p. 497^e) sub lem̄mate ἐντόν Theophrasti verba ex lexicographo quodam Athenaeo videntur innotuisse, quem Pamphilum esse ex Schoenemanni l. l. ratione facile credes, certis causis adhuc comprobari nequit. Quibus expositis non dubitamus, quin eo de quo agimus loco p. 423^f Athenaeus Theophrasti testimonium cum Empedoclis versibus ex Seleuco Plutarcheae disputationi adnexuerit. Hoc quoque pro certo fere licet statuere fuisse Theophrasteam explicationem Empedoclis versibus nixam etiam in corpore illo peripatetico, unde eam Plutarchus in suas res deduxit (l. l. V 4 I 3), velut continebatur illud Aristotelis: esse ζωρότερον idem atque θᾶπτον, quod et Plutarchus (l. l. V 4 II 1) et Porphyrius (ad I 203) in suum usum vocaverunt.

Sed Dioscurideum cum hoc Plutarchi problemate conspirat fr. 22 apud Athen. I p. 10^c. Quae verba primum quidem, quo loco nunc leguntur, vix possunt fuisse apud integrum Athenaeum, nequaquam apud Dioscuridem. Sic enim plane seiunguntur verba: ἴσως οὖν οὐκ ἐγίνωσκεν κτλ., quibus ad Nestoris et Machaonis exemplum ineunte capite tractatum revertitur auctor. Nam quae de Hectore et Hecuba narrantur, huic exemplo inserta fuisse etiam nunc cognoscimus. Commissurae enim instar sunt verba: καίτοι ἀλλαχοῦ λέγων τὸν οἶνον ἐκλύειν τὴν ἰσχὺν καὶ ἀπογνιῶν et Hectoris ad Hecubam versus (Z 265):

Μὴ μ' ἀπογνιώσης, μένεος δ' ἀλκῆς τε λάθωμαι.

Multa autem in transponendis singulis enuntiatis peccasse Athenaei epitomatores Kaibelius larga exemplorum copia demonstravit in Herm. vol. XXII p. 328 adn. 1, id quod hoc quoque loco eum commisisse non negabis. Videntur autem haec verba apud Dioscuridem fuisse in fronte totius de vini apud Homerum usu disputationis, quo loco apud Pseudo-Plutarchum l. l. c. 206 leguntur (fr. 22 p. 102, 24 sqq.). Quod autem varia no-

1) Alii etiam, quos hoc capite Athenaeus laudat auctores, in Seleuceis partibus citati erant: Xenophanes p. 462^c l. XI, Anacreon p. 427^{a b d} 429^b. 430^d l. X, Hesiodus p. 428^b l. X.

verit Homerus miscendi vini genera et suam Achilles habuerit mixtionem, in Plutarchi problematis ea parte insunt, in qua ipse Plutarchus suam enarrat solutionem. Ut enim Achillem contra Zoili crimen defendat, Phoenicem, Ulixem tamquam seniores meraciore vino gaudere Pelidem bene scientem fuisse profert. Dein haec leguntur: *ἔπειτα Χείρωνος ἂν μαθητῆς καὶ τῆς περὶ τὸ σῶμα διαίτης οὐκ ἄπειρος ἐλογίζετο δῆπουθεν, ὅτι τοῖς ἀργοῦσι καὶ σχολάζουσι παρὰ τὸ εἰωθὸς σώμασιν ἀνειμένη καὶ μαλακωτέρα κρᾶσις ἀρμόζει.* Tum ob medicinae artem praedicatur Achilles et bibendi temperantiam. Unde haec quoque explicantur: *Λοιδορούμενος δὲ τῷ Ἀγαμέμνονι πρῶτον αὐτὸν οἶνοβαρῆ προσείρηκεν (A 225) ὡς μάλιστα τῶν νοσημάτων τὴν οἶνοφλυγίαν προβαλλόμενος.* Dioscuridis autem de temulentia disputantis apud Athen. p. 11^b haec sunt: *καὶ ὁ Ἀχιλλεὺς δ' ὄνειδίζων τῷ Ἀγαμέμνονι φησιν (A 225)· 'οἶνοβαρές, κυνὸς ὄμματ' ἔχων'.* Denique in Plutarcheae quaestionis exitu Achillis *συνήθην κρᾶσιν* componas cum Athenaei *καθημερινῇ*. Ergo in sua ipsius quidem solutione enarranda Plutarchus Dioscuridem secutus videtur esse, cuius opus ei suppetiisse convivales quaestiones conscribenti Schraderus evicit l. l. p. 373 sqq. Sed eandem quamvis curtatam Porphyrius servavit (ad I 203): *οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ ἔθους (sc. λύουσιν). . . ἢ ἴσως ὡς μουσικὸς καὶ ἰδαρέστερον πίνων, ἀφ' ὧν ὄνειδίξει καὶ οἶνοφλυγίαν Ἀγαμέμνονι.* Quam ob rem etiam in corpore illo peripatetico fuisse videtur, quod et Plutarcho et Porphyrio patebat. Quae coniectura duabus causis nobis confirmari videtur. Primum quidem peripatetici illi solutores id agebant, ut heroum dicta et facta contra Platonis potissimum et Zōili opprobria defenderent (cf. Schrader. l. l. p. 424). Zoilum illud *ζωρότερον κέραιρε* Achilli crimini obvertisse Plutarchus docet, Plato autem de re publ. III p. 390^a vituperaverat Achillis verba: *οἶνοβαρές, κυνὸς ὄμματ' ἔχων.*¹⁾ Dein Plutarchus et Porphyrius conspirant in ipsa voce *οἶνο-*

1) Quem versum multifarie etiam defendisse solutores vide apud Porphyrium ad A 225, quas res ex eodem peripateticorum opere collectaneo produisse Schraderus opinatur l. l. p. 426.

φλυγιά', quae ad Aristotelis illud nos remittit (de arte poetica c. 25): οὐ τὸ ἄκρατον ὡς οἰνόφλυξιν' ἀλλὰ τὸ θᾶπτον, quam solutionem illud corpus continuisse ex Plutarchi et Porphyrii consensu constat. Quae cum ita sint, his rebus exponendis et Dioscuridi et Plutarcho et Porphyrio eundem praesto fuisse fontem elucet. Ergo Dioscurides quoque copias illas peripateticorum solutorum novit et suae materiae adhibuit.

Qua re comprobata ad quaestionem eam delabimur, utrum Porphyrius omnino in quaestionibus Homericis componendis Dioscuridis περὶ τῶν παρ' Ὀμήρω νόμων librum adhibuerit, id quod ex Schraderi observationibus (l. l. p. 374 sqq.) constare videbatur, an ex eodem fonte peripateticarum illarum solutionum et Dioscuridi et Porphyrio suppeditata sint, quae similia uterque exhibet. Quamquam autem et Dioscuridis¹⁾ et Porphyrii libris contractis tantum utimur, tamen certum iudicium fieri potest. Quae adhuc Schraderus ex Dioscuridis opere in Porphyrii quaestiones transiisse putabat, ad Athenaei ipsum illud caput 17 spectant de vini apud Homerum usu et ad sententiam quandam de cenis heroum apud Athenaeum c. 19 exeunte et apud Porphyrium ad Θ 53 explanatam. Quae de Hectore et Hecuba apud Athenaeum leguntur p. 10^c: καὶ ἡ μὲν ἀπερισπαστως ἐπαινεῖ τὸν οἶνον, ὃ δὲ μετὰ ἄσθματος ἤγων ἀπωθεῖται, apud Porphyrium ad Z 265 in quaestionis breviori forma (p. 101, 23 Schr.) his respondent: ἡ ὅτι μετέωρον ἔχει τὸ πνεῦμα ὡς δρομαῖος ἐλθὼν, σπεύδει δὲ καὶ ἀπελθεῖν δρομαῖος. Quae autem apud Athenaeum sunt: καὶ ἡ μὲν ἀξιολὴ σπείσαντα πιεῖν, ὃ δὲ καθημαγμένος ἀσεβὲς ἤγειται, apud Porphyrium in ampliori quaestionis forma (p. 101, 5 sqq. Schr.) ea solutione continentur, qua 'καθ' ὑπερβατόν' versus Z 265 post 268 transponitur. Quas res tam ample apud Dioscuridem narratas fuisse, ut hinc Porphyrius eas potuerit in suum usum convertere, praesertim cum hoc de Hectore et

1) Satis tamen integram Dioscuridis commentationem ab Athenaei epitomatore traditam esse Kaibelius coniecit in praef. Athen. vol. I p. xvii, quod in libris V et XI epitomator Homericarum rerum studiosum se praestitisset.

Hecuba exemplum medium in Nestoris et Machaonis insertum fuisse comprobaverimus, quis est qui credat? Immo ex eadem illa peripateticorum doctrina haec ad utrumque manaverunt. Item apud Porphyrium ad Λ 624 de Nestore Machaoni saucio Pramnium vinum ministrante quaestio illa, utrum in ipso potando cibos edi oporteat necne, diligentius et fusius exponitur, quam ut ex Dioscuride (fr. 23 p. 104, 2—9) sua delibare potuerit Porphyrius. Hoc quoque loco uterque eodem fonte usus est.¹⁾

Restat ut Porphyrium de Homericis cenis ad Θ 53 disputantem audiamus: *δειπνον λέγεται καὶ τὸ ἐξ ἑωθινοῦ ἀκράτισμα, ὡς νῦν ἐν τοῖς προκειμένοις* (Θ 53. 54), *καὶ τὸ ὑφ' ἡμῶν λεγόμενον ἄριστον, ὡς ἐν τῷ*

ἦμος δὲ δρυτόμος περ' ἀνῆρ ὠπλίσατο δεῖπνον (Λ 86). *καὶ πάλιν ἄριστον τὸ ἀκράτισμα·*

ἐπύναντο ἄριστον ἄμ' ἡοῖ κειαμένω πῦρ (π 2).

Quocum Dioscurides, postquam Aristarchum secutus de tribus Homericis cenis sententiam exposuit, conspirat in fr. 29 p. 109, 10—14. Etiam haec optime potuerunt locum habere in peripatetico illo opere, unde ad utrumque pervenerint, quippe quae

1) Quomodo autem hae de Nestore et Hecuba narrationes apud Dioscuridem compositae fuerunt ita, ut illic Homerus commendare videretur vini usum, hic reicere, eadem ratione iam una tractatae fuisse videntur in corpore illo peripatetico. Nam apud Porphyrium quoque in quaestionum ipso opere olim has coniunctas exstitisse probabile est. (De pristino quaestionum ordine cf. Schrader. l. l. in praefat. p. iv. v.) Quae enim solutiones ad Z 265 et Λ 624 nunc traduntur, ex iisdem partim videntur prodidiisse. Sic ad Z 265 in priore scholio (p. 100, 21 Schr.) leguntur haec: *ἡ γὰρ τροφή σὺν τῷ οἴνῳ τὸ πλεῖστον συμβάλλεται εἰς δύναμιν, ὡσπερ καὶ ἀλλαχοῦ εἶπεν ὁ ποιητής* (I 706).

αἶτον καὶ οἴνοιο, τὸ γὰρ μένος ἐστὶ καὶ ἀλλή (Diomedes loquitur) *καὶ πάλιν* (T 167 sq., sunt Ulixis).

ὃς δὲ κ' ἀνῆρ οἴνοιο κορεσσάμενος καὶ ἐδωδῆς ἀνδράσι δυσμενέεσσι κτλ.,

quibuscum Dioscuridis conferas fr. 23 p. 104, 6—9. Quo pertinent quae in posteriore scholio sunt (p. 101, 21 Schr.): *ἢ ὅτι δίχα τροφῆς βλέπτει τῶν νεύρων καθαπτόμενος, ὡς φησι Λύκος*. Quae optime demum ex medicorum ratione explicantur quaestione ad Λ 624 servata. Omnem autem horum scholiorum doctrinam Dioscurides quasi comprehendit fr. 23 p. 104, 2—5.

prohibeant ab Homero luxuriam quandam, quod bis tantum Homerici heroes videantur cenasse, cum ἄριστον et δεῖπνον nominibus eadem significetur cena.¹⁾

In eodem de temulentia capite Athen. l. I 18 quae narrantur, quod iactantiae poenam paene luisset Aeneas (fr. 25 p. 105, 20. 21, p. 106, 1—3), eadem morali ratione deflexa leguntur in scholio Ven. B ad Y 84: παιδευτικὰ ταῦτα, τῆς παρὰ τοῖς συμποσίοις προπετείας ἀπαλλάσσοντα, δι' ὧν φησι τὸν Αἰνεΐαν διὰ τὰς παρ' ὄνῳ ὑποσχέσεις ὀλίγου δεῖν κινδυνεῦσαι. Quam doctrinam ex eodem fonte, ex quo de vini apud Homerum usu suae rei Dioscurides fructum cepit, et huic suppeditatam esse et in scholia pervenisse probabile est, ex peripatetico illo collectaneo opere.

Certius autem hunc eundem fontem nobis deprehendere videmur in eis quae de vetustis cantoribus disputavit Athenaeus p. 14^b sqq. (fr. 37 p. 116, 1 sqq.) collatis scholiis quae ad γ 267 aetatem perduraverunt. Peripatetici enim Demetrii Phaleri²⁾ potissimum sunt quae illic exponuntur: οὕτω Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς. Aliis narratis de Demodoco cantore Pythia vincente, cum Menelaus et Ulixes Delphicum Apollinem adirent, haec leguntur: τὸν δὲ Δημόδοκον εἰς Μυκήνας λαβὼν Ἄγαμέμνων ἔταξε τὴν Κλυταιμῆστραν τηρεῖν. ἐτίμων δὲ λίαν τοὺς ὦδους ὡς διδασκάλους τῶν τε θεῶν καὶ παλαιῶν ἀνδραγαθημάτων, καὶ τῶν ἄλλων ὀργάνων πλέον τὴν λύραν ἡγάπων. δηλοῖ δὲ καὶ Κλυταιμῆστρα τὴν εἰς αὐτὸν τιμὴν. οὐ γὰρ φρονεῖν ἄλλ' ἀφορίζειν αὐτὸν ἐκέλευσε. Quae amplius aliud

1) Eandem sententiam amplectuntur scholia Ven. A et quod paulo plenius est Ven. B ad B 381: δεῖπνον τὸ ἐωθινὸν ἄριστον (velut Porph. ad Θ 53), ὃ δι' ἀνάγκην πρὸ τοῦ δέοντος ποιοῦνται. δόρπον δὲ τὸ ἐσπερινὸν δόροπόν τι ὄν, τὸ μετὰ τὴν παῦσιν τῶν δοράτων διδόμενον. τὸ δὲ δεῖπνον ἔσθ' ὅτε πᾶσαν τροφήν. Αἰσχύλος δὲ κακῶς ἄριστα δεῖπνα δόρπα θ' αἰρεῖσθαι, τρισὶ δ' οὐδέποτε οὔτε μνηστῆρες οὔτε μὴν κύκλωψ ἐχρῶντο τροφαῖς, quae ampliore etiam ratione Eustathius persequitur ad B 381 p. 242, 17 sqq. Ex iisdem peripateticis thesauris haec originem ducere nunc probabile videtur.

2) Huius de studiis Homericis vide Sengebuschii dissertationem Homericam priorem in Dindorfii Iliadis edit. p. 89 sqq.

Ambrosiani libri *E* scholion persequitur ita, ut ipsius Athenaei verba bene possint cum his componi, id quod Schweighauserus in animadvers. ad locum princeps indicavit.

Athenaei sunt:

σῶφρον δέ τι ἦν τὸ τῶν ἀοιδῶν γένος καὶ φιλοσόφων διάθεσιν ἐπέχον.

Ἀγαμέμνων γοῦν τὸν ἀοιδὸν καταλείπει τῇ Κλυταιμίστρα φύλακα καὶ παραινετῆρά τινα ὃς πρῶτον μὲν ἀρετὴν γυναικῶν διερχόμενος ἐνέβαλλέ τινα φιλοτιμίαν εἰς καλοκάγαθίαν, εἶτα διατριβὴν παρέχων ἠδεῖαν ἀπεπλάνα τὴν διάνοιαν φάυλων ἐπινοιωῶν. διὸ Ἀγισθος οὐ πρότερον διέφθειρε τὴν γυναῖκα πρὶν τὸν ἀοιδὸν ἀποκτεῖναι ἐν νήσῳ ἐρήμῃ.

scholii:

τὸ ἀρχαῖον οἱ ἀοιδοὶ φιλοσόφου τάξιν ἐπέσχον καὶ πάντες αὐτοῖς προσεῖχον ὡς σοφοῖς, καὶ παιδευθῆναι τούτοις παρεδίδοσαν τοὺς ἀναγκαίους.

καὶ ὁ καταληφθεὶς οὖν παρὰ τῇ Κλυταιμίστρα ᾧδὸς πονηρὰς ἐπινοίας ἐγγίνεσθαι ἐκώλυε, διηγούμενος ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ἀρετάς.

καὶ ἕως τούτου ἐσωφρόνει, ἕως αὐτῇ παρῆν οὗτος.

Quod scholion ex eodem fonte prodiisse atque illud, cuius fronti ipsum Demetrii nomen praefixum est, haec ultima quoque verba demonstrant: τοῦτόν τινες Χαριάδην, οἱ δὲ Δημόδοκον καλοῦσιν, οἱ δὲ Γλαῦκον. Nam illa de Chariade sententia est Timolai, in altero quoque scholio commemorata: Τιμόλαος δὲ ἀδελφὸν αὐτόν φησιν εἶναι Φημίον, ὃν ἀκολουθῆσαι τῇ Πηνελόπῃ εἰς Ἰθάκην πρὸς παραφυλακὴν αὐτῆς· διὸ καὶ βία τοῖς μνηστῆρσιν ἔδει coniuncto scholio ad α 325: οὗτος ὁ ἀοιδὸς (secl. Phemius) ἀδελφὸς ἦν Χαριάδου (cf. Dind. adnot.) τοῦ Κλυταιμίστρας ᾧδοῦ συνάρας ἀπὸ Λακεδαιμόνος Πηνελόπῃ. Demodocum autem illum nominatum fuisse Demetrius Phalereus voluit, nescio quis Glaucum. Cum Timolai autem verbis de Phemio Penelopae quasi custode prolatis haec conspirant quae apud Athenaeum insecuntur: τοιοῦτός ἐστι (velut

Clytemestrae) καὶ ὁ παρὰ μνηστῆρσιν αἰείδων ἀνάγκη, ὃς τοῖς ἐφεδρεύοντας τῆ Πηνελόπῃ ἐβδελύττετο. Dein quae super Demodoci de Marte et Venere cantu apud Athen. p. 14° (fr. 37 p. 116, 13—17) sunt, his duas contineri solutiones Wilamowitzius rectissime animadvertit, cum ἡ particulam inter utramque vellet inseri. Quas ex eiusdem peripatetici corporis indole illa, qua ab Homero hoc quoque prohiberetur crimen, petitas esse fere certo licet statuere. Denique haec quoque Athenaei: καὶ τοῖς μνηστῆρσιν ἔδει πρὸς τὴν αὐτὴν βουλήν ὁ Φήμιος νόστον Ἀχαιῶν (α 326) quodammodo cum scholii ad α 327 possunt comparari hac solutione: καὶ φημὲν ὅτι οἰκονομικῶς ὁ Φήμιος τοῦτο ποιεῖ, ἵνα τῆς τοιαύτης ἀοιδῆς τοῦ Φημίου ἢ Πηνελόπῃ ἀκρωμένη τοῦ οἴκειου ἀνδρὸς μνημονεύῃ καὶ ἀποσοβῇ τοὺς μνηστῆρας. Hoc scholion ad eundem fontem revocandum esse non negabis, sive intercesserit Porphyrius, sive ex ipso illo corpore in scholia devenerit, quod ambigi potest. Probamus autem Wilamowitzii, in quam nos quoque incidamus, correcturam 'πρὸς τὴν αὐτὴν βουλήν' pro codicum memoria 'αὐτῶν', ut haec verba quasi respondeant illi 'οἰκονομικῶς', quod 'consulto' cecinisset Phemius Achivorum reditum. Nam in Schweighaeuseri traditae scripturae explicatione 'ipsorum admonendorum causa' vix aliquis acquiescat.

Ad peripatetici corporis subsidia etiam in eis proferendis confugit Dioscurides, quae apud Athen. I p. 17° de Ulixe et Achille leguntur inter sese certantibus gaudente Agamemnone, 'λόγῳ ἢ μάχῃ αἰρεῖσθαι δεῖ τὸ Ἴλιον' (fr. 36 p. 115, 13—17). Nam qua de re inter sese certaverint, ex Homero non discimus. Sed aequè peritum se praestat Porphyrius in solutionibus ad ϑ 75. 77 servatis, ut probrum illud ab Homero arceatur, ne 'χαιρέλακος' videatur Agamemnon de amicorum contentione. Haec potissimum adferre iuvabit ad ϑ 77: λῖουσι δὲ ἐκ τῆς λέξεως οἱ μὲν, ὅτι μάχονται οἱ ἄνθρωποι οὐ μόνον ἀφιλέθρως, ἀλλὰ καὶ φιλονεικοῦντες ὑπὲρ καλοῦ καὶ ἀρετῆς, quibuscum Dioscuridis componas haec: ἀλλ' ὠφέλιμοι αἱ φιλοτιμίαι ζῆτοῦντων κτλ. Infra autem sunt: καὶ ὁ μὲν Ἀχιλλεὺς ἔλεγε δι' ἀνδρείαν ἀλῶναι τὸ Ἴλιον, ὁ δὲ Ὀδυσσεὺς διὰ μηχανῆς καὶ

φρονήσεως, et ad § 75 haec sunt: ὁ μὲν βιάζεσθαι παράγει . . . ὁ δὲ δόλῳ μετελθεῖν. Unde Schweighaeuseri coniecturam, qui λόγῳ in δόλῳ apud Athenaeum corrigi voluit, confirmari lubens concedes. Cum Porphyrii et Dioscuridis consensus tum ipsa rei indoles peripateticum prodit opus.

Denique idem liber eis videtur quodammodo subesse, quae leguntur p. 9^b (fr. 1 p. 90, 18—21, p. 91, 1. 2) de Nestoris sacrificio, qui ipse cum filiis mactaverit boves 'βασιλεὺς ὦν καὶ πολλοὺς ἔχων ὑπηκόους'. Nam quae secuntur, quod sanctissimum diisque acceptissimum illud sit sacrificium, quod per cognatos amicissimosque fiat viros, tanquam solutionis instar sunt quaestionis Porphyrianae (ad γ 411. 412): διὰ τί ὁ Νέστωρ βασιλεὺς ὦν τοῖς αὐτοῦ παισὶν ἐπιτέλλει τὰ τῶν δούλων καὶ τῶν ὑπὸ χεῖρα; Quamquam hoc quidem loco haec aetatem non tulerunt.¹⁾

1) Eiusdem originis nobis videntur esse, quae apud Athen. XIV p. 660^b sunt: καὶ Ἀγαμέμνων δὲ παρ' Ὀμήρῳ θύει βασιλεύων. φησὶ γὰρ ὁ ποιητής (I 292 sqq.).

ἢ καὶ ἀπὸ στομάχου ἀρνῶν τάμε νηλεὶ χαλκῷ κτλ. et haec potissimum: καὶ Θρασυμήδης ὁ τοῦ Νέστορος νίδος ἀναλαβὼν πέλεκυν κόπτει τὸν βοῦν, ἐπεὶ διὰ τὸ γῆρας ὁ Νέστωρ οὐκ ἐδύνατο. συνεπόνον δὲ αὐτῷ καὶ οἱ ἄλλοι ἀδελφοί. Sed vix ex Dioscuride huc illata videntur. Nam omnino in his capitibus de coquis sacrificis sermo est, in hoc quidem de huius artis prisco honore. Haec autem HomERICA exempla quamquam non tam arte cohaerent cum ipsis eis quae antecedunt, tamen nobis vix separanda videntur ab censorum Romanorum exemplo, quod subsequitur, quippe qui ipsorum manu victimas ceciderint. Quod ab Dioscuride alienum est. Contra hoc loco Dioscuridem putamus Nestoris exemplum protulisse, quo nunc apud Athenaeum est. Ubi non tam hanc heroum 'ἀντοργίαν' curavit, quam id comprobare voluit 'bovem' sacrificasse regem et 'bubulae' carnis Pylios quoque edisse heroas (cf. p. 9^b). Neque quae de praeconum apud Homerum ministerio hoc Athenaei capite sunt (p. 660^{cd}), Dioscuridi tribuimus, quamquam quodammodo cum scholio ad ο 319 conveniunt. Eadem fere in l. X p. 425^d ita interposita sunt, ut disputationis cursum interrumpant (cf. Bapp. in comment. Ribb. l. l. p. 260) eodem Cleidemo laudato (cf. Müller. F. H. G. I. 359 sqq.), cuius partes sunt in his Athenaei l. XIV capitibus 79. 80.

CAPUT II.

Quoniam de fontibus Dioscuridei libri disputavimus, quantum ex Brunkii dissertatione ei adscribere licet, alterum illud interest: novis detectis vestigiis propagare libelli fines. Ac primum quidem operis expilatorem proferimus adhuc ignotum. Nam Dionem quoque Chrysostomum novisse Dioscuridis librum et in suum usum convertisse contendimus. Quam ad rem comprobendam exordium capere lubet a media altera oratione, in qua quid Homerus de optimo rege doceat, Philippus et Alexander inter sese disceptantes inducuntur.

Ubi Alexander p. 87 R:

εὐωχεῖ γε μὴν ἀπὸ κρεῶν τοὺς ἥρωας ¹⁾ καὶ τούτων βοείων ²⁾, δῆλον ὅτι ἰσχύος, οὐχ ἤδονῆς ἔνεκεν.

τὸν γοῦν Ἀγαμέμνονα τὸν συμπάντων βασιλέα καὶ πλουσιώτατον βοῦν αἰεὶ φησιν θύειν καὶ ἐπὶ τούτων καλεῖν τοὺς ἀρίστους. καὶ τὸν Αἴαντα μετὰ

Quibuscum plane congruunt apud Athenaeum haec p. 8^f: ἀπλήν οὖν ἀπέδωκε τὴν διαίταν πᾶσι, ὅπτι παρατιθεῖς πᾶσι κρέα, καὶ ταῦτα ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ βόεια καὶ οὐ θοῖα καὶ κανδύλην, . . . ἄλλ' ἀφ' ὧν εὖ ἔξειν ἔμελλον τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν.

Αἴαντα γοῦν ³⁾ μετὰ τὴν

1) Utrum ὀπτῶν hoc loco apud Dionem exciderit, id quod facile fieri potuit in tanto genitivorum numero, necne, dubii haeremus, cum gravius videatur, quam quod Dionem prorsus praetermississe probabile sit, nisi forte ipsam ob genitivorum copiam consulto contempsit scriptor elegantiae sermonis studiosissimus.

2) Suidae s. v. Ὀμηρος ex integriori Athenaeo plane eadem sunt: κρεῖων , καὶ τούτων ὀπτῶν καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ βοείων.

3) οὖν exhibent epitomae codices, γοῦν correxit Dindorfius, probavit Meinekius. Quod et sensu paene flagitatur et Dionis loco commendatur: τὸν γοῦν Ἀγαμέμνονα . . . καὶ τὸν Αἴαντα κτλ. Kaibelius quidem traditam scripturam retinuit, cui in eodem constituendo enuntiato ne illud

τὴν νίκην φιλοφρονεῖται τοῖς
νώτοις τοῦ βοός.

ἰχθύων δὲ οὐδέποτε γενομέ-
νους αὐτοὺς ἐποίησε καὶ ταῦτα
ἐπὶ τῆς θαλάττης στρατοπε-
δεύοντας, καίτοι τὸν Ἑλλήσ-
ποντον, ὡσπερ ἔστιν, ἰχθυ-
όεντα ἐκάστοτε καλῶν.

πάνυ γὰρ ὀρθῶς αὐτὸ τοῦτο
ἀπεμνημόνευσεν ὁ Πλάτων.
ἀλλ' οὐδὲ τοὺς μνηστῆρας
ἰχθύσιν ἔστι, σφόδρα ἀσελ-
γεῖς καὶ τρυφεροὺς ὄντας,
ἐν Ἰθάκῃ καὶ ταῦτα ἔστιω-
μένους.

μονομαχίαν νώτοισι βοῶν
γέραιεν ὁ Ἀγαμέμνων.

p. 9^d: Ἑλλήσποντον δὲ Ὀμη-
ρος ἰχθυόεντα προσαγο-
ρεύων. καὶ εἰς εὐδαιμο-
νίαν δὲ καταριθμῶν τὸ τὴν
θάλασσαν ἰχθύς παρέχειν,
ὅμως τούτων οὐδὲν οὐδένα
ποιεῖ προσφερόμερον.

p. 9^b: καὶ τοὺς μνηστῆρας
δὲ ὑβριστὰς ὄντας καὶ πρὸς
ἡδονὰς ἀνειμένους οὔτε
ἰχθύς ἐσθίοντας ποιεῖ οὔτε
ὄρνιθας. Denique compara haec
p. 9^d: καὶ ἐν τῇ Ἰθάκῃ εἰδῶς
λιμένας πλείους καὶ νήσους
προσεχεῖς πολλάς, ἐν αἷς ἰχθύ-
ων ἐγένετο πλῆθος.

Eundem et Chrysostomo et Athenaeo fluxisse fontem luce clarius est. Quaecunque autem sunt apud Dionem, fuisse omnia apud Diosecuridem certis argumentis etiam nunc comprobari potest. Nam quae de Agamemnonis conviviis in Athenaei epitoma nunc desiderantur, Suidas servavit ex integriore Athenaeo s. v. Ὀμηρος (fr. 1 p. 90, 3. 4). Qua re argumentum gravissimum eis addere licet, quae Kaibelius et Brunkius protulerunt, quo uno Hilleri de Suidae interpolatore infringatur

quidem concedimus, quod βοῶν deleri voluit, cum Suidas illud omisisset. Quamquam autem in versibus H 321. 22, quo haec spectant, βοῶν expressim mentio non fit, tamen hic illud deesse non potest, quod potissimum auctoris interfuit, 'bubula' terga proposuisse Aiaci Agamemnonem.

opinio. Quod autem illud quoque legebatur apud Dioscuridem abstinuisse heroas piscibus *καὶ ταῦτα ἐπὶ θαλάττης στρατοπεδεύοντας*, huius observatiunculae testis Plutarchus est (in quaest. conv. IV 4 III 4) ¹⁾ eundem fontem secutus: *ὡς μὴδ' ἰχθύσι χρῆσθαι παρὰ τὸν Ἑλλήσποντον στρατοπεδεύοντας*. In qua quidem re ut in totius argumenti summa Dioscurides pendet a Platone ²⁾ (de re publ. III p. 404^b c), id quod non fugit Dionem Platonis scientissimum, unde illius verba: *πάνν γὰρ ὀρθῶς αὐτὸ τοῦτο ἀπεμνημόνευσεν ὁ Πλάτων*, nisi forte ipse Dioscurides Platonici testimonii mentionem iniecit. Sunt autem Platonis haec: *καὶ παρ' Ὀμήρου τά γε τοιαῦτα μάθοι ἄν τις. οἶσθα γάρ, ὅτι ἐπὶ στρατείας ἐν ταῖς τῶν ἡρώων ἐστιάσειςιν οὔτε ἰχθύσιν αὐτοῖς ἐστιᾶ, καὶ ταῦτα ἐπὶ θαλάττῃ ἐν Ἑλλησπόντῳ ὄντας, οὔτε ἐφθοῖς κρέασιν, ἀλλὰ μόνον ὀπτοῖς, ἃ δὴ μάλιστα ἄν εἴη στρατιώταις εὔπορα. πανταχοῦ γὰρ ὡς ἔπος εἶπεν αὐτῷ τῷ πύρρῳ χρῆσθαι εὔπορότερον ἢ ἀγγεῖα ξυμπεριφέρειν. καὶ μάλα. οὐδὲ μὴν ἡδυσμάτων, ὡς ἐγῶμαι, Ὀμηρος πάποτε ἐμνήσθη*. Ne ultima quidem quae Platonis sunt, Dioscuridem fugisse documento sunt Athenaei haec p. 9^a: *καὶ οὐ θρία καὶ κανδύλην καὶ ἄμητας μελίπηκτά τε τοῖς βασιλεῦσιν ἐξαιρέτα παρατίθησιν Ὀμηρος*.

Quae secuntur apud Dionem p. 88 R de verbis *μενοεικῆς δαίς*, qua *μένος* i. e. *ἰσχύς* praebeatur, num Dioscuridi debeantur, comprobari non potest, quamquam optime rei conveniunt. Sed iam deprehendimus Dioscuridem: *ταῦτα δὲ λέγει* (de simplici heroum victu) *διδάσκων καὶ παραινῶν κτλ.* (fr. 11 p. 95, 21—26) ³⁾. En habes quod Dioscuridis libro quasi sigillum impressum est, quod Homerus quamquam hac illa re abstinentes heroas finxerit, piscium cibo, myrrhae et coronarum

1) Cf. Brunkium l. l. p. 3.

2) Item Platonici Phaedri quendam locum p. 230^d Dioscurideis est apud Athen. I 25^b (fr. 13 p. 98, 14. 15) subesse, quae in Tantali enarrando supplicio de pastore sunt, qui virides frutices ostentans ducat cupidum gregem, Schweighaeuserus docuit in animadvers. ad loc.

3) *ἐφικνεῖσθαι* scribendum esse censemus cum Reiskio et Emperio pro codicum memoria *ἀφικνεῖσθαι*.

usu, carnis coctione, aliis, tamen ipse ipsarum rerum haud ignarus inducitur, de qua re Brunkius disputavit p. 8 sqq. Quantopere autem Aristarchus ei hac quoque parte auxilio fuerit, supra demonstravimus p. 133 sqq., cf. Lehrs. l. l. p. 333. Ex Athenaeo vero huc spectant, utpote quae ab heroum simplicissimo victu prorsus abhorreant, p. 16^c (fr. 11 p. 95, 6—8; fr. 17 p. 99, 12), et quae dubitanter huc referri voluit Brunkius (p. 9 adn. 14) apud Athen. p. 25^o (fr. 11 p. 95, 14—18). Immo haec quoque verba: *ὡς ἀνακίπτειν τὰς Σικελικὰς καὶ Συβαρτικὰς [καὶ Ἰταλικὰς] ¹ τραπέζας ἤδη καὶ Χίας* haud cunctanter ad Dioscuridem revocabis, si haec Dionea comparaveris: *ὥστε τοὺς περὶ ταῦτα νῦν ἐπιτοημένους Πέρσας καὶ Σύρους καὶ τῶν Ἑλλήνων Ἰταλιώτας καὶ Ἴωνας μηδὲ ἐγγὺς ἐφικνεῖσθαι τῆς παρ' Ὀμήρω χορηγίας καὶ ἀβρότητας*. Videntur autem Athenaei verba accuratius nobis reddere ipsum fontem quam Dionis simpliciorelem qualem apud Dioscuridem legebat sermonem exaggerantis. Brunkius (p. 39) ipsum Athenaeum haec verba consarcinasse sibi persuasit ex libro XII, ubi de Tyrrenorum, Siculorum, Sybaritarum luxuria disseruit. Sed tam arte cum eis quae antecedunt cohaerent et ita rei conveniunt, ut ipsam hanc ob causam vix discernenda esse putemus. Ne de Timoclis quidem testimonio concedimus (fr. 11 p. 96, 2—4). Nam ipsos Chios bene commemoratos fuisse censemus, scilicet unde Homerum oriundum fuisse et luxuriam novisse Dioscurides fortasse putaverit, quod in verbis *ἤδη δὲ καὶ Χίας* inesse videtur. Quae autem de Chiis dicuntur, ex comico sunt deducta. Comicorum omnino studiosus fuisse videtur Dioscurides. Comicorum versus p. 11^c apud eum fuisse videntur (cf. supra p. 127), Antiphanis p. 12^c et Eubuli p. 25^c vix possunt propter rem ei detrabi.²

Hanc eandem *πολυτέλειαν*, qua quidem regias et domus

1) Quin *καὶ Ἰταλικὰς* Kaibelium secuti glossematis loco irrepsisse putemus, non impedimur Dioneo: *καὶ τῶν Ἑλλήνων Ἰταλιώτας*. Qui pro Chiis Iones substituerit, eum pari modo Siculas et Sybariticas mensas sua sponte ita comprehendisse facile putabimus.

2) Aliter Brunkius p. 5 adn. 11.

Homerus splendidissime ornatas descripserit, apud Dioscuridem enarratam et exemplis illustratam fuisse iterum Dionis et Athenaei consensu discimus, quamvis exigua sint, quae Athenaeus et Athenaei epitomatores nobis reliquerunt p. 16^c (fr. 17 p. 99, 12, 23—28). Menelai aedibus celebratis sequitur Alcinoi regiae exemplum, quod suo Marte coniunxit Athenaeus cum historiola de Iberici cuiusdam principis domo ex Polybio desumpta.¹⁾ Denique Calypsus mentio fit: *Ὀμηρος δὲ τοπογραφῶν καὶ τὴν Καλυψοῦς οἰκίαν ἐκπλήττει τὸν Ἐρμῆν*. Merito autem cum his conferes quae apud Dionem leguntur inde a verbis p. 83 R: *οὐδὲ οἴκησιν ἄξιοις κατεσκευάσθαι τὸν βασιλέα κτλ.* Succurrit enim Dioscuridis libri ratio, ut Athenaeo inter dipnosophistas disputandi materiem obtulit²⁾, Philippo quoque adversus Alexandrum velitanti, ut hanc *δαπάνην καὶ πολυτέλειαν* opprobret Homero, uso Alcinoi et Menelai exemplis p. 85 R³⁾ (fr. 17 p. 99, 13—22). Et ne Calypsus quidem antrum apud Dionem desideratur p. 86 R (fr. 17 p. 100, 19—29).^{4) 5)}

1) Cf. XXXIV 9, 15 Hu.

2) Cf. Brunkium l. l. p. 24 adn. 26.

3) Inde haec quoque Dionis quodammodo exorta videntur esse, in or. LXXIX p. 432 R II: *καὶ ὅτι χρυσῶ τὰς οἰκίας ἐρέπτονσι καὶ μεστὰ πάντα ἀργύρον καὶ ἡλέκτρον καὶ ἐλέφαντος, ὅποια Ὀμηρος εἶρηκε τὰ Ἀλκίνοῦ καὶ τὰ Μενελάου βασιλεία ὑπερβάλλειν τότε ἀληθὲς καὶ τὸ δυνατὸν σχεδόν.*

4) Huius similem descriptionem Atalantae antri ex Calypsus Homero exemplo (ε 55 sqq.) expressam vide apud Aelianum var. hist. XIII 1.

5) Quae his similia enarrat Iulianus imperator p. 66, 10 H de Alcinoi et Menelai domuum magnificentia, p. 144, 25 H de Calypsus antro et Phaeacum luxuria, alia, Dioneae lectionis videntur esse vestigia. Nam Prusensem bene novit Iulianus, laudavit in or. VII p. 275, 18 H. Uno autem loco, quo de piscium esu agitur ne procis quidem ab Homero concessio, in Miso-pog. p. 452, 4 H (fr. 2 p. 92, 20—22), non solum Dionem videtur secutus esse propter avium commemorationem, quae desideratur apud illum in or. II p. 88 R (fr. 2 p. 91, 20—22), cum concinant in ipsis *τροφῆς* et *ἀσελγείας* verbis, quae nec Plutarchus nec Athenaeus eiusdem rei expilatores exhibent. Sed ipsius Dioscuridis librum etiam tunc patuisse Iuliano nemo comprobare poterit. Nobis quidem videtur sua quasi contaminasse ex Dione et Athenaei his: *καὶ τοὺς μνηστῆρας . . . οὔτε ἰχθῦς ἐσθλοτίας ποιεῖ οὔτε ὄρνιθας*, cuius thesaurus Iuliano, qui ipse scripsit convivium, exempli instar ignotos fuisse vix quisquam putabit.

Haec sunt quae in hac altera oratione cum Athenaeo ita conspirant, ut certo ad Dioscuridem referenda videantur. De aliis posthac videbimus. Quamquam facile conicitur, quae de templis narrentur ornandis hostium armis (p. 83 R), de Ulixis domo firma atque tuta (p. 86 R) hac quoque parte omnibus antecellentis, eidem deberi fonti, quippe quae opposita sint Homericæ illi in describendis domibus Menelai et Alcinoi magnificentiae. Sed desunt certa argumenta. Quae autem de Diomede in pelle bubula recumbente leguntur p. 87 R (fr. 8), eis apud Athenaeum ex more Dioscuridei operis quasi respondere videntur, quae p. 17^b (fr. 15) de Aretae et Nestoris narrantur pretiosis stragulis et lectis eleganter constructis. Ad quam consuetudinem putamus pertinere Dionis quaedam verba, quae insunt in alterius orationis mediis istis exemplis Homericæ interpretationis, de qua modo disputavimus. Sunt haec p. 87 R (fr. 10): *δεῖ δὲ τοῦ ποιητοῦ τὰ μὲν ὡς συμβουλευόντος καὶ παραινούντος ἀποδέχασθαι, τὰ δὲ ὡς ἐξηγουμένου μόνον, πολλὰ δὲ ὡς ὀνειδίζοντος καὶ καταγελῶντος.* Ergo Homerum quasi omnium virtutum et vitiorum scientia, omnino omni eruditione praeditum his quidem rebus docentem agere, illis referentem tantum statuit Chrysostomus, tertium autem quod commemoratur de illudente Homero, nimirum quasi primo continetur. Quod haud scio an bene concinat cum stoicorum ratione, in qua excolenda eis praeierat Antisthenes, qui quomodo Homerum interpretati sint, Dio testatur in or. LIII p. 276 R II: *Ὁ δὲ Ζήνων οὐδὲν τῶν τοῦ Ὀμήρου ψέγει ἅμα διηγούμενος καὶ διδάσκων, ὅτι τὰ μὲν κατὰ δόξαν, τὰ δὲ κατὰ ἀλήθειαν γέγραφεν, ὅπως μὴ φαίνεται αὐτὸς αὐτῷ μαχόμενος ἐν τισὶ δοκοῦσιν ἐναντίως εἰρησθαι. . . . ἔτι δὲ καὶ Περσαῖος ὁ τοῦ Ζήνωνος κατὰ τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν γέγραφε καὶ ἄλλοι πλείους.* Quem locum nuper bene explicavit Dionis oratione VII p. 254 sq. R adhibita Ernestus Weber l. l. p. 224 sq. Nimirum quae ex veritate Homerus a stoicis dixisse fingitur, ea nostra in re eum docentem inducit rhetor Prusensis, quae ex opinione hominum narrasse dicitur, *ἡγούμενος τὴν τῶν πολλῶν διάνοιαν περὶ τε πλούτου καὶ τῶν ἄλλων, ἃ θαναμάζουσι* (VII p. 254 R),

ea referre tantum Homerum statuit. Quam ob rem in hoc quoque libelli persequendo consilio ab stoicis pendere Dioscuridem similemque Aristarchi rationem (cf. p. 133. 160) cum stoicorum doctrina quodammodo cohaerere comprobatum esse censemus.

Sed multa etiam supersunt in hac altera Dionis oratione Dioscuridea frustula. Quae ut cognoscamus, HomERICA succurrunt scholia. Hagenus nuper in dissertatione quam inscripsit 'quaestiones Dioneae' Kiliae 1887 emissa talia composuit p. 55—63, quae Dioni cum scholiis communia essent. Quamquam hanc quidem materiem minime exhaustit. Ex quo consensu mirum in modum sibi evicisse ille visus est (p. 55. 62 sq.) scholiis Homericis usum esse Dionem nostris similibus sed locupletioribus, unde omnem suam uberem de Homericis rebus doctrinam petiisset Prusensis. Quae res ab omni probabilitate ita abhorret, quantum quidem novimus Dionem, quem una cum Plutarcho huius aetatis omnigenis litteris versatissimum nuncupare solemus, ut vix pluribus eam refutare opus esse videatur. Meliores enim hercle Dioni patebant fontes. Quae alterius orationis exempla protulit Hagenus (p. 55—57), ea Dioscuridem illi fere omnia suppeditasse probabile est, scholia autem haec quidem Aristonici potissimum videntur. Item quae septimae et undecimae maxime orationum (p. 57—62) in comparationem vocavit, quae ex Zoili ratione scripta esse Duemmleri (l. l. p. 39) prona est coniectura, ex iisdem ipsis fontibus et ad Dionem et in scholia pervenisse rectius statuatur. Sed haec quidem non curamus.

Cum Homericis scholiis Ven. B ad A 429 et Γ 2 et Porphyriano quodam frustulo ad A 401 Hagenus contulit p. 56, quae Dio p. 90 R de Achivis et Troianis exposuit diversa ratione ab Homero descriptis (fr. 43 p. 119, 21—28, 7—13). Quae re vera Dioscurideae esse originis Plutarchus testatur, qui eiusdem rei expilatorem se praebet in libelli de audiendis poetis capite 10 p. 29^{de 1}) (fr. 43 p. 119, 1—6 = p. 119, 21—28), et de

1) Eandem de legum oboedientia sententiam Plutarchus protulit etiam in vita Cleomenis p. 808^{de}: οἱ γὰρ δειλότατοι πρὸς τοὺς νόμους θαρράλειώτατοι πρὸς τοὺς πολεμίους εἰσι laudato versu A 431.

Troianorum tibiis conspirat Athenaeus p. 16^b (fr. 42 p. 118, 20—22). Aristarchum autem in his persequendis rebus Dioscurides videtur secutus esse, id quod quantum quidem ad tibias a barbaris adhibitas pertinet, supra p. 138 sq. iam tetigimus. Aristonicus enim ad verba: *Τρωῆς . . . ἄβρομοι ἀνίαχοι* (N 41) in Ven. A haec habet: ἡ διπλῆ ὅτι ἀντὶ τοῦ ἄγαν βρομοῦντες καὶ ἄγαν ἰαχοῦντες, κατ' ἐπίτασιν τοῦ α κειμένου. ἐκάστοτε γὰρ *θορυβῶδεις τοὺς Τρωῆας παρίστησιν*. Eiusdem autem interpretationis fragmina multa etiam natant in scholiorum Homericorum colluvie, plura quam Hagenus attulit, quae ex Aristarcheis copiis superesse nunc facile tibi persuadebis. Huc enim pertinent quae Venetus B ad hunc versum N 41 servavit: ἄβρομοι] *πολύβρομοι*. φύσει γὰρ ὄντες *θορυβῶδεις τῇ νίκῃ πλεῖον θορυβοῦσιν*, quae cum Dionis verbis bene conveniunt. Diversos omnino Graecorum et Troianorum exercitus depinxisse Homerum in scholiis exponitur Ven. A ad Γ 1, Ven. B ad Γ 2 (cf. Hagen. l. l.): ἄμφω τὰς στρατιάς διατυποῖ καὶ μέχρι τέλους οὐκ ἐξίσταται τοῦ ἠΐθους ὥστ' ὄιες πολυπάμονος' (A 433) καὶ ἔς Τρώων ὄμαδον κίεν' (H 307). Ad A 433 autem in Ven. B haec sunt: εἴωθεν δ' αἰὲ ἀντιπαραβάλλειν τὸ θορυβῶδες τῶν Τρώων. δειλὸν δὲ καὶ κατωφερὲς ἢ ὄις, et ad H 306. 307 in eodem libro: ἐπὶ μὲν Αἴαντος τὸν λαόν, ἐπὶ δὲ Ἐκτορος ὄμαδόν φησι διαστείλας. αἰὲ γὰρ θορυβῶδεις αὐτοὺς ἐκδέχεται. Tum ad Θ 542 in utroque codice haec leguntur: καλῶς ἐπὶ μὲν τῶν Ἑλλήνων φησὶν Ἀργεῖοι δὲ μέγ' ἰαχόν' (B 333), ἐπὶ δὲ τῶν Τρώων κελάδησαν λέγει. θορυβῶδες γὰρ (αἰὲ) τὸ βαρβαρικόν. Unde hoc quoque scholion Aristarcho iure vindicaveris in Ven. B ad A 437: εἰκότως τὸ βάρβαρον θορυβεῖ μᾶλλον, ἑτερόγλωσσον ὄν. ὃ γὰρ μὴ ἔστιν ὁμόφωνον, τοῦτο ἀνάγκη θορυβεῖν. Sed super Graecorum laude plane similia Plutarcheis et Dioneis verbis exhibet scholion Ven. B ad A 429 (cf. Hagen. l. l.): . . . ὑποφαίνει γοῦν ἄκρω ὡς εὐπειθεῖς Ἕλληνες τοὺς πολεμίους οὐ δεδιότες ἀλλὰ μᾶλλον τοὺς ἠγεμόνας. Ex hac autem Aristarchea doctrina Porphyrius quoque verborum: τὸν δ' οὕτι προσέφη κρατερὸς Διομήδης αἰδεσθεὶς βασιλῆος ἐνιπήν' (ad A 401. 402) hanc solutionem sibi con-

formavisse videtur, quam Hagenus l. l. contulit: *σώφρων ὅστις οὐδέποτε τοὺς πολεμίους δείσας φοβεῖται τὴν ἐπίπληξιν τοῦ στρατηγοῦ. καὶ νῦν μὲν ἵνα μὴ δοκεῖ εἶναι λάλος, ἤσυχάζει.* Porphyrium enim Aristarcheorum operibus sive ipsis sive opere illo Homérico ex horum libris composito usum esse Schraderus comprobavit l. l. p. 447. 469. 470.¹⁾ Idem l. l. p. 426. 448 ex Plutarchi et Porphyrii consensu utriusque a peripatetico illo corpore haec subministrata esse putavit. Sed Aristarcheas copias his subesse, quas et Plutarcho et Dioni Dioscurides prae-buerit, nunc nostro iure contendimus.

Quae quidem Dionis p. 89 R (fr. 44 p. 119, 14—20) de Care, sive Naste sive Antimacho, puellae more auro ornato (B 867 sqq.) comparavit Hagenus (p. 56) cum scholio Ven. B ad B 872: *Εὐφορβος μέντοι καὶ Γλαῦκος χρυσᾶ ὄπλα ἔχουσιν, ἀλλ' οὐ κωμφοδοῦνται, ἐπεὶ μὴ γυναικεία τὰ αὐτῶν ὡς τὰ τούτου,* haec quoque ex Aristarcho derivata esse non negabis, si quae in Ven. A ad B 871 Aristonici sunt, legeris: *.. καὶ ὅτι οὐ λέγει ὄπλα αὐτὸν ἔχειν χρυσᾶ... ἀλλὰ κόσμον χρυσοῦν. λέγει γὰρ ἥύτε κούρη'. ἐνεπλέκοντο γὰρ χρυσὸν οἱ βάρβαροι. ἑπλόχοι θ' οἱ χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἐσφῆγοντο* (P 52 de Euphorbo). Quibuscum haec quoque Dionis concinunt (p. 90 R): *οὐκὸν φαίνεται χρυσοφορίας ἐπαινῶν ὃ Ὀμηρος καὶ ταῦτα εἰς πόλεμον, ψελίων τε καὶ στρεπτιῶν κτλ.* (fr. 44 p. 120, 2—5). Si non ipsa arma commemorat Dio, tamen tanquam singula servavit χρυσῶν φαλάρων καὶ χαλινῶν mentionem, quae non vituperasset Homerus. Eodem pertinent quae in Ven. A curtata et sic vix recte expressa sunt ad P 52: *ἀλλὰ λανθάνουσιν οἱ βάρ-*

1) Ab Aristarcheis haec quoque mutuatus est Porphyrius, quae ei cum Dioscuride communia sunt de mensis adstantibus et removendis ad A 449 et δ 52, quod vidimus. Utrum autem inter hanc quaestionem (cf. etiam ad α 138): *διὰ τί δὲ μετὰ τὸ δεῖπνον οὐ ποιεῖ τοὺς ἀνθρώπους ἀπονίπτοντας τὰς χεῖρας* et Dioscuridis haec apud Athen. p. 18^f: *παρητηρέειν δὲ ὅτι ἐν μὲν Ὀδυσσεῖα ἀπονίζομένους τὰς χεῖρας ποιεῖ πρὶν μεταλαβεῖν τροφῆς, ἐν Ἰλιάδι δὲ τοῦτο ποιῶντας οὐκ ἔστιν εἶρεν* (fr. 20 p. 102, 5—7) neglecto cetero qui versu A 449 vinculum quoddam intercedat eadem ratione necne, nunc parum perspicitur (cf. Schrader. l. l. p. 376 adn. 2).

βαροι οὐκ ἐπὶ καλλωπισμῷ φέροντες τὸν χρυσόν, ἀλλὰ λάφυρα τοῖς πολεμίοις. Nam nobis haec videntur idem fere voluisse quod apud Dionem p. 89 R legitur hunc in modum: καταγελῶν αὐτοῦ (sc. Ὀμηρος τοῦ χρυσοῦ καλλωπιζομένου Κᾶρος) . . . ὅτι τοῖς πολεμίοις ἄλλα ἐκόμιζε τοῦ θανάτου σχεδόν (fr. 44 p. 120, 1. 2). Ex hoc autem Dionis et Aristarchi consensu fere certum esse putamus apud Dioscuridem haec narrata fuisse, eo quidem loco, ut videtur, quo illum secutus de barbarorum et Graecorum diversa ratione disputavit Dioscurides, id quod, quamquam in hoc quidem exemplo apud Dionem non tantopere palam fit quantopere in Aristarcheis his scholiis, certe in eis, quae apud eum subsecuntur (fr. 43).

Quae autem de Achillis cithara (p. 55) et de Merione saltatore (p. 57) Hagenus protulit, Dioscuridea videri meliore loco infra p. 177 et 179 comprobabitur. Alia contra via nostro quidem iudicio eorum fuit, quae de Agamemnonis laude quasi optimi regis cum tauro comparato Dio p. 96 et 97 R et Porphyrius ad B 482 exhibent similia (cf. Hagen. l. l. p. 57) ¹⁾. Cuius rei coniecturam inde facere licet, quod in Plutarchi personati libello in c. 87 fere eadem leguntur: σχῆμα δὲ βασιλείου καὶ ὑπερέχον ἐτύπωσε διὰ τούτων: ἥντε βοῦς ἀγέληφι μέγ' ἔξοχος ἔπλετο πάντων' (B 480). Unde Porphyrium et Pseudo-Plutarchum sua ex stoico illo allegoriarum corpore hausisse probabile est. Qui autem auctor huius operis conditori haec subministraverit, eundem Dioni praebuisse putamus. Nam apud Dioscuridem haec vix videntur fuisse.²⁾

Denique, quae Hagenum omnino fugerunt, Dionis p. 87 R (fr. 8 p. 94, 6—8) in altera oratione de Diomede verba cum scholiis quibusdam comparare licet. Ex Dioscuride haec manasse supra p. 162 comprobare studuimus, quippe quae cum

1) Haec quoque Dionis de tauro verba p. 98 R: ἀλλὰ τῶν ἀφρόνων ζώων ἡγεμονικώτατόν γε καὶ ἄριστον περνεῖν . . . cum Porphyrianis (ad B 478) comparare licet: λοιπὸν δὲ τὸ ἡγεμονικὸν καὶ ἔξοχον τῶν ἄλλων ταύρω ἀπέκασεν.

2) Antisthenem de Agamemnone similia docuisse exposuit Ernestus Weber l. l. p. 232.

eis essent coniungenda, quae Athenaeus servavit p. 17^b (fr. 15). Haec Dionis et Athenaei doctrina quasi comprehenditur scholiis Ven. A ad I 661 et Ven. B ad K 75 ad eundem fontem referendis. Illo enim loco haec sunt ad verbum ῥῆγος: λέγει οὖν βαπτὸν περιπόλαιον, οἱ δὲ τάπητα. οἰκεία δὲ ἡ κοίτη τῷ γέροντι, scilicet Phoenici. καὶ ὁ Νέστωρ καθεύδει ἐνῆ ἔνι μαλακῇ (K 75). οἱ δὲ ἑταῖροι τοῦ Διομήδους ὑπὸ κρασὶν εἶχον ἀσπίδας (K 152), καὶ αὐτὸς ῥινὸν ὑπέστρωτο βοὸς ἀγραύλοιο (K 155). Ad K 55 haec leguntur: μαλακῇ γὰρ στρωμνὴ ἐστὶ τῷ γέροντι (scil. Nestori) ὡς καὶ τῷ Φοίνικι. τῷ δὲ Διομήδει γεωτέρῳ ὄντι ὑπέστρωτο ῥινὸς βοός (K 155). τὸν δὲ Ὀδυσσεὰ κατέκλινεν Ἐὔμαιος ὑποβαλὼν ῥῶπας καὶ δέρμα αἰγός (ξ 49). Quae scholia cum nulla vestigia exstent, cur Aristarcho tribuantur, ex peripatetico illo collectaneo opere originem ducere iure quodam conicias, unde Dioscurides quoque haec potuerit lucrari. Apud cynicos quoque circumlatum fuisse illud Diomedis exemplum Ernestus Weber l. l. p. 232 ex Diogenis quae fertur quadam epistula XXXVII (p. 251, 45 H.) comprobare studuit.

Cum haec altera Dionis oratio repleta sit Dioscurideis copiis, frustra quaesieris in aliis orationibus, ut ipsum hunc libellum subesse evincas. Unum restat exemplum. Similem quendam interpretandi morem de Antinoi morte luserunt et Dioscurides apud Athen. p. 10^f (fr. 25 p. 105, 16—19) et Dio in or. LV p. 288 et 289 R II. Hic enim accuratius illud exemplum persequitur, ut nihil temere et sine consilio induxisse Homerum demonstrat. Itaque de Antinoο omnium procorum maxime libidinoso haec dicit: ὁμοίως δὲ καὶ τοῦτον ἀποθανόντα ἐποίησεν, οὐκ εἰκῆ πληγέντα διὰ τοῦ λαιμοῦ, οὐχ' ὅπου ἔτυχεν, ὥσπερ ἀμέλει τὸν Πάνδαρον διὰ τῆς γλώσσης.¹⁾ Sed ipsius Dioscuridis librum Dioni de Antinoο observatum esse his elucet:

1) Eadem de Pandaro Demetrium Scepsium docuisse Athenaeus demonstrat VI p. 236^c: φησὶν δ' ὁ Σκήψιος Δημήτριος ὡς καὶ Πάνδαρον διὰ τὸ ἐπιωροζηκέναι (sc. τιτρώσκεσθαι), cf. Gaedii dissertationem: 'de Demetrii Scepsii quae supersunt', Gryphiswaldae editam 1880 (fr. 74 p. 58). Ceteroqui de Pandaro supra disputavit Dio in or. LV p. 287 R II.

Dionis sunt p. 289 R II (fr. 21
p. 102, 18—23):

τελευτῶν δὲ ἐπεχείρει τοξεύειν
ἄπειρος ὧν τοξικῆς καὶ τὰς
χειρας οὕτω ὑπὸ τρυφῆς
διεφθαρμένος¹⁾, ὡς μὴ δύ-
νασθαι ἄπτεσθαι τῆς νευρᾶς,
εἰ μὴ τις ἐπιχρίσειε στέαρ
(φ 175 sqq.)... μὴ δὲ ἐπιτεῖ-
ναι δυνάμενος τὸ τόξον
κτλ.

Apud Athen. p. 17^b de procis
haec leguntur (fr. 21 p. 102,
14. 15):

οὕτω δὲ διὰ τὴν τρυφὴν
τὰς χειρας οἱ μνηστῆρες
ἔχουσιν ἀπαλὰς, ὡς μὴ δὲ τὸ
τόξον ἐντεῖναι δύνασθαι.

Nimirum inde non concludimus haec Athenaei verba apud Dioscuridem cum Antinoi exemplo coniuncta fuisse. Immo Dionem liberius fonte suo usum esse credimus. Nam optime cohaerent cum ineuntis capitis 29 his: καὶ οἱ μνηστῆρες δὲ παρ' ἀντῷ πεσσοῖσι προπάροιδε θυράων ἐτέρποντο (fr. 21 p. 102, 12. 13). De Phaeniae autem et Apionis testimoniis extrinsecus ex Pamphilo additis rectissime Brunkium iudicavisse censemus l. l. p. 34. Fuerunt haec in ea quidem libri parte, ubi de magnificentia et luxuria Phaeacum et procorum disputavit Dioscurides.

Deinde Plutarchus quibus locis et qua ratione Dioscuridis librum in suum usum converterit, nondum absolvit Brunkius, ut non sine fructu hanc rem denuo nos tractaturos esse speremus. Nam non solum in quaestionibus convivalibus, sed etiam in nonnullis aliis Plutarchi libris Dioscuridis vestigia insunt.²⁾ Adhuc Schraderus (l. l. p. 374 sqq.) consensum animadvertit inter ea, quae apud Athenaeum in l. I c. 19 et apud

1) Videntur quasi huc respicere Dionis verba in or. VII p. 267 R de ἀργίᾳ disputantis: καὶ ὅτι ἄλλως τὰς χειρας ἔχεις κατὰ τοὺς μνηστῆρας ἀτρίπτους καὶ ἀπαλὰς (φ 251).

2) Qua in re nobis totum Plutarchum versantibus, cum Duebneriano indici fides plane nulla sit, auxilio venerunt, quas res conguessit et disposuit Ammoneitius in dissertatione 'de Plutarchi studiis Homericis', Regimonti Borussiae edita a. 1887, cf. imprimis p. 36 sqq. 'de cultu et victu heroum'.

Plutarchum in quaest. conviv. VIII 6 IV de cenis heroum exponuntur (fr. 29 p. 108, 1—9 = p. 108, 16—25, p. 109, 19), et inter ea, quae apud Athen. in l. I c. 16 et Plut. in quaest. conviv. VIII 8 III sunt de piscium cibo ab Homericæ aetate alieno (fr. 2 p. 91, 10—15 = p. 91, 23—26). Brunkius (p. 3) huc spectare vidit in quaest. conviv. IV 4 III haec quoque: *οἱ γούν ἤρωες κτλ.* (fr. 2 p. 91, 28—32), quibus quasi comprehenduntur, quae sunt apud Athen. in capite 15 et capitis 16 initio. Idem rectissime (p. 4 sq.) cum Plutarchea illa quaestione (VIII 8 III) contulit etiam Athenæi caput 22 praeter 16 (fr. 12 p. 96, 5—14 = p. 96, 18—26). Denique eandem rem protulisse illum comprobavit (p. 21) in libelli de Iside et Osiride c. 7 (fr. 12 p. 96, 27—30, p. 97, 25. 26), ita adhibitam, ut Aegyptios sacerdotes piscium esu abstinere demonstraret. Nos autem supra p. 163 Chaeroneensem expilasse Dioscurideum opus docuimus in libro de audiendis poetis p. 29^d collato Dione II 90 R (fr. 43 p. 119, 1—6 = p. 119, 21—28).

Nimirum Plutarchum compilatorem ex more Athenæi deprehendi non exspectamus. Sed licentius alienam materiem suis rebus intexere solet variatam non raro et suo consilio adaptatam, ut interdum leviter res stringens ex lectione sua meminisse tantum videatur. Cuius rei exemplum suppeditat ex ipsis etiam quaestionibus convivalibus problema l. II 10: *πότερον οἱ παλαιοὶ βέλτιον ἐποίουν πρὸς μερίδα ἢ οἱ νῦν ἐκ κοινοῦ δειπνοῦντες*, si Aristarcheum illud caput apud Athen. l. I 21 potissimum, quo *δαίς ἐίση* explicatur, in comparationem vocaveris. Quae enim Plutarchi ineunte in problemate sunt (fr. 34 p. 112, 16—18), nituntur Aristarchea illa etymologia *δαίς* vocis: *ἐν ταῖς θυσίαις ἐκάστῳ μερίδος ἀποκληρουμένης*. Dioscurides autem illam persequitur apud Athen. p. 12^c (fr. 34 p. 112, 5—11). Deinde ex Dioscuride derivata est illa sententia in Hagiae verbis (l. l. I 4), quod sua cuique convivarum apposita sit mensa, suum cuique poculum (fr. 35 p. 113, 31—33). Nam cum his componas velim, quae sunt apud Athen. p. 11^f (fr. 31 p. 110, 14. 15) et p. 13^d (fr. 35 p. 113, 24. 25, p. 114, 1). Imprimis autem Dioscuridis vestigia hac re palam fiunt, qua

ratione ipse Plutarchus harum epularum defensionem suscepit l. l. π 3. Nam quae de cenarum indole exposuit, antequam sua cuique distributa fuisset portio (fr. 34 p. 112, 22—27), plane eis respondent, quae Athenaeus de eadem re enarrat p. 12^d (fr. 34 p. 112, 14. 15, p. 113, 1—4).

Denique haec ipsa inter sese comparentur, quibus uterque pergit l. s. s.:

<p>Plutarchus (fr. 34 p. 113, 26—31):</p> <p>Ὅσον δὲ χρόνον ἴ Μοῖρα καὶ ἢ Λάχσεις ἰσότητι τὴν περὶ τὰ δεῖπνα καὶ συμπόσια κοινωνίαν ἐβράβειον, οὐδὲν ἰδεῖν ἄκοσμον ἴν οὐδ' ἀνελεύθερον.</p> <p>ἀλλὰ καὶ τὰ δεῖπνα δαΐτας ἐκάλλον, καὶ τοὺς ἐστιωμένους δαιτυμόνας, δαιτροὺς δὲ τοὺς τραπεζοκόμους ἀπὸ τοῦ διατρεῖν καὶ διανέμειν.</p>	<p>Athenaeus (fr. 34 p. 113, 4—6, 9—11):</p> <p>ὡς δὲ παρεγένετο αὐτοῖς πολλὴ ἐκ τῆς Δήμητρος διένεμον ἐκάστῳ ἴσην, καὶ οὕτως εἰς κόσμον ἦλθε τοῖς ἀνθρώποις τὰ δόρπα.</p> <p>ὥστε ἡ τροφή δαῖς ἐπὶ τῷ δαῖσθαι λέγεται, ὃ ἐστι διαμοιρᾶσθαι ἐπ' ἴσης. καὶ ὃ τὰ κρέα ὀπτῶν δαιτρούς, ἐπεὶ ἴσην ἐκάστῳ μοῖραν ἐδίδου.</p>
---	---

Quae res summi momenti videtur ei quaestioni indagandae, quomodo exortae sint hae quaestiones convivales. Volkmannus enim (*Leben, Schriften und Philosophie des Plutarch* I 55 sqq.) sermones eis contineri existimabat re et veritate habitos, quos ex schedularum adumbrationibus (cf. l. l. p. 177) fusius et ornatus enarrasset Plutarchus. Atque eandem sententiam amplectitur Ernestus Grafius in commentationibus Ribbeckianis (*Plutarchisches* inde a p. 59), fidam in his inesse memoriam arbitratus. Idem quae necessario inde secuntur, colligere audet his: de fontibus in componendis convivalibus quaestionibus omnino non esse cogitandum (p. 61). Ex eis autem quae supra exposuimus efficitur Chaeroneensem philosophum vel ipsos in conscribendo auctores adiisse vel quos fructus ex lectitando cepisset, eos scite sermonibus inseruisse. Ante nos etiam alii quaestionum fontes statuere. Sic Valentinus Rose (Aristot. Pseudep. p. 116) problemata quae Aristo-

telis nomine feruntur, largam ei praeuisse materiam animadvertit. Dein Schraderus (l. l. p. 376 et 426) et Porphyrium in zetematis Homericis et Plutarchum in symposiacis corporis illius solutionum Homericarum peripatetici copias diripuisse comprobavit. Bappius quoque (de font. quibus Athen. in rebus musicis lyricisque enarrandis usus sit, in stud. Lips. VIII p. 97) eidem fonti iure tribuit, quae de Pylade et Bathyllo saltatoribus iisdem fere verbis Plutarchus (quaest. conviv. VII 8 III) et Athenaeus (I p. 20^d) produnt. Quem Seleucum Tiberii convivam esse idem nuper evicit in commentat. Ribbeck. p. 258 sqq. Quodsi in ipsis conviviis huius aetatis viri docti ita colloqui solebant, ut quasi gloriarentur, quantum ex litterarum lectione meminissent, quanto magis hoc factum esse putabimus in conscribendis istis rebus, quas fortasse tetigerant in illis colloquiis? Immo vero late etiam patuisse in his libris Plutarchi fingendi et exornandi artem et in personis inductis et in rebus tractatis, ut non raro sermones veritate omnino non habitos esse censendum sit, vel hinc conicias quod inde a Socraticorum temporibus peculiare erat litterarum genus 'conviviorum', in quibus omnigena doctrina solebat enarrari. Athenaei totum dipnosophistarum fictum convivium nuncupasse satis est.

Cum Plutarchi problemate l. VII nono: ὅτι βουλευέσθαι παρὰ πότον οὐχ ἤττον ἢ Ἑλληνικὸν ἢ Περσικόν (cf. Herodot. I 133), id quod Agamemnonis in Iliade conviviis comprobatur versuum *H* 324 *I* 93. 70. 74 copia laudata, plane conveniunt Athenaei in l. V c. 19 haec verba: ἐν ἐνίοις δὲ καὶ τῶν Περσικῶν συμποσίων ἐγίνοντό τινες καὶ βουλαὶ καθάπερ ἐν τῷ Ἀγαμέμνονος κατὰ στρατείας. Sed huius capituli initium Seleuco deberi suo iure Bappius comprobavit (l. l. p. 265), cui haec tribuenda esse nos quoque putamus, quippe quae magis Seleuco περὶ ἀρχαίων συμποσίων disputanti adaptata videantur quam Dioscuridis rationi. Plutarchum autem a Seleuceo illo opere pendere non miraberis, cum in antecedenti quoque quaestione (VII 8 III) inde eum quaedam sumpsisse modo commemoratum sit. Tamen Dioscuridis in huius Athenaei capituli initio sunt haec: οἱ νέοι τῶν ἑλευθέρων ὀνοχόουν ἄς ὁ τοῦ

Μενελάου υἱός, 'καίτοι νυμφίος ὑπάρχων καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς γάμοις', quorum verborum mentio fluxit ex l. I p. 18^b. Neque enim ipsis in nuptiis (in l. δ) pincernam agit Megapenthes, sed ο 141, cum Sparta proficiscitur Telemachus. Quae recte proferuntur a Seleuco (apud Athen. X p. 424^e, cf. Bapp. l. l.): ὠνοχόουν τε παρὰ τοῖς ἀρχαίοις οἱ εὐγενέστατοι παῖδες, ὡς ὁ τοῦ Μενελάου υἱός

ὠνοχόει δ' υἱός Μενελάου κωδαλίμοιο (ο 141).

Ceteroquin autem huius capituli prior pars usque ad verba: *κατὰ τὴν στρατείαν* ex rerum indole ad Seleucum videtur referenda.¹⁾ De reliquis infra erit dicendum. Sed Plutarchum quoque in eodem problemate praeter Seleucum etiam Dioscuridem adiisse haec documento sunt in quaestionis exitu (fr. 45 p. 120, 11—13): *οἱ δὲ τῶ Ἐρμῆ πνμάτω σπένδοντες, ὅτε μνησαίατο κοίτου (η 138), ἄρ' οὐκ τὸ αὐτὸ συνάγουσι τῶ οἴνω τὸν λόγον;* De qua stoicorum doctrina supra disputatum est.

Tum haec quoque ex Dioscuride meminisse videtur Plutarchus, quae in quaestione iam commemorata IV 4 π 8 de caepa tanquam Homericō cibo obiter inseruit (fr. 13 p. 97, 30, p. 98, 28. 29). Nam huius fuerunt (apud Athen. p. 24^f): *ἀλλὰ μὴν καὶ τοῖς κακοχρημοτάτοις κρομύοις ἐκρῶντο· ἐπὶ δὲ κρό-*

1) Similia tamen eis, quae apud Seleucum fuerunt: *καὶ δοῦλος οὐδεις ἦν ὁ διακονήσων, ἀλλ' οἱ νέοι τῶν ἐλευθέρων ὠνοχόουν, ὡς ὁ τοῦ Μενελάου υἱός καὶ τᾶλλα δὲ πάντα παρεσκευάζον τοῖς δειπνοῦσιν ἐλεύθεροι,* etiam apud Dioscuridem videntur narrata fuisse, ex quibus nunc nihil restat nisi hoc apud Athen. p. 17^b: *πολυτελεῖς δ' αὐτοῖς καὶ οἱ διακονούμενοι* (fr. 16). Cum his rebus scholia Ven. A et B ad A 470 conspirant ad verba notata: *κοῦροι μὲν κρητῆρας κτλ.] ἀρχαῖον ἔθος οἰνοχοεῖν τοὺς νέους. διὸ καὶ παῖδας μέχρι τοῦ νῦν τοὺς δούλους φαμέν. καὶ Γαννμήδης καὶ Ἥβη ὑπηρέται θεῶν εἰσιν (Y 234 A 2).* In Ven. B autem etiam haec sunt: *.. οἰνοχοεῖ δὲ υἱός Μενελάου. 'ἐπὶ δ' ἀνέρες ἐσθλοὶ ὄροντο οἶνον ἐποινοχοεῦντες' (γ 471). διὸ καὶ παῖδας κτλ.* Quae nunc videntur Seleuceae originis esse, nisi forte Aristarchi sunt, ut inde sua habere Seleucum censendum sit. Nam *πρὸς τὸ ἀρχαῖον ἔθος* saepe (cf. Lehrs. l. l. p. 11) illum diplen posuisse scimus, dein illius rationem sapiunt scholia nec illo videntur indigna. Sed interim ambiguum maneat iudicium.

μιον ποτοῦ ὄψον' (A 630) (fr. 13 p. 97, 25—27, cf. Athen. p. 10^b, fr. 23 p. 103, 13).

Denique in Plutarchei Convivii septem sapientium quodam loco (c. 13 p. 156^e) male tradito Dioscuridem nobis deprehendere videmur, quem ex Hauptii et Bernardakis curis versibus qui irrepserunt deletis A 262. 263 sic legi volumus: ἐπεὶ τὰς γε προπόσεις αὐτάς, ἔφη (scil. Mnesiphilus), πυνθάνομαι λέγειν τοῖς παλαιοῖς ἐνδεῖν, 'δαιτρόν' ¹⁾, ὡς Ὀμηρος ἔφη (A 262), καὶ μετρητὸν ἐκάστου πίνοντος, εἴτα ὥσπερ λείας ²⁾ μέριδας μεταδιδόντος τῷ πλησίον. Quo haec quoque Chersiae poetae quae subsequitur quaestio pertinet: ἄρ' οὖν, ἔφη, καὶ τοῖς θεοῖς ὁ Ζεὺς, ὥσπερ τοῖς ἀριστεῦσιν ὁ Ἀγαμέμνων, μετρητὸν ἐνέχει τὸ ποτόν, ὅτε προῦπινον ἀλλήλοις ἐστιώμενοι παρ' αὐτῷ; Quibus fuisse quasdam veteribus propinationes apud Plutarchum legitur, his Dioscuridea respondent apud Athen. p. 13^f de heroum 'διὰ τῆς προπόσεως ἀσπασμῶ' (fr. 35 p. 114, 17) et in l. V quaedam potissimum verba p. 193^a (fr. 35 p. 114, 27. 28). Quae autem de vini partitione apud illum sunt, cum Dioscuride conveniunt apud Athen. p. 12^a (fr. 34 p. 112, 8 = p. 112, 19—21). Tum quod suae quisque partis conviva aliis largiri solitus esset, hoc quoque Dioscuridis fuit apud Athen. p. 14^a (fr. 35 p. 115, 10—12 = p. 115, 24. 25). Denique deos quoque inter sese propinasse in Dioscuridis libello legebatur apud Athen. p. 13^f (fr. 35 p. 114, 17—19 = p. 114, 30—33). 'Convivii' vero Plutarcheam originem si recte contra Volkmannum (l. l. I 188 sqq.) comprobarunt G. Herrmannus ³⁾

1) Hercherus ut huic loco difficillimo aliquo modo succurreret, quamquam leni mutatione αὐτάς correxit in λιτάς, tamen iusto audacius traditorum verborum loco λέγειν τοῖς παλαιοῖς scribi voluit πίνειν τοὺς παλαιούς. At tamen multo aptiorem et simplicioremedelam Bernardakis adhibuit, cum in corrupta voce ἐνδεινον latere cognovisset verba: ἐνδεῖν δαιτρόν. Δαιτρόν autem iam restituerat Meziriacus.

2) Traditae litterae αἴας sunt. Quod autem nuper Kaibelius coniecit in Herm. vol. XXII p. 505 'ὥσπερ ἰδίας μερίδος' propter ὥσπερ ibi plane supervacaneum non probamus. Immo ab omni parte Hauptii praeplacet inventum 'ὥσπερ λείας', quod nec Hercherum nec Bernardakim recepisse miramur.

3) 'Quaestiones criticae de Plutarchi Moralibus. Part. I τῶν ἐπὶ τὰ σοφῶν συμπόσιον'. Halis 1875.

et Muhlius¹⁾, ista quoque Dioscuridis memoria ex Plutarchi ratione iniecta hanc rem aliquantulum iuvare posse putamus.

Pauca addimus de Plutarcho personato libelli *περὶ τοῦ βίου καὶ τῆς ποιήσεως Ὀμήρου* auctore ut Dioscuridei operis expilatore. Quem affatim spoliasset hunc librum in capitibus 205—209 comprobavit Brunkius (p. 10 sq. 17 sq. 21), quibus *τὸ διαιτητικὸν μέρος τῆς ἱατρικῆς* tractatur. Ergo feliciter potuerunt adhiberi, quae de heroum vivendi ratione tam diligenter composuit Dioscurides. Sed etiam in c. 210, quo de Homeri chirurgia sermo est — *ἱατρικὰ* omnino tractantur in capitibus 200—211, nam dilucidam per totum libellum persequitur ille auctor dispositionem — Machaonis exemplum ex Dioscuride apud Athen. I p. 10^a (fr. 23 p. 103, 6—15, p. 104, 2—6) depromptum esse putamus: *τὸν δὲ Μαχάονα τρωθέντα οὐ μεγάλην οὐδὲ καιρὸν πληγὴν ἐπὶ τοῦ ὤμου, εἰκότως ἀφυλακτοτέρα διαίτη ποιεῖ χρώμενον· ἴσως καὶ τὴν τέχνην αὐτοῦ δείκνυσιν· ὁ γὰρ τὰ ἄλλα ὡς ἔττε διαιτώμενος, ἐαυτὸν ἰᾶσθαι ἐδύνατο.* Quae in hoc quidem capite non tam suo loco sunt, quam supra in c. 206 indicata erant, quo *τὸ διαιτητικόν* quantum ad vinum pertinet, in disputationem vocatur: *οὗτος γὰρ ἐστὶν ὁ Πράμνιος* (sc. *οἶνος*), *ὃν τῷ Μαχάονι τετραμένῳ δίδωσιν* (cf. Athen. l. l., fr. 23), id quod ipsa narrationis verba demonstrant. Eandem vero apud Pseudo-Plutarchum quam apud Athenaeum spirat hoc exemplum *εὔταξιαν*, cuius illustrandae causa illud protulerat Dioscurides.

Tum ex Dioscurideo libro haec quoque excitata sunt, quae de Clytemestra et Agamemnonis cantore in c. 213 exposuit ille scriptor, quo tragoediam ab Homero originem sumpsisse demonstrare studet. Haec autem eadem ratione suae rei adaptavit, velut, quae supra in capitibus 205—210 inde deprompsit, in medicinae usum convertit. Nam postquam Homeri *‘dramata’* ab omni parte sublimi genere esse demonstravit, quae non continerent recentiorum tragicorum more nefastas nuptias, liberorum et parentum caedes, alia portenta, tamen si eiusmodi

1) *Plutarchische Studien*, prgr. S. Annae Augsb. 1885 p. 27—29.

quidpiam induxisset Homerus, eum quam maxime contexisse illud delictum contendit. *ὥς καὶ ἐπὶ τῆς Κλυταιμίστρας πεποίηκε* κτλ. Sed originem sat clare demonstrat ipsorum verborum cum Athen. I p. 14^b concertus (fr. 37 p. 116, 2—7 = p. 116, 25—30).

Cum autem tam curtatam et non raro tam ieiune Pseudo-Plutarchus ille protulerit Dioscurideam materiem eamque exeunte demum libello, ipsum plenum Dioscuridis librum ei non iam patuisse haud sine veritatis specie aliquis coniciat, sive contractus fuit, sicut breviato usus est stoico illo corpore (cf. Diels. in doxogr. I. 1.), sive alius quidam intercessit auctor. Qua de re certum iudicium tum demum fieri poterit, si accuratius aliquis huius libelli naturam et fontes examinaverit inquisitione dignissimi. Quam ob rem non putamus ex Dioscuride fluxisse libelli capita magnam partem inde a 161, in quibus oratorum principem Homerum fuisse demonstratur, quamquam mirum in modum conspirant cum eis, quae in altera oratione Dio exposuit inde a p. 79 R ea de re, quanti Homerus rhetoricam aestimaverit artem. Nam Dionis verba, quibus haec res inducitur: *δοκεῖ μοι τὸ πρᾶγμα θαναμάζειν* quasi respondent capiti 161 libelli. Quae autem de Phoenice subsecuntur apud eundem, qui Achilli fuerit a patre commissus tanquam *διδάσκαλος λόγων*, apud Plutarchum personatum leguntur in c. 169: *καὶ τὴν αἰτίαν λέγει* (sc. Phoenix), *ὅπως τρέφειν αὐτὸν ἐπιστεύθη παρὰ τοῦ Πηλέως νήπιον παραλαβὼν καὶ διδάσκαλος ἔργων καὶ λόγων εἶναι ἠξιώθη* (cf. etiam c. 170). Reliqua quoque Diomedis, Nestoris, Ulixis eloquentiae exempla apud utrumque proferuntur. Diomedis quidem apud Dionem indicatum tantum amplius exponitur in c. 168, Nestoris in c. 165 eodem versu *A* 249 laudato. Quid vero praestiterint Ulixes et Nestor dicendi vi in sedando tumultu ad naves properantium Achivorum (*B* 182 sqq.), eodem modo quo apud Chrysostomum narratur in huius scriptiunculae capitibus 166 et 167. Quae tam ample sunt prolata, ut omnino non respondeant ei rationi, qua in exeunte libro ille auctor diripuit Dioscurideas opes. Quam ob rem ex stoico quodam fonte

— nam ex stoicorum consuetudine prolata sunt — et Dioni et Plutarchi Vitae haec suppeditata esse rectius statuemus.

Denique ut ex Athenaeo amplificemus Dioscurideas copias restat. Unum quidem ex ipso primo libro superest, quod certo Dioscuridi vindicare nobis videtur. Quae enim de saltationibus Homericis capitibus 25 et 27 ineuntibus exponuntur, et Bappius in dissertatione (l. l. p. 139 sqq.) et Brunkius (l. l. p. 31 sqq.), qui Bappii horum capitum 24—36 tractationem neglexit, ab Dioscuridis opere segreganda esse voluerunt. Haec omnia ex opere quodam *περὶ παιδιᾶς*, quale Suetonius conscripsisset, fluxisse Bappius putavit (p. 141), haud iure ut nobis videtur. Facile enim illa, quae Homerum omnino non curant, de pilarum variarum lusuum inventionibus clarisque lusoribus ab his possunt secerni tanquam aliunde deprompta, utpote quae interrumpant qui inter horum capitum initia existit artum conexum, quem Brunkius quoque animadvertit p. 31. Eorum autem quae ad Hali et Laodamae saltationis lusum pertinent apud Athen. p. 15^c (fr. 39 p. 117, 21—23): *καὶ ὄρχοῦνται πον ἀνὰ μέρος πυκνῶς (τοῦτο γάρ ἐστι τὸ 'ταρφέ' ἀμειβόμενοι) κτλ.*, eandem interpretationem conservavit scholion ad Θ 379: *πυκνῶς πλέκοντες εἰς ἀλλήλους (= ταρφέα — πυκνῶς) ἐναλλασσόμενοι (= ἀνὰ μέρος — ἀμειβόμενοι)*. Dein cum eis quae apud Naucraticam subsecuntur: *οἶδε δὲ ὁ ποιητὴς καὶ τὴν πρὸς ᾧδὴν ὄρχησιν κτλ.* (fr. 39 p. 117, 24—28), bene comparatur scholion ad Θ 262: *πρὸς ᾧδὴν δὲ καὶ λύραν τὴν ὄρχησιν ἐποιοῦντο, οὐ μὴν πρὸς αὐλόν. ἦν δὲ τις θυσιοῦ δμίλησις ἐναρμονίου ὑπὸ τῆς λέξεως. ἄτοπον γὰρ μιμεῖσθαι μοιχείαν*. Quae verba ex ipsius hyporchematis definitione, quae quidem apud Athenaeum sequatur: *καὶ ἔστιν ἡ τοιαύτη ὄρχησις μίμησις τῶν ὑπὸ τῆς λέξεως ἐρμηνομένων πράξεων* conformata videntur. Quae autem de ipso hyporchemate in hoc capite 27 insunt, peripateticam doctrinam sapere videbantur Bappio l. l. p. 139. Brunkius haec eidem fonti tribuenda esse censuit, cui deberentur, quae in l. XIV p. 631^c de hyporchematica saltatione exstarent. Quem Dionysium Halicarnassensem esse Bappius p. 149 coniecit, non comprobavit. Utut haec sunt, quae

ad ipsum Homerum his in capitibus spectant, nostro iure ex peripatetico illo opere et ad Dioscuridem et in scholia pervenisse statuimus.

De saltatione HomERICA etiam quaedam protulit ex Aeneae de Merione Cretensi his verbis derivata (II 617):

Μηριόνη, τάχα κέν σε καὶ ὄρχηστὴν περ ἔοντα
ἔγχοσ ἔμὸν κατέπαυσε κτλ.

Dio Chrysostomus in altera oratione p. 93 R (fr. 38), quae cum scholio Ven. A ad II 617 composuit Hagenus l. l. p. 57. Tamen quod cum ipsis Dionis verbis comparetur scholion multo magis idoneum est hoc, quod in Ven. B legitur:

Dionis enim sunt:

ἢ σὺ οἶε ἄλλην τινὰ λέγειν
ἐπίστασθαι τὸν τοῦ Μόλου
υἱόν (sc. ὄρχησιν)..... ἢ τὴν
ἐνόπλιον, τὴν Κουρητικὴν,
ἢ περ ἣν ἐπιχώριος τοῖς Κρη-
σί, τὴν ὄξειαν καὶ ἐλαφρὰν
κίνησιν πρὸς τὸ διακλῖναι
αὐὰ φυλάσασθαι ῥαδίως τὸ βέ-
λος;

scholii:

Κρηῆτες γὰρ ἀσκοῦσι τὴν
ἐνόπλιον ὄρχησιν, ἔμπειροι
ὄντες ἀπὸ τῆς τῶν Κουρη-
τικῶν μυθολογίας. ἄκρωσ δὲ
ἐξεφάυλισε τὸ εὐκίνητον τοῦ
ἀνδρός. βουλόμενος γὰρ αὐτὸν
ἐλαφρὸν εἶπεῖν, τοῦτο παρα-
τρέψας εἰς ὄρχησιν ἐχλεύασεν.

Hanc quoque rem Dioscuridis fuisse ex peripatetici operis cornu subministratam probabilis videtur coniectura.¹⁾

1) Peripateticorum sapientiam hoc quoque in his scholiis redolet, quod saltationis omnino statuunt genera tria: πυρρίχη, σκιαννίς, κορδακισμός, quamquam πυρρίχη ἐμμελείας loco ex lyricae saltationis generibus perpetuam substituta est, cf. Aristoxenum apud Athen. I. XIV p. 631^{ca}, Bappii dissert. l. l. p. 96 (adn. 1) et 97. Cum ipso hoc Homericō Merionis Cretensis exemplo quodammodo haec quoque cohaerere videntur Aristoxeni peripatetici apud Athen. XIV p. 630^b: ἄλλοι δὲ Κρηῆτα λέγουσι τὸ γένος εἶναι Σκιαννον. ὄρχησται δ' οἱ Κρηῆτες, ὡς φησὶν Ἀριστοξένος. Hanc Aristoxeni doctrinam apud Athen. I p. 20^e cum eis quae de Bathyllo et Pylade saltatoribus produntur, Aristocle fortasse hic quoque inter utrumque intercedente ex Seleuco in dipnosophistarum sermones receptam esse probabile est (cf. Bapp. in comm. Ribb. p. 263 sqq.). Unde suspicio exoritur libri XIV capita quidem 28 usque ad 30, quae continuo ordine de saltationibus sunt et

Facilis ex saltatione transitus fuit ad instrumenta musica ab Homero adhibita, de quibus initio capituli 28 (fr. 42) disseruit Dioscurides, praesertim p. 15^a (fr. 39 p. 117, 26) cithara modo commemorata. Attamen de cithara hoc quidem loco apud Athenaeum omnia exciderunt. Quamquam simile aliquid Plutarcheis his in quaest. conv. VII 8 IV 5 (fr. 40): ἀλλ' ἢ γε κίθαρα πάλαι πον καὶ καθ' Ὅμηρον ἔτι τοῖς χρόνοις γνωρίμη τῆς δαιτός ἐστιν (cf. § 99, ρ 270. 271) etiam apud Dioscuridem fuisse nobis sequi videtur ex Athenaei de tibiis et syringis his verbis (fr. 42 p. 118, 19): εἰς δὲ τὰ συμπόσια οὐ παρήγαγε. Eadem fere apud Athenaeum sunt in l. XIV p. 627^o: ὄθεν ἔοικε καὶ Ὅμηρος διατηρῶν τὴν ἀρχαίαν τῶν Ἑλλήνων κατάστασιν λέγειν

φόρμιγγός θ' ἦν δαιτὶ θεοὶ ποίησαν ἑταίρην,

qui versus ex ρ 262 et 271 conflatus est. Quae verba, sicut quod sequitur exemplum ex Iliade A sumptum, quod dii musicae vi conciliati sint post contentionem Achillis causa obortam, fortasse ex Dioscuridis pratis flosculos esse putaveris. Neque tamen adeo bonam de Athenaeo sententiam habere licet non tam auctoris quam compilantis librarii vicibus functo, ut tam scite haec his capitibus intulisse putandus sit. Continuo enim cursu haec capita 23—26 et 31—33 secundum Erwini Rohdii libellum 'de Iulii Pollucis in apparatu scaenico enarrando fontibus', Lipsiae emissum 1870 p. 36—46, quibus certo caput 18 adnumerare non dubitamus, de veteris musicae mitigandi mendendi ad omnes virtutes animos inflammandi vi agunt, quorum Aristoxenea vestigia Rohdii detexit l. l. Ergo certe peripateticorum doctrinam prae se ferunt (cf. Bappii dissert. p. 104), sive ex Rohdii coniectura (p. 45) Chamaeleon Naucraticae sup-

cum illis in primo libro concinunt, non ex Dionysio (cf. Bapp. diss. p. 149), sed ex Seleuco ab Athenaeo transcripta esse. Quae de pyrrhicha in extremo c. 29 sunt 'Caesarum Romanorum aetati propria' (cf. Bapp. diss. p. 101) quam commode pertinent ad Tiberii convivam! Sed altioris indagationis haec est quaestio. Ceterum ex eadem peripatetica doctrina dependent quae Herodici sunt apud Athen. V p. 181^{ab} de saltationibus ex Cretico more apud Homerum descriptis.

peditavit, sive ex Bappii ratione per Aristoclem (p. 104) et Dionysium (p. 149) huc illata sunt. Adhuc neutri confidimus. Quae autem Chamaeleon p. 624^a protulit ¹⁾ lenivisse Achillem iram citharae lusu (I 186 sqq.), quam ex Eetionis spoliis ei tribuisset Homerus, cum Pelidae in Dionis altera oratione exemplo aliquo modo conspirant p. 82 R (fr. 41 p. 118, 7—12). Chrysostomum cum in oratione XXXII ab eadem peripateticorum doctrina pendere Rohdius comprobaverit (p. 37. 45), eum hoc quoque Achillis exemplum inde sumpsisse fortasse credas. Tamen ne apud Dioscuridem quidem hoc exemplum celeberrimum defuisse verisimile videtur, unde eius mentionem inicere potuerit rhetor Prusensis. Dioscuridi autem in hoc quoque exemplo enarrando peripateticum corpus patebat. Nam quae apud Porphyrium in hac tractanda quaestione (ad I 186): ἀπρεπὲς δοκεῖ καταλαμβάνεσθαι καθαρίζοντα (scil. Achillem) supersunt: παραμυθία γὰρ ταῦτα θυμοῦ καὶ λύπης hinc fluxisse propter rerum indolem vix negabis. Cum Dionis autem omnibus his verbis (fr. 41) hanc Porphyrii λύσιν concordare concedes: ἔστι δὲ νέος καὶ φιλόμουσος καὶ λάφυρον ἔχων τὴν μισθάραν, καὶ οὐ θηλυδριώδη μέλη ἀλλὰ κλέα ἀνδρῶν ἔδει. Quae autem Aristarchi (cf. Ariston. ad I 188) cum hoc Dionis loco Hagenus composuit (l. l. p. 55), eis eiusdem quaestionis quasi solutio videtur contineri.

Certo Dioscuridis sunt verba apud Athenaeum p. 11^f (fr. 30 p. 110, 1): εὐωχοῦνται δὲ παρ' Ὀμήρω καθήμενοι, item p. 17^f: καθαρίζονται δ' ἐν τοῖς συνδείπνοις οἱ ἥρωες, οὐ κατακέκλινται, quibus transitum sibi paravit sophista ad quandam de Alexandro Magno historiolum ab Duride narratam, quam cum eis quae secuntur, ex Hegesandri hypomnematis petiit. Huius enim memoria tam trita est apud Athenaeum, ut ipsum ei in manibus fuisse censendum sit. Unde etiam in l. V capituli 20 Aristarcho-Dioscuridei initium ad Dioscuridem re-

1) Cliniae Pythagoraei et Achillis exempla ut Athenaeus coniuncta exhibet Aelianus in var. hist. XIV 23, sive integrum Athenaeum sive communem fontem expilavit, quod adhuc ambigi potest.

ferendum videtur: ἐκαθέζοντο δὲ καὶ δειπνοῦντες οἱ τότε κτλ. (fr. 30 p. 110, 2—13).¹⁾

Dein Dioscurideo apud Athenaeum libri I capiti 18, quod temulentiae poenarum Homericæ exempla persequitur inde a verbis: τῆς μέθης δὲ κατατρέχων ὁ ποιητῆς κτλ. (fr. 25), quodammodo respondet l. XII caput tertium p. 511^{abc}, quibus noxam ferre ἡδονῆν Homericis exemplis demonstratur (fr. 28). Ut enim omnino in huius libri primis capitibus sophista varios pannos, dummodo de voluptate et luxuria essent, undique collectos consuit, hoc frustum ex Dioscuride huc eum posuisse putamus. In capitis primis verbis stoicum quendam audire tibi videaris contra Epicureorum rationem pugnantem. Quae autem de Iove protulit: ὅσα μὲν γὰρ ἀγρυπνῶν ὁ Ζεὺς ἐφρόντιζεν ὑπὲρ τῶν Τρώων, ταῦτ' ἀπώλεσε μεθ' ἡμέραν ὑφ' ἡδονῆς κρατηθεῖς, ad verbum propemodum locum habent in Porphyrii problematis (ad Ξ 314 sqq.): τίνος ἔνεκεν τοσοῦτον ἀκρατῆ παρίστησι τὸν Δία ὡς μὴ δύνασθαι κρατεῖν ἑαυτοῦ; hac solutione: ἄλλως τε διδάξαι βούλεται τοὺς νέους ὁ ποιητῆς, ὅσον ἐστὶ χαλεπὸν μὴ κρατεῖν τῶν παθῶν, ὅπου καὶ Ζεὺς ὁ παγκρατῆς πάθει νικηθεῖς ἐζημιώθη τὴν ὄνησιν, ἣν ἐξ ἀγρυπνίας περιεποιήσατο. Neque quae de Marte poenae vice ab Vulcano vincto secuntur, apud Porphyrium desunt ad ϑ 267, cui haec scholia tribuenda esse arbitrati vix errabimus: οὐκ ἀτόπως ἐπὶ ἡδυπαθῶν ἄδει ταῦτα ὁ κίθαρωδός, δι' ὧν ἡδοναί, (ἀλλὰ)²⁾ σωφρονίζων αὐτούς. δέσμιον γὰρ εἰσάγει τὸν μοιχὸν καὶ τοὺς θεοὺς λέγοντας 'οὐκ ἀρετῆ

1) Sed idem fere legitur in l. VIII p. 363^f: ὅθεν οὔτε κατακλινεσθαι παρὰ τοῖς ἀρχαίοις ἔθος, ἀλλὰ 'δαίνυνθ' ἐξόμενοι', ut non possit ex Dioscuride huc insertum esse. Nam in continuis capitibus ibi de veteribus convivii sermo est, quae si ex rerum indole et auctoribus laudatis coniecturam facere licet, ex Seleuci illo opere περὶ ἀρχαίων συμποσίων statuimus derivata esse. Eodem pertinere videntur, quae huius Homericæ moris exempla protulit Athenaeus in l. XI initio, cuius de Seleuceis vestigiis fere constat, Adrastii et Polyidi, quae Homerum omnino non curant, dein Eurycliae et Autolyçi, ex versibus v 399 sqq. arguta ratione extricatum.

2) 'ἀλλὰ' nos quidem inseruimus.

κακὰ ἔργα' (§ 329). Quae exempla Dioscuridem ex peripatetici operis divitiis mutuatum esse sponte apparet, quippe in quo Demodoci cantum defensum fuisse supra p. 155 viderimus. Attamen etiam duae causae huic rei comprobandae succurrunt, ex quibus ibi haec quodammodo iam coniuncta fuisse probabile videtur. Plato enim de re publ. III p. 390^b horum vituperator exstitit, et de Cephisodoro Isocrateo haec sunt apud Athen. III p. 122^b: Κηφισόδωρος γοῦν ὁ Ἰσοκράτους τοῦ ἡγήτορος μαθητῆς ἐν τῷ τρίτῳ τῶν πρὸς Ἀριστοτέλην λέγει ὅτι εἴροι τις ἂν ὑπὸ τῶν ἄλλων ποιητῶν ἢ καὶ σοφιστῶν ἐν ἡ δύο γοῦν πονηρῶς εἰρημένα, οἷα παρὰ μὲν Ἀρχιλόχῳ, . . . aliis, Ὀμήρω δὲ τὸ τὴν Ἥραν ἐπιβουλεῦσαι τῷ Διὶ καὶ τὸν Ἄρη μοιχεύειν. ἐφ' οἷς πάντες κατηγοροῦσιν αὐτῶν.

In eodem XII libro septimum quoque caput maximam partem Naucraticam ab Dioscuride lucratum esse statuimus. Voluptuosam enim vitam novisse et descripsisse Homerum ex operis ratione in l. I p. 16^d his Dioscurides comprobavit (fr. 18 p. 100, 6—8): ἀπολανστικὸς δὲ ἐστὶ παρ' αὐτῷ καὶ ὁ τῶν Φαιάκων βίος· αἰεὶ γὰρ ἡμῖν δαίς τε φίλη κίθαρίς τε καὶ τὰ ἔξις (§ 248 sqq.), post quae verba iure Kaibelius desideravit Ulixis mentionem et versuum ι 5 sqq. vulgatam memoriam, ut sic demum Eratosthenis coniectura potuerit proferri. Ampliorem autem de horum versuum ι 5 sqq. interpretatione disputationem sophista proponit in l. XII c. 7 (fr. 18 p. 100, 9—18, p. 101, 1—7), quam cum illis coniungere ab omni parte commodum est. Locus ille Odysseae πολυθρύλητος est, ab vituperatoribus et defensoribus multum agitatus.¹⁾ Quae de Ulixē, qui Epicuro voluptatis auctor exstiterit, et de Megaclidis solutione Athenaeus protulit, coniuncta leguntur etiam in Plutarchi personati libelli c. 150 ea quidem libri parte, qua Dioscuridem nondum adiit ille auctor, quo in capite singulos

1) Hac Epicuri vel Aristippi ratione Heraclides Ponticus ἐν τῷ περὶ ἡδονῆς apud Athen. XII p. 512^d hos versus explicavit, sed κομικῶς teste Laertio Diogene in fine catalogi l. V 6, 88, ut decet Platonis et Aristotelis alumnum. Eiusdem rei documento est Athenaei l. XII totum caput 5 (cf. Schweigh. ad loc.). Tamen cum capite 7 hoc omnino non cohaeret.

philosophos ex Homero suas doctrinas deduxisse comprobatur. Democriti enim exemplo allato haec secuntur: ἄλλους δὲ πλανηθέντας (scil. δεῖ μνημονεῦσαι), ἐν οἷς ἐκεῖνος οὐχ ἐλόμενος, ἀλλὰ πρὸς τὸν παραπίπτοντα καιρὸν ἀρμοζόμενος τισὶ περιέθηκεν, ἐπεὶ γε¹⁾ ὁ Ὀδυσσεὺς παρ' Ἀλκινόω κατεχόμενος ἡδύπαθρα καὶ τρυφῇ κεχημένω πρὸς χάριν αὐτῷ διαλεγόμενος ἔφη, 'οὐ γὰρ ἔγωγε' κτλ. (ι 5—11), quibus Megaclidis peripatetici²⁾ rationem perstringi patet. Dein haec secuntur: τούτοις παραχθεις καὶ Ἐπικουρος τὴν ἡδονὴν τέλος εὐδαιμονίας ἐνόμισε. Quas res cum omnino stoicorum sapientiam prae se ferant, Heracliti allegoriarum c. 75 consensu, quae quidem ad Epicurum spectent, ex stoico illo corpore depromptas esse omnibus probabitur.³⁾ Ergo ab stoico quodam haec quidem de Epicuro accipere potuit Dioscurides, quem re probata etiam corporis illius auctor expilasse censendus esset. Quamquam certe Megaclidis peripatetici solutionem ne in peripatetico quidem opere defuisse suspicamur. Nam Porphyrius quoque ad ι 5, cui id scholion vindicare nemo dubitabit, Megaclidis solutionem quamvis nomine non laudato servavit. Haec enim in codice H sunt: λέγεται δὲ ἀπὸ τοῦ προσώπου. πρὸς οὓς γὰρ φησιν, αὐτοὶ ἦσαν φάσκοντες 'αἰεὶ δ' ἡμῖν' — τῶν πρὸς εὐχλίαν. Quae amplius in codice T ita enarrantur, ut cum ipsis Dioscuridis verbis satis congruant:

Porphyrii sunt ad ι 5:	Athenaei XII p. 513 ^{b c} :
οὐ πάντως ἀποδεχόμενος τὸν	ὁ δὲ Μεγακλείδης φησὶ τὸν
τοιούτον βίον ἐπαινεῖ, ἀλλὰ	

1) Traditum est: Ἐπεὶ γὰρ ὁ Ὀδυσσεὺς κτλ. At tamen illud enuntiatum cum antecedentibus verbis coniungendum esse statuimus. Nam ita demum suo ordine fluunt sententiae. Quam ob rem illud γὰρ aut plane delendum est aut quod Wachsmuthius proposuit corrigendum: ἐπεὶ γε, quod praeplacet.

2) De Megaclidis peripatetici studiis Homericis cf. Sengebuschium in diss. Homer. priore apud Dindorf. l. l. p. 88. 89, Schraderum l. l. p. 414.

3) Cur hoc stoicum corpus etiam hanc peripateticam rem ita adhibitam continuisse negandum sit, omnino non intellegimus. Schradero enim scrupulus resedit, cf. l. l. p. 414. Tamen vix probabile est 'alius cuiusdam explicationem cum Megaclidis congruentem fuisse.'

ἀρμόζεται κατὰ τὸν παρόν-
τα καιρὸν (cf. Ps.-Plut. verba)
ὑπὲρ τοῦ τυχεῖν ὧν ἐβούλετο.
προσποιεῖται οὖν τὸ ἀβροδί-
αιτον ἀσπάξασθαι τῶν
Φαιάκων ἀκηκῶς λεγόν-
των·

αἰεὶ δ' ἡμῖν δαίς τε φίλη κί-
θαρίς τε χοροὶ τε (9 248).

Ὀδυσσεά καθομιλοῦντα τοὺς
καιροὺς ὑπὲρ τοῦ δοκεῖν
ὁμοίῃς τοῖς Φαίαξιν εἶναι
τὸ ἀβροδίαιτον αὐτῶν ἀ-
σπάξασθαι προπυθόμε-
νον τοῦ Ἀλκίνοῦ·

αἰεὶ δ' ἡμῖν δαίς τε φίλη κί-
θαρίς τε χοροὶ τε
εἵματα τ' ἐξημοιβὰ λοετρά τε
θερμὰ καὶ εὐναί' (9 248. 249).
μόνως γὰρ οὕτως ᾤήθη ὧν
ἤλπιζε μὴ διαμαρτεῖν.

Etiamsi enim Porphyrius sua et ex stoico et ex peripatetico opere delibare potuit, tamen hunc ob concentum peripateticum corpus utriusque subesse putamus, cum apud Pseudo-Plutarchum ex stoicorum consilio ita deflexa esset haec res, ut quosdam philosophos ab Homero sumpsisse doctrinam accommodandi res praesenti temporis statueretur.¹⁾

Eadem fere Athenaeus protulit in l. V capite 19, quod supra p. 171 sqq. ex Seleuceis pannis et Dioscuridis quodam frustulo consutum esse vidimus: τὸ δὲ τοῦ Ἀλκινόου συμπόσιον, πρὸς δ' ἀποτέταται ὁ τοῦ Ὀδυσσεῶς λόγος· οὐ γὰρ ἔγωγέ τί φημι κτλ. (ι 5—8) ξένου ὑποδοχὴν ἔχει, ὄντων καὶ αὐτῶν τῶν Φαιάκων τρυφερῶν (fr. 18 p. 101, 26—31). Nam vix recte

1) Stoicum illud de Epicuri furto inventum etiam scholion exhibet ad ι 28: γινῶθι ὅτι καλῶς λέγει καὶ Ἐπικουρὸς ὁ φιλόσοφος τῷ ἑαυτοῦ δόγματι ἀριστον τέλος εἶναι πάντων τὴν ἡδονήν, ἐξ Ὀμήρου τοῦτο λαβὼν καὶ ἐπὶ πάντων αὐτὸς ἐκτείνας τὴν τῆς ἡδονῆς τελειότητα, quae non spectare possunt nisi ad versus ι 5 sqq. Quam ob rem hoc quoque Porphyrii quoddam frustum esse conicias, sive ex stoico corpore depromptum est, sive in peripatetico etiam hoc receptum fuisse credideris, unde et Porphyrius et Dioscurides potuerint in suas res deducere.

Ad eandem rem Seneca quoque alludit in epist. mor. l. XIII 3 (88), 5 his: nam modo Stoicum illum faciunt (scil. Homerum) . . . , modo Epicureum, laudantem statum quietae civitatis et inter convivia cantusque vitam exigentis, modo Peripateticum' etc.

Schweighaeuserus illa verba: *ξένου ὑποδοχὴν ἔχει* his reddidit: 'continet illud receptionem hospitis'. Sed ex Megacledis ratione hoc fere volunt: 'continet hospitis captationem benevolentiae ipsis luxuriosis Phaeacibus', velut *εἰς ὑποδοχὴν λέγειν τινί* ex. gr. legitur apud Aeschinem (II 62). Quam ob rem hoc quidem enuntiatum ex Dioscuride huic capiti tessellato sophistam intulisse censemus. Quod autem subsequitur: *ὅπερ συμβάλλων τις πρὸς τὰ τῶν φιλοσόφων συμπόσια κτλ.* ex Herodici capitum 3—18 ratione sive ipse sibi conformavit sive ex illo conrasit. Sed quae in capitis exitu de Demodoci cantu exponuntur (fr. 37 p. 116, 18—22), iterum ex Dioscuridis hortulis sunt conquisiti flosculi. Nam quod ab claudicante Vulcanano superatus sit Mars deorum fortissimus, Dioscurideum esse ex Athen. p. 511^b (fr. 28 p. 107, 18—25) elucet, quode disputavimus p. 180. Quod autem Demodoci cantu Ulixi quasi procorum mors praedicatur, quamvis inepta sint, tamen peripateticae illi rationi conveniunt, qua certo consilio carmina elegisse cantores supra p. 155 vidimus. Haec quoque tanquam excusantis solutionis instar huic materiae succurrunt.

Restat, ut suis terminis Dioscuridis fines in l. XII c. 7 circumscribamus. Certo huic tribueris capitis finem inde a verbis: *εἰσὶ δ' οἱ φασὶ κτλ.* (fr. 19) — nimirum Dioscuridem indicat subdolos Naucratica —, quippe quae prorsus huius libri consilio accommodata sint. His quoque ultimis verbis ipse conexus comprobatur: *διόπερ καὶ Ὀδυσσεὺς τρυφὴν καὶ λαγνείαν τέλος τοῦ βίου παρὰ τῷ Ἀλκινόῳ τίθεται.* Sed quae in medio capite Pindari¹⁾, Sophoclis, Theognidis de polypto testimonia insunt, ipsum Athenaeum ex more suo addidisse facile credes.

Duo supersunt quae Dioscuridea fragmenta esse existimamus apud Athenaeum. Sed pro certo ut hoc affirmemus, non adeo suppetunt argumenta ex aliis auctoribus desumpta. Alterum est Athenaei caput 42 libri X de Nestore vini studioso inde a verbis: *πλειστον δὲ ἔπιε τῶν μὲν ἡρώων Νέστωρ ὁ τριγέρον κτλ.* (fr. 24), quod probabilitate quadam Dioscuridi

1) Collato Plutarcho de soll. animal. p. 978^e.

tribuatur. Nam totius capitis indoles huic accomodata est, quippe quod bene coniungatur cum Athenaei libri I capite 17 (fr. 23). Si autem ex Asclepiadis Myrleani περὶ Νεστορίδος libello hoc transscriptum esse quispiam dixerit, quem in l. XI sophista affatim expilavit¹⁾, non ita huius rationi haec convenire ipse videat. Immo his: τοῦ Ἀγαμέμνονος . . . , ὃν ὡς πολυπότην ἐπιπλήσει ὁ Ἀχιλλεύς quasi sese ipsum exscripsisse videtur Dioscurides (cf. supra p. 150), neque Antiphanis comici testimonium ab hoc alienum est. Huic autem rei illustrandae, quod non temere Homerus Nestori potissimum poculum offerentem induxerit Achillem, Eumelo corporis tutaminis causa thoracem, quippe qui periculose cucurrerit, horum meminisse iuvabit, quae de Antinoο supra p. 167 disputata sunt. Quae vero de hoc Nestoris poculo narrantur, ea quasi duas huius quaestionis solutiones esse facile intelleges, cur poculum Nestori dono dederit Achilles, quarum alteram acceperit, alteram spreverit ille auctor.²⁾ Quam ob rem ne hoc quidem ab Dioscuride abhorre concedes. Tanquam instar tertiae huius rei solutionis scholion est in Ven. B ad Ψ 616, quamquam hic non ita de ipso poculo quam omnino de Nestoris praemio cogitatur: ἀγαθός ἐστι νομοθέτης (sc. Achilles), ἀξιῶν καὶ φρονήσεως ἄθλα τιθεσθαι. παρ' Ὀμήρου τοίνυν διδαχθεὶς Ἰσοκράτης ἐπιτιμᾷ τοῖς μὴ φρονήσεως ἄθλα τιθεῖσιν. ὥσπερ δὲ τὸν βασιλέα (Agamemnonem v. 890) οὕτω καὶ τὸν συνετὸν ἀκρονιτὶ στεφανοῖ.³⁾ Quod scholion Kaibelius adhibuit, ut in

1) Cf. praecipue capita 76—85.

2) Kaibellii miramur horum verborum distinctionem. Parenthesi enim inclusit haec tantum verba: τοῖς γὰρ φιλοπόταις οὐ παρέπεται τὸ νικᾶν διὰ τὸ ῥέθνημον, quasi verbis quae secuntur: ἢ ὅτι διὰ δὴγαν μάλιστα λείπονται οἱ πίνκται διὰ τὸ βαρεῖσθαι τὰς χεῖρας ἀνατείνοντας tertia quaedam solutio eius quaestionis proferatur, cur poculum Nestori obtulerit Achilles. Immo post haec demum verba parenthesis esse concludendam unusquisque concedet. Nam his etiam illud explicatur, cur potatores non sequatur victoria. Haec omnia verba parenthesis loco haud opportune hic inserta si ab ipso Athenaeo addita esse statuerimus, vix errabimus.

3) Eandem solutionem Accius protulit in didascalis in fr. X Baehr. (fragm. poet. Roman. p. 268):

hac altera solutione corrigeret corrupta verba: οὐχ οτι καὶ οὐχὶ τῷ νικηθέντι ἔδωκε δέπας ὁ Ἀχιλλεύς in οὐχ ὅτι ἀκο-
νιτὶ τῷ νικηθέντι κτλ. Vix tamen hac ratione suam medelam
his verbis allatam esse putamus. Nos quidem alterum οὐχὶ
delendum esse censemus tanquam variam lectionem, ut illum
solutorem ad versum Ψ 656 respexisse statuendum sit:

τῷ δ' ἄρα νικηθέντι τίθει δέπας ἀμικύπελλον.

Eadem ratione Casaubonus rem explicavit, quamquam audacius
pro verbis οὐχ ὅτι καὶ οὐχὶ τῷ νικηθέντι scribi voluit ὅτ' ἐ
καὶ τῷ νικηθέντι (cf. Schweighaeuser. ad locum).

Alter ille Athenaei locus legitur ineunte libro XIII p. 556^a
(fr. 26). Quae praecedunt inde a capitis 3 initio ea de re,
quod barbarorum quidem mulieres patiantur pellices, non Grae-
corum, certo cohaerent cum eis quae secuntur. Nam ex hac
consuetudine Aristoteles exposuit Menelaum Helenam veritum
abstinuisse ab aliarum feminarum concubitu. Itaque si haec
quoque ex Dioscuride fluxisse contenderis, quamquam praeter
Priami mulieres parum ipsum Homerum curant, lubenter ad-
stipulabimur, praesertim cum Dioscuridem de diversa barba-
rorum et Achivorum ratione disputasse supra p. 163 sqq. com-
probatum sit. Quae autem Aristotelis hic ample de Menelao,
Nestore, Phoenice narrantur, in libro I breviter proferuntur
p. 25^f (fr. 26 p. 106, 11—20 = p. 106, 26—29) in fine earum
rerum, quas ex Dioscuride petiit Athenaeus. Quare Brunkius
(p. 39) haec ab Dioscuridis opere desecari voluit. Nos quidem
contrarium inde concludimus, ut haec quoque in l. XIII ei tri-
buamus. Quae vero Aristotelis sequitur solutio, ut libidinis et
temulentiae crimen ab Agamemnone prohibeatur, prorsus peri-
patetici corporis indolem prae se fert, ut Dioscuride interce-
dente haec ad Athenaeum pervenisse probabile videatur. Tamen

‘sapientiaeque invictae
gratia atque honoris patera Nestorem mactavit
aurea’,

ut illud de Nestoris praemio zetema ab Accio agitatum esse prona vide-
atur coniectura, id quod bene convenit cum illius operis natura et indole,
cf. Ribbeckii ‘hist. poes. Roman.’ I p. 267 sq.

infirmiora esse haec argumenta fatemur, quam ut certi quidquam statuatur.

His omnibus expositis illud superest, ut aliquo modo Dioscuridei libelli argumentum et dispositionem adumbremus, id quod, quantum potuit, Brunkius quoque conatus est l. l. p. 22 sqq. Nam rationem reddi opus est de ordine quem instituimus in componendis fragmentis, quae dissertationi praemisimus. Nimirum hac quoque parte principem optimumque ducem se praebet Athenaeus, quantumcunque rem 'dissecuit, coniunxit, mutavit', ut disputandi materiem inter dipnosophistas distribueret, cf. Brunk. l. l. p. 23 sq. Nam optime etiam nunc cognoscitur, quae inter sese cohaereant.

Quin in primo fragmento libelli initium deprehendamus, nemo in dubitationem vocabit. Nam eo totius scriptiunculae consilium illud indicatur: *σωφροσύνης* praeceptorem sese praestare Homerum. Quam ob rem omnibus heroibus simplicissimum tribuit victum, semper assas carnes atque eas bovis, non haedi aut agni (fr. 1). Neque piscibus aut avibus inducit illos vescentes (fr. 2), nec frugibus (fr. 3). Neque coronis neque unguentis eos facit utentes et deis quoque simplicem tribuit victum, nectar et ambrosiam, nec tura aut myrrha aut coronae adhibentur ad eos colendos (fr. 4). Sed tam modeste cenati alii discis iaculisque sese oblectant ludicro certamine ad seria sese exercentes, alii cantores audiunt (fr. 5). Eodem modo 'πρὸς μελέτην τῶν πολεμικῶν' venatum exeunt iuvenes (fr. 6), laborum autem ut remedia varia noverunt lavandi genera (fr. 7). Etiam lectus qualis esse debeat, docet Homerus Diomedis exemplo 'στρεῶς' in pelle bubula recumbentis (fr. 8). Nec quae de heroum *αὐτοργία* Dioscurides Chrysippum secutus disputavit, huc pertinere quisquam negabit (fr. 9). His omnibus narrandis rebus praeceptorem agere Homerum, alia eum referre tantum docet fragmentum 10, siquidem his ipsis Dionis verbis haec exposuit Dioscurides. Nam Homerus etiam varios novit cibos, immo etiam elixas carnes varii generis et varium in modum paratas (fr. 11). Neque piscium aut avium esus ab eo

alienus est (fr. 12), neque olerum aut frugum (fr. 13). Nec vero unguentorum Homerum fugit suaveolentia, neque ignotus ei fuit coronarum usus (fr. 14). Atque etiam lectos novit eleganter constructos et pretiosa stragula (fr. 15), quin immo sumptuosos famulos (fr. 16). Omnino omnem novit Dioscuridae aetatis magnificentiam. Itaque splendidissime describit regias Menelai, Alcinoi, Calypsus speluncam (fr. 17). Voluptati vero dedita est apud eundem Phaeacum vita, quin ipse Ulixes quibusdam videtur Epicuri ratione illis voluptatis praedicator exstitisse (fr. 18. 19). In Odyssea omnino propter otium et pacem luxuriae indulgent (fr. 20). Sic proci ante fores calculatorum lusu sese oblectant et propter desidiam et luxuriam tam molles habent manus, ut ne arcum quidem possint tendere (fr. 21). Quo in ordine fragmentorum planissime fluere sententias lubens concedes, ut singulas res singulis non raro tam apte suppleri iure mireris.

Tum complura fragmenta ad vini usum pertinent (22—25). Novit Homerus vini modum, quatenus conducat, quatenus noceat, et varia miscendi genera (fr. 22). Illud quidem illustratur Nestoris exemplo Machaoni Pramnium ministrantis (fr. 23) et fragmento 24, si re vera Dioscuridi tribuitur, de potatore Nestore. Sed temulentiae poenas large enumerat fragmentum 25. Dein quodammodo inter sese cohaerent fragmenta 26—28. In fragmento 26, quod num iure ad hunc libellum referatur dubium est, illud exponitur, cur uni Menelao nulla iungatur mulier, cum ceteri cum feminis concumbant. Alterum (fr. 27) de castitate mulierum et virginum est, quae hospites lavent. Sed libidinis poenas persequitur fragmentum 28.

Denique secuntur continuo ordine Athenaeo fido auctore ea fragmenta, quae ad cenas et convivia spectant easque res, quae cum his cohaerent (29—45), cf. Brunk. l. l. p. 16. Ac primum quidem accurate de cenarum numero disputatur (fr. 29), dein illud exponitur assedissee heroas in cenando (fr. 30) et refutatur, quod quidam suam cuique mensam appositam fuisse statuerint (fr. 31). Finito demum convivio removentur mensae (fr. 32). Panes apponuntur cum ipsis canistellis (fr. 33), carnis

autem assae et vini sua cuique conviviarum distribuitur portio (fr. 34), suum quisque habet poculum, pluribus autem poculis et carnibus praestantiores honorantur viri; etiam propinandi inter sese morem noverunt heroes (fr. 35). Omnino decore cenant. Quodsi in Odyssea Ulixes et Achilles inter sese disceptantes inducuntur, utilis est illa contentio, utrum dolo an pugna expugnandum sit Ilium (fr. 36). In ipsis autem coiviis adhibentur citharoedi et saltatores (fr. 37—39). Iam facilis ad instrumenta musica fuit transitus (fr. 40—42). De cithara 'convivii amica' sunt fragmenta 40 et 41, tibus autem et fistulas non in conviviis adhibuit poeta. Omnino barbaris tribuit tibus (fr. 42). Simili ratione de barbarorum et Achivorum diversa ratione agunt fragmenta 43 et 44. Denique soluta cena Mērcurio libant linguas tamquam somni praesidi (fr. 45).

Quoniam super opere Dioscuridis non sine fructu nos disputavisse confidimus, de ipso auctore circumspicere ex re videtur. Quem cum grammaticorum, stoicorum, peripateticorum scriinia in conscribendo suo libro adisse comprobatum sit, vel inde eius aetatis limine vixisse eum concludas, qua non tam de suo componere libros quam vetustiorum scripta expilare solebant. Certe inter Aristarchum et Dionem Plutarchumque, quantum vidimus, fuit Dioscurides. Ergo non potest cogitari de Isocrateo, non de Pyrrhoneo Cyprio, Timonis discipulo, cuius memoriam Sotion servavit apud Laertium Diogenem IX 114. 115¹⁾, non de Zenonis successoris Chryssippi patre, ad quem stoeae ille alter princeps complures librorum suorum scripsit.²⁾ Apud Athenaeum duo etiam cuiusdam Dioscuridis libri commemorantur, in l. IV p. 140^{b et f} *Λακωνικὴ πολιτεία*, in l. XI p. 507^d *ἀπομνημονεύματα*, quos Athenaeus ipse non in manibus habuit. Tamen summa probabilitate ei de quo agimus Dioscuridi tribuuntur, quippe quem solum inter huius aetatis hoc nomine praeditos quantum accepimus revera scrip-

1) Cf. Wachsmuthii Sillographos p. 9 adn. 5.

2) Cf. Laertium Diogenem VII 190. 193. 198. 200. 202.

torem fuisse sciamus. *Ἀπομνημονευμάτων* mentio Hegesandri Delphi commentariis debetur, cuius de temporibus nihil colligere licet nisi illud, quod post tempora belli contra Perseum gesti scripsit¹⁾, ut de Dioscuride hinc nihil redundet. Si quid ex duobus huius operis fragmentis ab Athenaeo et Laertio Diogene subministratis²⁾ coniectare licet, clarorum virorum memorabilia dicta liber videtur continuisse, qua ratione ex gr. Hermogenes³⁾ explicavit vocem *ἀπομνημόνευμα* tanquam *χρεία* similem. Quam ob rem in dubio relinquere malumus, num quod de lyra ab Apolline Amphioni data fragmentum ex Apollonii Rhodii scholiis suppeditatum Muellerus cum his coniunxit, revera huc pertineat.

Certioribus etiam argumentis *Λακωνικὴν πολιτείαν* ad hunc Dioscuridem referre licet. Nam quaecunque fragmenta apud Plutarchum et Athenaeum aetatem tulerunt⁴⁾, in antiquitatibus Lacedaemoniorum versantur. In primo quidem de Minervae Optiletidis templo ab Lycurgo dedicato disputatur⁵⁾, in altero de orthagoriscis porcellis, in tertio de honoribus, quos Anticrati Epaminondae percussori eiusque posteris decreverint Spartani. Quibus adde quartum ab Muellero omissum, quod de Lacedaemoniorum *ἐπακλων* cenis agit apud Athen. IV p. 140^f. Quam rationem cum huius Dioscuridis studiis, quippe qui in Homericis antiquitatibus operam suam collocaverit, convenire non negabis. Alterum hoc proferimus argumentum. Utroque

1) Cf. Mueller. FHG IV p. 412, Droysenum *Geschichte des Hellenismus* III 1 p. 246 adn. 3. Hegesander enim in fr. 20 (M.) Rhodophontem commemorat, Rhodiorum rei publicae quendam administratorem, quem anno a. Chr. n. 167 legatum Romam missum esse ex Polybio constat (XXX 5, 4).

2) Cf. Mueller. FHG II p. 196 fr. 6 et 7.

3) In progymn. p. 5 (Speng.).

4) Cf. Mueller. FHG II p. 192.

5) Eiusdem historiolae eundem auctorem Olympiodorum ad Platonis Gorgiam (cf. Iahnii *Archiv* XIV p. 522) excitasse his verbis: *Ἰδιοσκοροίδης ὁ ἱστορικός* Wachsmuthius nos docuit. *Ἱστορικός* autem hac aetate eodem iure videtur appellatus esse quo ex gr. ab Augustino de civ. dei XVIII 17 Reatinus — est de gente populi Romani liber, quem sequitur ille — *‘Varro historicus’*.

loco quibus huius operis mentio fit apud Athenaeum (p. 140^{b et f}), Dioscuridem Persaeum stoicum secutum esse apertis verbis indicatur. Ab stoicorum autem studiis eum de quo sermo est non alienum fuisse supra satis comprobavimus. Immo in Dionis illo loco orationis LIII p. 276 R II de Homericis stoicorum studiis multum agitato, de quo nos quoque disputavimus p. 162 sq., ipsius Persaei excitatur memoria: ἔτι δὲ καὶ Περσαῖος ὁ τοῦ Ζήνωνος κατὰ τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν γέγραφε καὶ ἄλλοι πλείους. Quam ob rem his quoque rebus inter utrumque vinculum quoddam intercedere tuo iure conicias. Cum autem stoicos potissimum, Zenonem, Persaeum, Sphaerum de re publica Spartanorum libros condidisse constaret, Dioscuridem Chryssippi amicum huius libri auctorem esse Ionsius voluit.¹⁾ Attamen, num omnino scripserit ille, nescimus, ut praevalere nostram rationem omnes concessuros esse putemus.

Quodsi revera Λακωνικὴν πολιτείαν scripsit idem Dioscurides qui libellum περὶ τῶν παρ' Ὀμήρω νόμων composuit, angustioribus terminis aetatem licet circumscribere. Nam ex Didymi diligentia contrasa sunt, quae in libri IV his capitibus (certe inde a p. 138^e—141^e) auctoribus raris et tantum non unicis laudatis de Lacedaemoniorum rebus enarrantur. Quod autem ipsius Dioscuridis mentio ab Didymo fuit iniecta, his comprobatur: Contra Polemonem inducit disputantem Athenaeus Didymum, p. 139^e: ταῦτα μὲν ὁ Πολέμων. πρὸς ὃν ἀντιλέγων Δίδυμος ὁ γραμματικὸς. φησὶ τάδε· Πολυκράτης ἐν τοῖς Λακωνικοῖς κτλ. De Dioscuride autem infra sunt p. 140^b: ἀλλὰ μὴν οὐδ' ὀρθραγορίσκοι λέγονται, ὡς φησιν ὁ Πολέμων (cf. supra p. 139^b), οἱ γαλαθηνοὶ χοῖροι, ἀλλ' ὀρθραγορίσκοι, ἐπεὶ πρὸς τὸν ὀρθρον πιπράσκονται, ὡς Περσαῖος ἱστορεῖ ἐν τῇ Λακωνικῇ πολιτείᾳ καὶ Διοσκουρίδης ἐν δευτέρῳ πολιτείας καὶ Ἀριστοκλῆς ἐν τῷ προτέρῳ καὶ οὗτος τῆς Λακωνίων πολιτείας. Eodem modo in ἐπαίκλων interpretatione (p. 140^{d et f}) proferenda contra Polemonem ab Persaei et Dioscuridis parte stare videtur Didymus.

1) Cf. Fabricium in Bibl. Gr. 1. 1.

Ergo quod inter Aristarchum et Didymum interfuerit saeculum vidisse Dioscuridem statuimus. Quod si cui numeris exprimere lubeat, fere inter annos a. Chr. n. 160 et 60 eum vixisse dicat. Aliquantulo autem propius eum accessisse ad Aristarchi tempora fortasse inde concludas, quod p. 140^b inter Dioscuridem et Didymum intercedit Aristocles quidam, cuius nomen Schweighaeuserus certa emendatione nobis videtur correxisse in Nicoclis. Huius enim testimonium alteri de Persaeo et Dioscuride loco et antecedit (p. 140^d) et subsequitur (p. 141^a).¹⁾

Unum restat de Dioscuridis alicuius quodam opere testimonium, quod ad hunc revocetur, Photii s. v. *συντάλη* hoc: *Διοσκουρίδης ἐν τοῖς περὶ νομίμων κτλ.*²⁾ Probabiliter autem Muellerus coniecit huius operis partem fuisse *περὶ τῶν παρ' Ὀμήρω νόμων* libellum. Nam prorsus Alexandrinorum respondet mori, ex quo operum amplo ambitu compositorum singulis partibus singulos superscribere solebant titulos. Immo etiam *Λακωνικὴν πολιτείαν*, si recte de eius natura et indole iudicavimus, eiusdem operis partem fuisse eo facilius conicias, quod Spartanorum quandam consuetudinem enarrat illud Photianum fragmentum.

1) Cf. Bappii dissertat. l. l. p. 88.

2) Cf. Mueller. l. l. fr. 4.

INDEX RERUM

- Accii didascal. fr. X Baehr. p. 268: 185 adn. 3
- Achillis et Ulixis contentio 155 sq. in addendis p. 196
- Achivi et Troiani diversa ratione ab Homero descripti 163 sqq.
- Aelianus 141. 179 adn. 1
- Agamemno cum tauro comparatus 166
- Alcinoi et Menelai domuum magnificentia 161 sq.
- Antiphanis comici fr. 273 K (π p. 124) explicatum 134 adn. 1
- Apollonius sophista Aristarcheae doctrinae testis 129. 131
- Aristarchi doctrina a Dioscuride adhibita 124—139. 160. 164 sqq. 169 sq.; scholia ad eum referuntur Ven. B ad A 468: 131, (Ven. A et B ad A 470: 172 adn. 1), Ven. B ad B 872: 165, Ven. A ad Γ 1, Ven. B ad Γ 2: 164, Ven. B ad Δ 4: 137 adn. 1, Ven. B ad Δ 429. 433. 437: 164, Ven. B ad H 306. 307: 164, Ven. A et B ad Θ 542: 164, Ven. B ad N 41: 164, Ven. B ad Π 747: 133 sqq., Ven. A ad P 52: 165, Ven. B ad Σ 495: 138 sq., cod. E et H ad ϑ 98, cod. T ad x 124: 132 adn. 2; ei tribuitur athetesis versuum α 139. 140, δ 55. 56: 139; Aristarchus peripateticam quandam doctrinam 131 sq., Chrysippeam 142, omnino stoicorum quandam interpretandi rationem secutus 162
- Aristonicus v. Aristarchus
- Athenaeus Dioscuridis expilator 121 sqq. 124—156. 176—187; eius cum Dione Chrysostomo consensus 157—162. 177. 179, cum Plutarcho 127. 133 adn. 1. 147—151. 168—174, cum Pseudo-Plutarcho libelli *περὶ τοῦ βίου καὶ τῆς ποιήσεως Ὀμήρου* scriptore 174 sq.; emendatur X 433^d: 185 sq.
- Calypsus antrum 161
- Circae allegoria 143. 145 sq.
- Chrysippus 140—143. 145
- Demetrius Phalereus 153 sqq.
- Dio Chrysostomus Dioscuridem adhibuit 157—168. 177. 179; Chrysippeum quandam interpretandi morem secutus est in orat. LXXI: 141 sq., omnino stoicorum 145. 166. 175 sq.
- Diomedes in pelle bubula recumbens 162. 166 sq.
- Dioscurides revera libelli *περὶ τῶν παρ' Ὀμήρου νόμων* auctor 121 sqq.; de nominis scriptura 121 adn. 1; de aetate 189—192; Aristarchi doctrinam adhibuit: v. Aristarchus, stoicorum 139—146. 162 sq. 191, Schra-

- deri peripateticum solutionum corpus 146—156. 167. 176 sq. 178 sq. 180 sq. 182 sqq. 186; eius homonymi 122. 189; eiusdem ἀπομνημονεύματα 188 sq., *Δακωνική πολιτεία* 189 sqq., *περὶ νομίμων* 192
- εὐταξία 139. 174
- Hegesander Delphus 179. 190
- Heracliti allegor. Homericæ 143 sq. 182
- Herodicus Crateteus 136 adn. 3. 137. 184
- Heroum de conviviiis 126—137. 169 sq.; de cenarum numero 126 sqq. 152 sq.; de piscium, avium esu 132 sqq. 157 sqq. 161 adn. 5, carnis assæ 134. 157 sqq., elixæ 135, oleris 135, caepæ 172 sq.; de coronarum, myrrhæ, suffimenti usu 135 sq.; de vini usu 146 sqq. 174. 184 sqq.; de honoribus inter cenam 136 sq. 173; de cantoribus 137. 153 sqq. 174 sq., saltationibus 137 sq. 176 sq., de instrumentis musicis 138. 178 sq.; de αὐτοδρακονίᾳ 140 sqq.; de luxuria et magnificentia 159 sqq. 168
- Horatius stoicos secutus 145 sq.
- Iulianus 161 adn. 5
- Megaclides peripateticus 181 sq.
- Mercurii allegoria 143 sq. 172
- Nestor vini studiosus 184 sqq.
- Philemon Atheniensis glossographus 126 sq.
- Plato Dioscuridis auctor 159
- Plutarchus Dioscuridis expilator 127 sq. 133 adn. 1. 159. 163. 168—174. peripatetici solutionum corporis 146. 149 sqq. 196 in addendis; de quaestionum convivalium fontibus et natura 170 sq.
- Plutarchus personatus libelli *περὶ τοῦ βλοῦ καὶ τῆς ποιήσεως Ὀμήρου* auctor Dioscuridem compilavit 123. 174 sq., Dielsii corpus stoicarum allegoriarum 145. 166. 181 sq.; eiusdem stoicæ doctrinæ atque Dio Chrysostomus testis 175 sq.; emendatur c. 150:182 adn. 2
- Porphyrius non Dioscuridem adhibuit (121. 146), sed uterque corpore peripatetico usus est 151 sq. 155 sq. 179. 180 sq. 182 sq., stoicarum allegoriarum Dielsii corpus secutus est 143 sq. 145. 166; ab Aristarcho sive Aristarcheis dependet 164 sq.; quaestio quaedam restituitur 125 adn. 3
- Scholia Aristarcho vindicata v. Aristarchus; Chrysippeam rationem exprimunt scholia Ven. A et B ad Θ 53:142 sq.; peripatetici corporis videntur Ven. A ad *A* 449:131 sq., Ven. A et B ad *B* 381:153 adn. 1, Ven. A ad *I* 661 et Ven. B ad *K* 75:167, Ven. A et B ad *II* 617:177, Ven. B ad *Y* 84:153, scholia ad γ 267:153 sqq., cod. E ad γ 441:131 sq., cod. T ad θ 260, cod. V ad θ 379:176 sq.; in scholiis ad Apollonium Rhodium servatis Dielsii stoici corporis vestigia 144 adn. 2; tentantur scholia Ven. A ad *B* 378:134 adn. 1, Aristonici ad δ 19:138 adn. 1
- Seleucus grammaticus Tiberii conviva 148 sq. 171 sq. 177 adn. 1. 180 adn. 1
- Suidæ et Athenæi ratio 121 sq. 158
- Theophrastus *περὶ μέθης* 147 sq.

Tryphon Aristarchum secutus 131

Ulixes ἀπαθής 145; Epicuro voluptatis auctor 181 sqq.; eius ἀντοργία 141 sqq.

ζωρότερον κέραιε 146 sqq.

INDEX LOCORUM

QUIBUS TRACTANTUR FRAGMENTA

I 121 sqq. 135. 156. 157 sqq. 187	XXIV 184 sqq. 188
II 132. 157 sqq. 161 adn. 5. 169. 187	XXV 143 sqq. 150. 152. 167 sq.
III 187	XXVI 186 sq. 188
IV 135 sq. 187	XXVII 125. 188
V 187	XXVIII 180 sq. 188
VI 187	XXIX 125—128. 152 sq. 169
VII 187	XXX 179 sq. 188
VIII 162. 166. 187	XXXI 128 adn. 2. 169. 188
IX 140 sqq. 172. 187	XXXII 128 sqq. 139. 188
X 162 sq. 187	XXXIII 134 sq. 188
XI 135. 159 sq. 187	XXXIV 130 sqq. 169 sq. 173. 189
XII 132 sq. 169. 187 sq.	XXXV 136 sq. 169. 173. 189
XIII 133 adn. 1. 135. 172 sq. 188	XXXVI 155 sq. 189. 196 in addendis
XIV 135 sq. 188	XXXVII 137 sq. 153 sqq. 174 sq. 184. 189
XV 162. 167. 188	XXXVIII 177. 189
XVI 141. 172 adn. 1. 188	XXXIX 176 sq. 189
XVII 160. 161. 188	XL 178. 189
XVIII 181 sqq. 188	XLI 179. 189
XIX 184. 188	XLII 138 sq. 178. 189
XX 165 adn. 1. 188	XLIII 163 sqq. 169. 189
XXI 167 sq. 188	XLIV 165 sq. 189
XXII 149 sqq. 188	XLV 143 sq. 172. 189
XXIII 139. 149—152. 174. 188	

TABULA ARGUMENTI

	pagina
I Fragmenta Dioscuridis <i>περὶ τῶν παρ' Ὀμήρω νόμων</i> libelli	89—120
II Commentatio	121—192
Praefatio de Dioscuridis nomine	121—124
Caput I de libelli fontibus	124—156
1 de Aristarcho	124—139
2 de stoicis vestigiis	139—146

	pagina
3 de Schraderi peripatetico solutionum corpore	146—156
Caput II de libelli finibus propagandis	157—187
1 de Dione Chrysostomo	157—168
2 de Plutarcho	168—174
3 de Plutarcho personato libelli <i>περὶ τοῦ βίου καὶ τῆς ποιήσεως Ὀμήρου</i> auctore	174—175
4 de Athenaeo	176—187
Libelli adumbratio	187—189
Exodium de Dioscuridis aetate et reliquis scriptis	189—192
III Indices	193—195
Addenda et corrigenda	196

ADDENDA ET CORRIGENDA

Ad p. 100 Auctores 9 sqq. Stoicus quidam etc. *adde*: Seneca epist. XIII 3 (88), 5, cf. p. 183 adn. 1.

Ad p. 112, 19 sqq.: Haec Plutarchei 'Convivii' verba ex Hercheri ratione restituta sunt. Sed quae nunc iudicemus de constituendis his verbis, postquam Bernardakis inspeximus editionem modo emissam, exposuimus p. 173.

Ad p. 128 adn. 2 lege fr. 31.

Ad fr. 36 et p. 155 sq.: Ad eandem Ulixis et Achillis contentionem pertinet scholion Ven. A ad I 347: *πρὸς τὸ ἐν Ὀδυσσεΐα ζητούμενον 'νεῖκος Ὀδυσσεύος καὶ Πηλεΐδew Ἀχιλλῆος'* (9 75), *ὅτι ἐμφυλναι καὶ νῦν ἀναιρῶν τὴν ἐπιχείρησιν τῶν περὶ Ὀδυσσεΐα λεγόντων βουλῆ καὶ λόγῳ αἰρεθήσεσθαι τὴν πόλιν. νῦν γὰρ οὗτος ἐπισαρκάζων λέγει, quod eiusdem Porphyrii quaestionis frustulum esse facile conicies. Ex quibus verbis non tam certam esse elucet Schweighaeuseri correctionem δόλω quam nobis ex altero Porphyrii consensu visum est. Sed ferri posse nunc putamus apud Athenaeum λόγῳ. Eiusdem autem de Agamemnonis gaudio solutionis, quam et Dioscurides et Porphyrius protulerunt, testis est Plutarchus in vita Agesilai c. 5: *τοῦτο δὲ ἀμέλει συνωρακέναι καὶ τὸν Ὀμηρον οἶοντα τινες· οὐ γὰρ ἂν τὸν Ἀγαμέμνονα ποιῆσαι χαλροντα τοῦ Ὀδυσσεύος καὶ τοῦ Ἀχιλλεύος εἰς λοιδορίαν προαχθέντων 'ἐκπάγλοις ἐπέεσσιν', εἰ μὴ μέγα τοῖς κοινοῖς ἀγαθὸν ἐνόμιζεν εἶναι τὸν πρὸς ἀλλήλους ζῆλον καὶ τὴν διαφορὰν τῶν ἀρίστων.* cf. Welckeri epic. cycl. I p. 269. Unde ex peripatetico corpore haec fluxisse denuo confirmatur.*

Zu Cicero's Schrift de republica.

‘Cicero widmete das Buch (das Werk über den Staat) einem Manne, mit welchem er einst in Smyrna P. Rutilius Rufus sah, entweder seinem Bruder Quintus oder Atticus; mehr ist nicht zu ermitteln’: so resumirte der sorgfältige Drumann, *Gesch. Roms* VI S. 86 das Ergebniss der bisherigen Untersuchungen über die Frage nach der Persönlichkeit, der Cicero sein grosses staatswissenschaftliches Werk gewidmet hat. Und in der That ist es (obwohl beides vor und nach Drumann geschehen ist) ebensowenig zulässig, aus den Worten die Atticus im Brutus 5, 19 an Cicero richtet (*ut illos de re publica libros edidisti nihil a te sane postea accepimus*) zu entnehmen, dass Atticus der so Geehrte gewesen sei, als aus der Aeusserung Cicero's an seinen Bruder (*ad Quint. frat. III 5, 6, 1*), die sich auf eine wieder fallen gelassene Aenderung des Planes der noch in der Ausarbeitung begriffenen Schrift bezieht (*loquar ipse tecum et tamen illa quae institueram ad te si Romam uenero mittam*), den Schluss zu ziehen, dass das fertige Werk dem Bruder dedicirt sei.

Aber eben die Stelle, von der man als der einzig sicheren Grundlage zur Beantwortung der Frage ausgegangen ist, lehrt bei schärferer Betrachtung, dass in der That nur an den Bruder Quintus zu denken sei. Am Schluss der Einleitung der Schrift de rep. I 8, 13 sagt Cicero: ‘*unius aetatis clarissimorum ac sapientissimorum nostrae civitatis virorum disputatio repetenda memoria est, quae mihi tibi quondam adolescentulo est a P. Rutilio Rufo Zmyrnae cum simul essemus complures dies exposita*’. Als Cicero in Smyrna weilte — es war das auf der Reise, die er zur Kräftigung seiner sehr zarten Constitution und zu weiterer Ausbildung 79 und 78 v. Chr.

nach Griechenland und Kleinasien unternahm —, stand er im 29. Jahre seines Lebens: sein Reisebegleiter, den er als 'adulescentulus' bezeichnet, kann aber unmöglich der um drei Jahr ältere Atticus gewesen sein, nicht sowohl deshalb, weil der Ausdruck für ein Alter von 31 Jahren absolut unstatthaft wäre — obwohl auch das nicht ganz ohne Bedenken ist¹⁾ —, als vielmehr aus dem einfachen Grund, weil Cicero die Jugend seines Begleiters in dieser Verbindung, wo er ihn unmittelbar neben sich nennt, nur dann so einseitig hervorheben konnte, wenn dieser jünger als er selbst, nicht aber wenn er älter war: im letzteren Falle hätte er doch mindestens *adulescentulis* sagen müssen. Wir werden also mit Nothwendigkeit — da aus dem Freundeskreis Cicero's eben nur noch Quintus in Betracht kommen kann — auf seinen jüngeren Bruder geführt, der um volle vier Jahre von ihm geschieden, also damals erst im Alter von 24 Jahren stand.

Und die Verbindung Cicero's mit seinem Bruder war ja gerade in jenen Jahren, in denen die Bücher *de republica* entstanden, dieser aber als Legat Caesars in Gallien und Britannien weilte und so Marcus werthvolle Dienste leisten konnte, eine besonders intime, wie er ihn denn auch unmittelbar darauf als Legaten mit nach Cilicien nahm.

Uebrigens spräche gegen Atticus auch noch eine weitere Erwägung. Dieser wurde ja eben durch die in Rede stehende Schrift Cicero's veranlasst²⁾, seinen berühmten — oder, wie man nach dem neuerdings gewonnenen Einblick in das Wesen dieser Arbeit vielmehr sagen muss, seinen berüchtigten — *Annalis* zu schreiben, den er Cicero widmete. Ueber diese Dedikation und die von ihm sehr hoch gestellte Bedeutung des Werkes spricht sich nun aber Cicero selbst mit erfreuten

1) Das nächstkommende Beispiel dürfte das des Cicero selbst sein, der sich, als er die Vertheidigung für Roscius aus Ameria hielt, als *adulescentulus* (Or. 30, 107), gleich darauf als *adulescens* bezeichnet: doch hatte Cicero damals das Alter von 26 Jahren noch nicht überschritten.

2) Bei Cic. Brut. 5, 19 sagt Atticus selber: *cisque (de re publica libris) nosmet ipsi ad ueterum rerum (nostrarum) memoriam comprehendendam impulsī atque incensi sumus.*

und ausführlichen Worten aus, jedoch ohne mit einer Silbe anzudeuten, dass hier nur ein *ἀντιδωρον* des Atticus vorliege (was es doch in jenem Falle gewesen wäre), vielmehr in einer Weise, die jene Voraussetzung geradezu ausschliesst, so nämlich, dass er sich ausdrücklich zu einer Gegenleistung verpflichtet, wenn auch augenblicklich nicht im Stande fühlt und bekennt. Die ganz unzweideutigen Worte Cicero's (Brutus 3, 14 — 4, 16) lauten: 'An mihi potuit, inquam (Cicero), esse aut gratior ulla salutatio aut ad hoc tempus aptior quam illius libri, quo me hic affatus quasi iacentem excitavit? Tum ille (Brutus): nempe eum dicis, inquit, quo iste omnem rerum memoriam breviter et, ut mihi quidem visum est, perdiligenter amplexus est? Istum ipsum, inquam, Brute, dico librum mihi saluti fuisse. Tum Atticus: optatissimum mihi quidem est quod dicis; sed quid tandem habuit liber iste, quod tibi aut novum aut tanto usui potuit esse? Ille vero et nova, inquam, mihi quidem multa et eam utilitatem quam requirebam, ut explicatis ordinibus temporum uno in conspectu omnia uiderem. quae cum studiose tractare coepissem, ipsa mihi tractatio litterarum salutaris fuit admonuitque, Pomponi, ut a te ipso sumerem aliquid ad me reficiendum teque remunerandum si non pari, at grato tamen munere: quamquam illud Hesiodium laudatur a doctis, quod eadem mensura reddere iubet qua acceperis aut etiam cumulatiore si possis. ego autem voluntatem tibi profecto emetiar sed rem ipsam nondum posse videor; idque ut ignoscas a te peto'.

Diesen Ausführungen gegenüber kann ein ernsthaftes Bedenken nicht mehr erregen die oft besprochene Erzählung von Laurentius Müller ¹⁾, der von seiner Reise in der Krimm, die er 1581 machte, berichtet: 'Wir haben auch einen Wolhynischen Edelmann mit uns gehabt, Woinowsky genannt . . . Derselbe hatte aus der Bibliotheca in der Wallachey, als der Despot vom Herrn Lasky eingesetzt und der Türkische Gu-

1) 'Polnische, Liefländische, Moskowitische, Schwedische und andere Historien so sich unter dem jetzigen Könige zu Polen zugetragen' (Frankfurt 1585).

bernator, der Alexander, geschlagen worden, herrliche monumenta scripta bekommen, darunter auch die libri Ciceronis de Republica ad Atticum, mit güldenen Buchstaben auf Pergament geschrieben, waren in einem Umschlage mit einem unbekanntem Sigel verpitschiert gewesen, wie man noch sehen konnte'. Man braucht an der Wahrheit der Thatsache, dass im 16. Jahrhundert noch eine Handschrift des Ciceronischen Werkes existirt habe, an sich durchaus keinen Zweifel zu hegen¹⁾; steht ja doch nicht bloss für das 10. Jahrhundert das Vorhandensein desselben fest²⁾, sondern auch Petrarca scheint es noch gekannt zu haben³⁾. Aber dass mit jenen Worten die Aufschrift des betreffenden Codex selbst genau wiedergegeben sei, muss jetzt direkt als unmöglich bezeichnet werden; nichts zwingt aber auch dies anzunehmen, um so weniger als auch in dem Vatikanischen Palimpsest sich in den allein erhaltenen Auf- und Unterschriften, denen des zweiten Buches, nur die Worte DE REPUBLICA INC. LIB. II. und M. TULLI CIC. DE REP. LIBER II. EXP. finden, und auch sonst in den Handschriften der Ciceronischen Werke nur ausnahmsweise den Titeln noch die Angabe 'ad Brutum' u. s. w. hinzugefügt ist. Es liegt bei Müller wohl nur gelehrte (eben aus Brutus a. a. O. geschöpfte, aber falsche) Combination vor.

Dass der Text des Palimpsestes sich keineswegs frei von Glossemen gehalten hat, ist von vielen bemerkt; z. B. tilgte im ersten Buch Dobree 14, 22 *caelo*, 18, 30 die Beischrift des Verses des Ennius und *catus*, Heinrich 17, 28 *de qua modo dicebatur*, Madvig 33, 50 *rex*, 34, 51 *eo nomine*, 43, 67 *sint*, Haupt 36, 56 *expoliri* = *ex parili*, C. F. W. Müller 19, 31 *locupletibus*; und zwar sind diese Glosseme mit Madvig zu reden 'additamenta ex pravo sententiae intellectu orta aut

1) Vgl. die Ausführungen von Moser p. XL und namentlich Münnich, Cic. libri de rep. notitia codicis Sarmatici illustrati Götting. 1825.

2) Vgl. Becker, catalogi biblioth. ant. (1884) p. 78 n. 9.

3) S. Negroni, *Petrarca a Novara* (1876) p. 19 und 20, wo dasselbe auch für Matteo Veggio angenommen wird.

etiam rectum intellectum declarantia³. Auch an der noch immer gequälten Stelle I 3, 6 ist allein ein Glossem die Ursache der Verwirrung, wie Urlichs a. gl. a. O. bereits ganz richtig erkannte, nur nicht festhielt:

nam vel exilium Camilli vel offensio commemoratur Ahalae vel invidia Nasicae vel expulsio Laenatis vel Opimii damnatio vel fuga Metelli vel acerbissima Marii clades, principum caedes vel eorum multorum pestes, quae paulo post secutae sunt.

Denn dass hier die Ueberlieferung der gesperrten Worte unhaltbar ist¹⁾, zeigt ebensowohl das Fehlen der Disjunctivpartikel vor *principum*, wie die hier zumal thörichte Tautologie *caedes vel eorum multorum pestes*. Eins von beiden, *caedes* oder *pestes* genügt, und zwar schrieb Cicero offenbar nicht *caedes*, was durch *pestes* zu erklären nie einem Leser in den Sinn gekommen wäre, sondern das gewähltere Wort *pestes*, dessen Sinn und etwas seltene pluralische Verwendung zu erklären die Beischrift dienen sollte *caedes eorum multorum*. Also konnte dieses letzte Beispiel der längeren Aufzählung nur lauten: *vel principum pestes*; nachdem aber das Glossem in den Text aufgenommen war, ergab sich die Umstellung der Partikel *vel* von selbst.

Ich füge gleich aus dem Anfang der Schrift zwei neue Belege solcher Glosseme hinzu:

I 1, 1 schreibt Cicero, nachdem er in der chronologisch geordneten Aufzählung von Ruhmesthaten, durch die sich römische Helden um das Vaterland verdient gemacht haben, bis auf den älteren Cato herabgelangt ist:

omitto innumerabiles viros, quorum singuli saluti huic civitati fuerunt et qui sunt <non> procul ab aetatis huius

1) Moser und Halm wollten *principum caedes* tilgen, Mähly *Zeitschr. f. Gymn.-Wes.* 1867 p. 807 allein *vel principum caedes* stehen lassen; andere wollten mehr retten, so C. F. W. Müller, indem er schrieb, *principum(que) caedes vel eorum multorum pestes* oder Francken (*principum caedes multorum pestes(que)*); noch andere glaubten mit einer Aenderung von *eorum* auszukommen, sei es, dass sie statt dessen *bellorum* (Osann) schrieben oder *aliorum*, wie Urlichs *Eos* I p. 64 auch vorschlug.

memoria, [commemorare eos desino] ne quis se aut suorum aliquem praetermissum queratur.

Cicero bricht also die Aufzählung ab und giebt als Grund dieses Abbrechens die Rücksicht auf die Empfindlichkeit der lebenden Generation an, da leicht der Eine oder der Andere seinen eigenen Namen oder den Namen eines der Seinigen in der Liste vermissen könne: mithin muss vor *procul*, wie längst erkannt ist, die Negation ausgefallen sein ¹⁾.

Was aber wollen die Worte *commemorare eos desino* besagen? sollen sie den Begriff *omitto* einfach wiederholen? wenn sie das nur wenigstens thäten! sie fügen aber vielmehr mit *desino* einen neuen, hier ganz verkehrten Begriff hinzu; wie kann man aufhören etwas zu thun, was man noch gar nicht angefangen hat? Der Letztgenannte war ja doch der alte Cato gewesen, der Gegenwart näher stehende waren also überhaupt noch nicht erwähnt! Auch Halm's Aenderung, der für *qui* vorschlägt *quia* (besser wäre dann wenigstens *set quia sunt non procul* zu setzen), hilft gegen diesen entscheidenden Anstoss gar nichts. Ich sehe in den Worten lediglich ein Glossem, zu *omitto* hinzugeschrieben, nachdem die einfache Corruptel, die der Anfang alles Uebels wurde, bereits vor sich gegangen, nämlich nach SVNT ein NON oder NŌ ausgefallen war. Der Leser glaubte nun, Cicero habe sich nicht ganz correct ausgedrückt, wenn er von den der älteren Geschichte angehörigen grossen Männern Roms sage, er 'übergehe' sie; er

1) Ritschl, *Opusc.* III p. 812 betonte gewiss mit Recht, dass der Relativsatz *qui sunt — memoria* zu dem Vorhergehenden gezogen werden müsse; aber er wollte vielmehr *etiam qui sunt procul ab aetatis huius memoria* schreiben. Allein nicht in der älteren römischen Geschichte gab es die zahllosen hochverdienten Männer, die Cic. übergehen zu wollen erklärt, sondern in der jüngsten Vergangenheit; auch tritt so die Hauptsache, dass Cic. das Berühren der der Gegenwart näher liegenden Zeiten bedenklich findet, nicht genügend hervor. Für die folgenden Ausführungen ist es übrigens gleichgültig, wie man sich hierüber entscheidet: auch bei Ritschl's Aenderung bleibt *commemorare eos desino* ein nicht bloss überflüssiger, sondern logisch unklarer Zusatz, wenn er auch nicht mehr geradezu widersinnig ist, wie bei der gewöhnlichen Lesung.

hatte sie ja bereits zum Theil in dem Vorhergehenden genannt: also erklärte jener *omitto* umschreibend mit den Worten *commemorare eos desino*, welche dann vom Rand etwas weiter unten in den Text gekommen sind. An falscher Stelle ist das Glossem z. B. auch I 17, 28 eingesetzt. —

Ein zweiter Fall findet sich I 3, 5 an einer Stelle, an der Cicero die Ausführungen derjenigen Römer wiedergiebt, die es unter Berufung auch auf die Lehren griechischer Philosophen für das Verständigste erklärten, sich um den Staat gar nicht zu kümmern. Von diesen (*qui contra disputant* 3, 4) heisst es, mit besonderer Vorliebe schilderten sie alles Ungemach, was Staatsmännern widerfahren sei, alle Fälle von Ungerechtigkeit und Undankbarkeit der Mitbürger gegen jene aufzählend:

hinc enim illa apud Graecos exempla, et Miltiadem ¹⁾ . . . vitam . . . in vinculis profudisse et Themistoclem . . . in barbariae sinus confugisse quam afflixerat. nec vero levitatis [Atheniensium] crudelitatisque in amplissimos civis exempla deficiunt, quae nata et frequentata apud illos etiam in gravissimam civitatem nostram dicunt redundasse.

Jenen Gegnern gehen also die Beispiele von Undankbarkeit gegen grosse verdiente Männer nicht aus: sie behaupten vielmehr, in Griechenland seien sie zuerst aufgekommen und mächtig gediehen, aber auch in den römischen Staat eingedrungen. Doch ist dieser einleuchtende Gedanke merkwürdig schief ausgedrückt: die Beispiele *levitatis Atheniensium* sind bei ihnen (also doch wohl den Athenern) entstanden und verbreitet, und eben sie nach Rom gleichsam herübergeflossen. Der erste

1) So vermuthete, wenn auch nur ganz zaghaft und neben anderen Vorschlägen, bereits Creuzer; überliefert ist *illa et apud Graecos exempla Miltiadem*, was man durch ein Anakoluth zu erklären sucht, bei dem überaus einfachen Satzbau an sich sehr unwahrscheinlich; aber mindestens hätte es doch *et illa apud Gr. ex.* heissen müssen, wie wirklich Heinrich conjicirte. Steht also *et* sicher nicht am rechten Platze, so empfiehlt es sich unbedingt, die Umstellung so vorzunehmen, dass auch zugleich der Hauptanstoß verschwindet.

Theil des Gedankens ist zwar richtig, aber in seinem ersten Gliede (dass die Heimath der Leichtfertigkeit der Athener in Athen sei) doch zu selbstverständlich, während sein zweiter Theil geradezu widersinnig ausgedrückt ist: in Rom gab's doch nicht Beweise von Undankbarkeit der Athener! Das hätte doch mindestens *Attica levitas* heissen müssen, wie man von *Attica fides* oder *Punica fides* spricht. Uebrigens ist auch die plötzliche Beschränkung auf die Athener, nachdem zuvor allgemein von *Graeci* die Rede war, anstössig.

Der beabsichtigte Gedanke ist aber vielmehr ein allgemeiner, so wie ich ihn oben formulirte: 'Ungerechtigkeit gegen verdiente Mitbürger ist zuerst bei den Griechen aufgekommen und hier sehr stark entwickelt und dann auch nach Rom übergetreten'; also fort mit *Atheniensium!* es ist zu *levitatis* hinzugefügt, eben weil die allgemeine Fassung des Gedankens nicht verstanden wurde und aus den zwei von Cicero der Geschichte Athens entnommenen Beispielen abgeleitet: *apud illos* geht nun ganz correct auf die vorher genannten *Graecos*.

Auch sonst bedarf der Text der Ciceronischen Schrift noch vielfach der Besserung.

Z. B. I 2, 3 *quae est enim istorum (philosophorum) oratio tam exquisita quae sit anteponenda bene constitutae civitati publico iure et moribus.* — So liest man die Worte jetzt: im Codex steht aber von erster Hand über dem E von IURE ein I; mithin ist zu schreiben, was freilich auch ohne diesen Anhalt lediglich mit Rücksicht auf Gedanken und Wortstellung herzustellen gewesen wäre, *bene constitutae civitatis publico iuri et moribus.*

Oder I 4, 7 *quamquam nostri casus plus honoris habuerunt quam laboris neque tantum molestiae quam gloriae, maioremque laetitiam ex desiderio bonorum percepimus quam ex laetitia improborum dolorem.* War es wirklich (ganz abgesehen von dem Gebrauch desselben Wortes *laetitia* in zwei ganz verschiedenen Bedeutungen in kürzestem Zwischenraum) die

Freude der schlechten Mitbürger, die dem verbannten Consul hauptsächlich Schmerz bereitete? welche Freude? die darüber dass er verbannt war? aber sie selbst hatten ja die Verbannung bewirkt, und eben dies war es doch, was Cicero tief betrübte: der Jammer darüber liegt ja in zahlreichen Aeusserungen vor. Also vielmehr die Undankbarkeit seiner Mitbürger, die *levitas crudelitasque*, wie Cicero kurz zuvor (3, 5) sich ausdrückt, waren hier zu erwähnen: und wie er gleich darauf von *immanibus adversariis* (5, 9) spricht, so wird er hier ihre *saevitia* erwähnt haben; das eben erst geschriebene *laetitiam* lag dem Schreiber noch im Kopf, als er *saevitia* in *laetitia* verdarb.

Ferner in der scharf präcisirten Ausführung über *virtus* und *ars*, die 2, 2 erhalten ist, heisst es: *nec vero habere virtutem satis est, quasi artem aliquam nisi utare; etsi ars quidem cum ea non utare scientia tamen ipsa teneri potest, virtus in usu sui tota posita est; usus autem eius est maximus civitatis gubernatio*. Der Gegensatz zu *scientia* (Theorie) ist mit *usu* (Praxis) gegeben: aber das zu *usu* hinzugesetzte *sui* verdirbt den Contrast und ist schwerlich lateinisch: es ist wohl nur aus einer irrthümlichen Dittographie der beiden letzten Buchstaben von *usu* entstanden.

Noch eins: die Erzählung des eigentlichen Dialogs beginnt mit den Worten (9, 14): *cum P. Africanus hic, Pauli filius feriis latinis . . . constituisset in hortis esse etc.* Hier nimmt man *hic* in dem Sinn von *ille*, 'jener bekannte': bedeutet das aber *hic*? Man verweist auf den Komikergebrauch, über den Bentley zu Terenz Adelph. V 8, 24 spricht; allein hier ist ja *hic* immer *δεικτικῶς* gesagt: z. B. Eunuch. V 5, 21 *Archonidis huius filiam*. Noch weniger passen die Beispiele, die man anführt um zu beweisen, dass Cicero selber diesen jüngeren Africanus mit *hic* bezeichne; ich brauche sie nur herzuschreiben, sie sprechen für sich selbst: pro Arch. 7, 16 *hunc, quem patres nostri viderunt, divinum hominem Africanum* und in Verrem V 25 *neque ad illius superioris Africani . . . celeritatem neque ad huius qui postea fuit singulare consilium*.

Da Cicero den Gentilnomina oder Cognomina bei ihrer ersten Erwähnung in diesem Dialog regelmässig den Vornamen hinzuzufügen pflegt und auch unten 19, 31 *L. Pauli nepos*, nicht bloss *Pauli nepos* sagt, vermuthe ich in HIC den Rest von LUCI; denn der codex Vaticanus schreibt öfters die Praenomina aus, z. B. gleich im Anfang (1, 1) *Aulus Atilius* und *Quintus Maximus*. Also schrieb Cicero wohl: *Publius Africanus*, *L. Pauli filius*.

C. Wachsmuth.

DE
EXHORTATIONUM A GRAECIS ROMANISQUE

SCRIPTARUM

HISTORIA ET INDOLE

DISSERUIT

PAULUS HARTLICH.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS 309

Exhortationum (*Προτρεπτικῶν*) a Graecis Romanisque scriptarum historiam qui indagare vult et earum naturam atque indolem accurate exponere, non omnes tractabit veterum libros in quibus aliquo modo ad hortandum oratio spectat, sed eorum tantum rationem habebit qui arte et consilio ita confecti sunt, ut exhortationum speciem prae se ferant. Librorum enim genus apud Graecos exstitisse, cui nomen *προτρεπτικοί* inditum est, artificiose excultum multisque tractatum, hodie nemo negabit, quamquam virorum doctorum quae nunc circumferuntur de protrepticorum natura et ratione opiniones confusae fere sunt atque falsae. Itaque cum adhuc non nisi obiter a viris doctis de protrepticis dictum sit, nunc quantum fieri potest accurate de hac re quaestionem instituiam idque potissimum sequar, ut quosnam libros veteres *προτρεπτικούς* appellaverint et quas in eis res quoque modo tractaverint, demonstrarem.

Inquirenti autem in hanc rem non leves obiciuntur difficultates. Nam cum symposiorum, consolationum exemplis praestantissimis quae tradita sunt naturam et indolem harum litterarum optime cognoscere liceat, exhortationes plurimae eaeque antiquissimae temporum invidia perierunt. Quae enim nunc protreptici nomine inscripta feruntur, ea et pauca sunt et posterioribus demum saeculis scripta, velut Lesbonactis rhetoris inanes declamationes, Galeni *προτρεπτικὸς ἐπὶ τέχνας*, Iamblichi *προτρεπτικὸς εἰς φιλοσοφίαν*, Themistii orationes IX et XXIV. Accedunt hominum Christianae religionis studiosorum libri protreptici, quos minime hic curamus, inprimis

Clementis Alexandrini *προτρεπτικός*, deinde Iustini Martyris, Tatiani, aliorum quos mittimus.

Sed cum multo altius repetenda sit exhortationum historia, maxime dolendum est quod nihil nisi exigua fragmenta ex protrepticis supersunt: longe autem plurimos protrepticos non novimus nisi Laertii Diogenis mentione, qui in tabulis librorum a philosophis scriptorum titulum '*προτρεπτικός*' tam saepe affert, ut libros hoc nomine inscriptos et multos fuisse et artificiose excultos recte colligere possimus.

Res etiam impeditior fit ideo, quod si veteres non apertis verbis locum ex protreptico sumptum esse testantur, ad iudicandum difficillimum est, num quae afferunt protreptico tribuenda sint. Argumenta enim quae in his libris tractantur tam varia sunt, rationes exhortationum tam diversae inveniuntur, ut ei, qui protrepticis fragmenta assignare velit, summa sit adhibenda diligentia.

Itaque ut in tanta subsidiorum inopia veteris protreptici imaginem refingamus, una est via ea, ut omnes accurate locos examinemus, quibus veteres dilucide de protrepticis locuntur, et, si omnia vestigia persecuti singula comparaverimus et cum eis coniunxerimus, quae ex recentioris aetatis protrepticis comperta habemus, tum recentiores etiam hoc in scribendi genere veterum exempla ad imitandum sibi proposuisse et ex virorum egregiorum auctoritate pependisse apparebit deque natura atque historia horum scriptorum certius aliquid proferre licebit.

Atque proficiscendum est ab Isocratis loco qui est in orationis vel epistolae ad Demonicum missae paragrapho tertia. Sed priusquam de hoc loco dicamus, de fide quae huic orationi tribuenda sit quid sentiam exponendum videtur. Dubitaverunt enim et antiquioris et recentioris temporis viri docti, num oratio *πρὸς Δημόνικον*, quae nunc prima legitur in corpore orationum Isocratearum, ab oratore Attico clarissimo composita sit. Ac primum quae veteres grammatici opposuerunt, non magni sunt momenti. Nam quod iudices illi critici omnes Isocratis *παραινέσεις* subditas esse affirmabant *διὰ τὸ*

ἀσθενὲς τῆς φράσεως (Anonym. in vita Isocr.), Isocrates ipse eorum iudicium pravum esse docuit cum παραίνεσιν πρὸς Νικοκλέα (or. II) ipse laudaret (XV, 73) et ex tertia paraenesi Νικοκλήως locum transferret in orationem περὶ ἀντιδόσεως (§ 253).

Harpocration (s. v. ἑπακτός) huius orationis § 23 laudat his verbis Ἰσοκράτης Ἀπολλωνιάτης ἐν ταῖς πρὸς Δημόνικον παραίνεσεσιν quibus Isocratis discipulum eodem nomine e Ponto oriundum orationis auctorem significat. Fuerunt igitur qui, quod παραίνεσεις Isocratis esse negabatur, ad Apolloniatem orationem referrent: viri credo magis nomine confisi quam certis argumentis nisi. Suidas quidem, qui Apolloniatae libros enumeravit, λόγον πρὸς Δημόνικον non exhibet, ineptissimeque quispiam paraenesin ad Demonicum scriptam idem esse diceret atque τὸν προτρεπτικὸν Apolloniatae quem Suidas novit: nam protrepticis opponit auctor orationem suam (§ 3). Itaque coincidit hoc grammaticorum inventum.

Contra Dionysius Halic., qui e LX orationibus Isocratis nomine circumlatis, XXXV subditas esse iudicavit, hanc primam Isocrati tribuit (de Isocr. 10. Rhet. 5). Deinde Hermogenes (Rhet. gr. III, 421, 4. 430, 9), alii rhetores, grammatici, de fide huius orationis non dubitare videntur.¹⁾

Veterum igitur iudicia, ut omnino in hisce quaestionibus eorum auctoritas levis est, ambigua sunt et rem plane in dubio relincent.

Inter eos qui his temporibus de hac re quaesiverunt, imprimis Benselerus laudandus est, qui in Jahni annal. (II, 121—133) multis argumentis orationem ab Isocrate abiudicare conabatur; et tanta fide plurimis viris doctis Benselerus disseruisse visus est, ut spuriam esse hanc orationem paene omnes sibi persuaserint.

At non sunt, ea qua videntur vi et gravitate Benseleri argumenta, quod ne eos quidem fugit qui postea Benseleri de hac re sententiam professi sunt: Blassius²⁾, Lehmann de

1) Omnes locos accurate collegit Keil, anal. Isocr. 1885 p. 13 sqq.

2) Blass, Att. Bereds. II, 256 sqq.

Lehnsfeld¹⁾, Jahr.²⁾ Qui cum multa falso a Benselero contra orationem prolata esse cognovissent, in quaestionis tamen summa cum Benselero consentirent, orationis patronus existit Henkelius, qui in progr. Rudolphopol. graece conscripto Benselerum pedetemptim refutavit et orationem genuinam esse contendit. Etsi vero non omnia quae in suspicionem vocavit Benselerus, ab Henkelio dissoluta et explicata sunt, recte tamen Benseleri argumenta partim levia partim falsa aperuit, ut iustius ac cautius de hac oratione iudicare possimus.

Henkelium igitur et Jahrium adeant, qui quod contra Benselerum dicendum sit, scire cupiant: nos quaedam in universum proferemus a viris doctis nondum satis cognita, quae ut huius orationis formam et indolem perspiciamus et recte aestimemus respicienda esse censeo.

Atque tria sunt Benseleri argumenta, primum quod hiatus in huius orationis codd. saepius inveniatur, deinde quod loquendi usus discrepet ab Isocratis consuetudine, tum quod oratio nulla ratione disposita videatur. Ad hiatum quod attinet vanum esse Benseleri opprobrium, omnes nunc consentiunt.³⁾ Restant duo argumenta ex quibus Blassio prius, alterum Lehmanno visum est gravissimum. Ac profecto negari non potest detractis ipsis eis, quae falso a Benselero notata sunt, esse nonnulla in sermonis usu quae offendant, eodemque modo Jahrio conamen, quo orationis certam dispositionem restituere ausus est eiectis multis locis quos interpolatos esse sibi persuasit, parum processit. Licet igitur aliquid veri insit in his Benseleri opprobriis, nequaquam his argumentis orationem ad Demonicum Isocratis non esse evincitur. Omnino enim priusquam, quo modo sermonis usu ab aliis Isocratis orationibus haec prima differat, tam accurate examinetur et inde quae secuntur temere colligatur, quaerendum est de huius orationis natura et indole, ut quo consilio scripta sit recte intellegatur.

1) Lehmann de Lehnsfeld, de orat. ad D. Isocrati abiudicanda, Diss. Lugd. Bat. 1879.

2) Jahr, Quaest. Isocr., Diss. Hal. 1881.

3) Cf. Schneider, 'Isocr., *ausgew. Red.*' I p. V.

Non enim est oratio *ἐπιδεικτικὴ*, non habemus verborum ambitus arte conditos et longe extensos, sed in epistulae speciem composita est admonitio ad virtutem vel *παραίνεσις*. Auctor enim veteris cum Demonici patre amicitiae memor adulescenti dono misit hanc paraenesin, qua eum docet quid petendum quid fugiendum, quibus hominibus familiariter utendum, quo denique modo vita instituenda sit, sive ut dicit § 12: *πειράσσομαι συντόμως ὑποθέσθαι, δι' ὧν ἂν μοι δοκεῖς ἐπιτηδευμάτων πλεῖστον πρὸς ἀρετὴν ἐπιδοῦναι καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀνθρώποις εὐδοκιμῆσαι.*

Universa igitur bene vivendi doctrina summam traditur, traditur vero a rhetore, non a philosopho, quod ei reputent, qui in hac oratione sententiarum ordinem diligenter dispositum desiderant: distinguendum enim utrum Aristotelis *Ethica* et Ciceronis de officiis libros an rhetoris ad puerum missam virtutis descriptionem legamus.

At dubitas num Isocrates, summus in rerum dispositione artifex, hanc cohortationum farraginem tam incompositam conscripserit: Lege quaeso reliquas duas Isocratis *παραίνεσις*, videbis orationis rationem in hac atque in illis plane esse eandem. Hae tres *παραίνεσις* omnino eundem in modum institutae ac dispositae sunt.¹⁾ In prima et altera oratione exordium excipiunt adhortationes et dehortationes (I, 13—43. II, 9—39), in tertia inter prooemium (1—13) singulasque adhortationes interposita est pars quam *βεβαίωσιν* rhetores dicunt (14—47), qua regum imperium laudatur et eius, qui dicit, regnandi ius atque dignitas exponitur. Iam vero quis non videt in omnibus his admonitionibus singulas *προτροπὰς* et *ἀποτροπὰς* neque ordinatas neque inter se conexas esse? Quod nobis fortasse offensionis est, veteribus autem non fuit. Isocrates enim ipse quomodo a paraenesi differant reliquae orationes exposuit XV, 68, ubi postquam quartae et octavae orationis locos attulit, de secunda oratione haec dicit: *οὐχ*

1) Cf. de hac re O. Kohl, de Isocr. suasoriarum disposit. Pr. Cruc. 1874 p. 7.

ὁμοίως δὲ γέγραπται τοῖς ἀνεγνωσμένοις· οὗτοι μὲν γὰρ τὸ λεγόμενον ὁμολογούμενον ἀεὶ τῷ προειρημένῳ καὶ συγκεκλιμένον ἔχουσιν, ἐν δὲ τούτῳ τὸναντίον· ἀπολύσας γὰρ ἀπὸ τοῦ προτέρου καὶ χωρὶς ὡσπερ τὰ καλούμενα κεφάλαια ποιήσας, πειρῶμαι διὰ βραχέων ἕκαστον ὧν συμβουλεύω φράζειν. Dat igitur in his praecepta velut singula capita brevi forma contracta. Iam si hanc rationem, quam suam orator ipse agnoscit, ad hanc primam orationem transferamus, quid de ea iudicandum sit apparebit. Sed unum velim animadvertas, quod in Nicocleis, cum de pietate ac fide regis ac populi agatur, non tam late praecepta patent quam in oratione Demonicea, in qua omnia vivendi praecepta comprehenduntur. Quare in or. II et III licet paulo melius cohaereant singula praecepta quam in prima: si respexeris ad res et sententias ad totam vitae artem pertinentes ratio hic atque illic plane una est eademque.¹⁾

Itaque Benselerus, Jahrius, alii, qui primam orationem Isocrati abiudicant, cum in orat. II res nihilo melius ordinatas esse cognovissent, orationem secundam interpolatam esse dixerunt; totam, opinor, subditam esse coniecissent, si Isocrates suam esse non ipse professus esset. Nituntur autem loco orationis *περὶ ἀντιδόσεως* (XV, 73), quo Isocrates partem orationis secundae (II, 14—39) recitat. Urbinas quidem codex nihil praebet nisi primum et ultimum huius partis vocabulum, Vaticanus autem et Laurentianus integram exhibentes nonnulla omittunt (Blass, *Att. Ber.* II, 249, 1; Jahr, l. c. p. 43 sqq.). Quae in his codd. desunt, viri illi docti postea appicta esse demonstrare frustra conati sunt: nam quae codices illi omittunt, ea in secundae orationis conexum optime quadrant; deinde vero, quod Vaticanus et Laurentianus quaedam praetereunt, nihil demonstrat; nam in antiquissimis libris manu scriptis locum ex orat. II repetitum omnino non exscriptum fuisse consentaneum est. Nihil autem proficit Jahrius (l. c. p. 43 sqq.) hos locos perscrutatus, ut quae offendant in eis

1) Blass, *Att. Ber.* II, 251.

inveniat. Ceterum si hos locos aliena manu insertos esse concedamus, mira quaedam et inaudita intercedit necessitudo inter hunc interpolatorem et auctorem nescio quem, qui primam orationem scripsit. Inter sententias enim primae et secundae orationi communes, quas collegit Albrechtus (in Philol. XLIII, 245), inveniuntur loci orationis secundae quos interpolatos esse dicit Jahrius. Denique, si ne his quidem argumentis quibusdam persuadetur, orationem secundam esse incorruptam, certe manent tertiae orationis *προτροπαί* quae maxime confusae sunt (Blass, *Att. Ber.* II, 253).¹⁾

Quae cum ita sint, nego eos recte argumentari qui quod res in §§ 13—44 non ex ordine dispositae sunt, orationem primam ab Isocrate abiudicant.

At dicet aliquis ‘philosophi igitur diligentiam in hac paraenesi non exspectabimus, sed oratoris quae tandem est ars?’ Recte obiciet, nam nisi artificium aliquod in hoc dicendi genere deprehenderetur, Isocratem illud exculturum fuisse non est credibile. Ac profecto est ars quaedam paraeneseos, sed quae sit, iam quaeritur. Isocrates ipse vero de hac re docuit in or. II, 40 sq. Exscribo verba quae ad nos attinent:

καὶ μὴ θαναμάσης, εἰ πολλὰ τῶν λεγομένων ἐστίν, ἃ καὶ σὺ γινώσκεις, οὐδὲ γὰρ ἐμὲ τοῦτο παρέλαθεν, ἀλλ’ ἠπιστάμην — — ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἐν τοῖς λόγοις χρητὸς τοῖς [τῶν ἐπιτηδευμάτων] ζητεῖν τὰς καινότητας, ἐν οἷς οὔτε παράδοξον οὔτ’ ἄπιστον οὔτ’ ἔξω τῶν νομιζομένων οὐδὲν ἔξεστιν εἰπεῖν, ἀλλ’ ἠγεῖσθαι τοῦ-

1) Inter eos qui primam orationem Isocrati abiudicant, invenitur Bruno Keil, cuius verba sunt in *Hermæ* vol. XXIII, 375 haec: *innere wie äussere Kritik haben die Demonicea als Fälschung erwiesen, die nicht nur im Anschluss an die erste Nicoclea, wie Albrechts Zusammenstellungen (Philol. 43, 244 ff.) zeigen, sondern auch, wie oft bemerkt, als directe Ausführung der Worte der letzteren Rede εἴ τις ἐκλέξει τῶν παρεχόντων ποιητῶν τὰς καλονόμενας γνώμας κτέ. (§ 44) gearbeitet ist.* Nec minus confidenter Keilius omnes secundae orationis locos, qui in orat. de antid. omissi sunt, interpolatos esse dixit. Sed quam ille in §§ 16—33 dispositionem cognovisse sibi visus est, non invenitur in his paragraphis, et si inesset, Isocrates eam apertis verbis indicasset.

τον χαριέστατον, ὃς ἂν τῶν διεσπαρμένων ἐν ταῖς τῶν ἄλλων διανοίαις ἀθροῖσαι πλεῖστα δυνήθῃ καὶ φράσαι κάλλιστα περὶ αὐτῶν.

Adde locum (XV, 68) quem supra pag. 214 laudavi, ubi Isocrates dicit sententias in paraenesei ὥσπερ κεφάλαια conecti, dicendi formam esse τὸ διὰ βραχέων φράζειν vel συντόμως ὑποθέσθαι. Concise enim loquitur is qui praecepta dat, sententiae sunt strictissimae. Itaque figurae Gorgianae abunde adhibentur et singula membra in singulis verborum comprehensionibus accurate sibi respondent, velut II, 38. 39. Multo etiam concinniores in brevitate sententiae sunt primae orationis. Hac enim in oratione, ubi magister puero praecepta vitae tradit, verborum concinnitas et quae antithesi et parisoni efficitur aequabilitas quasi substituta est pro numerorum usu. Nam quis non intellegit, auctorem id praecipue studere, ut praecepta memoriae facile tradi possint? Quo studio perductus, ut sententiae auribus sono quasi blandiantur et mente facile percipiantur ac memoria teneantur, auctor non solum Gorgianis figuris nimis large usus, sed etiam in loquendi ratione poetas interdum secutus est et a constructione verborum Atticis probata paulo discessit. Etenim ut poeta metri vinculis a sermonis consuetudine paulo recedere cogitur, ita Isocrates libelli consilio ac ratione permotus in loquendi usu nonnulla sibi indulgit quae in orationibus suis epideicticis evitavit. Illustremus haec propositis singulis sententiis quae in prima oratione leguntur. § 18 ἐὰν ᾗς φιλομαθής, ἔσει πολυμαθής. 20. τῷ μὲν τρόπῳ γίγνου φιλοπροσήγορος, τῷ λόγῳ δὲ εὐπροσήγορος. 40. πειρῶ τῷ σώματι μὲν εἶναι φιλόπονος, τῇ δὲ ψυχῇ φιλόσοφος. 27. εἶναι βούλου τὰ περὶ τὴν ἐσθῆτα φιλόκαλος, ἀλλὰ μὴ καλλωπιστής· ἔστι δὲ φιλοκάλου μὲν τὸ μεγαλοπρεπές, καλλωπιστοῦ δὲ τὸ περιέργον. Omnia haec verba φιλομαθής, πολυμαθής et similia, Benselerus notat ἅπαξ εἰρημένα. Sed quis mirabitur quod nusquam nisi hoc loco apud Isocratē inveniuntur? Ad usum suum eleganter conformata sunt. Ceterum bene animadvertas eiusmodi notiones ingeniose excogitatas a prae-

ceptore sequenti enuntiato explicari: confer §§ 15. 20. 27. 28. 31. Aequabilitatis aptaeque membrorum compositionis causa nonnullas in dicendi usu discrepantias ortas esse supra dixi; velut in his: § 13 *ἐκεῖνο μὲν γὰρ τῆς τῶν χρημάτων εὐπορίας σημείον, τοῦτο δὲ τῆς τῶν τρόπων καλοκαγαθίας τεκμήριον.* § 26 *ὁμοίως αἰσχροὺς εἶναι νόμιζε τῶν ἐχθρῶν νικᾶσθαι ταῖς κακοποιαῖς καὶ τῶν φίλων ἠττᾶσθαι ταῖς εὐεργεσίαις.* § 34 *ἡγοῦ κράτιστον εἶναι παρὰ μὲν τῶν θεῶν εὐτυχίαν, παρὰ δ' ἡμῶν αὐτῶν εὐβουλίαν.* (Cf. quae Benselerus ad has paragraphos adnotavit).

Accedunt alia. Inveniuntur enim in hac oratione non pauca praecepta quae explanantur additis sententiis vel proverbii et apophthegmatis. Exempli causa in § 20: *τὰς ἐντεύξεις μὴ ποιῶν πυκνὰς τοῖς αὐτοῖς, μηδὲ μακρὰς περὶ τῶν αὐτῶν· πλησμονὴ γὰρ ἀπάντων.* § 25 *δοκίμαζε τοὺς φίλους ἔκ τε τῆς περὶ τὸν βίον ἀτυχίας καὶ τῆς ἐν τοῖς κινδύνοις κοινωνίας, τὸ μὲν γὰρ χρυσίον ἐν τῷ πυρὶ βασανίζομεν, τοὺς δὲ φίλους ἐν ταῖς ἀτυχεῖς διαγιγνώσκομεν.* § 29 *μηδενὶ συμφορὰν ὀνειδίσης· κοινὴ γὰρ ἡ τύχη καὶ τὸ μέλλον ἀόρατον.* Cf. §§ 27. 33. 40.

Probabile mihi videtur has gnomas rotundas et concinnas dicta esse vetusta quae Isocrates non ipse invenit sed e vulgari usu recepit. Supra enim legimus (in orat. II, 41) Isocratem in paraenesi, quod attinet ad argumentum, nihil novi proferre, sed aliorum dicta et sententias a se congeri et suaviter explicari confitetur. Quod verum esse etiam in nonnullis sententiis comprobari potest.

Confer § 16

τὰς ἡδονὰς θήρηνε τὰς μετὰ δόξης· τέρψις γὰρ σὺν τῷ καλῷ μὲν ἄριστον, ἄνευ δὲ τούτου κάκιστον.

cum Stob. fl. 9, 33

Πίπτακος ἔφη· ἡδονὴ σὺν τῷ καλῷ δίκαιον.

Quid? praepositionis *σύν* usus, quo maxime offenduntur Benseler et Blass, nonne dictione ad poetarum rationem conformata excusatur?

Deinde apophthegma insigni brevitate, quod legitur in § 40:

μάλιστα τὴν σεαυτοῦ φρό-
νησιν ἄσκει· μέγιστον ἐν
ἐλαχίστῳ νοῦς ἀγαθὸς ἐν
ἀνθρώπου σώματι.

confer cum Periandri decreto
(Laert. D. I, 97). Περιανδρος
ἐρωτηθεὶς τί μέγιστον ἐν
ἐλαχίστῳ εἶπε, φρένες
ἀγαθαὶ ἐν σώματι ἀνθρώ-
που.

Sententia quae exstat in orat. § 41 πολλοῖς γὰρ ἡ γλῶττα
προτρέχει τῆς διανοίας, Pittaco datur apud Laert. Diog. I, 70
et Stob. fl. 3, 79.

§ 16. Μηδέποτε μηδὲν αἰσ-
χρὸν ποιήσας ἐπιζέε λήσειν·
καὶ γὰρ ἂν τοὺς πολλοὺς λά-
θῃς, σεαυτῷ συνειδήσεις.

Democriti fr. 100 Mull.
Μηδέν τι μᾶλλον τοὺς ἀν-
θρώπους αἰδέεσθαι ἑωυτοῦ,
μηδέ τι μᾶλλον ἐξεργάζεσθαι
κακόν, εἰ μέλλει μηδεὶς εἰδή-
σειν, ἢ εἰ πάντες ἄνθρωποι.

Formam συνειδήσεις, quae offendit, Isocrates servavit no-
lens immutare tritum sermone proverbium.

Sic multa dicta et decreta inveniuntur quae modo septem
sapiantibus modo aliis philosophis tribuuntur, re autem vera
ad certos auctores non possunt revocari. Quae Isocrates ea
forma, qua pervulgata erant, recepit et in suum usum con-
vertit. Quare errant qui, quod in his inveniuntur, quae ab
Isocratis dicendi more discedant, orationem ab Isocrate scrip-
tam non esse colligunt.

Accedit tertium, unde nonnulla Isocrate indigna in hac
oratione orta esse puto, nempe quod depravata et interpolata
ad nos pervenit. Omnibus fere gnomologiis hoc accidit, ut
plane mirandum esset si hic libellus milies descriptus et in
scholis a puerulis tritus, hanc corruptionis sortem effugisset.
Quantum autem quae hodie legimus differant ab eis quae
Isocrates scripsit, difficile est ad dicendum; fieri potest ut
paulo post Isocratis mortem in scholis quaedam praecepta,
quae idonea non videbantur, vel mutata vel eiecta, alia sub-
stituta sint. Ne quis tamen in emendanda hac oratione ver-

setur ea qua Jahrius ratione, qui vi ac studio dispositionem singulorum praeceptorum extricare conatus est. Medicina adhibenda est eis quae tradita sunt, in quibus perturbationes et vitia multa inveniuntur. Insignis est locus § 25, ubi verba *μη τυχῶν μὲν γὰρ οὐδὲν βλαβήσει κτέ.* ponenda sunt ante verba *περὶ τῶν ῥητῶν ὡς ἀπορρήτων ἀνακοινοῦ.* Vidit hoc Bergkius, Poet. lyr. II, 126. Vitiose legitur etiam § 28. — Memorabiles sunt eae sententiae, quae plane solutae sunt ab reliquis et in quibus multa praecepta comprehenduntur, velut § 16 *τοὺς μὲν θεοὺς φοβοῦ, τοὺς δὲ γονεῖς τίμα, τοὺς δὲ φίλους ἀσχύνου, τοῖς δὲ νόμοις πείθου.* Cf. 32. His simillimae sunt αἱ ὑποθήκαι τῶν ἑπτὰ σοφῶν, quas Sosiades refert apud Stob. fl. 3, 80.

Haec habui quae monerem ne quis temerarie hanc orationem Isocrati abiudicaret. Obiter tantum, ut rectius de huius orationis natura iudicari possit, sententiam meam aperui: rem secundum has rationes altius et accuratius persequendam esse aio. Argumenta vero Benseleri vide num tanti momenti sint, ut etiam nunc de huius orationis fide recte dubitare possis. Primum quidem vanum esse supra dixi, tertium reieci conlatis reliquis Isocratis admonitionibus eiusque de paraenesi praeceptis, secundum vero, quod ad sermonis vitia attinet, tam grave non est, non solum quod illa vitia omnino minora sunt, sed etiam quod ea, quae re vera inveniuntur, ex orationis quam explicavi condicione intellegi et excusari possunt.

Quare ne eae quidem offensiones, quas in prologo et epologo esse Benselerus dixit, suspensionem movebunt. Has enim orationis partes Isocratis ingenium spirare, omnes consentiunt. Sententias si spectas, quae in hac oratione proferuntur, omnia illa vivendi praecepta veterum ingenium ac vetustam disciplinam redolent. Lege quae de orationis argumento iudicaverunt Sandys et Blass (*Att. Ber.* II, 259). — Unum tantum addam. Supra pag. 215 dixi miram intercedere inter primam et alteram Isocratis orationem similitudinem. Sunt enim loci in utraque oratione qui ad verbum paene consentiant, quos Albrechtus, ut dixi, collegit (in philol. XLIII, 245). Sed etiam mirabiliora sunt quae Albrechtus compositis his locis con-

cluit: „dafs beide Reden entweder eine gemeinsame Quelle haben, oder dafs die eine Original, die andre Kopie ist. In jenem Falle müfste Isocrates, falls die erste Rede echt, zweimal einen Andren, in diesem müfste er sich selbst ausgeschrieben haben.“ Mirum sane ad exitum pervenit Albrechtus. Mitto quod eos tantum locos attulit, qui cum secunda oratione conferri possunt, cum in aliis orationibus non sint nulli: velut confer I, 8 cum X, 45; § 11 cum VI, 81. VIII, 56; § 39 cum VIII, 34. IV, 28; § 5 cum VIII, 62. XV, 217; § 38 cum III, 43. Albrechtus dicit, alteram orationem alterius esse exemplar. Quid? argumentum utriusque orationis nonne singulare est ac diversum? nonne in dictis tantum singulis certisque dicendi conspirant formulis, quibus omnino Isocrates non semel usus est? Quod autem praecepta quaedam primae et secundae orationis inveniuntur quae vel in pusillis congruunt, non miror: quae enim Isocrates in secunda oratione regi dat, redeunt in prima, si privato quoque homini conveniunt. Albrechtum offendit quod Isocrates (II, 40) aliorum sententias se ad suum usum contulisse dixit, cum, si modo prima oratio ante secundam scripta est, auctor de sententiis ab ipso antea prolati apud auditores se excusare deberet. At hoc ipso argumento Albrechtum nunc refello. Nam cum Isocratem ἐν ὑποθήκαις aliorum dicta proferre dudum viderimus, quid mirum quod in utraque oratione praecepta inveniuntur plane eisdem verbis edicta?

Non aptum igitur est, quod Albrechtus huius orationis auctorem dicit semidoctum. Immo optimi aevi monumentum est neque ignotum Anaximeni τέχνης ἑητορικῆς auctori (Blass, *Att. Ber.* II, 361. Jahr, l. c. p. 28). Caveamus ergo ne in posterum sive quod omnino a paraeneseos oratione abhorremus sive quod Isocratis artem et elegantiam non recte solis ex eius epideicticis orationibus aestimamus, obscuretur iudicium nostrum, ne in similem inducamur errorem, quo captus Henricus Stephanus (in diatr. Isocr.) non tantum primam, sed etiam alteram orationem Isoerati abiudicavit: ducentis enim annis et duodeviginti post a Mustoxyde in bibliothecis inventa est illa pars

orationis XV, in qua Isocrates huius orationis auctorem se esse disertis verbis testatur. —

Sed iam confirmata huius orationis fide et auctoritate redeamus ad eum locum a quo profecti sumus. In § 3 igitur et quae proxime secuntur leguntur haec: ὅσοι μὲν οὖν πρὸς τοὺς ἑαυτῶν φίλους τοὺς προτρεπτικούς λόγους συγγράφουσι, καλὸν μὲν ἔργον ἐπιχειροῦσιν, οὐ μὴν περὶ γε τὸ κράτιστον τῆς φιλοσοφίας διατρέβουσιν· ὅσοι δὲ τοῖς νεωτέροις εἰσηγοῦνται μὴ δι' ὧν τὴν δεινότητα τὴν ἐν τοῖς λόγοις ἀσκήσουσιν, ἀλλ' ὅπως τὰ τῶν τρόπων ἤθη σπουδαῖοι πεφυκέναι δόξουσι, τοσοῦτω μᾶλλον ἐκείνων τοὺς ἀσκοῦντας ὠφελοῦσιν, ὅσου οἱ μὲν ἐπὶ λόγον μόνον παρακαλοῦσιν, οἱ δὲ τὸν τρόπον αὐτῶν ἐπανορθοῦσιν. Διόπερ ἡμεῖς οὐ παράκλησιν εὐρόντες ἀλλὰ παραίνεσιν γράψαντες μέλλομέν σοι συμβουλεύειν, ὧν χρῆ τὸς νεωτέρους ὀρέγεσθαι καὶ τίνων ἔργων ἀπέχεσθαι καὶ ποίοις τισὶν ἀνθρώποις ὁμιλεῖν καὶ πῶς τὸν ἑαυτῶν βίον οἰκονομεῖν. Ex his verbis duo utique colliguntur: primum Isocratem τοὺς προτρεπτικούς λόγους memorare quasi notum aliquid aliisque probatum, deinde opponere eum suam ad Demonicum orationem τοῖς προτρεπτικοῖς λόγοις ut gravius opus levioribus illis. Quaeritur autem quos Isocrates dixerit illos προτρεπτικούς λόγους. Perperam O. Schneiderus, novissimus huius orationis editor, verba intellexit vertens „die (zu der wissenschaftl. Beschäftigung und damit zur Bildung) nötigen Anleitungen.“ Προτρέπειν est ‘instigare’, segnius progredientem vel subsistentem incitare. Hesych. προτρέπειν· προσιβάζειν. Per translationem προτρέπειν et προτρέπεσθαι est ‘exhortari, adhortari’. Hesych. προτρέπον· παρακάλει. Adiectivum προτρεπτικός significat id „quod ad exhortandum valens est“. Sic Aeschines (III, 542) quod praeco quondam nuntiaverat fore ut filii eorum qui pugnis fortes se praestiterint, publice usque ad pubertatem educentur, appellat κήρυγμα προτρεπτικώτατον πρὸς ἀρετήν. Cf. Aesch. I, 191.

Προτρεπτικοὶ λόγοι verba sunt aut — si verba arte sunt disposita et coniuncta — orationes quae ad exhortationem valent

vel in quibus vis hortandi inest. Has igitur orationes qui ad suos mittunt, secundum Isocratē pulchrae quidem rei student, neque vero quod summum est philosophiae secuntur. Atque τὸ κράτιστον τῆς φιλοσοφίας Isocrati videtur esse eloquentiae studium eaque dicendi facultas qua quis hominum animos et mores excolere atque confirmare possit. Ei vero qui τοὺς προτρεπτικοὺς λόγους conscribunt, cum ad dicendi tantum vim et exercitationem discipulos adhortentur (cf. § 4 οἱ μὲν ἐπὶ λόγον μόνον παρακαλοῦσι et δι' ὧν τὴν δεινότητα τὴν ἐν τοῖς λόγοις ἀσκήσουσιν) ingenii conformationem neglegunt. Haec facile intelleguntur. Difficiliora sunt quae secuntur: διόπερ ἡμεῖς οὐ παράκλησιν εὐρόντες ἀλλὰ παραινέσιν γράψαντες μέλλομέν σοι συμβουλεύειν κτέ.

Schneiderus quidem graviter opposita dicit participia εὐρόντες-γράψαντες, prius explicat „*gesucht, mühsam ausstudiert*“, γράψαντες „*rasch hingeworfen*“. Recte interpretari Schneiderum nequaquam concedo.¹⁾ Contraria sunt hoc loco inter se verba παράκλησις et παραινέσις; orationem enim ad Demonicum παραινέσιν dicit, παρακλήσεις vero vocat τοὺς προτρεπτικοὺς λόγους. παράκλησιν hic pro προτροπῆς notionē accipiendam esse sponte apparet testaturque Harpocration hunc locum respiciens ‘παράκλησις· ἀντὶ τοῦ προτροπῆ’. Ac saepius παρακαλεῖν et προτρέπειν coniunguntur ab Isocrate, cf. III, 12. 43. IX, 77. XV, 84. 85. Παραινέσις non est exhortatio, sed ut Senecae verbo utar (ep. 95, 65) praeceptio. In paraenesi dantur ὑποθῆκαι ὡς χρὴ ζῆν (Isocr. or. II, 3); orator in ea non adhortatur, sed monet, suadet, praecipit. Itaque paraenesis propius attinet ad γένος συμβουλευτικόν, ut recte statuit Ammonius de diff. verb. 132: παραινέσις ἐστὶ συμβουλή ἀντιδῶσιν οὐκ ἐπιδεχομένη διὰ τὸ ἐξ αὐτῆς λεγόμενον πάντως ὁμολογεῖσθαι ἀγαθόν, ὡς εἴ τις παραινέσει σωφρονεῖν, ὅπερ ἐστὶν ὁμολογημένον ἀγαθόν.

Contra in protreptico orator mere exhortatur. Sed quamnam ad rem? Dubium esse non potest, eae orationes quas

1) Vide Volkmann, *Rh. d. Gr. u. R.*² p. 337 adn.

protrepticas novit Isocrates, quin fuerint *παρακλήσεις πρὸς τὴν ῥητορικὴν τέχνην*. Aliter enim verba — *δι' ὧν τὴν δεινότητα τὴν ἐν τοῖς λόγοις ἀσκήσουσιν* et — *ἐπὶ λόγον μόνον παρακαλοῦσι* — explicari non possunt.¹⁾ Isocrates igitur in § 5 haec dicere voluit: „itaque ego non adhortationem ad eloquentiae studium excogitavi (*παράκλησιν*), sed paraenesin scripsi, ut tibi quae a puero facienda fugiendaque sint praecipiam.“

Ex Isocratis loco intellegitur eo tempore circumlatas esse protrepticas orationes a magistris ad discipulos habitas, quibus adulescentes ut in dicendi arte studium collocarent, arte et ratione confirmati sunt. Quod orationum genus, etsi exemplum non superest, e *sophistarum* tamen genere ortum esse pro certo affirmamus. Quamvis enim varia fuerint *sophistarum* studia, quamvis multiplex eorum doctrina: in hac tamen re omnes consentiunt, ut eis qui eruditionis participes fieri vellent, comparandam dicerent facultatem callide disserendi et virtutem ad persuadendum accommodatam. Haec enim est ista *δεινότης ἢ ἐν τοῖς λόγοις*, quam Isocrates hoc loco dicit et quam suis pollicetur Protagoras (Plat. Prot. 318°); in dicendi exercitatione nititur quasi fundamento ἢ *παιδεία*, ad quam *sophistae* adducere student discipulos. Hanc igitur artem colendam cum primo loco *sophistae* discipulis commendarent, fiebat ut, priusquam interiorem traderent disciplinam, in scholis verba facerent de comparanda dicendi facultate eiusque ad ingenia conformanda et mentes exacuendas vi atque utilitate. Has vero orationes, quibus auspicati sunt disciplinam suam *sophistae*, protrepticas fuisse, Isocrati facile credimus. Adhaeret enim *sophistis* studium comparandi admiratores ac sectatores. Itaque eae orationes, et quibus demonstrabant, quam rectam ad virtutem et *παιδείαν* viam cognovissent et quibus auditores, ut hanc virtutis viam ingrederentur eorumque disciplinae se committerent exhortan-

1) Neglexit hoc Bergkius, qui Aristotelis protrepticum ab Isocrate significari coniecit (Lg. IV p. 365): Sed obstant huic sententiae etiam alia quae de protrepticis effici possunt.

tur, omnes fuerunt natura *προτρεπτικοὶ λόγοι*, et, cum omnis *παιδείας* initium dicerent facundiam quandam et orationis sollertiam, ad discipulos et habuerunt et scripserunt *προτρεπτικούς* πρὸς τὴν *ῥητορικὴν τέχνην*. In his orationibus, sicuti res ipsa tulit, sophistae quam maxime dicendi genere eleganti conditoque suavitate atque omnibus sermonis artificiis usi sunt, quibus audientium animos permulcere eosque ad se adlicere possent.

Iam vero recte ad sophistas exhortationum initia referri, testis gravissimus est Plato, qui in Euthydemo dialogo sophistarum *προτρεπτικούς* perstrinxit. Producit enim Euthydemum et Dionysodorum, fratres sophistas, qui celerrime atque optime virtutem se docere dicunt (273^d). Quos Socrates, cum quaerenti respondissent se virtutem etiam eis tradere discipulis, quibus eam doceri posse nondum persuasum esset, maxime idoneos esse ratus qui ad sapientiae ac virtutis studium adhortarentur (274^e), rogat ut exemplum huius artis praebeant et Cliniae adulescenti persuadeant *ὡς χρὴ φιλοσοφεῖν καὶ ἀρετῆς ἐπιμελῆσθαι* (275). Mox autem cum sophistae meris nugis et versutiis adulescentem perturbassent, Socrates eos ioca agere opinatus, ipse ex tempore specimen dare conatus est, qualem sibi finxerit *τὴν προτρεπτικὴν σοφίαν* (278^d). — Hoc loco omnia demonstrant, Socratem non esse versatum in protreptici arte exercenda, sed peritos eius esse sophistas. Nam ut ad rem insuetam adgreditur his verbis: *τολμῆσω ἀντοσχεδιάσαι ἐναντίον ὑμῶν* (278^d) et *τὸ μὲν ἐμὸν παράδειγμα οἷον ἐπιθυμῶ τῶν προτρεπτικῶν λόγων εἶναι τοιοῦτον, ἰδιωτικὸν ἕως καὶ μόλις διὰ μακρῶν λεγόμενον* (282^d). De Platonis protreptico infra dicam. Nunc satis est statuisse sophistas sibi adrogasse *τὴν προτρεπτικὴν σοφίαν*, id est docendi quandam artem, qua audientibus scientiam seu virtutem utique comparandam esse persuadetur simulque ad earum curam studiumque incitatur. Quod autem supra ex Isocratis loco collegimus, sophistarum *προτρεπτικούς* λόγους id potissimum spectasse ut discipulorum ingenia ad disserendum apta fierent,

probatur Euthydemii et Dionysodori cum adolescente colloquio. Nam etsi sophistarum exhortandi artem Plato festive exposuit, hoc certe credimus, sophistas dialecticis captionibus dictisque argutis admirationem discipulis inicere studuisse.

Sed ut omnino sophistarum virtutis et litterarum laus brevi tempore imminuta est, sic exhortationum quoque genus paulo post depravatum esse videmus. Ex Euthydemii enim fine videmus Athenis eo tempore cives probos incertos fuisse, quibus magistris filios traderent instituendos: qui cum rhetorum et sophistarum nugas viderent, homines simplices non potuerunt haec studia non despiciere totamque aspernari philosophiam. Omne enim litterarum studium et verum discendi ac sciendi desiderium sublatum videbatur funditusque eversum, cum cognitio posita esset in verborum contentione et simulata sapientia (Bonitz, *Plat. Stud.*, p. 122). Quare eorum qui sinceræ veritatis studiosi erant, si confundi nollent cum illis, magnopere interfuit abiectis et depulsis a se sophistarum artibus monstrare hominibus diversissima esse illorum studia a suis. Quod Isocratem fecisse videmus cum multis locis tum in or. XIII *κατὰ τῶν σοφιστῶν*. Sed cum ne hic quidem, quae sit verae philosophiae vis ac natura perspexisset, utpote qui ipse homines ad scientiam pervenire posse negaret et in arte oratoria omnem ingenii cultum et doctrinam inesse putaret, hac in oratione Platonis verae philosophiae studia cum sophistarum arte confudit eiusque dialogos mentis tantum exercitationes esse iudicavit, quibus ingenium quidem acuat, ad vitam autem *οὐδ' ἂν ἐλάχιστον μέρος ἀπολαύσομεν* (XIII, 11). Plato igitur in Euthydemio cum philosophiae patronus existeret, et philosophos non veros nec genuinos esse sophistas demonstrare et Isocrati philosophiae obtrectatori respondere debuit. Qua arte utrumque coniunxerit Plato, exposuit Reinhardtus, de Isocr. aemulis p. 30 sqq.

Caput autem eorum philosophorum, quorum specimen Plato Euthydemii et Dionysodori personis depingere videtur, Athenis eo tempore fuit Antisthenes Cynicus, qui (*ἀπὸ ἐρητύρων φιλόσοφος*, Suid.) primus artem sophistarum cum

philosophandi ratione coniunxit. Quanta Antisthenes tum apud homines auctoritate fuerit, non minimum ex eo cognoscitur, quod Plato eius doctrinam in libris suis saepissime impugnare ac refellere studet. Et ne in Euthydemo quidem, ubi Plato philosophiam vere Socraticam simulatae sophistarum sapientiae opposuit, cum fatuis istis dialecticis tantum egit — indigni enim erant, qui a Platone refellerentur — immo id est eius consilium ut Antisthenis disciplinam ad iuventutem educandam minime aptam esse ostendat (Bonitz, *Plat. Stud.* p. 130. Duemmler, *Antisth.* p. 59). Fuisse autem Antisthenem inter eos, qui τὴν προτρεπτικὴν σοφίαν sibi sumpserunt, optime cognoscitur ea re, quod auctor est operis exhortatorii, in libros tres digesti, quod a Laertio Diogene VI, 16 affertur hoc titulo: *περὶ δικαιοσύνης καὶ ἀνδρείας προτρεπτικός πρῶτος, δεύτερος, τρίτος, περὶ Θεόγγιδος δ' ε'.*

Index libri num recte se habeat, multi dubitaverunt. Winckelmannus ¹⁾ Ambrosio antecedente delet verba *περὶ δικαιοσύνης καὶ ἀνδρείας*, Adolphus Mueller ²⁾ verbum *προτρεπτικός* grammaticorum additamentum esse censet, Hirzelius ³⁾ post *ἀνδρείας* interpungens, titulo *περὶ δικ. κ. ἀνδ.* singularem librum significari dicit. Ego nihil mutaverim. Verum quidem est quod Hirzelius (l. c.) dixit, nihil amplius addi solere ad titulum *προτρεπτικός*: sed non est quod traditum perditum libri indicem ad arbitrium mutemus. Insuper ne cum Hirzelio distrahamus inscriptiones, primum impedit quod in catalogo aliae exstant simillimae, velut *περὶ παιδοποιΐας ἢ περὶ γάμου ἔρωτικός, περὶ τῶν σοφιστῶν φησιογνωμονικός, περὶ νίκης οἰκονομικός*, deinde quod singulares libros *περὶ δικαιοσύνης καὶ ἀνδρείας* Antisthenem composuisse vix est credibile, cum in tabula legantur tituli *περὶ ἀνδρείας, περὶ νόμον ἢ περὶ καλοῦ καὶ δικαίου.*

Non minus difficilis est altera quaestio, quid significet titulus *περὶ Θεόγγιδος δ' ε'.* Coniecit Nietzsche ⁴⁾ pro *περὶ*

1) *Antisth. fragm. coll.* Winckelmann, 1842.

2) Mueller, *de Antisth. Cyn. vit. et script. Progr.* 1860.

3) *Hermes* X, 72, 1.

4) in *Mus. Rhen.* XXII p. 195.

Θεόγν. subaudiendum esse *περὶ φρονήσεως καὶ σωφροσύνης*, quarum virtutum praeco Theognis est: habes quattuor fontes honestatis, de quibus Antisthenes in protreptico apte disserere potuit. Sed nequiquam verba quae tradita sunt *περὶ Θεογν.* Nietzsche si hac ratione explicavit. Quod de Theognide Antisthenes scripsit, non pertinet ad protrepticum, in quo Antisthenem Gorgiana dicendi ratione usum esse testis est Laertius Diogenes VI, 1, 1. Veri autem est simile Antisthenem Theognidi interpretando operam navasse eiusque libello quasi enchiridio usum *τὰς ὑποθήκας παραινειτικός* (cf. Isocr. II, 43) explicasse, poetam modo laudantem modo corrigentem, quos commentarios in bibliothecis grammatici coniunxerunt cum opere exhortatorio, quem ad modum in Isocratis Nicocle (or. III) protrepticam orationem¹⁾ secuntur *ὑποθῆκαι* et in Iamblichi protreptico adiungitur (a cap. XX) *ἡ διὰ τῶν ὑποθῆκῶν προτροπή*, ut denique omnino artissime coniuncti sunt *ὁ ὑποθετικός* et *ὁ προτρεπτικός λόγος* (Stob. Ecl. II 52 p. 44).

Haec sufficiant de titulo. Quae autem libri indoles fuerit, quas res et quo modo Antisthenes exposuerit, ne coniectura quidem assequi possumus. Gorgiana oratio in hoc opere notabatur, ut dixi. His convenit quod a grammaticis in protreptico singulae voces observabantur, quibus Antisthenes peculiari sensu usus est. Narrant Pollux (VI, 16, 98. X, 19, 68), scholiasta Apoll. Rhod. (II, 569) alii, Antisthenem de poculorum genere, cui nomen fuit *βομβυλιός*, verba fecisse, quod vas liquorem ex angusto ore guttatim emittit. Isocrates in Hel. laud. 12 sophisticis obiciens quod res exiguas vilesque propterea ad laudandum sibi sumerent, quod aemulos ea in re non haberent, haec dicit: *τῶν μὲν γὰρ τοὺς βομβυλιοὺς καὶ τοὺς ἄλας καὶ τὰ τοιαῦτα βουληθέντων ἐπαινεῖν οὐδεὶς πρόποτε λόγων ἠπόρησεν, οἱ δὲ τῶν ὁμολογουμένων ἀγαθῶν ἢ καλῶν ἢ τῶν διαφερόντων ἐπ' ἀρετῇ λέγειν ἐπιχειρήσαντες πολὺ καταδεέστερον τῶν ὑπαρχόντων ἀπαντες εἰρήμασι.* Antisthenem perstringi ab Isocrate nemo non videt. Cur autem

1) Volkmann, *Rh. d. Gr. u. R.*² p. 337.

hoc poculum laudaverit Antisthenes, ex Athenaei loco XI, 784^d quem recte huc rettulit Winckelmannus, colligitur: βομβυλιός. *Θηρίκλειον Ῥοδιακόν, οὗ περὶ τῆς ἰδέας Σωκράτης φησὶν· οἱ μὲν ἐκ φιάλης πίνοντες ὅσον θέλουσι τάχιστ' ἀπαλλαγίσονται, οἱ δὲ ἐκ βομβυλιοῦ κατὰ μικρὸν σιάζοντες.* Iam si recte hic locus Antisthenis protreptico datur, duo statim secuntur: primum Antisthenem Socratis discipulum fuisse cum protrepticum scriberet, quod scitu perdignum, quoniam a sophistis protreptici orti sunt et sophistarum dicendi usum in protreptico Antisthenis inventum esse diximus. Deinde vero, cum Socrates loquens eo loco inducatur, comprobatur quod e Laertii verbis VI, 1 efficitur, exhortationes scilicet fuisse dialogos, sicuti alii Antisthenis libri teste Laertio II, 54. III, 35. Quodsi τὸ *ῥητορικὸν εἶδος* cum in omnibus dialogis tum in protreptico insigne fuit (L. D. VI, 1), vividum conloquentium sermonem institutum esse vix credibile est. Sed dialogi forma usus est Antisthenes, quod Socratis vestigia pressit: sophistarum vero *προτρεπτικοί* eam non habebant. Ceterum memorabile est, quod in Euthydemo Socrates sophistas invitat, ut in protreptico — *εἰ μὴ διαφέρει* (275^b) — dialogo utantur, 'quod eo adulescens magis assuetus sit'.

Nihil amplius de Antisthenis protreptico statui potest; quae enim viri docti occasione data de huius libri argumento coniectaverunt¹⁾, inutilia sunt quod certis argumentis carent.

Alius Socratis discipulus Aristippus Cyrenaeus, voluptariae sectae auctor, qui priusquam in Socratis disciplinam se dedit, ipse sophistarum artes factitaverat, *προτρεπτικόν* scripsit Sotione et Panaetio testibus apud Laert. Diog. II, 85. De eius libris nihil compertum habemus ac ne tituli quidem librorum Aristippeorum, qui apud Laertium Diog. II, 83 sqq. sunt, satis constant. Aristippi enim volumina duabus enumerantur tabulis, quarum prior continet duo opera: historiae Libyae libr. III et volumen XXV dialogorum, quorum indices nominantur. Altera tabula a Sotione et Panaetio probata, XII titulos

1) Cf. Usener, quaest. Anax. p. 10; E. Weber, Stud. Lipsiens. X. p. 200.

continens, VII tantum profert eosdem atque prior tabula. Restant igitur indices quinque in Sotionis et Panaetii tabula, qui in priore non inveniuntur: *περὶ παιδείας, περὶ ἀρετῆς, προτρεπτικός*, — qui primo loco in tabula nominantur —, et duo extremo loco positi: *πρὸς Σωκράτην, περὶ τύχης*. Fieri igitur potest ut quinque hi libri, quos Sot. et Pan. afferunt, lateant in reliquis librorum titulis a Laertio laudatis. Sed cum ne prior quidem tabula integra sit, laudante Diog. VIII, 1, 9 Aristippi librum *περὶ φυσιολογιῶν*, qui deest in tabula, praestat conicere quinque illos libros in priore tabula errore omissos esse, quod eo facilius fieri potuit, si hos libros non dialogi forma compositos ob eamque rem in dialogorum volumine non comprehensos fuisse suspicamur. Probabile mihi hoc videtur, quod horum librorum inscriptiones ab reliquis differunt, et in protreptico quidem oratoria dicendi forma ad argumentum accommodatior est.

Antisthenes igitur et Aristippus philosophi, qui sophistarum alumni eorumque studiis nutriti postea in Socratis disciplinam transierant, protrepticos a sophistis ad philosophos transtulerunt.

Nec mirandum hos viros Socratis discipulos factos exhortandi morem non abiecisse. Socrates enim ipse erat *φιλόσοφος προτρεπτικώτατος* solebatque dicere (Cic. de or. I, 46) perfectum sibi opus esse, si quis satis esset concitatus cohortatione sua ad studium cognoscendae perspiciendaeque virtutis. Hoc autem ipsum Socrati exprobraverunt. Socratis enim mos adulescentes ad virtutem adhortandi, cum quae facerent, perversa, quae scirent, falsa esse demonstraret, multos ad errorem perduxisse videtur, quasi Socrates adhortari ad virtutem tantum, adducere non posset. Haec iudicia post Socratis mortem audita esse, e Xenophontis cognoscitur verbis Mem. I, 4, 1: *εἰ δέ τινες Σωκράτην νομίζουσιν, ὡς ἔνιοι γράφουσι τε καὶ λέγουσι περὶ αὐτοῦ τεκμαιρόμενοι, προτρέψασθαι μὲν ἀνθρώπους ἐπ' ἀρετὴν κρᾶτιστον γεγονέναι, προαγαγεῖν δ' ἐπ' αὐτὴν οὐχ ἱκανόν, σκεψάμενοι κτέ.* Acerrime autem ob hanc rem Socratem vituperavit Clitophon in dialogo, qui inscribitur *Κλειτοφῶν*,

quem Platoni subditum esse nunc omnes consentiunt. Meum non est hoc loco de huius dialogi tempore et auctore virorum doctorum opiniones diversissimas retractare ¹⁾: hoc tamen Xenophontis quem exscripsi locus docet, ea quae a Clitophonte contra Socratem proferuntur, manasse ex illius aetatis de philosophia Socratica iudiciis et aestimatione. Etenim Socratis illa ratio quae quaerendo et dubitando et definiendo paene acquievit, a Platone accepta et in scriptis eius ad artem reducta, etsi apud homines mirum in modum facultatem recte et strenue cogitandi excitare et veritatis studium augere poterat, iis tamen satisfacere nequivit, qui philosophiam non philosophandi causa tractabant, sed praecepta ex ea requirebant, quibus vitae usum confirmarent. Quod maxime patres, qui filios philosophis erudiendos committebant, a magistris postulasse manifestum est. Haec desiderabant simplices homines in Socratis et Platonis disciplina. Quae igitur Socrates dicere solet: frustra homines divitias appetere, si mentem colere neglegerent; homines grammaticae, musicae, gymnasticae artis studio non reddi meliores; peccari ab omnibus ignorantia boni et mali; eum, qui rebus uti nesciret, eis melius omnino carere; vita igitur qui nesciret uti, melius non vivere —: de his Clitophon (408^b) ait: *τούτοις δὴ τοῖς λόγοις καὶ ἑτέροις τοιούτοις παμπόλλοις καὶ παγκάλως λεγομένοις, ὡς διδακτὸν ἀρετῆ καὶ πάντων ἑαυτοῦ δεῖ μάλιστα ἐπιμελεῖσθαι, σχεδὸν οὐτ' ἀντεῖπον πώποτε οὐτ' οἶμαι μήποθ' ὕστερον ἀντίπω· προ-
 τρεπτικωτάτους τε γὰρ ἡγοῦμαι καὶ ὠφελιμωτάτους, καὶ ἀτεχνῶς ὥσπερ καθεύδοντας ἐπεγείρειν ἡμᾶς.* Sed quid deinde? Quae est illa ars, qua virtus nobis contingit? *Δικαιοσύνη* inquit Socratici, sed hanc ipsam modo explicant *τὸ συμφέρον*, modo *τὸ δέον*, modo *τὸ ὠφέλιμον*, alii aliter. Ultimum, inquit Clitophon, se refugium Socratem ipsum adisse et cum ne is quidem concisum atque distinctum responsum dare aut voluerit aut potuerit, desperantem iam de Socratis

1) Steinhart, *Plat. W.* VII, 1 p. 47—62. K. F. Hermann, *Gesch. u. Syst. d. plat. Philos.* p. 426. Susemihl, *Uebers. d. plat. W.* V, 507—529. Kunert, quae inter Clitoph. et Plat. remp. interc. necess. Diss. 1881.

eiusque amicis ad Thrasymachi castra transiturum, nisi vellet ἢ δὴ παύσασθαι τῶν λόγων τῶν προτρεπτικῶν. Finem denique facit his verbis: μὴ μὲν γὰρ προτετραμμένῳ σε ἀνθρώπῳ, ὃ Σώκρατες, ἄξιον εἶναι τοῦ παντὸς γήσω, προτετραμμένῳ δὲ σχεδὸν καὶ ἐμπόδιον τοῦ πρὸς τέλος ἀρετῆς ἐλθόντα εὐδαίμονα γενέσθαι. — Negari non potest Xenophontem librum simili consilio conscriptum significasse, cum illud ipsum opprobrium quod Xenophon commemorat, Clitophontis auctor diligenter persecutus sit. Neque tamen Kunerto (l. c. p. 14) adstipulor, qui et Xenophontis locum quem laudavi ad Clitophontem pertinere contendit et hunc dialogum ante editum Xenophontis librum conscriptum esse collegit.

Primum enim vide quam perversam sibi finxerit dialogi auctor imaginem rationis qua ductus Socrates in exhortando fuerit. Nunquam Socrates morum censor castigatoremque ea gravitate et severitate usus est ut ὡσπερ ἐπὶ μηχανῆς τραγικῆς θεὸς declamaret ποῖ φέρεσθε, ὄνθρωποι; κτέ. (Clitoph. 407^b). Deinde Hirzelio adsentior, qui Clitophontis auctorem dicit (p. 77) Socrateam exhortandi artem talem finxisse qualem in aliorum protrepticis invenerat. Aliae enim sunt sophistarum et qui eos imitati sunt, Antisthenis, Aristippi exhortationes, aliae Socratis. Falso Clitopho Socrati tribuit orationes exhortatorias eo nomine ad pueros erudiendos habitas; nam etsi Socrates summopere animos hominum προτρεπτικῶς commovit, nunquam tamen eius sermones neque apud Xenophontem neque apud Platonem nominantur προτρεπτικοί. Plato igitur in Euthydemo, ubi protreptici exemplum Socratem facit proferentem, rem Socrati insuetam arguit, Clitophontis contra auctor Socratis disserendi rationem semper significat vocabulis προτρέπειν, προτροπή, προτρεπτικοὶ λόγοι.

Itaque Clitophon dialogus Xenophontis aetate nequaquam scriptus erat, cuius etiam opprobriis Xenophon multo acrius et accommodatius respondisset, si eum cognovisset. Immo alia secuntur Xenophon, alia Clitophon: Xenophon quidem, qui philosophiae studium ad recte agendi magis quam ad cognoscendi rationem referri vult, id potissimum curat, ut magi-

strum suum ad artem bene vivendi magnopere profuisse demonstrat, Clitophon vero Socrati obiecit, quod concitare quidem ad studium cognoscendae virtutis non desiisset, doctrinam autem ratione et praeceptis bene exstructam proponere nequisset. Itaque Clitophon contra Socratem virtutis praedicatorum nitens, quam diversa ac discrepantia Socratis et Socraticorum de doctrina et praeceptis iudicia circumferantur ostendit; Xenophon quam plurima affert exempla, quibus adulescentes a Socrate ad virtutem adductos esse comprobet. Habemus autem exemplum protreptici Socratici apud Xenophontem in Mem. IV, 2 ubi Euthydemum adolescentem ingenii sui nimium amatorem, qui rei publicae gubernandae se dare vult, quae et quanta haec ars sit docet eoque modo quam multa etiam adulescenti ad discendum et cognoscendum reliqua sint, si ea dignus esse velit, ostendit.

Inter protrepticum vero, quem Clitophon Socrati tribuit et eum quem Plato Socratem facit loquentem in Euthydemo, certa quaedam intercedit necessitudo. In utroque enim Socrates demonstrat bonum non esse quo qui possideat uti nesciat (Clitoph. 408 Euthyd. 280 sqq. 289). Deinde quod in Clitophonte (409) Socratis discipuli iustitiae vel artis politicae opus definire nesciunt, hoc pertinet ad ea quae Socrates cum Clinia in Euthydemo (289. 290) disputavit. Recte igitur colliges eum, qui Clitophontem scripsit, Socratis protrepticum quem Plato finxit spectasse. — Ceterum a posterioris aetatis scriptoribus Socratis oratio, quae proponitur in Clitoph. 407^b, genuinus et sincerus putabatur Socratis protrepticus. Itaque multi philosophi haec Socratis verba exhortationibus suis inseruerunt, de quibus locis infra dicemus. Verba quidem *κοῖ φέρουσθε καὶ*. legimus apud Pseudoplut. de libr. educ. 7; Dionem Chrys. XIII, 425 R; Epictet. III, 22, 23; Themist. XXIV, 320d; Lucian. Cyn. 18. —

Protreptici igitur ex orbe sophistarum suscepti cum non abhorrent a Socratis more, permanserunt apud Socraticos. Quibus exhortationibus cum omnes homines, et divites et pauperes, nobiles et ignobiles, ad scientiae virtutisque studium

invitarentur, orationem acutis conclusionibus, crebris proverbiiis, commodis comparationibus exornatam et expolitam fuisse consentaneum est. Velut Antisthenes, quo modo in exhortationibus oratione imaginibus distincta usus sit, ex Laertii loco discimus (VI, 1, 11), ubi notiones ex arte gladiatoria et militari depromptae notandae sunt: (*Ἀντισθ. ἔφη*) *ἀντάρχη δὲ τὴν ἀρετὴν πρὸς εὐδαιμονίαν, μηδενὸς προσδεομένην ὅτι μὴ Σωκρατικῆς ἰσχύος.* (12) *ἀναφαίρετον ὄπλον ἢ ἀρετὴ.* (13) *τεῖχος ἀσφαλέστατον φρόνησιν κτέ.* Maxime autem hominum admirationem excitavit prompta et arguta disputanti ars quae a sophistis inventa et a Megaricis atque Cynicis exulta est. Omnia illa orationis artificia: ambiguitates, captiones dialecticas, aenigmata, *παράδοξα* adhibuerunt in adhortationibus, si quidem recte de Platonis Euthydemo iudicamus. Itaque cum magis magisque sophistae in captiones se induerent spinasque vellent in orationibus quibus ad virtutem incitare debebant, Plato non solum pestiferam esse cognovit vim huius artis ad educandos pueros, sed philosophiae etiam nomen et apud homines auctoritatem periclitari intellexit. Philosophiae igitur dignitatem et veritatem Plato in Euthydemo a mendaci scientiae specie simulataque doctrina eo modo vindicavit, ut iuxta sophistarum nugas ineptiasque posuerit sinceræ Socratis disciplinae exemplum, quod ratione sua et strenuo sententiarum ordine mire discrepat ab illorum quam venditant exhortandi arte. Atque haec fere sunt quae Plato in protreptico (278^e—282^d. 288^d sq.) persecutus est:

Omnes beati esse cupimus. Beati autem sumus si multa bona possidemus. Bona deinde dicimus: divitias, valetudinem, pulchritudinem, nobilitatem, potentiam, honorem, prudentiam, iustitiam, fortitudinem, sapientiam. Iam vero e bonis tum demum felicitatem hauriemus, si bonis utemur, et recte quidem si utemur; nam si abutemur, magis damno sunt quam si eis carebimus. Recte autem rebus uti cum scientia doceat, efficitur, ut ex bonis non nisi scientia et prudentia praediti utilitatem capiamus. Itaque omnia quae supra memorabantur bona tum demum vere sunt bona, si quis eis utatur

prudenter. Nulla igitur neque bona nec mala exstant nisi unum bonum φρόνησις et unum malum ἀμαθία. Sapientiam doceri posse Clinias Socrati concedit quasi notum. Ergo, concludit Socrates, cum sapientiam doceri posse dicas eamque solam homines beatos efficere scias, potesne quidquam antiquius habere quam ut philosopheris?

Hoc loco Socrates ad sophistas versus (282^d) τὸ μὲν ἐμόν, inquit, παράδειγμα, ὃ Διονυσόδωρέ τε καὶ Εὐθύδημε, οἷων ἐπιθυμῶ τῶν προτρεπτικῶν λόγων εἶναι, τοιοῦτον, ἰδιωτικὸν ἴσως καὶ μόλις διὰ μακρῶν λεγόμενον· σφῶν δὲ ὁπότερος βούλεται, ταῦτὸν τοῦτο τέχνην πράττων ἐπιδειξάτω ἡμῖν. Sed frustra hos admonet ut iam pergere velint, demonstrantes, utrum tota scientia paranda an intra definitos scientiae cuiusdam fines felicitas inveniri possit. Quibus cum etiam tum iocari placuerit, ipse pergit (288^d) quaerens cum Clinia quae sit summa scientia:

ea nempe, in qua συμπέτωκεν ἅμα τό τε ποιεῖν καὶ τὸ ἐπίστασθαι χρῆσθαι τούτῳ, ὃ ἂν ποιῇ (289^b). Talis autem neque est ἡ λογοποιικὴ τέχνη neque ἡ στρατηγική. Hic Socrates sermonis finem faciens Critoni refert, tandem sibi et Cliniae τὴν βασιλικὴν τέχνην summam artem visam esse, sed ne sic quidem omnem dubitationem sublatam fuisse.

Si quaerimus quae sit in his verbis vis et quo iure Plato hanc disputationem προτρεπτικὸν λόγον nominaverit, haec statuenda esse existimo.

Socrates a sententia omnibus probata et concessa profectus adulescentem per seriem conclusionum via et arte eo deducit ut concedat: philosophandum eis est, qui beati esse volunt. Deinde in altera parte quanta sit scientia quam philosophando paramus, magna cum arte adumbrando rei speciem ac formam significavit. Duas igitur res Plato ad exhortandum maxime idoneas iudicavit: primum ut naturae quaedam lege homines ad philosophiae studium se conferre adulescenti persuaderetur: nam philosophando eam sibi scientiam homines parant quae ad virtutem et felicitatem necessaria est.

Deinde ut adulescens notione animi praesentiret huius scientiae amplitudinem et praestantiam: quare Plato eam non definivit, sed definiendam permisit Cliniae, cuius ingenium Socrates brevi ita incitavit, ut paulo post (290^b) primos quasi fructus reddiderit τῆς Σωκράτους προτροπῆς.¹⁾

Optime autem hac re Plato ostendit, quam diverse adulescentis ingenium Socratis et sophistarum institutione commotum sit: sophistarum enim quaestionibus perturbatus et anxius quid respondeat, nescit (275^d 277^d), Socrati fortiter et acute responsa reddit et mox sententiarum ordinem, quem Socrates instituit, sponte persequi potest.

Haec igitur est Platonis protreptici indoles, quem ille e limpido fonte Socrateae disciplinae hauriens exemplar dedit aetati suae; quo factum est ut inde ab eo tempore οἱ προτρεπτικοὶ λόγοι quasi sanciti in omnium philosophorum disciplinas recepti sint. Ac saepe eas sententias, quas Plato in protreptico suo expressit, in aliorum protrepticis adhibitas esse videbimus.

Exhortantur autem philosophorum προτρεπτικοὶ simul πρὸς ἀρετὴν et πρὸς φιλοσοφίαν. Quo modo hoc cohaereat, ex Euthyd. (273^d) discimus, ubi sophistae dicunt se in protrepticis ἀρετὴν οἶω τ' εἶναι παραδοῦναι κάλλιστ' ἀνθρώπων καὶ τάχιστα. Nihilo minus Socrates (275) ait: ἡμεῖς ἄρα, ὦ Διονυσόδωρε, τῶν νῦν ἀνθρώπων κάλλιστ' ἂν προτρέψαιτε εἰς φιλοσοφίαν καὶ ἀρετῆς ἐπιμέλειαν. Haec non subdole addita esse a Platone, recte animadvertit Bonitzius (*Plat. Stud.* p. 119); nam si virtus docetur, scientia est (διδασκόν τι), philosophia autem est κτήσις ἐπιστήμης (288^d).

Patet igitur duo genera τῶν προτρεπτικῶν λόγων distinguenda esse, primum sophisticum vel rhetoricum, alte-

1) Sic enim explicanda sunt quae leguntur Euthyd. 290^e, ubi Crito Cliniae responsa Socrati data ita admiratur, ut a doctiore homine ea data esse opinetur. Quod parum intellexit Susemihl, *Ueb. d. pl. W.* V, 794, 2.

rum philosophicum. Etsi enim propinqua sunt haec genera eaque aetate qua denuo effloruerant sophistarum studia, paene coaluerunt, non tamen adducimur, ut hoc discrimen dimittamus. In rhetorico protreptico exhortationes pertinent ad res secundum oratoris consilium argumentique naturam variatas et ad usum accommodatas; in philosophico autem continentur exhortationes, quibus ad philosophiae studium incitatur. Inprimis autem tractandi sunt philosophorum protreptici, utpote qui graviore atque cognitione studioque nostro dignissimi sunt. Neque tamen non respiciendi rhetores ac sophistae, apud quos videlicet haec species primas egerat radices, nec postea unquam extirpata est, quamquam pauca admodum eorum supersunt vestigia, et quae quidem servantur, tam inanes sunt declamationes, ut nihil fere peculiare et in protrepticis singulare habeant.

Perquirendi igitur philosophorum librorum indices, non unius sectae, sed pari modo omnium: errant enim qui protrepticos certae philosophorum scholae adsignant, immo apud omnes fuerunt, qui hanc speciem excoluerint.

Atque primus inter Exhortationum scriptores obfertur nobis Aristoteles ¹⁾, philosophorum princeps, qui hac quoque in re quasi exemplar exstitit, quod omnes qui sequebantur imitati sunt. A Laertio Diogene inter Stagiritae libros tabulae suae (V, 22) duodecimo loco nominatur *προτρεπτικός α'*, inter indices *περὶ πλούτου* et *περὶ ψυχῆς*. Magnopere sane dolendum est quod eadem sorte, qua paene omnes *προτρεπτικοὶ λόγοι* temporum iniuria perierunt, hic quoque liber abreptus est, ex quo, si in manibus esset, multarum rerum rationem petere possemus, quae nunc in hoc librorum genere incertae sunt.

Unum omnino locum apud veteres novimus quo Aristotelis *προτρεπτικός* laudatur, apud Stobaeum in floril. 95, 21 s. l.

1) Bernays, *Dialog. d. Ar.* p. 116—121. Bywater, *Journal of phil.* II p. 55 sqq. Hirzel, *Herm.* X, 83 sqq. Fragmenta protreptici coll. Heitz, in *Arist. edit. Didot.* vol. IV^b, 46. Val. Rose, *Arist. Pseudep.* p. 71 sq., deinde in *Arist. edit. Acad. Reg. Bor.* vol. V, 47—50 p. 1483. Nunc eidem novam fragmentorum collectionem debemus, a Teubnero a. 1886 editam.

Ἐκ τῶν Τέλητος ἐπιτομῆ. Agitur in eo libro e quo Stobaeus excerpserit, de quaestione 'num paupertas impedimento sit hominibus ad philosophandum', contra quod auctor paupertatem potius utilem esse ratus hanc affert narratiunculam:

Ἐφ' ἧν Κράτητα ἀναγινώσκειν ἐν σκυτείῳ καθήμενον τὸν Ἀριστοτέλους προτρεπτικόν, ὃν ἔγραψε πρὸς Θεμισώνα τὸν Κυπρίων βασιλέα λέγων ὅτι οὐδενὶ πλείω ἀγαθὰ ὑπάρχει πρὸς τὸ φιλοσοφῆσαι· πλοῦτόν τε γὰρ πλείστον αὐτὸν ἔχειν ὥστε δαπανᾶν εἰς ταῦτα, ἔτι δὲ δόξαν ὑπάρχειν αὐτῷ· ἀναγινώσκοντος δὲ αὐτοῦ τὸν σκυτεῖα ἔφη προσέχειν ἅμα θάπτοντα καὶ τὸν Κράτητα εἰπεῖν· ἐγὼ μοι δοκῶ, ὦ Φίλισκε, γράφειν εἰς σὲ προτρεπτικόν· πλείω γὰρ ὄρω σοι ὑπάρχοντα πρὸς τὸ φιλοσοφῆσαι ὣν ἔγραψεν Ἀριστοτέλης¹.

Priusquam ex hoc loco ampliora colligamus, repellendae sunt dubitationes quas excitavit Roseus, ut eadem huic libro sors eveniret quae reliquis libris contigit. Quas quidem dubitationes in protreptico Aristoteli abiudicando vir doctissimus excitavisse videtur ut in opinione sua perseveraret. Nam quod dicit (Arist. pseudep. p. 70) 'quamvis igitur in antiquo quodam chriarum libro de Cratete Aristotelis protrepticum legente atque audiente Zenone relatum fuerit, non sequitur rem hominum memoria traditam et fortasse inventam re vera ita accidisse' — hoc omitto quod contra eiusmodi dubitationes omnino disputari non potest: illud tantum respicio quod Teletis auctoritatem nullam esse contendit. Teles¹) enim, quo tempore vixerit, nobis non plane ignotum est, ut Roseus opinatur. Exstant enim huius philosophi Cynici apud Stobaeum plura fragmenta e libris variis excerpta, quorum duo indices saepius redeunt, unus περὶ φρυγῆς, alter, e quo protreptici testimonium hausimus, citatur τῶν Τέλητος ἐπιτομῆ (cf. Stob. fl. 97, 31). Librum περὶ φρυγῆς scriptum esse c. annum 240 a. Ch. n. intellegitur ex eis quae de Hippomedonte²) dicuntur

1) de Telete doctissime disseruit Wilamowitz, quaest. phil. IV, 1881, in excurs. III p. 292 — 319. Cf. etiam E. Weber, Stud. Lips. X, 212 adn. 1.

2) Cf. Droysen, *Gesch. d. Hell.* III, 1² p. 405.

(in vol. II p. 66, 6 ed. M.). Qui index fuerit alterius libri nescitur, sed de paupertate in eo actum esse fragmenta probant. Quo tempore hic liber ortus sit, ex ipso eo loco quem tractamus, efficitur. Dicit enim auctor ἐν τῷ νῦν πολέμῳ, quibus verbis significat bellum Chremonideum, quod gestum est annis 266/263.¹⁾ Deinde si legitur Ζήνων ἔφη, Stoicorum caput iam mortuum esse verisimile est. Itaque Zenonem facile Teles novit. Zenon autem Cratetis fuit discipulus (Laert. Dig. VII, 2), cuius aequalis fuit Theophrastus (Laert. Diog. VI, 96). Ergo quod de Cratete hoc loco Teles narrat, minime sumptum est e vetere et fabuloso chriarum libro, sed auctoritatem et fidem habet haud spernendam. Iam redeamus ad testimonium ipsum. Aristoteles igitur librum qui inscribatur προτρεπτικός ad Themisonem misit, Cypriorum regem, quo eum ad philosophandum exhortaretur. Fuit vero Themison unus ex novem regulis Cypriis regno expulsis a Ptolemaeo Ol. 116, 3 et principatum fortasse obtinuit in urbe Cerynia, cuius dynastam Diod. XIX, 79 et XIX, 59 memorat nomine omisso (Droysen II, 2 p. 9 sq.). Themisoni igitur, quem sicuti Bernaysius (p. 116) coniecit per Eudemum cognoverat, hunc Aristoteles librum misit, in cuius prooemio, ut gratum faceret regulo, ob divitias et gloriam ad philosophandum omnia praesto esse demonstravit. Hoc tantum ex Stobaei loco efficitur; utrum regem regno depulsum an adulescentem etiam tunc Aristoteles adhortatus sit, id non liquet.

Aristotelis protrepticus praeterea laudatur a recentioribus commentatoribus, quorum locos collegit Roseus in Arist. pseudopigr. p. 71, 2. Gravissimum inter eos est Alexandri Aphrodisiensis testimonium, qui librum ipse fortasse inspexit. Huius verba sunt haec — — ἐπεὶ φιλοσοφεῖν λέγεται καὶ τὸ ζητεῖν αὐτὸ τοῦτο εἴτε χρὴ φιλοσοφεῖν εἴτε καὶ μὴ, ὡς εἶπεν αὐτὸς ἐν τῷ προτρεπτικῷ. Deinde Olympiodorus (in Alcib. p. 144) haec scribit: καὶ Ἀριστοτέλης μὲν ἐν τῷ προτρεπτικῷ ἔλεγεν ὅτι εἴτε φιλοσοφετέον εἴτε μὴ

1) Droysen p. 225 sqq.

φιλοσοφητέον, φιλοσοφητέον· πάντως δὲ φιλοσοφητέον. Similia proferunt Elias et David, quos mittimus.

Speciosum illud Aristotelis dictum, quod ex ordine commentatores omnes laudant, magnam grammaticis et rhetoribus admirationem iniecit. Eodem usi sunt Quintilianus V, 10, 70, Clemens Alex. Strom. VI, 18 p. 825 P, alii (cf. Cic. ad Attic. I, 16, 13) et apud Ciceronem redit quodam loco, ut mox videbimus.

Haec si omnia sunt quae e perdito Aristotelis libro ad nostram memoriam venerunt — neque laudatur usquam alibi —, ex eis hoc tantum efficies, Aristotelem philosophiae adversariis ingeniosa argumentandi ratione philosophandum utique esse persuasisse. Ac figura illa quanquam sine dubio contracta traditur a rhetoribus grammaticisque, et apud Aristotelem ultimum fortasse membrum atque quasi summa fuit in longo argumentorum et conclusionum ordine, dialecticam tamen illam sapit rationem, quam in huiusmodi orationis natura et indole a principio infuisse diximus.

Sed patet alia via, qua caute et circumspecte progressi altius in intimam libri naturam descendere possumus. Exstat enim argutum illud Aristotelis dictum tertio quodam loco, apud *L a e t a n t i u m*, Inst. Div. III, 16, 9, ubi haec leguntur: 'Ciceronis Hortensius contra philosophiam disserens, circumvenitur arguta conclusione, quod cum diceret philosophandum non esse, nihilominus philosophari videbatur, quoniam philosophi est, quid in vita faciendum vel non faciendum sit, disputare'. Aristotelis argumentatione Ciceronem usum esse apparet; usus autem est in Hortensio dialogo, de quo libro ipse dicit de divinat. II, 1: 'cohortati sumus ut maxime potuimus ad philosophiae studium eo libro qui est inscriptus Hortensius', et Tusc. disp. (II, 4) 'nos universae philosophiae vituperatoribus respondimus in Hortensio'. Adde locos: de fin. I, 2; Tusc. disp. III, 6; de off. II, 6; Acad. pr. II, 6. In Hortensio igitur dialogo Cicero ad philosophiam adhortatus est eiusque vituperatores eadem convicit argumentatione atque Aristoteles in protreptico.

Accedit testimonium gravissimum quod exstat apud Trebellium Pollionem, de Salonino Gallieno 2: 'scis ipse, quales homines cum iis, qui aliqua de maioribus eorum scripserint, quantum gerant bellum, nec ignota esse arbitror quae dicit M. Tullius in Hortensio, quem ad exemplum protreptici scripsit.' Bywater (l. m. p. 55) et Usener (Mus. Rhen. XXVIII p. 396) ex his verbis collegerunt Ciceronem in Hortensio scribendo fonte usum esse Aristotelis protreptico; quibus oblocutus Hirzelius (l. m. p. 82) e Pollionis verbis hoc tantum sequi existimavit, Hortensium dialogum a Cicerone ad morem et indolem τῶν προτρεπτικῶν quales tum fuerunt, institutum esse. Recte hoc monuit vir doctus. Nam scriptor ille historiae Augustae, qui sub finem Diocletiani imperii historias suas composuit, si Ciceronis dialogum ad exemplum protreptici conscriptum esse dicit, vereor ne permulti protreptici animo eius obversati sint, Aristotelis vero librum neque inspexerit neque cognoverit unquam.

Sin Pollio alio ex fonte hauriens ut doctrinae sibi speciem daret hoc addidit, certe Aristotelis nomen reticere non debuit. Itaque nihil aliud ex Pollionis verbis recte concludimus quam Ciceronem in Hortensio dialogo protrepticorum rationem ad imitandum sibi proposuisse. Quod a Pollione recte traditum esse infra demonstrabo, cum quae illa protrepticorum ratio atque indoles fuerit, e veterum quibusdam locis compertum habeamus. Nunc satis est confirmare, Ciceronis Hortensium adscribendum esse generi τῶν προτρεπτικῶν λόγων. Atque hoc in opere conficiendo etsi multorum et ipsius Posidonii praeceptoris exemplis uti licuit, Ciceronem Aristotelis auctoritatem non sprevisse cum per se probabile est, tum Lactantii loco evincitur. Nostrum igitur est perlustrare Hortensii fragmenta, si quid inveniri possit ab Aristotele petitum, ita quidem comparatum, ut in eius protreptico locum tenere potuerit. At cum semel tantum inter Hortensii fragmenta occurrat locus, quem Cicero diserte Aristoteli tribuit, fragmenta autem ipsa pleraque discissa sint in parva frustula, cavendum est

ne hariolando rem magis turbemus quam probando illustremus.

Itaque perfeliciter accidit, quod Bywateri, doctissimi viri, sagacitate aliunde comparata sunt adminicula quaedam, quibus in lucem protractis haec quaestio mirum quantum illustratur. Ille enim demonstravit ex Aristotelis protreptico sumpta esse nonnulla ab Iamblichō in libro qui et ipse inscribitur *Προτρεπτικός*.¹⁾ Sed cum Bywater ex Iamblichi opere plura Aristotelis protreptico tribuisse visus esset, quam probari posset, Hirzelius (in Herm. X, 83–95) Bywaterum partim refutare conatus non nisi pauca ex Aristotelis protreptico petita esse contendit. Res autem nondum expedita est et in quam denuo inquiratur dignissima. Longe igitur relicta Aristotelis aetate descendamus nunc ad saeculum p. Ch. tertium vel quarti initium, quo tempore Iamblichus hunc librum scripsit.

Iamblichus enim Chalcidensis, Porphyrii Neoplatonici discipulus, inter commentarios quos *περὶ Πυθαγόρου αἰρέσεως* scripsit, unum composuit qui inscribitur *λόγος προτρεπτικός εἰς φιλοσοφίαν*. Secutus est eum librum, quem de vita Pythagorae confecerat, sicuti ipse dicit in exordio protreptici. Iamblichi *προτρεπτικός* ad propagandam philosophiam Pythagorico-Platonicam conscriptus, non solum undecunque consarcinatus est, ut vix quidquam ab auctore suo Marte excogitatum invenias, sed scriptorem etiam monstrat inertem compilatorem minimeque accuratum, cuius in excerptis vestigia inhaereant tam puerilis negligentiae, ut taedium paene moveant eis qui librum perlegunt. Sed quamvis vile sit auctoris meritum, opera eius, quo insolentius fontes nunc reconditos compilavit, eo est utilior. Fructus igitur cum ex his sordibus percepturimus, in opere pertractando paulo accuratius versabimur.

Ipse dicit in exordio se postquam Pythagorae vitam descripserit, iam de huius scholae communi ad omnes virtutes

1) Iamblichi Adhort. ad philos. ed. Kiessling, Lips. 1813. Ad fidem cod. Florent. eum nuperrime (bibl. Teubn.) recensuit Pistelli, qui de codicibus rettulerat et textus specimen ediderat in *Museo Italiano di Antichità class.*, vol. II (1888) p. 457 sqq.

ac disciplinas institutione dicere velle, qua quidem homines non ad singulare bonum, sed ad omnia bona et honesta incitentur. In ipso adhortando tripertita ratione se usurum esse pollicetur, prima communi, qua ad philosophiae studium incitatur *κατά τινά κοινόν καὶ δημόδιη προτροπικὸν τρόπον* (Iambl. protr. p. 12 ed. Kiessling); deinde media quadam ratione, qua prolaturus est cohortationes omni philosophiae communes intermixtis Pythagoraeorum praecipuis sententiis; denique progressurus est ad *τὰ ἴδια προτροπικὰ τῆς πυθαγορικῆς αἰρέσεως* (p. 14). Hanc operis sui distributionem, quae eisdem verbis descripta ab auctore sterili in cap. XXI de symbolorum Pythagoricorum interpretatione usurpata est, Iamblichus ita est secutus, ut prima exhortandi ratione usus sit in capp. II et III, media in capp. IV—XX, tertia in cap. XXI, in quo explicat symbola Pythagorica.

In cap. II proferuntur sententiae populares satis tritae, quarum *προτροπικὸς χαρακτήρ* est in comparationibus quibus virtutis notiones conferuntur cum rebus manifestis et per se veritatis speciem prae se ferentibus. Hae enim similitudines habent insignem ad cohortandum vim, cf. p. 42, 3.

In cap. III laudat versus aurei quod dicitur carminis, quos commentario instructos Iamblichus e fonte Neopythagorico exscripsit.¹⁾ Deinde in cap. IV ad esotericas quas dicit cohortationes progressus multos locos e libro *περὶ σοφίας* Archytae supposito affert et quae in eis ad exhortandum pertinent copiose exponit. — Quae adhuc ab Iamblichio disputata sunt, facile distinguuntur ab sequentibus. Nam in eis quae tractavimus, cum auctor e libris neopythagoricis hauriens locos quos affert, ut cohortationi inserviant, suo arbitrio interpretari coactus sit, labor Iamblichi maior est, oratio ob hanc rem inanis ac saepe obscura, argumentum exile. Condicio autem plane mutatur inde a cap. V, quo ineunte auctor proficitur *ἀνταῖς ταῖς πυθαγορικαῖς διαίρεσεσι προσχρησθαι εἰς*

1) Iamblichus primus hoc opusculo usus esse eiusque titulum *χρυσῆ ἔπη* novisse videtur. — De aureo carmine disseruit Nauckius in epimetro ad Iambl. de vit. Pyth. p. 201 sqq.

τὸ προτρέπειν: iam iam augetur dicendi genus, argumentatio fit strictissima, sententiae sunt insignes. Rem abhinc ita instituit, ut a diversis divisionibus (διαίρεσιν) profectus demonstret, quo modo singulae ad cohortandum idoneae sint. Hae enim sunt quae ab eo dicuntur αἱ προτρεπτικαὶ ἔφοδοι (p. 72, 12) vel διαίρεσεις, παρακλήσεις, παρορμήσεις, quae omnes eo redeunt ut conclament „philosophandum est, si cupimus esse beati.“ Quas autem Iamblichus appellat διαίρεσεις Πυθαγορικάς, earum pars maxima impudenter exscripta est e Platonis dialogis, passim quidem ita ad verbum expressae, ut ne dialogi quidem vestigia satis extincta vel temporum ratio habita sit, passim Platonis verbis depravatis vel falso explicatis vel ita deflexis ut eius elegantiae vix vestigium remanserit.

Ne tamen putemus Iamblichum ipsum Platonis dialogos compilasse: immo compilatas διαίρεσεις Pythagoraeque nomine prolatas invenit in fonte, ex quo antea hausit.¹⁾ Sumpta sunt ex Platonis dialogis: cap. V totum, ut videtur; capituli VI pars prior (p. 84—92); deinde capp. XIII—XIX integra. — Restat minor pars, quae capituli VI posteriorem partem et capp. VII—XII continet. Quae iam quaeritur unde sumpta sit. Atque Bywater cum recte fontem peripateticum exhaustum esse vidisset, ut omnia quae inde a quinto capite usque ad duodecesimum (exceptis pp. 72—92) leguntur, ad Aristotelis protrepticum referret, his potissimum argumentis permotus est: primum quod in fragmento Aristotelis ingenii acumen agnoscat et unus quidem locus ex Aristotele petitus inveniatur; tum quod in dicendi genere et colore haec pars cum Ciceronis Hortensio convenire videatur; denique quod tituli eidem et Iamblichi et Aristotelis operi praescripti sint. Bywateri argumenta etsi plane spernere hodie nemo audebit, eum tamen inventi gaudio commotum protreptico suo nimium vindicasse, ne hoc quidem quisquam negabit.

1) Hoc affirmavit Hirzel p. 94 adn., negavit Diels, *Archiv f. Gesch. d. Philos.* I, 4 p. 489, 20.

Ceterum vir doctissimus fragmentum ex pluribus partibus compositum esse, statui posse concesserat, quod eum recte suspicatum esse cuique haec capita perlegenti exploratum est. Re tractata igitur Hirzelius Bywateri quaestione negavit illa capita unius libri partes fuisse, quod in eis omnis conexus et orationis progressus desideretur: ipse vero capita VII et VIII Aristotelis protreptico adsignavit.

Plurima quanquam recte vir doctus monuit, una tamen in re eaque gravissima, ne ipse quidem iusta via progressus videtur: nempe quod singulorum capitum summam referens, ea quasi simplices ac definitas absolutasque operis particulas esse statuit, ita quidem, ut, si quae sententia uno capite prolata ac disceptata redeat in alterius capituli aliquo loco, hoc alterum caput aliud ac diversi libri partem esse argumentetur. Quae ratio de singulis quidem capitibus usurpata, stare nequit in Iamblichi farragine, quod singula capita ipsa ex diversis elementis conflata sunt. Nam etsi Iamblichus in singulorum capitum initiis certum argumentum quod tractaturus sit, indicat, saepe tamen e variis libris varios pannos tam inepte consarcinavit, ut a proposito plane aberrasse sit existimandus. Itaque non ea est recta via, ut ad diversos fontes bina capita referamus, si in utroque eadem sententia redit vel similis aliqua res tractatur, sed distinguendae sunt singulae *διαίρεσεις*, quibus auctor ad cohortandum usus est. Qua in re nos adiuvat Iamblichi inscitia, qui ab uno fragmento ad aliud transiens formulis usus est tam inanibus, ut ex eis, ubi diversa consarcinata sint, plerumque facile dignoscere possimus. Haec nunc ita illustrabimus, ut qua ratione Iamblichus in Platone compilando usus sit, breviter dicam et verba formulasque dicendi, quas ad fragmentorum nexum adhibuit, in uno conspectu proponam.¹⁾

In cap. V p. 64—70 omissis aliis, aliis contractis exscri-

1) Integra opinione, quam supra (p. 243) protuli, liceat mihi in sequentibus, quoniam commodius est, de Iamblicho Aristotelis et Platonis compilatore loqui.

bitur Euthydemus (278^e—282^e, 288^d—289^b). Comprehendit p. 72 a verbis *εἰ τοίνυν κτέ* quae excerpit et finem loco imponit hac formula: *τοιαύτη τις ἐστὶν ἢ ἐκ τῆς <πρώτης> διαιρέσεως προτρεπτικῆ ἔφοδος*. Secuntur duo frustula simili modo inserta:

p. 72 *Ἄλλη δέ ἐστι παρὰ αὐτοῖς τοιαύτη διαίρεσις*.

p. 74 *ταύτη δ' ἐστὶ παραπλησία τοιαύτη διαίρεσις*.

p. 76 verbis *Ἀπ' ἄλλης δὲ ἀρχῆς διαιροῦσι τὰ τοιαῦτα* transit ad Plat. Alcib. I, 130^b, cui assuitur inepte verbis *τῆς δὲ αὐτῆς ἔχεται γνώμης καὶ ταῦτα* (p. 78) locus e libro V de legg. petitus, quem (p. 80) finivit hoc modo: *τοῦτο δὲ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ δεόντως φιλοσοφεῖν κτέ*. Deinde pergit ad Tim. 89^e—90^d praemissis verbis: *τελέως δ' ἂν καὶ οὕτως ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐκ διαιρέσεως ἐπέλθοιμεν*. In cap. VI temere agglutinat quaedam quae concinnata sunt e Reip. libr. IX (588^e—591^e). p. 92, 5 a verbis *καὶ ἐνὶ δηλονότι* nonnulla addit, ut divisio cohortationi melius inserviat, finemque facit eadem formula stultissima qua usus est p. 80, 8: *τοῦτο δὲ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ τὸ φιλοσοφεῖν κτέ*.

Deinde secuntur (p. 92, 12—174) fragmenta peripatetica. Caput XIII ex Platonis Phaedone concinnatum est, sed variis huius dialogi locis coniunctis: incipit Phaed. 64—67^d. Finem facit p. 188, 16: *ὥστε τὸ μέγιστον ἡμῶν ἀγαθὸν ἢ φιλοσοφία παρέχουσα κτέ*. Eodem modo quae secuntur e Phaed. 68^e—69^e concludit (p. 196, 1): *εἰ τοίνυν καὶ ἀρετὴν τελείαν — — φιλοσοφία μόνη παρέχειν πέφυκεν, μόνης αὐτῆς ἀντιλαμβάνεσθαι ἀξίον*. Transit deinde (p. 196, 4) ad Phaed. 82^e—84^b, clausulamque addit (p. 204, 10): *ἐκ δὲ τῆς τοιαύτης ἐφόδου φαίνεται ἡμῶν φιλοσοφία ἀπαλλαγὴν τῶν ἀνθρώπινων δεσμῶν παρέχειν κτέ*. Ineptissimis verbis p. 208, 6 — *τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων* — consuti sunt loci e Phaed. 114^e et Apol. 29^d petiti. Pariter terminat in cap. XIV quod e Theaet. (173^d—177^b) ad verbum exscripsit: *εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει — — οὐδὲν ἄλλο χρὴ πράττειν ἢ φιλοσοφίας ἀντιλαμβάνεσθαι γενναίως*. Similimam formulam vide (p. 240) in fine capituli XV, quod e Reipubl. libro VII (init.) fluxit. Cap. XVI (p. 240) incipit verbis

ἔτι τοίνυν, quibus Iamblichus progreditur ad Reipubl. 518^b. Locum finivit inani peroratione (p. 244 extr.): *νῦν δὲ οὖν ὁπότε ἐνταῦθα γεγόναμεν κτέ.* usque ad finem. Capp. XVII et XVIII e Gorgia (492^e—494^e. 504^b—505^b) sumpta sunt. Iamblichi verba sunt p. 252—254, 6 et 258, 3 — ad finem capituli. Denique in cap. XIX praemissis nonnullis (p. 258, 8—15) locum Gorgiae 506^e—508 affert. Haec finiuntur (p. 264, 21) sic: *τὸ μὲν οὖν ὅλον τῆς εὐδαιμονος ζωῆς περί οὕτως ἔχει* pergit statim verbis *καὶ ἔπεται δὲ αὐτήν* ad Menex. 246^d—248^b. Incondite deinde addit verbis (p. 270, 6) *διατεταμένως γὰρ δὴ δεῖ ταύτην ἔχειν τὴν δόξαν* — locum de legg. II, 660^e, qui minime ad praeeuntem convenit. Finem facit more suo (p. 274, 4) his verbis: *εἰ τοίνυν καὶ τὰ ἀγαθὰ τῷ κατ' ἀρετὴν βίῳ μάλιστα συνήρτηται, — — πάντων ἕνεκα χρὴ τοῦτον τὸν βίον προαιρεῖσθαι τοὺς βουλομένους ὄντως εὐδαιμονεῖν.*

Introspeimus igitur in Iamblichi fabricam cognovimusque servilis interpolatoris inertiam. Iamblichus enim non solum permultos dialogos exscripsit sed, quod gravius est, locos diversissimos constipavit et uno capite comprehendit, ut suspicari liceat ne in Aristotelis quidem Iamblichum uno libro exscribendo se continuisse, sed plures adhibuisse, et fragmenta horum librorum non singula singulis capitibus contineri, sed variis ex libris compilata exhiberi. Nam haec recte Hirzelius (p. 86) monuit, Iamblichum ex Aristotelis non minus quam e Platonis dialogis fonte uberrimo hausisse. Quae cum ita sint, quaeritur, quae nobis adsint subsidia quibus innixi invenire possimus ex hac congerie ea fragmenta, quae protreptici sunt.

Res videlicet lubrica est, quod de Aristotelis singulorum dialogorum argumentis iudicium facere nequimus. Duo igitur adsunt adminicula quibus caute usi protreptici fragmenta dignoscere possimus. Ex Iamblichi enim locis, qui quidem ita sint comparati, ut Aristotelis et ingenium et doctrinam prae se ferant, protreptico adscribemus ea fragmenta, quae natura et indole ad librum exhortatorium accommodata sunt, id est ea in quibus

ipsis exhortatio ad philosophiam inest, nec vero quibus Iamblichi interpretatione et additamentis subicitur; deinde ea, quibus similia aliorum testimoniis in protrepticis et maxime quidem in Ciceronis Hortensio locum tenuisse compertum habemus.

Atque hoc quidem facile nobis persuademus Iamblichum Aristotelis dialogis usum plurima petivisse ex protreptico. Quod ea quoque re quodam modo confirmatur, quod Iamblichus omnibus ex Platone excerptis praemisit Platonis protrepticum (in cap. V *πάντες ἄνθρωποι βουλόμεθα εὖ πράττειν* κτέ).¹⁾ Sic enim veterum protrepticorum exempla se non ignorasse neque neglexisse optime demonstravit Iamblichus. Accedunt alia. Platonis protrepticum excipiunt apud Iamblichum duo frustula p. 72 et p. 74, quae unde sumpta sint, nemo adhuc probavit. Non neglegendum esse puto, quod Iamblichus eis insignem locum prae reliquis locis e Platone sumptis concessit. Per se igitur probabile est Iamblichum hoc loco praebere verba e protreptico quodam deprompta. Ac prima quidem diaeresis fragmentum est exile, quod paulo auctius rettulit in cap. VII, p. 114. Utrumque locum propono:

p. 72, 12.

ἔστι μὲν τι ψυχῆ, ἔστι δέ τι
σῶμα ἐν ἡμῖν, καὶ τὸ μὲν ἄρχει,
τὸ δὲ ἄρχεται, καὶ τὸ μὲν χρῆ-
ται, τὸ δ' ἔστι τοιοῦτον οἴω
χρῆται, καὶ τὸ μὲν θεῖον καὶ
ἀγαθὸν καὶ οἰκειότατον ἡμῖν,
τὸ δ' ἄλλως συνηρημένον
ὑπουργίας τινὸς ἕνεκα καὶ
χρείας ἐχόμενον τῆς εἰς τὸν
κοινὸν βίον τὸν ἀνθρώπινον,
— κτέ.

p. 114, 21.

Ἔτι τοίνυν τὸ μὲν ἔστι ψυχῆ
τῶν ἐν ἡμῖν, τὸ δὲ σῶμα, καὶ
τὸ μὲν ἄρχει, τὸ δὲ ἄρχεται,
καὶ τὸ μὲν χρῆται, τὸ δ' ὑπό-
κειται ὡς ὄργανον. αἰεὶ τοίνυν
πρὸς τὸ ἄρχον καὶ τὸ χρώμε-
νον συντάσσεται ἢ τοῦ ἀρχο-
μένου καὶ τοῦ ὄργάνου χρεία—
κτέ. cf. etiam p. 92, 18.

Alterum fragmentum (p. 74), si quid video, concinnatum est ex Clitophonte dialogo. Primum quidem omnia, quae

1) Platonis Euthyдеми esse, quod legitur apud Iambl. in cap. V, 64—72, Bywaterum fugerat.

nostra sunt, trifariam dividuntur (Peripateticorum ratione) in animum, corpus, et ea quae corporis sunt. Omnia igitur, ait Iamblichus, animi causa facienda sunt animique facultatum, penes quas est imperium. Deinde pergit ineptis verbis — εἰ δὴ τοῦτο οὕτως ἔχει — quibus identidem usus est, si locos consarcinat (velut p. 228, 3. p. 208, 6. cf. quae supra pag. 245 attuli), hoc modo:

<p>εἰ δὴ τοῦτο οὕτως ἔχει, οὐδὲν τῶν δεόντων πράττουσιν, ὅσοι χρημάτων μὲν πέρι τὴν πᾶσαν σπουδὴν ἔχουσι, δικαιοσύνης δὲ ἀμελοῦσι, δι' ἣν ἐπιστάμεθα ὀρθῶς χρῆσθαι τρεῖς χρήμασι, καὶ τοῦ μὲν ζῆν καὶ ὑγιαίνειν φροντίζουσι τῷ σώματι, τοῦ δὲ ὀρθῶς χρῆσθαι τῇ ζωῇ καὶ ὑγείᾳ ἀμελοῦσι, κτέ.</p>	<p>Socrat. in protreptico (Cleitoph. 407). ποῖ φέρεσθε, ἄνθρωποι, καὶ ἀγνοεῖτε οὐδὲν τῶν δεόντων πράττοντες, οὔτινες χρημάτων μὲν πέρι πᾶσαν σπουδὴν ἔχετε, ὅπως ὑμῖν ἔσται, τῶν δ' υἱέων οἷς ταῦτα παραδώσετε, ὅπως ἐπιστήσονται χρῆσθαι δικαίως τούτοις, ἀμελεῖτε κτέ.</p>
---	--

Quae secuntur, Iamblichus in brevius contraxit: cf. Cleitoph. 409^e et 410.

Haec si recte disputata sunt, Iamblichus protrepticos veterum imprimis compilavit; ex Aristotelis igitur libro longe plurima in rivulos suos derivasse Iamblichum, hac ipsa rationatione recte concluderis.

Iam praemunita via persequamur protreptici vestigia atque incipiamus, ut par est, ab eis quae ad veritatem proxime accedunt. Supra dixi unum tantum locum in Hortensii fragmentis occurrere quem Cicero Aristoteli aperte tribuit. Fragmentum est Hortensii 88 (ed. Baiter.), ab Augustino (contr. Iul. Pal. IV, 15) servatum, qui Ciceronem narrat in extremis Hortensii partibus multa de hominum vanitate atque infelicitate conquestum haec dixisse:

<p>Ex quibus humanae, inquit, vitae erroribus et aerumnis fit, ut interdum veteres illi sive</p>	<p>Iambl. Pr. cap. VIII p. 134 sq. τίς ἂν οὖν εἰς ταῦτα βλέπων οἷοιτο εὐδαίμων εἶναι καὶ μακάριος, οὐ πρῶτον εὐθὺς φήσει</p>
--	--

vates sive in sacris initiisque tradendis divinae mentis interpretes, qui nos ob aliqua scelera suscepta in vita superiore poenarum luendarum causa natos esse dixerunt, aliquid vidisse videantur, verumque sit illud, quod est apud Aristotelem, simili nos affectos esse supplicio atque eos, qui quondam, cum in praedonum Etruscorum manus incidissent, crudelitate excogitata necabantur, quorum corpora viva cum mortuis, adversa adversis accommodata, quam aptissime (artissime *coni. Bernays.*) colligabantur, sic nostros animos cum corporibus copulatos ut vivos cum mortuis esse coniunctos.

συνέσταμεν, καθάπερ φασὶν οἱ τὰς τελετὰς λέγοντες, ὥσπερ ἂν ἐπὶ τιμωρίᾳ πάντες; τοῦτο γὰρ θείως οἱ ἀρχαιότεροι λέγουσι τὸ φάναι διδόναι τὴν ψυχὴν τιμωρίαν καὶ ζῆν ἡμᾶς ἐπὶ κολάσει μεγάλων τινῶν ἁμαρτημάτων· πάντῃ γὰρ ἡ σύζευξις τοιοῦτω τινὶ ἔοικε πρὸς τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς. ὥσπερ γὰρ τοὺς ἐν τῇ Τυρρηνίᾳ φασὶ βασανίζειν πολλάκις τοὺς ἀλισκομένους προσδεσμεύοντας κατ' ἀντικρὺ τοῖς ζῶσι νεκροὺς ἀντιπροσώπους ἕκαστον πρὸς ἕκαστον μέρος προσαρμόττοντας, οὕτως ἔοικεν ἡ ψυχὴ διατετάσθαι καὶ προσκεκολληθῆσθαι πᾶσι τοῖς αἰσθητικοῖς τοῦ σώματος μέλεσιν.

Bernays (l. m. p. 24 et 144), qui Iamblichi locum non noverat, fragmentum ex Eudemo petitum esse coniecerat. Bywater primus ad Iamblichum relegans fragmentum pro-treptico adsignavit.

Ceterum Ciceronem deprehendimus Aristotelem sequentem prius quam auctoris nomen indicavit (Bywater p. 60). Apud Iamblichum autem locum ita habemus exscriptum, ut quin ipsius Aristotelis verba legamus dubium non sit.

Paulo ante eum locum, quem exscripsi, occurrunt verba, quae Aristotelis esse iterum testimonio confirmari potest. Quae enim p. 134, 1 de Lyncei oculis leguntur, comparanda sunt cum Boethii loco de consol. III, 8, 21, ubi hominum bona ad beatitudinem nihil efficere formaeque nitorem fictum mutabilemque esse explicans, haec dicit Boethius:

Quod si, ut Aristoteles ait, Lyncei oculis homines uterentur, ut eorum visus obstantia penetraret, nonne introspectis visceribus illud Alcibiadis superficie pulcherrimum corpus turpissimum videretur?

Iambl. protr. p. 134.
 εἰ γὰρ τις ἐδύνατο βλέπειν ὄξυ
 καθάπερ τὸν Λυγκέα φασίν,
 ὃς διὰ τῶν τοίχων ἑώρα καὶ
 τῶν δένδρων, πότ' ἂν ἔδοξεν
 εἶναί τινα τὴν ὄψιν ἀνεκτόν,
 ὁρῶν ἐξ οἴων συνέστηκε κακῶν;

Rectissime Bywater Iamblichi et Boethii locis conlatis, haec verba ad Aristotelis protrepticum rettulit. Atque confirmatur viri docti coniectura alio argumento. Boethius enim, ubi mendacis formam felicitatis depingit (de consol. III, 3—8), e fonte hausit protreptico: inprimis ea quae in cap. VIII profert, protreptici naturam spirare videntur, cum in eis inveniantur τόποι usitatissimi, de quibus loco idoneo dicam. Suspiciari licet, Ciceronem quoque illud de Lyncei oculis in Hortensio protulisse. Iamblichum autem videmus Aristotelis orationi nervos detrahentem: pro Alcibiadis enim nomine, quo usus erat Aristoteles ut pulchritudinis exemplum perfectissimum proponeret, Iamblichus nominum priorum rerumque definitarum contemptor vocem inanem τινά substituit.

Iam vero firmo nitimur fundamento, si omnia quae apud Iamblichum p. 132 inde a verbis γνώμη δ' ἂν τις κέ. legimus, Aristotelis protreptico tribuimus. Nam quod Augustinus apud Ciceronem in extremis Hortensii partibus multos de hominum vanitate gemitus invenit, hoc optime cum Iamblichi loco convenit. At si hanc partem capitis octavi protreptico tribuimus, idem de priore capitis parte valet. Est enim cap. VIII de paucis unum, quod quin unum simplexque sit dubitari non potest. Proficiscitur adhortatio hic ἀπὸ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν vel τῶν ἐναργῶν πᾶσι φαινόμενων, quare oratio ad populare iudicium accommodata est, sed sententiarum varietate sermonisque quadam vi insignis, ut summi viri ingenium, quale veterum iudicio in dialogo conspicuum fuit ¹⁾, facile agnoscamus.

1) Ammonius proleg. in Arist. categ. (p. 36^b 28 Br.): ἐν δέ γε τοῖς

Et quanquam quae condicio fuerit fontis, cui Iamblichus Aristotelis verba debeat, nescimus, neque qua fide ac diligentia ab eo reddita sint exploratum habemus: multas tamen sententias et singulas notiones Aristotelias ex eius libris comprobare possumus. Pauca proferam. Nemo, inquit, vitam et amplissimis opibus exstructam appetit, si sana mente carere debeat; itaque bona cupimus non nisi sentiendi ac sapiendi causa. Hanc ob rem neque ebrius neque puer quisquam nostrum per totam vitam esse velit. Cf. Eth. Nic. 1174^a, 1 οὐδείς τ' ἂν ἔλοιτο ζῆν παιδίον διάνοιαν ἔχων. (Eth. Eud. 1215^b). Neque dormire quisquam semper velit. Cum his cf. Eth. Nic. 1095^b 32. Eth. Eud. 1216^a 3.¹) Fortasse Endymion hoc loco ab Aristotele memorabatur, cf. Cic. in Tusc. disp. I, 38, 92.

Porro quod parentes eximio honore persequendos, mortem autem quam maxime fugiendam esse censemus, ex cognoscendi ac sapiendi studio derivatur. Prudentia autem indigemus non ad vivendum, sed ad bene vivendum, quem ad modum in opibus parandis non spectamus, ut πρὸς τὸ ζῆν μόνον sufficiant, sed πρὸς τὸ εὖ ζῆν adsint. Pergit p. 132 τοῖς μὲν οὖν πολλοῖς πολλή συγγνώμη τοῦτο πράττειν· εὖχονται μὲν γὰρ εὐδαιμονεῖν, ἀγαπῶσι δὲ καὶ μόνον δύνονται ζῆν, ὅστις δ' οἶεται μὴ πάντα τρόπον ὑπομένειν αὐτὸ δεῖν, καταγέλαστον ἦδη τὸ μὴ πάντα πόνον πονεῖν καὶ πᾶσαν σπουδὴν σπουδάξειν ὅπως κήσῃται ταύτην τὴν φρόνησιν ἣτις γνώσεται τὴν ἀλήθειαν. His verbis protreptici nota quasi impressa videtur.

Sequitur sortis humanae consideratio his verbis instituta: γνοίη δ' ἂν τις τὸ αὐτὸ καὶ ἀπὸ τούτων, εἰ θεωρήσειεν ὑπ' αὐγᾶς τὸν ἀνθρώπειον βίον. εὐρήσει γὰρ τὰ δοκοῦντα εἶναι μεγάλα τοῖς ἀνθρώποις πάντα ὄντα σκιαγραφίαν. ὅθεν καὶ λέγεται καλῶς τὸ μηδὲν εἶναι τὸν ἀνθρώπον καὶ τὸ μηδὲν εἶναι βέβαιον τῶν ἀνθρωπίνων.

διαλογικοῖς, ἃ πρὸς τοὺς πολλοὺς αὐτῷ (Aristot.) γέγραπται, καὶ ὄγκον φροντίζει τινὸς καὶ περιεργίας λέξεων καὶ μεταφορᾶς, καὶ πρὸς τὰ τῶν λεγόντων πρόσωπα σχηματίζει τὸ εἶδος τῆς λέξεως καὶ ἀπλῶς ὅσα λόγον οἶδε καλλωπίζεν ἰδέαν.

1) vide etiam Augustinum, Confess. VIII, 12, qui Hortensium fortasse sequitur.

Ad 'θεωρεῖν ὑπ' ἀγίας' (qua locutione usus est Aristoph. in Thesmoph. 500) cf. Plat. Phaedr. 268^a. 269^a. σκιαγραφία legitur apud Plat. Phaed. 69^b. Pergit (p. 132): ἰσχύς τε γὰρ καὶ μέγεθος καὶ κάλλος γέλως ἐστὶ καὶ οὐδενὸς ἄξια, κάλλος τε παρὰ τὸ μηδὲν ὄραν ἀκριβὲς δοκεῖ εἶναι τοιοῦτον. εἰ γὰρ τις ἐδύνατο — — (sequitur locus de Lyncei oculis, quem supra pag. 250 exscripsi) τιμαὶ δὲ καὶ δόξαι τὰ ζηλούμενα μᾶλλον τῶν λοιπῶν ἀδιηγήτου γέμει φλυαρίας. (cf. Plat. in Phaed. 66^c). τῷ γὰρ καθορῶντι τῶν αἰδίων τι ἡλίθιον περὶ ταῦτα σπουδάζειν. τί δ' ἐστὶ μακρὸν ἢ τί πολυχρόνιον τῶν ἀνθρώπων; ἀλλὰ διὰ τὴν ἡμετέραν ἀσθένειαν οἴμαι καὶ βίου βραχύτητα καὶ τοῦτο φαίνεται πολύ.

Hoc loco Usenerus¹⁾ Aristotelem multa de gloria vanitate exposuisse censet. Ex Aristotelis enim protreptico sumpta sunt, si Usenerum sequeris, ea quae in Somnio Scipionis (de rep. VI, 23) Cicero de gloria disseruit. Haec paulo variata iterasse postea Ciceronem in Hortensio, quo ex fonte Boethium hausisse cum de eadem re verba faceret de cons. II, 7. Quae igitur Aristoteles de gloria terrae angustis limitibus ac temporis exiguo ad aeternitatem spatio coartata dixerit, eorum vestigia deprehendisse sibi visus est Usenerus in Iamblichi verbis τί δ' ἐστὶ μακρὸν ἢ τί πολυχρόνιον τῶν ἀνθρώπων;

At ego persuadere mihi non possum, his in verbis latere tam longam de gloria argumentationem, qualem sibi finxit Usenerus: immo Iamblichum hoc loco fere ad verbum Aristotelem exscripsisse putaverim. Hoc ea quoque re confirmatur quod illa verba leguntur proxime ab eis locis, quos ad verbum ex Aristotelis libro expressos esse Cicero et Boethius testantur. Cur igitur hanc de gloria explicationem Iamblichus sperneret, si invenit? Videat etiam Usenerus num verbo μακρόν illud argumentum de gloria intra fines angustos conclusa recte significetur. Mihi quidem secus videtur. Ego totam illam argumentationem quae in Somnio § 23 sqq. legitur, ab Aristotelis protreptico alienam esse puto: Censorini (de die

1) in Mus. Rhen. XXVIII p. 400 sqq.

nat. XVIII, 11) enim locus, quem huc rettulit Usenerus, non est protreptici, sed ex libris *περὶ φιλοσοφίας* sumptus (cf. Rosei fragm. Arist. p. 39, 25). Hoc tantum recte monuit Usenerus, Ciceronem in Hortensio simili modo de gloria intra fines angustos compressa dixisse (Hort. fr. 80) atque in Somnio, sed multo brevius, sicuti res tulit. Boethium autem in consol. libro II, 7 Hortensium sequi, non Somnium Scip., minime vir doctus demonstravit.

Plane autem concidunt ea quae Usenerus ex Iamblichi verbis *τί δ' ἔστι μακρόν κτέ.* effecit, si ea contuleris cum Ciceronis loco in Tusc. disp. I, 39, 94:

quae vero aetas longa est? aut quid omnino ho- mini longum? — — sed quia ultra nihil habemus, hoc longum dicimus.	<i>τί δ' ἔστι μακρόν ἢ τί πολυχρόνιον τῶν ἀνθρώ- πίνων; ἀλλὰ διὰ τὴν ἡμε- τέραν ἀσθένειαν, οἴμαι, καὶ βίου βραχύτητα καὶ τοῦτο φαίνεται πολὺ τι.</i>
---	---

Non igitur est quod diutius dubitemus, quin apud Iamblichum p. 134 Aristotelis ipsius verba legamus.

Itaque nihil in vita studio nostro dignum est, nihil pretiosum, nisi quantum in nobis est mentis et scientiae (p. 136). Una cogitandi facultate ad divinam naturam homo accedit: *ὁ νοῦς γὰρ ἡμῶν ὁ θεός*, *ἔτε Ἐρμότιμος ἔτε Ἀναξαγόρας εἶπε τοῦτο, καὶ ὅτι ὁ θνητὸς αἰὼν μέρος ἔχει θεοῦ τινός*. Aristotelis more poetarum floribus et sententiis communibus exornata est oratio. Ceterum de Hermotimo cf. Arist. Metaph. I 3 p. 984^b—18. Locus denique finitur sic: *ἢ φιλοσοφητέον οὖν ἢ χαίρειν εἰποῦσι τῷ ζῆν ἀπιτέον ἐν τεῦθεν, ὡς τὰ ἄλλα γε πάντα φλυαρία τις ἔοικεν εἶναι πολλῇ καὶ λῆρος.*

His verbis vere protrepticis et grandi quodam orationis genere prolatis Iamblichus ieiunam clausulam addit: *οὕτως ἂν τις τὰς ἀπὸ τῶν <κοινῶν> ἐννοιῶν ἐφόδους συγκεφαλαιώσαιτο δέοντως εἰς προτροπὴν τοῦ δεῖν φιλοσοφεῖν κτέ.*

Quaerentibus autem quo loco in Aristotelis libro hoc fragmentum positum fuerit, certi nihil responderi potest. Cice-

ronem quidem Augustini testimonio narrationem illam de Etruscorum cruciatu in extremis dialogi partibus attulisse scimus; eodem teste discimus in Hortensio antecessisse multas de humanae vitae vanitate querellas: iam locus Iamblichi cum his ita convenit ut non solum querellas istas ex Aristotelis libro sumptas esse suspiceris, sed eas etiam apud Aristotelem sub finem prolatas esse conicias, quod et verborum vis ac gravitas suadet. Ipse vero finis Hortensii ab Augustino servatus est (fr. 90). Cicero Platonem (Phaed. 84^b) imitatus dixerat philosophandum nobis esse, si aut exstingui tranquille aut redire velimus ad illos, a quibus essemus profecti. Ne Aristotelis quidem librum crediderim desperatis illis verbis (in fine cap. VIII) finitum fuisse, sed felicitatis quadam futurae spe ostenta Aristotelem suam ad philosophiam exhortationem terminasse est probabile. Haec contemplativa sapientia ac vitae spes in qua φιλοσοφῆσομεν ζῶντες ἀληθῶς (p. 174), depingitur in capite XII apud Iamblichum, quod Aristotelicum colorem prae se ferre videtur. Verba Iamblichi in hoc sunt p. 170, 1—6 et p. 174, 8—12. Felicitatis definitio, quae p. 170, 11 legitur, consentit cum ea, quam Aristoteles in Pol. IV, 1 habet: cf.

Iambl. p. 170.

οὐκοῦν τὴν εὐδαιμονίαν τιθέ-
μεθα ἥτοι φρόνησιν εἶναι καὶ
τινα σοφίαν, ἢ τὴν ἀρετὴν
ἢ τὸ μάλιστα χαίρειν <ἢ>
πάντα ταῦτα. Cf. p. 172, 1.2.

Arist. Pol. IV, 1.

— — καὶ τὸ ζῆν εὐδαιμόνως,
εἴτ' ἐν τῷ χαίρειν ἐστὶν εἴτ'
ἐν ἀρετῇ τοῖς ἀνθρώποις
εἴτ' ἐν ἀμφοῖν. Cf. Eth. Eud.
1214^a 30.

Ex protreptico hoc fragmentum depromptum videtur, primum quod maxime ἡ φρόνησις commendatur, ad quam praeicipue οἱ προτρέποντες incitant (cf. apud Iambl. VIII p. 128, 9. 132, 12. 172, 5); deinde quod exhortandi vis in verbis re vera inest (cf. p. 172, 8 p. 174, 3). Tota denique argumentatio cum eo redeat, ut philosophandum nobis sit, si beati esse velimus et aeternas laetities percipere, ubi aptius locum tenere potuit nisi in protreptico? Terminavit igitur Aristoteles protrepticum his verbis (p. 172):

— φιλοσοφητέον ἂν εἴη πᾶσι τοῖς δυναμένοις· ἢ γάρ τοι τοῦτ' ἐστὶ τὸ τελέως εὖ ζῆν, ἢ μάλιστα γὰ πάντων, ὡς ἐν εἰπεῖν, αἴτιον ταῖς ψυχαῖς. ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν διὰ τὸ παρὰ φύσιν ἴσως εἶναι τὸ γένος ἡμῶν χαλεπὸν τὸ μανθάνειν καὶ σκοπεῖν ἐστὶ — — ἂν δέ ποτε δυναθῶμεν σωθῆναι πάλιν, ὄφεν ἐληλίθαιμεν δῆλον, ὡς ἡδίον καὶ ῥᾶον αὐτὸ ποιήσομεν πάντες. νῦν μὲν γὰρ ἀφειμένοι τῶν ἀγαθῶν διατελοῦμεν πράττοντες τὰ ἀναγκαῖα, καὶ μάλιστα πάντων οἱ μάλιστα μακάριοι δοκοῦντες εἶναι τοῖς πολλοῖς· ἐὰν δὲ τῆς οὐρανιας ὁδοῦ λαβώμεθα καὶ ἐπὶ τὸ σύννομον ἄστρον τὴν ζωὴν τὴν ἑαυτῶν ἀπερρίσωμεν, τότε φιλοσοφήσομεν ζῶντες ἀληθῶς καὶ θεώμενοι θεωρίας ἀμηχάνους τὸ κάλλος, ἀτενίζοντες τῇ ψυχῇ πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀραρότως καὶ θεώμενοι τὴν τῶν θεῶν ἀρχήν, εὐφραίνόμενοι καὶ χαίροντες συνεχῶς ἀπὸ τοῦ θεωρεῖν, ἡδόμενοι χωρὶς πάσης λύπης. —

Ne tamen quis de Aristotele horum verborum auctore dubitet, quod Platonis doctrina¹⁾ in eis cognoscitur: immo optime hoc loco confirmatur, quod et antea vidimus (p. 252) et aliis locis perspicitur, Aristotelem in protreptico sicut in aliis dialogis quin Platonis sententiis ac verbis uteretur eiusque orationem imitaretur non recusavisse.²⁾ Scimus in Eudemo dialogo Aristotelem Platonis Phaedonem ad imitandum sibi proposuisse neque idem solum argumentum persecutum sed etiam simillima dialogi forma usum esse (Bernays p. 23, Zeller II² p. 59, 1). Iam quae supra exscripsi, ad sententias in Phaedone prolatas proxime accedunt, quid igitur mirum quod Platonis memoriam nobis afferre videntur?

Sed transeo ad certiora. Totum VIII caput cum sine ulla dubitatione protreptico dare potuerimus, multo difficilior est quaestio in antecedenti capite iudicando. Hirzelius quidem hoc caput (VII = c. VI. VII apud Pistell.) integrum protreptico vindicavit: cui ego non adsentior, cum e diversis frustulis ita consarcinatum videatur, ut utrum unius libri e

1) σύννομον illud ἄστρον invenitur apud Plat. Tim. 42^b. Cf. τὸ συγγενές in Phaed. 84^b θεωρίας ἀμηχάνους τὸ κάλλος cf. Plat. Civit. X p. 615^a.

2) Diels, *Archiv f. Gesch. d. Philos.* I, 4 p. 492 sqq.

variis locis an diversis ex fontibus compilatum sit haud facile sit ad diiudicandum. Sed iam videamus quid rei sit.

Iamblichus capiti septimo haec verba praemittit; ἐπεὶ δὲ ἀνθρώποις διαλεγόμεθα¹⁾, ἀλλ' οὐχὶ τοῖς τὴν θείαν μοῖραν τῆς ζωῆς πρόχειρον ἔχουσι, δεῖ συμμιγνύναι ταῖς τοιαύταις παρακλήσεσι τὰς πρὸς τὸν πολιτικὸν καὶ πρακτικὸν βίον προτροπὰς. Postquam igitur contemplativam philosophiam commendavit, iam descendere vult ad laudem philosophiae quatenus ad civilem vitam et ad omnes actiones utilis sit. Huic quasi iudicii capitis duae exiles παρακλήσεις satisfaciunt, quae leguntur p. 102 et 104. Prior incipit a verbis ὧδε οὖν λέγωμεν, in qua Aristotelis illud exponitur philosophiam esse eam scientiam qua rebus ad vitae usum necessariis recte uti discamus. Verba φιλοσοφητέον ἄρα ἡμῖν, εἰ μέλλομεν ὀρθῶς πολιτεύεσθαι κτέ (p. 104) Iamblichus addidit. Sequitur altera παρακλήσις (p. 104, 3—16) adiuncta verbis ἔτι τοίνυν, quibus Iamblichus uti solet, si res diversas conglutinat (cf. p. 240 cap. XVI). Huius διαίρεσεως summa est: φιλοσοφητέον ἐκ παντὸς τρόπου, ὡς μόνης φιλοσοφίας τὴν ὀρθὴν κρίσιν καὶ τὴν ἀναμάρτητον ἐπιτακτικὴν φρόνησιν ἐν ἑαυτῇ περιεχοῦσης. Haec etsi sunt Aristotelia (ὑπηρετοῦσα ἐπιστήμη Metaph. 982^a 16. ἡ φρόνησις ἐπιτακτικὴ Eth. Nic. 1143^a 8), tamen ita mutilata et decurtata leguntur, ut utrum reliquiae sint argumentationis e protreptico petitae an aliunde compilata, diiudicare nequeam.

Iterum verbis ἔτι τοίνυν adnectit nova, quibus demonstrat (p. 104, 16): ἐπεὶ τὰ δυνατὰ καὶ ὠφέλιμα πάντες αἰρούμεθα, ἀποδεικτέον (corr. Pistelli pro παραδεικτέον) ὡς τῷ φιλοσοφεῖν ἀμφοτέρω ταῦτα ὑπάρχει καὶ ὅτι τὴν χαλεπότητα τῆς κτήσεως ὑποδεστέρα ἔχει τοῦ μεγέθους τῆς ὠφελείας. Fragmentum quod sequitur, bene est dispositum et continua argumentatione progrediens. In hoc unam quidem sen-

1) Cf. Diels, 'Arch. f. Gesch. d. Philos.' I, 4 p. 485, 13: „Jamblich gibt den aristotel. Gedanken nieder, der im Gegensatz zu dem idealen platonischen ἀγαθὸν das den Gegenstand seiner Ethik bildende ἀγαθὸν als ἀνθρώπινον fasst. S. Nic. I 1. 1094a 22ff. 4. 1096b 34.“

tentiarum seriem si Aristotelicam esse probari possit, totum fragmentum (p. 104 extr. — 114, 8) ex Aristotelis protreptico petitum esse aio.

Dispositio fragmenti haec est, ut p. 106—108, 17 demonstretur esse *ἐπιστήμην τῆς ἀληθείας καὶ τῆς περὶ ψυχῆν ἀρετῆς* eamque nos consequi posse; haec scientia summum bonum est: p. 108, 18—112, 6; denique philosophia facilior ad comparandum est quam reliqua bona: p. 112, 7—114, 8.

In hac parte probandi ratio tota est Aristotelia, argumenta ipsa et sententiae protreptici naturam prae se ferunt. Quae p. 106 leguntur, conveniunt cum Eth. Eud. 1217^a 35. Deinde hic quoque omnibus bonis praefertur ἡ φρόνησις. In re publica, inquit (p. 108 extr.), lex imperat; lex autem est φρόνησις τις καὶ λόγος ἀπὸ φρονήσεως.¹⁾ Summum igitur bonum est ἡ φρόνησις (p. 110, 12). Pergit deinde vere προτρεπτικῶς²⁾: οὐ δὲ δεῖ φεύγειν φιλοσοφίαν, εἴπερ ἐστὶν ἡ μὲν φιλοσοφία καθάπερ οὐόμεθα κτῆσις τε καὶ χρήσις σοφίας (cf. Plat. in protreptico, Euthyd. 288^d), ἡ δὲ σοφία τῶν μεγίστων ἀγαθῶν οὐδὲ δεῖ χρημάτων μὲν ἕνεκα πλεῖν ἐφ' Ἡρακλέους στήλας καὶ πολλάκις κινδυνεύειν, διὰ δὲ φρόνησιν μηδὲν πονεῖν μηδὲ δαπανᾶν. ἢ μὴν ἀνδραποδῶδές γε τοῦ ζῆν, ἀλλὰ μὴ τοῦ ζῆν εὖ γλίχασθαι (cf. 1278^b 29), καὶ ταῖς τῶν πολλῶν αὐτὸν ἀκολουθεῖν δόξαις, ἀλλὰ μὴ τοὺς πολλοὺς ἀξιοῦν ταῖς αὐτοῦ, καὶ τὰ μὲν χρήματα ζητεῖν, τῶν δὲ καλῶν μηδεμίαν ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι τὸ παράπαν. Deinde philosophiam facile attingi posse demonstrat (p. 112), quod ad exhortandum maxime valet, ut recte dicit Plutarchus, Moral. 544^d.³⁾ Iam quae hoc loco ab Iamblichō proferuntur, Aristoteli

1) Eth. Nic. 1180^a 21 ὁ δὲ νόμος — λόγος ὢν ἀπὸ τινος φρονήσεως καὶ νοῦ.

2) Haec verba etiam Rose inter protreptici fragmenta recepit: fr.³ 52 p. 62, 7.

3) ἡ γὰρ ἔργον ὁμοῦ καὶ λόγον ἔχουσα προτροπὴ καὶ παράδειγμα καὶ ζῆλον οὐκ εὐμενὴς ἐστὶ καὶ κινεῖ καὶ παροτρύνει καὶ μεθ' ὁμιλίας καὶ προαιρέσεως ἐλπίδας ὡς ἐφικτῶν καὶ οὐκ ἀδυνάτων παρίστησι.

deberi Proclus testatur in commentariorum in Euclidis elem. prologo I p. 28 (ed. Friedlein), quem locum optime huc rettulit Valentinus Rose (in fragm. Aristot. collect., nova edit. 1886 p. 62). Locos adscribam:

Iamblichus, protr. p. 112.

διότι δὲ πολλῶν ῥάσθη τῶν ἄλλων ἀγαθῶν ἢ κτήσις αὐτῆς (sc. τῆς φιλοσοφίας), ἐκ τῶνδε πεισθεῖη τις ἄν.

τὸ γὰρ μήτε μισθοῦ παρὰ τῶν ἀνθρώπων γινομένου τοῖς φιλοσοφοῦσι, δι' ὃν συντόμως οὕτως ἂν διαπονήσειαν, πολὺ τε προεμένους εἰς τὰς ἄλλας τέχνας ὅμως ἐξ ὀλίγου χρόνου θέοντας παρεληλυθέναι ταῖς ἀκριβείαις, σημειῶν μοι δοκεῖ τῆς περὶ τὴν φιλοσοφίαν εἶναι ῥαστώνης. ἔτι δὲ τὸ πάντας φιλοχωρεῖν (ἐπ' delet Rose) αὐτῇ καὶ βούλεσθαι σχολάζειν ἀφεμένους τῶν ἄλλων ἀπάντων, οὐ μικρὸν τεκμήριον ὅτι μεθ' ἡδονῆς ἢ προσεδρεῖα γίνεται. πονεῖν γὰρ οὐδεὶς ἐθέλει πολὺν χρόνον.

Proclus, comm. in Eucl. p. 28 ed. Friedlein.

δηλοῖ δὲ τὸ δι' ἑαυτὴν εἶναι τοῖς μειοῦσιν αἰρετὴν (τὴν μαθ. ἐπιστήμην), ὃ καὶ Ἀριστοτέλης ποῦ φησιν, τὸ μηδενὸς μισθοῦ προκειμένου τοῖς ζητοῦσιν ὅμως ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ τὸσαύτην ἐπίδοσιν τὴν τῶν μαθημάτων θεωρίαν λαβεῖν, ἔτι δὲ τὸ πάντας αὐτῇ φιλοχωρεῖν καὶ βούλεσθαι σχολάζειν τῶν ἄλλων ἀφεμένους, ὅσοι καὶ κατὰ μικρὸν ἐφήψαντο τῆς ἀπ' αὐτῆς ὠφελείας, ὥστε οἱ γε καταφρονητικῶς ἔχουσι τῆς τῶν μαθημάτων γέυσεως, ἄγεστοι τυγχάνουσιν ὄντες τῶν ἐν αὐτοῖς ἡδονῶν.

Si vero haec pars Aristotelis est, sequitur ut ea quoque quae antecedunt, eiusdem auctoris sint, eam ob causam, quod eundem fontem iterum exscripsit Iamblichus in commentatione Pythagorica tertia περὶ τῆς κοινῆς μαθηματικῆς ἐπιστήμης (Anecd. Paris. II p. 317 Villosion). Hinc ampliora evadunt: quae enim apud Iamblichum in protreptico p. 106. 108 disseruntur, haec aperte dicta sunt contra eos qui negant ὅτι τῆς ἀληθείας καὶ τῆς περὶ ψυχὴν ἀρετῆς ἔστιν

ἐπιστήμη (p. 104 extr. 108, 18). Recte igitur hac eadem argumentatione Iamblichus in comm. III et Proclus usi sunt ad defendendas scientias theoreticas quae dicuntur. Iam vero uterque adversariorum voces induxit easdem, quare ex eodem fonte haec fluxerunt:

Iambl. comm. III. p. 216 Vill.

γεγόνασι δέ τινες οἱ μὲν παλαιοὶ οἱ δὲ νέοι, οἵτινες τὴν ἐναντίαν δόξαν περὶ τῶν μαθημάτων ἐξηγητόχασι ψέγοντες αὐτὰ ὡς παντελῶς ἄχρηστα καὶ πρὸς τὸν ἀνθρώπινον βίον οὐδὲν συμβαλλόμενα. ἔνιοι δὲ οὕτως ἐπιχειροῦσιν. — —

πάντα τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ πρὸς τὸν βίον ὠφέλιμα τοῖς ἀνθρώποις ἐν τῷ χρῆσθαι καὶ πράττειν ἐστίν, ἀλλ' οὐκ ἐν τῷ γινώσκειν μόνον· οὔτε γὰρ ὑγιαίνομεν — — οὔτε πλουτοῦμεν τῷ γιγνώσκῃ πλουτόν, ἀλλὰ τῷ κεκτηῆσθαι πολλὴν οὐσίαν, οὐδὲ τὸ πάντων μέγιστον εὖ ζῶμεν τῷ γιγνώσκῃ ἅττα τῶν ὄντων ἀλλὰ τῷ πράττειν εὖ. τὸ γὰρ εὐδαιμονεῖν ἀληθῶς τοῦτ' ἐστίν. ὥστε προσήκει καὶ τὴν φιλοσοφίαν εἶπερ ἐστὶν ὠφέλιμος ἤτοι πράξιν εἶναι τῶν ἀγαθῶν ἢ χρήσιμον εἰς τὰς τοιαύτας πράξεις. — — οἱ δὲ τοὺς μὲν λόγους ἀγνοοῦντες, γεγυμνασμέ-

Proclus p. 25.

ἤδη δέ τινες τῶν ἀντιλογικῶν ἐπιχειροῦσι καθαιρεῖν τὴν ἀξίαν τῆς ἐπιστήμης ταύτης, οἱ μὲν τὸ καλὸν αὐτῆς καὶ τὸ ἀγαθὸν ἀφαιροῦντες — —, οἱ δὲ χρησιμωτέρας τὰς τῶν αἰσθητῶν ἐμπειρίας ἀποφαίνονται τῶν ἐν αὐτῇ καθόλου θεωρουμένων, οἷον γεωδαισίαν γεωμετρίας, καὶ τὴν τῶν πολλῶν ἀριθμητικὴν τῆς ἐν θεωρήμασιν ὑφ' ἐστῶσης, καὶ τὴν ναυτικὴν ἀστρολογίαν τῆς καθόλου δεικνύουσης, οὔτε γὰρ πλουτοῦμεν τῷ γινώσκειν τὸν πλουτόν, ἀλλὰ τῷ χρῆσθαι, οὔτε εὐδαιμονοῦμεν τῷ τὴν εὐδαιμονίαν γινώσκειν, ἀλλὰ τῷ ζῆν εὐδαιμονικῶς, ἅσπερ καὶ πρὸς τὸν βίον τὸν ἀνθρώπινον καὶ τὰς πράξεις οὐ τὰς γνωστικὰς τῶν μαθηματικῶν, ἀλλὰ τὰς ἐμπειρικὰς συντελεῖν ὁμολογήσομεν. οἱ γὰρ ἀγνοοῦντες μὲν τοὺς λόγους, γεγυμνασμένοι δὲ περὶ τὴν ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα πεῖραν ὄλῳ καὶ παντὶ διαφέρουσι πρὸς

(Iambl.).

νοι δὲ καὶ δοξάζοντες
ὁρθῶς ὄλω καὶ παντὶ δια-
φέρουσι πρὸς τὰς χρείας.

(Proclus).

τὰς ἀνθρωπικὰς χρείας τῶν
περὶ τὴν θεωρίαν μόνην ἔσχο-
λακότων.

Quae secuntur Proclus habet p. 25, 20—22. Iamblichus igitur et Proclus in communi fonte philosophiam seu scientias in cognitione positas et accusatas et defensas invenerunt, quare eadem argumenta quae vituperatores contra philosophiam proferentes Aristoteles induxerat, altera parte refutavit. Velut in his:

Adversarius (Iambl. III.
p. 216 Vill.)

φασὶ γὰρ οἱ μὲν εἶναι τὴν
τῶν ἀδίκων καὶ δικαίων καὶ
κακῶν καὶ ἀγαθῶν ἐπι-
στήμην, ὁμοίαν οὖσαν γεω-
μετρίᾳ καὶ ταῖς ἄλλαις ταῖς
τοιαύταις, οἱ δὲ τὴν περὶ
φύσεώς τε καὶ τῆς τοι-
αύτης ἀληθείας φρόνη-
σιν κτέ.

Defensor (Iambl. protr.
p. 104).

ὅτι μὲν οὖν τὰς περὶ τῶν
δικαίων καὶ τῶν συμφε-
ρόντων, ἔτι δὲ περὶ φύσεώς
τε καὶ τῆς ἄλλης ἀληθεί-
ας ἐπιστήμας δυνατοὶ λα-
βεῖν ἔσμεν, ῥᾷδιον ἐπιδειξαι.

Dubium non est, quin arma et impugnandae et defendendae philosophiae Iamblichus et Proclus ex Aristotelis libro petiverint: quem librum protrepticum esse, commentatorum testimonio quod memoravi et eis quae de Hortensii indole supra (p. 239) dixi quaeque infra de protreptici partibus docebo, optime confirmatur. —

Quae deinde in Iamblichi protreptico (p. 114) a verbis ἴδοι δ' ἄν τις τὸ αὐτὸ γνωριμώτερον secuntur, ex alio fonte hausta sunt, non ex protreptico, ut Hirzelio (p. 94) videtur. Res difficillima est, quod in his quoque varias παρακλήσεις conglutinatas habemus.

Prima sententiarum series est p. 114, 9—12, imperfecta illa neque integra, quae redit explanata in cap. XII p. 170. Sequitur altera p. 114, 20—116, 18 verbis illis copulativis ἔτι τοίνυν adiuncta, qua demonstratur eam virtutem quae

summa animi partis, id est rationis, propria est, maxime esse expetendam. Haec breviori forma iam supra inveniri (p. 72) antea monstravi (locos proposui p. 247). Tertia diaeresis p. 116, 18 eisdem verbis *ἔτι τοίνυν* incipit. Dicit cuiusque rei munus per se peractum melius esse quam vi aliena perfectum. Hominis autem propriam naturam efficit *ὁ νοῦς καὶ ὁ λόγος* (p. 118, 9), cuius opus positum est in veritatis cognitione. Huius autem cognitionis finis est *ἡ θεωρία*.

Negari non potest, quin Aristotelis sententiae in hac parte multae inveniantur. Confer quae p. 120 leguntur cum Eth. Nic. 1097^a 15; deinde p. 124 cum Eth. Nic. 1170^a 20 Metaph. I, 1. Sed non nisi frustula sunt miserrime consuta, quae Iamblichus si uno ex fonte hausit, e dialogo compilavit et in continuam orationem transfigurare conatus est. Quod quidem negotium pessime successit Iamblichō, nam dialogi vestigia et sententiarum mira brevitate atque inconcinnitate et verborum sermonis priorum insigni usu facile cognoscuntur (cf. p. 116, 6 sqq. p. 120. p. 122, 1 — 12, maxime p. 126 init.).

Protreptici non esse hanc alteram septimi capitis partem, hac ratione demonstrari potest.

Adversarii enim apud Aristotelem haec contra philosophiam proferunt (Iambl. in comm. Pyth. III p. 217, 5:)

δεῖ δὴ μὴ λεληθῆναι τὸν μέλλοντα περὶ τούτων ἐξετάζειν, ὅτι πάντα τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ πρὸς τὸν βίον ὠφέλιμα τοῖς ἀνθρώποις ἐν τῷ χρῆσθαι καὶ πράττειν ἐστίν, ἀλλ' οὐκ ἐν τῷ γινώσκειν μόνον κτέ. et (ibid. p. 217, 11):

ὥστε προσήκει καὶ τὴν φιλοσοφίαν, εἴπερ ἐστὶν ὠφέλιμος, ἥτοι πρᾶξις εἶναι τῶν ἀγαθῶν ἢ χρήσιμος εἰς τὰς τοιαύτας πράξεις· ὅτι μὲν οὖν οὐκ ἐστὶν οὐθ' αὐτῆ πραγματῶν ἐργασία οὐτ' ἄλλη τῶν προειρημένων ἐπιστημῶν οὐδεμία, φανερόν ἐστι πᾶσιν. ὅτι δ' οὐδ' ἐστὶ χρήσιμος εἰς τὰς πράξεις, ἐκεῖθεν ἂν τις καταμάθοι. — — Videmus igitur adversarios philosophiae id maxime exprobrare, quod cum in agendo non versetur, utilis non sit. Bonum enim — sic argumentantur — nihil est nisi quod utile; utile autem non invenitur

nisi in actionibus. Atqui philosophia non in agendo, sed in cognoscendo versatur. Ergo philosophia neque utilis est neque bonum appellandum.

His adversariorum opprobriis accuratissime et ad protreptici consilium aptissime respondetur apud Iamblichum in cap. X p. 148, 15—152, 21. Hoc fragmentum ex Aristotelis protreptico petitum est. Non opus est disputatione, si verba ipsa exscribam (Rose fragm.³ 58 p. 68, 19).

Τὸ δὲ ζητεῖν ἀπὸ πάσης ἐπιστήμης ἕτερόν τι γενέσθαι καὶ δεῖν χρησίμην αὐτὴν εἶναι, παντάπασιν ἀγνοοῦντός τινός ἐστιν, ὅσον διέστηκεν ἐξ ἀρχῆς τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ ἀναγκαῖα· διαφέρει γὰρ πλεῖστον (cf. Arist. Top. 116^a30. Polit. 1338^b2). τὰ μὲν γὰρ δι' ἕτερον ἀγαπώμενα τῶν πραγμάτων ὧν ἄνευ ζῆν ἀδύνατον, ἀναγκαῖα καὶ συναίτια λεκτέον· ὅσα δὲ δι' αὐτά, καὶ ἀποβαίνη μηδὲν ἕτερον, ἀγαθὰ κυρίως. οὐ γὰρ δὴ τότε μὲν αἰρετὸν διὰ τότε, τότε δὲ δι' ἄλλο, τοῦτο δὲ εἰς ἄπειρον οἴχεται προῖόν, ἀλλ' ἴσταται που (cf. Eth. Nic. 1094^a 18). γελοῖον οὖν ἤδη παντελῶς τὸ ζητεῖν ἀπὸ παντὸς ὠφέλειαν ἐτέραν παρ' αὐτὸ τὸ πρᾶγμα καὶ τί οὖν ἡμῖν ὄφελος καὶ τί χρήσιμον ἐρωτᾶν (cf. Arist. 981^b 17).

ἴδοι δ' ἂν τις ὅτι παντὸς μᾶλλον ἀληθῆ ταῦτα λέγομεν εἴ τις ἡμᾶς οἶον εἰς μακάρων νήσους τῆ̄ διανοίᾳ κομίσειεν. ἐκεῖ γὰρ οὐδενὸς χρεῖα οὐδὲ τῶν ἄλλων τινὸς ὄφελος ἂν γένοιτο, μόνον δὲ καταλείπεται τὸ διανοεῖσθαι καὶ θεωρεῖν, ὅνπερ καὶ νῦν ἐλεύθερόν φαμεν βίον εἶναι. εἰ δὲ ταῦτ' ἐστὶν ἀληθῆ, πῶς οὐκ ἂν αἰχύνοντο δικαίως ὅστις ἡμῶν ἐξουσίας γενομένης ἐν μακάρων οἰκῆσαι νήσοις, ἀδύνατος εἶη δι' ἑαυτόν; οὐκοῦν οὐ

Cic. Hort. fr. 40 (Aug. de trinit. 14, 9).

Tullius in Hortensio dialogo disputans, Si nobis, inquit, cum ex hac vita migrassemus, in beatorum insulis immortale aevum, ut fabulae ferunt, degere liceret, quid opus esset eloquentia, cum iudicia nulla fierent, aut ipsis etiam virtutibus? nec enim fortitudine egeremus nullo proposito aut labore aut periculo, nec iustitia cum esset nihil quod adpetetur alieni, nec temperantia quae regeret eas quae nullae

μεμπτός ὁ μισθός ἐστι τῆς ἐπιστήμης τοῖς ἀνθρώποις οὐδὲ μικρὸν τὸ γινόμενον ἀπ' αὐτῆς ἀγαθόν — —.

(μακάρων νῆσοι vide Aristot. Polit. 1334^a 31).

essent libidines; ne prudentia quidem egeremus nullo delectu proposito bonorum et malorum. una igitur essemus beati cognitione naturae et scientia, qua sola etiam deorum est vita laudanda. ex quo intellegi potest cetera necessitatis esse, unum hoc voluntatis.

Bernays (de Arist. dial. p. 120) quanquam Iamblichi locum non noverat, ex Hortensii fragmento Aristotelem in protreptico hac fabula de beatorum insulis usum esse collegerat; recte virum doctum coniecisse nunc probatur. Habemus autem exemplum, quam caute nobis agendum sit cum Cicerone Aristotelis imitatore. - Cicero enim — 'recolens', ut ait Augustinus (l. c.), 'ea quae a philosophis acceperat et praeclare ac suaviter explicans' — locum ita deflexit, ut cardinem, circa quem tota disceptatio vertitur, paene non tetigerit. Nam cum Hortensio eloquentiam praedicanti occurrere vellet, in mentem ei venit locus in Eth. Nic. 1178^b 7, ubi Aristoteles quattuor virtutes ad deos non pertinere exposuit.

Iam secuntur apud Iamblichum ea quae commodissime et acute ad refellendos adversarios dicta esse puto. Quoniam vero in capite VII p. 122 persimilis exstat argumentatio, hos locos iuxta positos exscribam:

Iambl. p. 152.

οὐδὲν οὖν δεινόν, ἂν μὴ φαίνεται χρησίμη οὕσα μηδ' ὠφέλιμος (ἢ φρόν.). οὐ γὰρ ὠφέλιμον, ἀλλ' ἀγαθὴν αὐτὴν εἶναι φαιμεν, οὐδὲ δι' ἕτερον, ἀλλὰ δι' ἑαυτὴν αἰρεῖσθαι αὐτὴν προσήκει. ὥσπερ γὰρ εἰς Ὀλυμπίαν αὐτῆς ἕνεκα τῆς θεᾶς ἀποδημοῦμεν, καὶ εἰ μηδὲν μέλλοι πλεῖον ἀπ' αὐτῆς ἔσεσθαι (αὐτὴ γὰρ ἡ θεωρία κρείττων πολλῶν

Iambl. in cap. VII
p. 122. •

τὸ φρονεῖν ἄρα καὶ τὸ θεωρεῖν ἔργον τῆς ἀρετῆς ἐστὶ καὶ τοῦτο πάντων ἐστὶν αἰρετώτατον τοῖς ἀνθρώποις, ὥσπερ οἶμαι καὶ τὸ τοῖς ὄμμασιν ὄραῖν, ὃ καὶ ἔλοιτό τις ἂν ἔχειν, εἰ καὶ μὴ τι μέλλοι γίγνε-

ἔστι χρημάτων), καὶ τὰ Διονύσια δὲ θεωροῦμεν, οὐχ ὡς ληψόμενοι τι παρὰ τῶν ὑποκριτῶν, ἀλλὰ καὶ προσδόντες (pro προσθέντες corr. Diels p. 482, 7), πολλὰς τε ἄλλας θεὰς ἐλομέθα (ἄν) ἀντὶ πολλῶν χρημάτων· οὕτω καὶ τὴν θεωρίαν τοῦ παντὸς προτιμητέον πάντων τῶν δοκούντων εἶναι χρησίμων.

σθαι δι' αὐτὸ παρ' αὐτὴν τὴν ὄψιν ἕτερον· ἔτι εἰ τὸ ὄρᾶν ἀγαπῶμεν δι' ἑαυτό, ἱκανῶς μαρτυρεῖ τοῦτο ὅτι πάντες τὸ φρονεῖν καὶ τὸ γιγνώσκειν ἐσχάτως ἀγαπῶσιν.

Haec ex uno eodemque libro petita esse nemo sibi persuadebit. Iam vero utrum priorem an posteriorem locum protreptico tribuamus, neutiquam dubitabimus. Hirzelium ipsum opinor, si adversariorum argumenta, quae apud Proclum et Iamblichum sunt, novisset, de sententia sua destitutum fuisse. Nam ea quae inde a p. 148 (extr.) usque ad finem cap. IX proferuntur, ex protreptico Aristotelis sumpta esse, omnia testantur: dicendi genus, Hortensii fragmentum, adversariorum refutatio. Quid tandem est quod alteram partem (p. 114—126) protreptici fragmentum esse probet? An quod locum habet in cap. VII, in quo protreptici fragmentum deprehendimus? At nemo non videt hoc caput ex variis libris contextum esse: in primis ea verba, quibus Iamblichus protreptici fragmentum finivit (p. 114, 4 οὐκοῦν ἀποδέδεικται κτέ.) et quibus pergīt (p. 114, 9 ἴδοι δ' ἄν τις τὸ αὐτὸ γνωριμώτερον ἀπὸ τούτων), nova incipi aliumque fontem compilari paene clamant.

• Quod hoc Hirzelius non sensit, miror: quam multa enim et varia in capite VII argumenta tractata sint, ex ipsius de singulis capitibus quaestione (l. c. p. 87—93) optime elucet. Nam examinans singulorum capitum summam, semper in septimo capite easdem res iam disceptatas vel breviter quidem tactas esse vir doctus statuit.

Itaque postquam Iamblichus in cap. VII usque ad p. 114, 8 Aristotelis protreptico usus est, inde a p. 114, 9 digreditur ad varias divisiones quibus demonstrare vult 'τὸ φρονεῖν εἶναι αἰρετὸν καθ' αὐτὸ τοῖς ἀνθρώποις' et 'πάντας τὸ φρονεῖν

καὶ τὸ γινώσκειν ἐσχάτως ἀγαπᾶν' (p. 122 extr.). Rediit deinde ad fontem suum in capite VIII.

In capitis IX initio auctor dicit: ἄνωθεν δὲ ἀρχόμενοι ἀπὸ τοῦ τῆς φύσεως βουλήματος ἐπὶ τὴν αὐτὴν προτροπὴν προχωροῦμεν οὕτως. Sequitur digressio paulo neglegentius a Iamblichō compilata, quae ex Aristotelis libro fortasse fluxit, num e protreptico, valde dubito. Cum Aristotelis physicis libris (744^a 36, 658^a 8) conveniunt ea quae de palpebra a natura non frustra data exponuntur p. 144, 3. Deinde cum Iambl. 140 cf. Eth. Eud. 1219^a. Anaxagorae dictum p. 146, 3 exstat etiam in Eth. Eud. 1216^a 10. Sed nisi fallor hoc quoque in capite Iamblichus ex diversis fontibus constipavit quae conciliari non possunt. Priorem enim capitis partem (138—148), si quid video, Iamblichus in fine conformavit, ut consilio suo ac rationi apta fieret. Nam cum in fonte, quo utebatur, precedente oratione res instituta ita esset tractata, ut ab incepto suo Iamblichus distraheretur, hoc fonte relicto compiler pauca addidit inepta, quibus sensum fragmenti quod exscripsit, nequaquam tetigit, sed relapsus est in eam argumentationem, qua usus erat p. 94 et p. 116. Lege modo verba quae sunt p. 148, 6—15 (ἀλλὰ τοῦτο γνωστόν κτέ.) et auctorem ab aliis ad alia transire concedes. — Quae secuntur p. 148, 15 inde a verbis τὸ δὲ ζητεῖν κτέ., protreptico supra p. 262 tribuimus.

Quae in capp. X et XI a Iamblichō proferuntur, ex protreptico nullo modo excerpta sunt. Nam quae in cap. X de philosophiae ad vitam publicam utilitate dicit, e politico libro sumpta videntur, non e protreptico, in quo haec quaestio brevius tractabatur; frustulum huius partis fortasse est in cap. VII prima diaeresi.¹⁾ Item quod in cap. XI magnis ambagibus explicatur laetitiam inesse in philosophiae studio, multo elegan-

1) locus, qui legitur in cap. X p. 158, simillimus est cap. VII p. 122, 12:

p. 158: ἔστι μὲν οὖν θεωρητικὴ ἢ δὲ ἡ ἐπιστήμη· — ὥσπερ γὰρ ἡ ὄψις κτέ.

p. 122: θεωρητικὴν τινα ἄρα φάτεον εἶναι ταύτην τὴν ἐπιστήμην — — ὥσπερ, οἶμαι, καὶ τὸ τοῖς ὄμμασιν ὄραν κτέ.

tius probata sunt in cap. VII p. 112 extr. (= Procl. l. c. p. 28, 20) et in cap. XII p. 174.

Restat unum fragmentum peripateticum apud Iamblichum in cap. VI p. 92, 12—102, 6, quod utrum ex Aristotelis protreptico petatum sit necne dubitari potest. Aristotelium sane est: τὸ χεῖρον τοῦ βελτίονος ἔνεκα (p. 92 extr.) cf. Pol. 1333^a 2. Eth. M. 1208^a 13. τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς ἔνεκεν, de animal. part. 645^b 19. Animi dichotomia (p. 92/94) invenitur apud Arist. Pol. 1260^a 5.11. 1334^b 18.22. — Sed inveniuntur etiam in hoc fragmento multae sententiae in protrepticum optime quadrantes. Hominis enim praestantiam ac vim in sapientiae contemplatione positam esse — contra sensuum quidem virtute viriumque robore a multis animalibus hominem superari: haec atque similia in omnibus fere protrepticis redeunt. Accedit quod oratio huius fragmenti quadam vi et gravitate insignis est (p. 96, 15—98. p. 100 usque ad finem capituli). Quas ob causas hoc quoque fragmentum Aristotelis libro adsigno.

Haec sunt quae ex Iamblichi libro ad Aristotelis protrepticum referenda esse puto. Nonnulla autem aliunde supplere possumus. Velut illa quae in Iamblichi protr. cap. VIII p. 106—114 leguntur, non nisi particula sunt orationis ad philosophiam defendendam susceptae. In tertia enim comment. Pyth. Iamblichus post verba καὶ κτήσασθαι ῥάδιον ἢ φιλοσοφία (p. 114, 6) addit haec, quae Aristotelis sunt verba (p. 218, 27 Vill.):

νεώτατον οὖν ὁμολογουμένως ἐστὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων ἢ περὶ τὴν ἀλήθειαν ἀκριβολογία. μετὰ γὰρ τὴν φθορὰν καὶ τὸν κατακλισμὸν τὰ περὶ τὴν τροφήν καὶ τὸ ζῆν πρώτων ἠναγκάζοντο φιλοσοφεῖν, εὐπορώτεροι δὲ γενόμενοι τὰς πρὸς ἡδονὴν ἐξαιρεγάσαντο τέχνας, οἷον μουσικὴν καὶ τὰς τοιαύτας, πλεονάσαντες δὲ τῶν ἀναγκαίων οὕτως ἐπεχείρησαν φιλοσοφεῖν. τοσοῦτον δὲ νῦν προεληλύθασιν ἐκ μικρῶν ἀφορμῶν ἐν ἐλαχίστῳ χρόνῳ ζητοῦντες οἳ τε περὶ τὴν γεωμετρίαν καὶ τοὺς λόγους καὶ τὰς ἄλλας παιδείας, ὅσον οὐδὲν ἕτερον γένος ἐν οὐδεμιᾷ τῶν τεχνῶν. καίτοι καὶ τὰς μὲν ἄλλας πάντες

συνεξορμῶσι τιμῶντες κοινῇ καὶ τοὺς μισθοὺς τοῖς ἔχουσι διδόντες, τοὺς δὲ ταῦτα πραγματευομένους οὐ μόνον οὐ προτρέπομεν ἀλλὰ καὶ διακωλύομεν πολλάκις, ἀλλ' ὅμως ἐπιδίδωσι πλεῖον, διότι τῇ φύσει ἐστὶ προεσβύτατα· τὸ γὰρ τῇ γενέσει ὕστερον οὐσίᾳ καὶ τελειότητι προηγείται. — Ex eodem fonte hausit Proclus l. c. p. 29, 1—11.

Pertinent haec ad defendendam philosophiam contra ea quae adversarii obiecerant: philosophiae studia, etsi ex longo aevo ab hominibus quibusdam colerentur, non ad certum finem venire neque unquam ventura esse, cum unusquisque philosophus placita sua aliunde repetens alia doceret. His Aristoteles respondit, philosophiae quidem vetustum esse studium, quod tamen quin ad exitum foret venturum, non esse dubitandum. Primum enim homines non philosophabantur nisi de rebus quae ad vitae usum victumque necessariae essent (Procl. 29, 4 *πρῶτα μὲν γὰρ τὰ σύντροφα καὶ ὁμοφυῆ τῇ γενέσει περισπούδαστά ἐστι τοῖς ἀνθρώποις*). Dein vero his comparatis vitam paulo cultiorem et iucundiorem reddere studiosi colebant artes. Postremo ab humana natura se attolentes id agere coeperunt, quod ad animum divinamque naturam pertineret, quo factum est ut ab humili de rebus corporalibus ac necessariis cogitandi studio processerint ad summam rationem per se bonam et expetendam, quae est in contemplatione. *Φύσει ἰgitur τὸ φιλοσοφεῖν iam diu viguit*, recens autem est id studium quod rerum notiones totamque veritatem simpliciter contemplantur.

Aristotelis explicationem tetigit Cicero in Tusc. disp. III, 28, 69: 'Aristoteles veteres philosophos accusans, qui existimavissent philosophiam suis ingeniis esse perfectam, ait eos aut stultissimos aut gloriosissimos fuisse, sed se videre quod paucis annis magna accessio facta esset, brevi tempore philosophiam plane absolutam fieri.' Recte Valentinus Rose inter protreptici fragmenta hunc locum recepit (p. 63, 53). Aristoteles igitur in protreptico dedit quasi historiam humanae mentis. Summum autem gradum, ad quem adscendit illud quod in hominibus invenitur cogitandi studium, dixit esse philosophiam Socra-

ticam. Hanc enim sine dubio significat Aristoteles dicens 'paucis annis magnam accessionem factam esse' et verbis illis 'τοσοῦτον δὲ νῦν προεληλύθασιν ἐκ μικρῶν ἀφορμῶν'.

Alius exstat locus quem Bernays (p. 163) dubitanter protreptico tribuit, ego protreptici fragmentum esse affirmo. Stobaeus περὶ φρονήσεως agens sub lemmate Ἀριστοτέλους affert haec (in fl. 3, 54):

- 1 νόμιζε τὴν εὐδαιμονίαν οὐκ ἐν τῷ πολλὰ κεκτηῖσθαι γίνεσθαι ἀλλ' ἐν τῷ τὴν ψυχὴν εὖ διακεῖσθαι. καὶ γὰρ οὐδὲ τὸ σῶμα, οὐ τὸ λαμπρῶν ἐσθῆτι κεκοσμημένον φαίη τις ἂν εἶναι μακάριον, ἀλλὰ τὸ ὑγίειαν ἔχον καὶ σπουδαίως
- 5 διακείμενον, καὶ μηδὲν τῶν προειρημένων¹⁾ αὐτῷ παρῆ· τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ψυχὴν ἐὰν ἢ πεπαιδευμένη, τὴν τοιαύτην καὶ τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον εὐδαίμονα προσαγορευτέον ἐστίν, οὐκ ἂν τοῖς ἐκτὸς ἢ λαμπρῶς κεκοσμημένος αὐτὸς, μηδενὸς ἄξιος ὢν. οὐδὲ γὰρ ἵππον καὶ ψέλια
- 10 χρυσᾶ καὶ σκευὴν ἔχη πολυτελεῆ αὐτὸς φαῦλος ὢν, τὸν τοιοῦτον ἄξιόν τινος νομιζόμεν εἶναι, ἀλλ' ὅς ἂν διακείμενος ἢ σπουδαίως, τοῦτον μᾶλλον ἐπαινοῦμεν. ὥσπερ γὰρ εἴ τις τῶν οἰκετῶν αὐτοῦ χείρων εἶη, καταγέλαστος ἂν γένοιτο, τὸν αὐτὸν τρόπον οἷς πλείονος ἄξιαν τὴν
- 15 κτῆσιν εἶναι συμβέβηκε τῆς ἰδίας φύσεως, ἄλλους τούτους εἶναι δεῖ νομίζειν. καὶ τοῦτο κατ' ἀλήθειαν οὕτως ἔχει· τίθει γὰρ, ὥσπερ φησὶν ἡ παροιμία, κόρος μὲν ὕβριν, ἀπαιδευσία δὲ μετ' ἐξουσίας ἄνοιαν. τοῖς γὰρ διακείμενοις τὰ περὶ τὴν ψυχὴν κακῶς οὔτε πλοῦτος οὔτε ἰσχύς
- 20 οὔτε κάλλος τῶν ἀγαθῶν ἐστίν· ἀλλ' ὅσῳ περ ἂν αὐταὶ μᾶλλον αἰ διαθέσεις καθ' ὑπερβολὴν ὑπάρξωσι, τοσοῦτω καὶ πλείω καὶ μείζω τὸν κεκτημένον βλέπτουσι χωρὶς φρονήσεως παραγενόμεναι.

Locus est in protrepticis maxime usitatus ac paene decantatus. Quae in vv. 15—20 leguntur, conveniunt cum eis

1) παραρτημάτων coni. Bernays. προειρημένων praebent etiam Maximus eclog. p. 584, 32 Comb. et flor. Laur. p. 225, 25 Mein., ubi idem locus recurrit. Sed rectius locum ab excerptore in brevius contractum esse cum ipso Bernaysio (p. 163) suspicaberis: ommissa sunt nonnulla in v. 3.!

quae Plato in protreptico exposuit (Euthyd. 281^{b-d}). Eadem reddidit Themistius in protreptico, quo de infra dicemus. De domino, qui suis servis deterior est (v. 12), Galenus loquitur in protreptico. Simillima etiam sunt ea, quae de divitiarum pretio protulit Boethius de consol. II, 5. Nonnulla exscribam:

„(l. c. § 45) iam vero pulchrum variis fulgere vestibus putas? quarum si grata intuitu species est, aut materiae naturam aut ingenium mirabor artificis. An vero te longus ordo famulorum facit esse felicem? qui si vitiosi moribus sint, perniciosa domus sarcina — —: sin vero probi, quonam modo in tuis opibus aliena probitas numerabitur? — — (§ 85) Quam vero late patet vester hic error qui ornari posse aliquid ornamentis existimatis alienis? At id fieri nequit. nam si quid ex appositis luceat, ipsa quidem quae sunt apposita laudantur, illud vero his tutum atque velatum in sua nihilominus foeditate perdurat — —.“

Aristoteles igitur mendacem felicitatis formam ostendens de eis quae hominibus videntur bona, re autem vera non sunt, disseruit. Haec, quae apud Stobaeum legimus, de divitiis¹⁾ maxime dicta sunt; probabile est Aristotelem quoque, sicuti multi alii protrepticorum auctores fecerunt, de ceteris rebus, quibus se homines adepturos felicitatem putant, copiosius dixisse. Fortasse ex protreptico hausit Boethius (de cons. III, 8) ea, quae de illorum bonorum vanitate ‘brevissime’²⁾ profert. Dicit enim III, 8, 4:

‘Quantis vero implicitaе malis sint, brevissime monstrabo. quid enim? pecuniamne congregare conabaris? sed eripies habenti: dignitatibus fulgere velis? danti supplicabis et qui

1) Repugnare inter se videntur ea quae Aristotelem de divitiis dixisse Zenon narrat apud Stob. fl. 95, 21 (locum exscripsi p. 236) et quae leguntur in protreptici fragmento apud Stob. fl. 3, 54 (vide p. 268). Sed. cf. quae de hac re exposuit Diels in *Archiv f. Gesch. d. Philos.* I, 4 p. 482 sq., qui rectissime quod apud Zenonem Crates refert, ab Aristotele in prooemio dicta esse suspicatus est.

2) Similia sunt quae *συντόμως* Pseudoplutarchus *περὶ παιδων ἀγωγῆς* cap. VIII docet. vide infra.

praeire ceteros honore cupis, poscendi humilitate vilesces: potentiamne desideras? subiectorum insidiis obnoxius periculis subiacebis: gloriam petas? sed per aspera quaeque distractus securus esse desistis: voluptariam vitam degas? sed quis non spernat atque abiciat vilissimae fragilissimaeque rei corporis servum? iam vero qui bona prae se corporis ferunt, quam exigua quam fragili possessione nituntur! num enim elephantos mole tauros robore superare poteritis, num tigres velocitate praeibitis? Respicite caeli spatium firmitudinem celeritatem et aliquando desinite vilia mirari. quod quidem caelum non his potius est quam sua qua regitur ratione mirandum. Formae vero nitor ut rapidus est ut velox et vernalium florum mutabilitate fugacior? Quodsi, ut Aristoteles ait, Lyncei oculis homines uterentur — — (vide supra p. 250) — igitur te pulchrum videri non tua natura sed oculorum spectantium reddit infirmitas (*ἀσθένεια*, Iambl. pr. VIII p. 134, 11). Sed aestimate quam vultis nimio corporis bona, dum sciatis hoc quodcunque miramini triduanæ febris igniculo posse dissolvi.¹

Manu tenetur protrepticus in his verbis. Nonnulla ad verbum redeunt in aliis protrepticis, velut apud Galenum, Plutarchum, quod infra apparebit.

Sed iam omissis eis quibus protreptici imaginem magis depravare quam refingere possumus, ea quae magna cum probabilitate Aristotelis libro tribuimus, paucis comprehendamus unumque sub aspectum subiciamus.

Aristotelis protreptico num dialogi nomen recte inditum sit, dubitari potest negaveruntque Hirzelius, Heitzius, Zellerus. Sed esse aliquid dialogi simile in libro, in quo adversarii locuntur ac refelluntur resque antea vituperata defenditur ac laudatur, sponte apparet. Accedit ut protrepticus cum in librorum Aristoteliorum indice apud Laertium Diogenem V, 21 loco duodecimo positus sit, dialogi speciem prae se ferre videatur. Nullus enim dubito quin recte Laertiani indicis naturam perspexerit Bernaysius (p. 131), qui dialogos ad librorum numeros dispositos primo loco enumerari contendit.¹) Itaque tres

1) Bernaysio assentitur etiam Diels p. 484.

fuerunt huius libelli partes: primum adversarii contra philosophiam disputaverunt, deinde hos refutavit Aristoteles ipse (Cic. ad Attic. XIII, 19, 4); tertiam denique partem explevit Aristotelis oratio ad philosophiam exhortativa.

Atque adversariorum gravissimum argumentum, ut supra p. 261 docui, fuit hoc: omnis scientia quae in contemplando posita est, non pertinet ad homines, cum ex omni scientia tantum redundet utilitatis quantum ea ad agendum uti possimus. Divites enim non sumus, si divitias novimus, sed si eis utimur, neque bene vivimus recte cognoscendo, sed recte agendo. Philosophia autem neque ipsa agens est neque ad agendum utilis. Sic mathematicus de geometria disputare quidem scit, agrum metiri nescit. Philosophi igitur ad disputandum quidem et rationibus argumentandum idonei sunt, exercere tamen artes et ad vitae usum adhibere nequeunt. Ergo philosophorum *φιλομάθεια* summis bonis caret, nempe actionibus (Iambl., comm. Pyth. III, p. 216 Vill. Procl. l. c. p. 25, 18).

Negaverunt praeterea adversarii, esse omnino naturae atque eorum quae iusta et utilia sint totiusque veritatis scientiam quam consequi possimus. Optime enim hoc apparere dicebant e philosophiae historia: nam etsi longo ex aevo homines philosophiae operam navarent, minime tamen philosophiam propectam esse, sed cum quisque philosophus reprobatis aliorum sententiis novae disciplinae conditor esse velit, nunquam promoveri hanc scientiam.

Refutationis Aristotelis quae fuerit summa, e commentatorum testimoniis et Hortensii fragmento (19) compertum habemus: frustra dixit Aristoteles adversarios philosophiam spernere, cum is ipse qui utrum philosophandum sit necne quaerat, philosophetur. Deinde philosophiam demonstravit pro scientia habendam esse eamque versari circa animum et naturales res ceteramque veritatem (Iambl. pr. 104—108, 20), hanc autem scientiam summum bonum esse, quod ea duce ad prudentiam veniamus. Philosophia igitur ante omnia appetenda est, cum sit *κτῆσις τε καὶ χρῆσις σοφίας* (ibid. p. 108—112).

Porro Aristoteles adversariis ostendit non eodem semper loco fuisse philosophiam, sed progressus fecisse inter homines quam maximos. Descripsit hoc loco philosophiae *γένεσιν*: ascendisse eam quae hominibus innata sit cogitandi facultatem paulatim ab rebus ad vitae usum necessariis et ab artibus ad voluptatem et cultum inveniendis ad summam rerum contemplationem (Iambl. in comm. Pyth. III p. 218, 27. Procl. p. 29, 1); itaque cum ad hanc contemplativam scientiam homines Thaletis demum temporibus (qui est *ὁ τῆς τοιαύτης φιλοσοφίας ἀρχηγός*, Metaph. 983^b 20) pervenerint, fit ut cognoscendi quidem studium antiquissimum, ea vero scientia quae cognoscendo acquiescat, recentissima appellanda sit. — Recensuit deinde Aristoteles veterum philosophorum doctrinas monstravitque quanta fuerit Socratis vis et auctoritas ad philosophiae studium propagandum (Cic. Tusc. disp. III p. 28, 69. Iambl. comm. Pyth. III p. 218, 27).

Postquam Aristoteles philosophiam etiam ad vitae usum utilissimam esse argumentis comprobavit, scientiam contemplativam per se eligendam esse demonstrare instituit, etiam si ad vitam humanam nihil emolumenti redundet (Iambl. pr. p. 148—152). Hanc sententiam longe gravissimam accurate defendit Aristoteles in exhortatione sua. Ad vivendum, ait, homines vulgares contemplativa scientia fortasse carere possunt: sed qui non qualibet ratione licet miserrima vivere vult, ad philosophiam accedat necesse est. Demonstravit hoc depicta vitae humanae condicione. Res enim humanae plenae sunt nugarum et animus noster, si aeterna contemplatur, ridet humana (Iambl. pr. p. 132 sqq.). Itaque ut fugiamus hominum errores ac vitia, acuendum est illud quod solum in nobis divinum est et immortale, mens quidem et intellegentia.

Philosophandum igitur nobis est, si solutis corporis com-pedibus caelestem viam ingressi vitam agere volumus in sidere illo cognato, in quo veritatem intuentes summaque ex contemplando gaudia percipientes perpetua perfruemur cognitione (Iambl. pr. p. 172 sq.).

Haec nunc sufficiant de Aristotelis protreptico. Iam pergo recensere philosophos quos scimus in exhortationibus scribendis philosophorum clarissimorum exempla esse secutos: qui etsi multi sunt, de libris tamen eorum paene nihil comperitum habemus.

Inter Cynicos protreptici auctor affertur *Monimus Syracusanus*, Diogenis discipulus, apud Laert. Diog. VI, 83 *γέγραφε δὲ παίγνια σπουδῆ ἡλεληθνία μεμιγμένα καὶ περὶ ὁρμῶν δύο καὶ προτρεπτικόν*. Nihil de Monimi libro accepimus.

Peripatetici non pauci in hoc genere tractando versati sunt. Inter quos primum tenet locum *Theophrastus*, Aristotelis discipulus. In Laert. Diog. catalogi (V, 49) parte tertia inter indices *περὶ τῆς θείας εὐδαιμονίας πρὸς τοὺς ἐξ Ἀκαδημίας* et *πῶς ἄριστ' ἂν πόλις οἰκοῖτο* legitur *Προτρεπτικός α*. Repetitur hic titulus in quarta parte, quae ut prima, ad litterarum ordinem est disposita eiusque videtur supplementum esse.¹⁾ — Testimonium de Theophrasti libro nusquam invenitur neque inter fragmenta est ullum, quod ex protreptico sumptum esse merito coniecero.

Sequitur *Chamaeleon Heracleota Ponticus* qui et ipse ex Aristotelis disciplina profectus est (Athen. IX, 406. X, 473). Eius protreptici semel Athenaeus mentionem fecit, haec referens (IV, 184^d):

ἔμελε δὲ τοῖς πάλαι πᾶσιν Ἑλλησι μουσικῆς. διόπερ καὶ ἡ αὐλητικὴ περισπούδαστος ἦν. Χαμαιλέων γοῦν ὁ Ἡρακλεώτης ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Προτρεπτικῷ Λακεδαιμονίου φησὶ καὶ Θεβαίους πάντας αὐλεῖν μανθάνειν, Ἡρακλεώτας τε τοὺς ἐν τῷ Πόντῳ καθ' ἑαυτὸν ἔτι, Ἀθηναίων τε τοὺς ἐμφανεστάτους Καλλιαν τε τὸν Ἴππονίκου καὶ Κριτίαν τὸν Καλλιόσχρον.

Chamaeleon igitur, homo liberalium artium et litterarum studiosissimus, in protreptico musicae quoque artis studium commendavit, utpote quod ad hominum animos excolendos et

1) de tabula Theophr. cf. Useneri *Analecta Theophr.*, D. Bonn. 1858.

ad humanitatem conformandos multum valeat. Itaque afferens viros inlustrissimos ac de re publica bene meritos horum exemplo quam veneranda sit musica ostendit. Facile igitur in protreptico dixerit Chamaeleon ea, quae Athen. XIII, 623 profert:

Κλεινίας γοῦν ὁ Πυθαγόρειος, ὡς Χαμαιλέον ὁ Ποντικὸς ἱστορεῖ, καὶ τῷ βίῳ καὶ τοῖς ἡθροῖσι διαφορῶν, εἴ ποτε συνέβαινε χαλεπαίνειν αὐτὸν δι' ὄργην, ἀναλαμβάνων τὴν λύραν ἐκιδάριζε· πρὸς δὲ τοὺς ἐπιζητοῦντας τὴν αἰτίαν ἔλεγε· πρᾶϋνομαι.

Quatenus igitur ad colendos animos musica apta esset, Chamaeleon eam discipulis suis exercendam in hoc libro proposuit; minime autem e protreptico petita sunt quae de labente musica narravit ex Chamaelete Athenaeus (XIV, 628^d. XIII, 600. IX, 390). Haec enim, quae ad historiam attinent, in libro *περὶ κωμῳδίας* locum tenuerunt multo aptiorem.

Aristo Ceus Peripateticus num protrepticum scripserit, parum constat. Panaetium et Sosicratem si sequimur, ex omnibus libris, quos Laert. Diog. VII, 163 Aristoni Chio Stoico tribuit, quattuor tantum epistulae ad Cleanthem scriptae Stoici fuerunt, reliqui omnes Peripatetici.

Res est difficillima. Panaetii enim de librorum philosophorum fide iudicium acutum quidem, sed haud raro iniquum fuisse scimus; verumne autem in hac re an falsum sit, explorare nequimus, quod in veterum testimoniis, quibus nitimur, ab antiquissimis temporibus nomina Chius et Ceus (vel Cius, vide Ritschel. Opusc. I, 555 not.) miserrime confusa sunt. Multis etiam locis nomen tantum Aristo legebatur, quibus augebatur perturbatio. Tertium vero accedit, id quod omnium ambiguitatum mihi fons videtur esse. Horum enim philosophorum cum nomina tum ingenia similia sunt. In utroque enim invenitur studium et amor cynicae philosophandi rationis. Aristo Peripateticus appellatur Bionis Borysthenitae *ζηλωτής* a Strabone (X, 5, 6), Aristo Chius Cynicae sectae se imitatore significat, cum in Cynosarge disseruerit (Laert. Diog. VII, 3, 161). Aristo

Ceus composuit dialogum qui inscribatur Lycon, quem Plutarchus (de aud. poet.1) cum Aesopi fabulis et Heraclidis Pontici libro Ἰβραῖς affert¹⁾; porro Cei ἔρωτικὰ ὁμοία laudantur apud Athenaeum saepius (v. indic.), quae siquidem recte se habet Panaetii et Sosicratis iudicium, apud Laert. Diog. (VII, 163) appellantur ἔρωτικαὶ διατριβαί. Distinguenda sunt²⁾ ab his τὰ τοῦ Ἀρίστωνος ὁμοιώματα, e quibus Stobaeus in florilegio Aristonis dicta affert. Has enim similitudines recte Ritschelius³⁾ tribuit Stoico, a quo non scriptae, sed ex cuius usu ac ratione a discipulis collectae et editae sunt.

Itaque cum utrumque philosophum in docendi ratione Cynico isto more per comparationes ac similitudines res morales explicandi et definiendi usum esse videamus, fit ut quaestio per se lubrica plane perturbetur verumque sit illud quod vir doctus in Biblioth. phil. Walchii dixit: „*sich um die Theorie der Aristone interessieren, hießse für oder wider einen Schatten fechten.*“ Ac profecto plane contrariae sunt virorum doctorum de tabula apud Laert. VII, 2, 7 sententiae: Krischius (*Unters.* p. 405) omnes libros Chio tribuit, Hubmannus (in Jahn. annal. suppl. III, 1834) rursus omnes dedit Ceo, neuter vero iudicium suum argumentis satis confirmare potuit. Interim Sauppius (in Philodemi de vitiis libro, ed. Sauppius 1853, p. 6) demonstravit librum ὑπὲρ κενοδοξίας re vera a Peripatetico scriptum esse, Zellerus (II, 2, 925) vero recte monet non omnes libros eo loco a Laertio laudatos a Peripatetico scriptos esse posse.

Mitto has quaestiones, inutiles illas ad rem nostram. Libri Stoici et Peripatetici ab antiquis scriptoribus confusi sunt sive quod nomina permutata erant sive quod horum philosophorum libri eodem titulo inscripti circumferebantur: inter quos protrepticus fortasse fuit. Nam quod Krischius Aristonis protrepticum cum aliorum Stoicorum protrepticis composuit, ut eum a Stoico scriptum esse doceret, poterat vir doctus etiam Peripateticos protrepticorum scriptores

1) Ritschelii Opusc. I p. 551—559.

2) Hirzel, *Unters.* II, 1 p. 31 not. 2.

3) Ritschel, l. c. p. 558.

nominare. Perverse autem de hac re disseruit Hubmannus (l. c. § 10), qui ut Aristonem Chium protrepticum non scripsisse probaret, hunc Senecae locum attulit, qui est in Epist. 89, 13:

„Ariston Chius non tantum supervacuas esse dixit naturalem et rationalem (sc. partem philosophiae), sed etiam contrarias. Moralem quoque, quam solam reliquerat, circumcidit: nam eum locum, qui monitiones continet, sustulit et paedagogi esse dixit, non philosophi.“ Eodem fonte usus Sext. Emp. adv. math. VII, 12:

Ἀρίστων ὁ Χίος οὐ μόνον, ὡς φασι, παρητεῖτο τήν τε φυσικὴν καὶ λογικὴν θεωρίαν διὰ τὸ ἀνωφελὲς καὶ πρὸς κακοῦ τοῖς φιλοσόφοις ὑπάρχειν, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἡθικοῦ τόπου τινὰς συμπεριέγραψε καθάπερ τὸν τε παραινειτικὸν καὶ τὸν ὑποθετικὸν τόπον· τούτους γὰρ εἰς τίτθας ἂν καὶ παιδαγωγοὺς πίπτειν.

Contempsit igitur Ariston, ut ait Seneca in ep. 94 init., praecipuam partem philosophiae, id est monitoris singula praecepta (ep. 94, 8) ‘sic incede, sic coena, hoc viro, hoc feminae, hoc marito, hoc caelibus convenit’, nec vero universam ad philosophiam exhortationem sprexit (cf. ep. 94, 21 extr.): immo tantam exhortationibus vim attribuit, ut earum ope singula praecepta supervacanea fieri existimaret. Hanc ob causam orationem exhortatoriam summopere ab Aristone excultam esse persuasum habeo.¹⁾ Ipse ad virtutem incitare tantum philosophi esse statuit, ut exclamaret: *ὄφελεν καὶ τὰ θηρία λόγων συνιέναι κινητικῶν πρὸς ἀρετήν* (Plutarch. II p. 948, 28 Duebn.). Virum autem ad exhortandum maxime idoneum fuisse ob dicendi vim et eloquentiae dulcedinem e veterum testimoniis discimus, qui Aristonem laudant *πειστικὸν ἄνδρα* (Laert. Diog. VII, 161. Aelian. v. h. III, 33) eique cognomen *Σειρήν* indiderunt. Non igitur dubito quin Aristo Stoicus protreptici fuerit auctor. Accedit quod Stoici inter ceteros philosophos in hoc litterarum genere excelluerunt.

1) quasnam res Aristo in exhortatione sua tractaverit, optime colliges e Senecae loco in ep. 94, 7 et 8, quae verba Aristonis sunt.

Atque inter Zenonis quidem scripta protrepticus non invenitur, Persaei autem Cittiei, Zenonis auditoris, memorantur *προτρεπτικοί* apud Laert. Diog. VII, 36. Persaeus Halyconea, Antigoni filium, erudit; cui fortasse protrepticos dedicavit.

Nihil deinde scimus de Cleanthis Assii protreptico, quem inter eius ethica scripta laudat Laert. Diog. VII, 174. Utebatur Cleanthes oratione figuris crebra ac distincta multisque poetarum locis ornata (Sext. Emp. adv. math. III, 9. Cic. de fin. II, 69), quare libri eius *βιβλία κάλλιστα* apud Diogenem (VII, 178) appellantur. De paraenetica philosophiae parte mitius iudicavit quam Aristo, ut ait Seneca in ep. 94,4 (fragm. eth. 20 Wachsm.): 'Cleanthes utilem quidem iudicat et hanc partem, sed imbecillam, nisi ab universo fluit, nisi decreta ipsa philosophiae et capita cognovit.' Virtutem doceri posse in protreptico explicavit, si quidem hoc concludere licet ex Diogenis verbis VII, 91: *διδασκῆν τε εἶναι αὐτὴν, λέγω τὴν ἀρετὴν, καὶ Χρύσιππος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τέλους φησὶ καὶ Κλεάνθης καὶ Ποσειδώνιος ἐν τοῖς προτρεπτικοῖς καὶ Ἐκάτων.* — Ex ethicis fragmentis nullum ausim protreptico vindicare, cum plurima ita comparata sint, ut compluribus libris possint assignari.

In Cleanthis locum successit Chrysippus, qui ut omnes philosophiae locos tractavit, sic in protrepticorum genere munus suum praestitit. Quinque enim apud Plutarchum libri Chrysippeii laudantur qui protrepticorum naturam ostendunt, quanquam titulum genuinum nescimus. Plutarchus libros hoc modo citavit: Chrysippus *ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τοῦ προτρέπεσθαι* (de comm. not. 5 = 1297, 30 Duebn. de Stoic. rep. 30 = 1282, 15), *ἐν τοῖς περὶ τοῦ προτρέπεσθαι* (de Stoic. rep. 14 = 1271, 23), contra *τῶν προτρεπτικῶν* liber primus et tertius nominatur (ibid. 17 = 1274, 13 sq.) et *ἐν τῷ τῶν προτρεπτικῶν* dicit (ibid. 22 = 1278, 10), ubi libri numerum per errorem excidisse manifestum est.

Chrysippus igitur duo opera confecit, unum *περὶ τοῦ προτρέπεσθαι*, alterum quod inscribatur *προτρεπτικοί*; in

priore de arte cohortandi disseruit, in altero exemplum protreptici dedit.

Quae Plutarchus e libris *περὶ τοῦ Προτρέπεσθαι* affert, haec sunt: De Stoic. rep. 14 = 1271, 21:

πολλαχοῦ μὲν τοιοῦτός ἐστιν (sc. ὁ Χρύσιππος). ἐν δὲ ταῖς πρὸς ἑτέρους ἀντιλογίαις ἤμιστα φροντίζει τοῦ μηδὲν εἰπεῖν ἐναντίον ἑαυτῷ καὶ διάφωρον. Ἐν γοῦν τοῖς περὶ τοῦ Προτρέπεσθαι, τοῦ Πλάτωνος ἐπιλαμβανόμενος λέγοντος, ὅτι τῷ μηδὲ μαθόντι μηδ' ἐπισταμένῳ ζῆν, λυσιτελεῖ μὴ ζῆν, ταῦτ' εἶρηκε κατὰ λέξιν.

ὁ γὰρ τοιοῦτος λόγος καὶ ἑαυτῷ μάχεται καὶ ἤμιστά ἐστι προτρεπτικός. Πρῶτον γὰρ παραδεικνύων ὅτι κράτιστον ἡμῖν ἐστι τὸ μὴ ζῆν, καὶ τρόπον τινὰ ἀποθνήσκειν ἀξιῶν, πρὸς ἕτερά τινα μᾶλλον ἡμᾶς προτρέπεται ἢ τὸ φιλοσοφεῖν. οὐ γὰρ ἐστι μὴ ζῶντα φιλοσοφεῖν, οὐδὲ μὴ πολὺν χρόνον ἐπιζήσαντα κακῶς καὶ ἀπειρώς, φρόνιμον γενέσθαι. καὶ παρελθῶν δὲ φησιν ὅτι καὶ τοῖς φάυλοις καθήκει μένειν ἐν τῷ ζῆν. καὶ εἶτα κατὰ λέξιν πρῶτον γὰρ ἡ ἀρετὴ ψιλῶς οὐδὲν ἐστι πρὸς τὸ ζῆν ἡμᾶς, οὕτω δ' οὐδ' ἡ κακία οὐδὲν ἐστι πρὸς τὸ δεῖν ἡμᾶς ἀπιέναι.'¹⁾

Ex hoc fragmento apparet Chrysippum in libris *περὶ τοῦ Προτρέπεσθαι* de Platonis exhortandi arte iudicasse. Quae enim contra Platonem hoc loco protulit, ad protrepticum pertinent, quem Plato in Euthydemo praebuit. In Euthydemo (281^{b-e}) enim Socrates Cliniae demonstrat nullam rem bonum appellari posse qua uti nesciamus eisque nos melius rebus caesere, quibus perverse utamur (281^d 289^{a-b}), qua ex ratione effici cogique potest ut, qui vita uti nesciat, melius non vivat. Atque haec est eadem argumentatio quam adhibuit Clitophon Socratis protrepticam orationem imitans (408): *καὶ τελευτᾷ δὴ καλῶς ὁ λόγος οὗτός σοι, ὡς ὅστις ψυχῇ μὴ*

1) Cf. de Stoic. rep. 18, 1, ubi Chrysippus haec dicit: *λυσιτελεῖ ζῆν ἄφρονα μᾶλλον ἢ μὴ βιοῦν κἂν μηδέποτε μέλλῃ φρονήσειν.* Hanc sententiam Chrysippum protulisse in *περὶ φύσεως* libr. III, efficitur ex alio Plut. loco, de comm. not. 12, 4 (= 1302, 25). Cf. etiam ibid. 11, 8.

ἐπίσταται χρῆσθαι, τούτῳ τὸ ἄγειν ἡσυχίαν τῇ ψυχῇ καὶ μὴ ζῆν κρείττον ἢ ζῆν πράττοντι καθ' αὐτόν.

Hoc igitur Platonis Chrysippus dicit minime esse προ-
τρπητικόν. Sed pugnancia in libris suis proposuit, si Plu-
tarchum audiamus, qui hoc modo pergit:

Καὶ μὴν οὐχ ἕτερα δεῖ βιβλία διειληῆσαι τοῦ Χρυσίππου
τὴν πρὸς αὐτὸν ἐνδεικνυμένον μάχην· ἀλλ' ἐν αὐτοῖς τούτοις
ποτὲ μὲν τοῦ Ἀντισθένης ἐπαινῶν προφέρεται τὸ 'Δεῖν
κτᾶσθαι νοῦν ἢ βρόχον'. καὶ τοῦ Τυρταίου τὸ 'Πρὶν ἀρετῆς
πελάσαι τέρμασιν, ἢ θανάτου'. καίτοι τί ταῦτα βούλεται δη-
λοῦν ἄλλο, πλὴν ὅτι τὸ μὴ ζῆν λυσιτελέστερόν ἐστι τοῦ ζῆν
τοῖς κακοῖς καὶ ἀνοήτοις; ποτὲ δὲ τὸν Θέογγιν (175 sq.) ἐπαν-
ορθούμενος 'οὐκ ἔδει', φησὶν, 'εἰπεῖν'· χρῆ πενίαν φεύγοντα
μᾶλλον δὲ· 'χρῆ κακίαν φεύγοντα, καὶ ἐς βαθυκῆτα πόντον
ῥίπτειν καὶ πετρῶν, Κύρνε, κατ' ἡλιβάτων''.

Eandem Chrysippi discrepantiam Plutarchus tractavit de
comm. not. 22, 8 (1308, 23 Duebn.): τὸν τοίνυν Θέογγιν αὐτοὶ
παντελῶς ἀγενῆ καὶ μικρὸν ἡγοῦνται, λέγοντα· χρῆ πενίην
κτέ — οὕτως ἀποδειλῶντα πρὸς τὴν πενίαν ἀδιάφορον οὔσαν·
ἀλλ' αὐτοὶ γε ταῦτα πεζῶ λόγῳ παρακαλεῦνται, καὶ λέγουσιν
ὅτι χρῆ νόσον φεύγοντα μεγάλην καὶ ἀλγηδόνα σύντονον, ἐὰν
μὴ παρῆ ξίφος ἢ κώνειον, εἰς θάλατταν ἀφῆναι καὶ κατὰ
πετρῶν ῥίπτειν ἑαυτόν. ὧν οὐδέτερον βλαβερόν οὐδὲ κακὸν
οὐδ' ἀσύμφορόν ἐστιν, οὐδὲ κακοδαίμονας ποιεῖ τοὺς περι-
πίπτοντας.

Reliqua, quae ex his libris Plutarchus affert, pertinent ad
Stoicorum προηγμένα, de quibus alia in libris περὶ Ἀγαθῶν
alia in primo libro περὶ τοῦ Προτρέπεσθαι Chrysippum ex-
ponere Plutarchus contendit. Audi ipsum:

de Stoic. rep. 30, 5: 'οὐδὲν εἶναι φησι (ὁ Χρ.) τούτων (sc.
τῶν προηγμένων) καθόλου πρὸς ἡμᾶς ἀλλ' ἀποσπᾶν τὸν λό-
γον ἡμᾶς καὶ ἀποστρέφειν ἀπάντων τῶν τοιούτων'. Ταῦτα
γὰρ ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τοῦ Προτρέπεσθαι γέγραφεν.

In eodem libro de summo bono haec dixit: de comm.
not. 5, 2 (1297, 29): 'ἐν τῷ κατ' ἀρετὴν βιοῦν μόνον ἐστὶ τὸ

εὐδαιμόνως, τῶν ἄλλων, φησὶν, οὐδὲν ὄντων πρὸς ἡμᾶς οὐδ' εἰς τοῦτο συνεργούντων'.

Simili modo Plutarchus ex protrepticis locos composuit quos inter se repugnare dicit. De Stoic. rep. 17, 2 (= 1274, 14) Chrysippum vituperat quod in tertio libro τῶν Προτρεπτικῶν, τὸν περὶ ἀγαθῶν καὶ κακιῶν λόγον, ὃν αὐτὸς εἰσάγει καὶ δοκιμάζει 'συμφωνότατον εἶναι φησι τῷ βίῳ καὶ μάλιστα τῶν ἐμφύτων ἅπτεσθαι προλήψεων'. Ταυτὶ γὰρ ἐν τῷ τρίτῳ τῶν Προτρεπτικῶν εἴρηκεν. Ἐν δὲ τῷ πρώτῳ τοῦτον τὸν λόγον, φησὶν, ἀπὸ τῶν ἄλλων ἀπάντων ἀφέλκειν τὸν ἄνθρωπον, ὡς οὐδὲν ὄντων πρὸς ἡμᾶς οὐδὲ συνεργούντων πρὸς εὐδαιμονίαν οὐδέν'.

In protrepticis etiam haec dixit Chrysippus, teste Plutarcho de Stoic. rep. 22 (1278, 10): καὶ τὸ μητράσιν ἢ θυγατράσιν ἢ ἀδελφαῖς συγγενέσθαι, καὶ τὸ φαγεῖν τι, καὶ προελθεῖν ἀπὸ λεχοῦς ἢ θανάτου πρὸς ἱερὸν διαβέβληται· καὶ πρὸς τὰ θηρία φησὶ δεῖν ἀποβλέπειν καὶ τοῖς ὑπ' ἐκείνων γενομένοις τεκμαίρεσθαι τὸ μηδὲν ἄτοπον μηδὲ παρὰ φύσιν εἶναι τῶν τοιούτων· εὐκαίρως γὰρ πρὸς ταῦτα γίνεσθαι τὰς τῶν ἄλλων ζῳῶν παραθέσεις, εἰς τὸ μήτε συγγινόμενα μήτε γεννιῶντα μητ' ἐπαποθνήσκοντα ἐν τοῖς ἱεροῖς μιαίνειν τὸ θεῖον'.¹⁾

Chrysippi libros similes inter se fuisse elucet, si comparas locos Plutarchi 1297, 29. 1282, 12. 1274, 10. Quod complures et diversos libros protrepticos composuit, non admodum mirum in hoc philosopho, de quo Galenus (V p. 214 K.): Χρυσίππῳ μὲν γὰρ καὶ τοῦτο φίλον, οὐ δις ἢ τρις, ἀλλὰ καὶ τετράκις ἐνίοτε καὶ πεντάκις ὑπὲρ τῶν αὐτῶν ἐν διαφερούσαις πραγματείαις διέρχεσθαι (cf. Laert. Diog. X, 27).

Unum certe ex his fragmentis discimus: Chrysippum etiam in protrepticis eundem se auctorem praebuisse qualem e reliquis eius libris novimus. Ne igitur putemus Chrysippum in exhortationibus orationis quadam dulcedine vel vivida et artificiosa exhortandi ratione animos adolescentium permovisse,

1) de his verbis cf. Zellerum, *hist. phil. Gr.* III, 1, 281.

immo demonstrandi refutandi opponendi occasionem acutum ingenium etiam his in libris praestitit. Chrysippus cum immensam rerum tractandarum molem sibi proposuisset et admirabili laboris assiduitate multis libris Zenonis et Cleanthis doctrinam ab illis imperfecte acceptam firmare, emendare, contra adversariorum vituperationes defendere conatus esset, non potuit pari modo philosophiae adferre orationis concinnitatem atque elegantiam. Accedebat quod Chrysippi temporibus magnae inter Academicos et Stoicos exortae erant discordiae, cum Carneades acerrima disputandi dexteritate et ingenii acumine praeditus, Stoicorum disciplinam plane evertere studeret: nec minus inter Chrysippum et Epicurum magnae intercedebant concertationes, quas ob res Chrysippi oratio semper pugnaz videtur fuisse et quasi bellatoria. Si igitur Chrysippus eo dicendi genere, quod descripsit Cicero ¹⁾ de orat. III, 18, in his quoque libris usus est, protrepticos eius longe a propria sua natura atque indole remotos fuisse putabimus.

Supra dixi concertationes intercessisse inter Chrysippum et Epicurum. Apud Laert. Diog. X, 26 hoc legimus: *ἔζηλον δ' αὐτὸν* (sc. Epicurum) *Χρῦσιππος ἐν πολυγραφίᾳ, καθά φησι καὶ Καρνεάδης, παράσιτον αὐτὸν τῶν βιβλίων ἀνακαλῶν*. Memorabile hoc videtur, quod etiam protreptici exemplum Epicurus edidit (Laert. Diog. X. 27). Nihil quidem de eo comperit habemus. Ut tamen quo modo Epicurus ad philosophiam exhortatus sit, cogitare possimus, locos nonnullos ex epistula ad Menoeceum data proponam, qui ad protreptici naturam proxime accedunt.

Laert. Diog. X, 122 (Usener Epicur. p. 59): *Μῆτε νέος τις ὢν μελλέτω φιλοσοφεῖν, μήτε γέρων ὑπάρχων κοπιάτω φιλοσοφῶν. οὔτε γὰρ ἄωρος οὐδεὶς ἐστὶν οὔτε πάρωρος πρὸς τὸ κατὰ ψυχὴν ὑγιαῖνον. ὁ δὲ λέγων μήπω τοῦ φιλοσοφεῖν ὑπάρχειν ἢ παρελήλυθεναι τὴν ὥραν ὁμοίως ἐστὶ τῷ λέγοντι*

1) Cicero de orat. III, 18: Stoici orationum genus habent fortasse subtile, certe acutum: sed, ut in oratore, exile, inusitatum, abhorrens ab auribus vulgi, obscurum, inane, ieiunum, ac totum eiusmodi quo uti ad vulgus nullo modo possis.

πρὸς εὐδαιμονίαν ἢ μήπω παρεῖναι τὴν ὥραν ἢ μηκέτ' εἶναι. ὥστε φιλοσοφητέον καὶ νέω καὶ γέροντι. κ. τ. λ.

Ibidem 132 (Usener p. 64). Οὐ γὰρ πότοι καὶ κῶμοι συνειρόντες οὐδ' ἀπόλαυσις παιδῶν καὶ γυναικῶν καὶ ἰχθύων καὶ τῶν ἄλλων, ὅσα φέρει πολυτελὴς τράπεζα, τὸν ἠδὺν γεννῆ βιον, ἀλλὰ νήφων λογισμὸς καὶ τὰς αἰτίας ἐξερευνῶν πάσης αἰρέσεως καὶ φυγῆς καὶ τὰς δόξας ἐξελαύνων, ἐξ ὧν πλεῖστος τὰς ψυχὰς καταλαμβάνει θόρυβος. Τούτων δὲ πάντων ἀρχὴ καὶ τὸ μέγιστον ἀγαθὸν φρόνησις. διὸ καὶ φιλοσοφίας τιμιώτερον ὑπάρχει φρόνησις, ἐξ ἧς αἱ λοιπαὶ πᾶσαι περὺκασιν ἀρεταί κ. τ. λ.

Memorable est etiam fragmentum (116 apud Usenerum) epistulae ad Anaxarchum missae: ἐγὼ δ' ἐφ' ἠδονὰς συνεχεῖς παρακαλῶ, καὶ οὐκ ἐπ' ἀρετὰς κενὰς καὶ ματαιὰς καὶ ταραχίωδεις, ἐχούσας τῶν καρπῶν τὰς ἐλπίδας.

Pervenimus ad Posidonii protrepticos. Posidonii praeceptor Panaetius primus relicta veterum Stoicorum sentiendi asperitate et loquendi acerbitate in scribendo popularem quandam elegantiam amplexus est, qua philosophiam ex eruditorum umbraculis ad solem produxit. Amplificatis igitur paulo Stoicae rationis finibus adiit in disserendo ad Socratis et Platonis venustatem illamque suavitatem, qua Academici et Peripatetici florebant (Cic. de fin. IV, 28 de off. II, 10). Ac multo magis Posidonius qua erat multiplici variaque doctrina, conciliandis philosophorum placitis indulsit missisque Stoicorum paradoxis philosophiam ad vitam hominumque usum fructuosam reddere studuit.

Ex his, quae dixi, facile intellegitur Posidonium in ea philosophiae parte, quae est de moribus, non neglexisse τὸν παραινετικὸν τόπον. Audivimus severiores Stoicos, velut Aristonem, eum locum qui monitiones contineat, sustulisse, Cleanthem imbecillam hanc partem iudicasse, nisi decreta philosophiae cum ea coniuncta essent: Posidonius vero longum ei spatium concessit. Seneca in epist. 95, 65 de hac re haec habet:

‘Posidonius non tantum praeceptionem — nihil enim nos hoc verbo uti prohibet — sed etiam suasionem et consolationem et exhortationem necessariam iudicat’.

Quid significant notiones praeceptio, suasio, consolatio, exhortatio, breviter illustrandum est. Praeceptio est is „locus qui monitiones continet“ (Seneca epist. 89, 13) vel ὁ *παραινετικός*, quod Seneca ipse dicit in epist. 95, 1.

Distinguitur altera pars quae appellatur ‘suasio’, graece ὁ *ὑποθετικός*, id est (Seneca epist. 94, 1) ea pars philosophiae, quae dat propria cuique personae praecepta. Deinde Graecorum *παρὰμνητικός* minus recte apud Senecam vertitur consolatio (Seneca epist. 39, 49. 94, 21. 95, 34. 65 et saepius). Quid enim Graecis philosophis sit ὁ *παρὰμνητικός*, cognoscitur ex Eudori definitione apud Stobaeum in Ecl. II p. 44 Wachsm. ‘ὁ *παρὰμνητικός* ὁ περὶ τῶν ἀλλοτριούντων ἀποτινων πράξεων’. Itaque rectius Seneca in epist. 94, 39 τὸν *παρὰμνητικόν* interpretatus est ‘consolationes dissuasionisque’.¹⁾ — Denique exhortatio est ὁ *προτρεπτικός λόγος*, quem ne Aristo quidem reicere ausus est, ut supra demonstravi (p. 276).

Posidonius igitur cum protreptico locum concederet in philosophiae parte morali, ipse *Προτρεπτικούς* scripsit teste Laertio Diogene (VII, 54, 91), quo loco eum in protrepticis virtutem doceri posse explicasse Diogenes narrat. Idem alio loco (VII, 66, 129) de his libris haec habet: *Λοκεῖ δ’ αὐτοῖς* (sc. *τοῖς Στωικοῖς*) *μήτε διὰ τὴν διαφωνίαν ἀφίστασθαι φιλοσοφίας, ἐπεὶ τῷ λόγῳ τούτῳ προλήψειν ὅλον τὸν βίον, ὡς καὶ Ποσειδώνιος φησιν ἐν τοῖς Προτρεπτικοῖς*. Habemus sententiam vere protrepticam! Minime enim haec ad solam Scepticorum *διαφωνίαν* (Laert. Diog. IX, 88. Sext. Emp. Hypot. I, 165), sed omnino ad philosophorum dissensiones pertinet, quibus ne quis deterreatur quominus ad philosophiam accedat, Posidonius monet.

Sed percommode accidit quod, cum Seneca in epistula 90. Posidonii protrepticum tractaverit, accuratius illorum librorum

1) de hac re disseruit Bernays. de Philonis Hypotheticis; *Abhandlungen* I p. 268 adnot.

naturam et argumentum cognoscere nobis licet. Nam etsi Seneca eo loco libri titulum e quo Posidonii sententias affert, non nominavit, ne minima quidem dubitatio est, quin de protreptico Senecam verba facere Bakius¹⁾ recte coniecerit.

Posidonius igitur in protreptico philosophiam laudavit artium inventricem, quae quibus vita cotidiana utitur hominibus comparavit. Quo enim modo vita hominum singulis aetatibus exulta fuerit, quae morum mutationes inter homines exstiterint, breviter descripsit eo modo, ut quae philosophiae erga homines beneficia essent et quantam eis utilitatem attulisset, uno in conspectu omnes viderent.

Persequamur Posidonii sententias quantum ex Senecae epistula elici possunt.

Aurea aetate, ait, homines cum naturam incorrupti sequerentur, melioris arbitrio se commiserunt, penes sapientes igitur regnum fuit. (§ 5) „Hi continebant manus et infirmiore a validioribus tuebantur. suadebant dissuadebantque et utilia atque inutilia monstrabant. horum prudentia, ne quid deesset suis, providebat. fortitudo pericula arcebat. beneficentia augebat ornabatque subiectos. officium erat imperare, non regnum. nemo quantum posset, adversus eos experiebatur, per quos coeperat posse, nec erat cuiquam aut animus in iniuriam aut causa, cum bene imperanti bene pareretur nihilque rex maius minari male parentibus posset, quam ut abirent e regno.“ Postquam deinde in vitia delapsi homines regnaque in tyrannidem conversa sunt, sapientes invenerunt leges. Itaque Solon in septem illius aevi sapientium numero habebatur et Lycurgus si eadem aetas tulisset, illi numero accessisset octavus. —

Hactenus Seneca Posidonio adsentitur. Sed longius progreditur Posidonius. Dicit enim philosophiam etiam instrumentorum ad cotidianum usum necessariorum fuisse opificem artiumque vilissimarum inventricem. Delectavit scilicet magnum virum multis litteris variisque eruditionibus ornatum, de hominum instrumentis, quibus in vita utuntur, paulo fusius dicere

1) Bakius, de Posidonio Rhodio p. 33.

quam necesse erat. Itaque accuratius exposuit philosophiam docuisse tecta moliri, sapientes excogitavisse ferramenta fabrilis, eosdem invenisse ferri metalla et aerea, corporum tegumenta fomentaque, artem texendi et arandi et coquendi, alias permultas res, quas enumerare longum est.

Pergit Seneca (§ 25): 'Omnia', inquit (sc. Posidonius), 'haec sapiens quidem invenit: sed minora, quam ut ipse tractaret, sordidioribus ministris dedit'. Inferioris igitur sapientiae quasi fructus haec inventa Posidonius dixit. Adde quae in § 30 leguntur: Non abduxit, inquam, se, ut Posidonio videtur, ab istis artibus sapiens, sed ad illas omnino non venit.

Iam credo apparere quid sibi voluerit Posidonius, cum has res in protreptico tractaret. Posidonius sapientiam et philosophiam idem esse dixerat ob eamque causam utramque eodem tempore apud homines coortam esse statuit. Nec vero Posidonius philosophiam procedente tempore paulatim adolevisse et magis magisque ab hominibus excultam esse negavit, immo ipsum hoc demonstrare conatus est, quod e §§ 25 et 30 recte efficitur.¹⁾ Scientia enim illa philosophica quam dii ipsi hominibus tribuerunt (Seneca, l. c. § 1), primum quidem artes excogitavit, deinde inventis instrumentis quibus homines uterentur ut vitam excolerent, ad difficiliora et altiora progressa est.

Iam conféras cum hac Posidonii argumentatione ea quae Aristoteles in protreptico exposuit testibus Iambl. comm. Pyth. III, 218, 27 et Proclo in Eucl. p. 29, 1 (supra p. 266 sq.): et inter hos protrepticos necessitudinem intercedere senties. Aristoteles enim in libro suo philosophandi quasi infimum gradum significaverat ingenii illam vim, quae res necessarias ex-

1) Corrigenus igitur est Hirzelius, *Unters.* III p. 347, 3, qui cum fragmenta illa Aristotelis protreptici non nosset, rem non perspexit. Ceterum ne Seneca quidem philosophiae initia et incrementa esse negavit: hoc tantum cognoscendi studium, quod hominibus insitum est, negat unquam instrumentorum ad usus necessarios fuisse opificem (cf. apud Senecam l. c. § 25).

cogitavit et invenit, ex qua paulatim ad veritatem contemplandam philosophia ascendit. Eundem autem sapientiae finem a Posidonio statutum esse, optime e Clementis Alexandrini verbis elucet hisce (in Strom. II, 416):

ἐπὶ πᾶσι τε ὁ Ποσειδώνιος (sc. τὸ τέλος εἶναι ἔφη) τὸ ζῆν θεωροῦντα τὴν τῶν ὄλων ἀλήθειαν καὶ τάξιν καὶ συγκατασκευάζοντα αὐτὸν κατὰ τὸ δυνατόν, κατὰ μηδὲν ἀγόμενον ὑπὸ τοῦ ἀλόγου μέρους τῆς ψυχῆς.

In protreptico igitur maxime puto apparuisse τὸ ἀριστοτελίζον quod in Posidonii libris invenit Strabo (III p. 104). Atque haec sententia, quae sponte se offert, aliis argumentis confirmatur.

Posidonius in protreptico, sicuti res tulit, philosophiam summis laudibus extulit; dixit προλήψειν ὄλον τὸν βίον, si recedamus a philosophia: omne igitur ingenium ad philosophiae gloriam laudemque adhibuit. Ciceroni adrisisse has philosophiae laudes orationis quadam altitudine prolatas, facile credimus: easdem a Cicerone in suum usum conversas esse etiam demonstrabimus. Cicero enim in libris suis philosophicis et maxime in Tusculanis disputationibus nonnullis locis occasione oblata inseruit laudationes philosophiae, haud apte saepius illas in sententiarum ordinem inclusas, sed ab auctore ut videtur studio et amore adpersas. Qui loci omnes ita sunt comparati, ut Ciceronem eos e Posidonii protreptico petivisse pro certo affirmari possit. Velut quae legitur philosophiae laus in Tuscul. disp. I, 25, 61—64, plane ad eandem redit argumentationem, qua accuratius explanata et illustrata Posidonius usus est Seneca teste in epist. 90, 7 sqq. Sed longius progredi licet. Neque enim Cicero tantum et Posidonius consentiunt, sed tertius accedit Aristoteles (Procl. in Eucl. p. 29, 1; Iambl. comm. Pythag. III, p. 218, 27. 218, 41). Locos igitur existare dicimus, in quibus et Aristotelis et Posidonii protreptici cum Ciceronis philosophiae laudibus, quas libris suis sparsim inseruit, optime conveniunt.

Exempla proponam.

<p>Cicero in Tusc. I, 61 sqq. Quid? illa vis, quae tandem est — — — Omnes magni; etiam superiores, qui fruges, qui vestitum, qui tecta, qui cultum vitae, qui praesidia contra feras invenerunt: a quibus mansuefacti et ex culti, a necessariis artificiis ad elegantiora defluximus. Nam et auribus oblectatio magna parta est, inventa et temperata varietate et natura sonorum.</p>	<p>Posid. apud Senec. ep. 90, 7. illa (philosophia) — — docuit tecta moliri... textrini quoque artem a sapientibus inventam dixit etc. ib. 90, 25. 'omnia' inquit (Posidon.) 'haec sapiens quidem invenit, sed minora quam ut ipse tractaret, sordidioribus ministris dedit'.</p>	<p>Aristoteles Procl. p. 29, 1. <i>καὶ γὰρ ὄλως πανσά- μενοι τῆς περὶ τὰ ἀναγκαῖα φροντίδος οἱ ἄνθρωποι περὶ τὴν ζήτησιν ἐτρέποντο τῶν μαθημάτων.</i> Iambl. comm. Pyth. III p. 218, 27. <i>μετὰ γὰρ τὴν φθορὰν καὶ τὸν κατακλισμὸν τὰ περὶ τὴν τροφήν — — εὐπορώτεροι δὲ γενόμενοι τὰς πρὸς ἡδονὴν ἐξειργάσαντο τέχνας, οἷον μουσικήν καὶ τὰς τοιαύτας, πλεονάσαντες δὲ τῶν ἀναγκαίων οὕτως ἐπε- χείρησαν φιλοσοφεῖν.</i></p>
---	---	--

Ex Posidonii protreptico haustum est Tusc. disp. libri quinti prooemium (Tusc. disp. V, 2, 5).

<p>O vitae philosophia dux! o virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum! quid non modo nos, sed omnino vita hominum sine te esse potuisset?</p>	<p>Cf. Laert. Diog. VII, 66, 129. <i>δοκεῖ δ' αὐτοῖς μῆτε διὰ τὴν διαφωνίαν ἀφίστασθαι φιλοσοφίας, ἐπεὶ τῷ λόγῳ τούτῳ προλείπειν ὅλον τὸν βίον, ὡς καὶ Ποσειδώνιος φησὶν ἐν τοῖς προτρεπτικοῖς.</i></p>
--	---

<p>(Tusc. disp. V, 2, 5). Tu urbes peperisti: tu dissipatos ho-</p>	<p>Cf. ibid. I, 25, 62 (e protreptico.) — — aut qui dissipatos ho-</p>	<p>Seneca in ep. 90, 3 (Posidonium se-</p>
---	--	--

mines in societatem vitae convocasti: tu eos inter se primo domiciliis, deinde coniugiis, tum litterarum et vocum communione iunxisti: tu inventrix legum, tu magistra morum et disciplinae fuisti —

mines congregavit et ad societatem vitae convocavit? aut qui sonos vocis, qui infiniti videbantur, paucis litterarum notis terminavit?

I, 26, 64. — —
haec (phil.) nos primum ad illorum (deorum) cultum, deinde ad ius hominum, quod situm est in generis humani societate, tum ad modestiam magnitudinemque animi erudivit.

quens): Huius (philosophiae) opus unum est de divinis humanisque verum invenire ab hac nunquam recedit religio, iustitia, pietas et omnis alius comitatus virtutum consortiarum et inter se cohaerentium. Haec docuit colere divina, humana diligere et penes deos imperium esse, inter homines consortium.

Pergit:

Est autem unus dies, bene et ex praeceptis tuis actus, peccanti immortalitati anteponendus.

(V, 2, 6) At philosophia quidem tantum abest, ut proinde, ac de hominum est vita merita, laudetur, ut a plerisque neglecta, a multis etiam vituperetur. Vituperare quisquam

Posidon. apud Senec.

epist. 78, 28:]

— ut Posidonius ait 'unus dies hominum eruditorum plus patet quam imperitis longissima aetas.

vitae parentem, et hoc parricidio se inquinare audet? — — Sed, ut opinor, hic error et haec indoctorum animis offusa caligo est, quod tam longe retro respicere non possunt, nec eos, a quibus vita hominum instructa primis sit, fuisse philosophos arbitrantur.

Id ipsum Posidonius in protreptico demonstrare conatus est: philosophos fuisse, a quibus vita hominum primis instructa sit! Senecae epist. 90.

(Tuscul. disp. V, 3, 7).

Quam rem antiquissimam cum videamus, nomen tamen esse confitemur recens. Nam sapientiam quidem ipsam, quis negare potest, non modo re esse antiquam, verum etiam nomine? — —

Itaque et illos septem, qui a Graecis σοφοί, sapientes a nostris et habebantur et nominabantur, et multis ante saeculis Lyeurgum, cuius temporibus Homerus etiam fuisse... traditur — — accepimus — — habitos esse sapientes.

Posidonius.

Idem contendit Posidonius, cf. quae exposui p. 285 extr.

De septem sapientibus Posidonius eodem modo disserit apud Senecam epist. 90, 5—6. Cf. § 6: Lyeurgum si eadem aetas tulisset, sacro illi numero accessisset octavus.

Aristoteles (apud Iambl. in comm. Pyth. III p. 218, 27).

νεάτατον ὄν ὁμο-
λογουμένως ἐστὶ τῶν
ἐπιτηδευμάτων ἢ περὶ
τὴν ἀλήθειαν ἀκριβο-
λογία.
ibid. — — ἀλλ' ὁμως
ἐπιδίδωσι πλεῖον, διό-
τι τῇ φύσει ἐστὶ πρε-
σβύτατα.

Secundum Posidonii protrepticum a Cicerone scripta est sapientiae laus quae legitur de legibus I, 22.

<p>Cf. de legg. I, 23. nam cum animus... exacuerit illam ut oculorum sic ingenii aciem, ad bona dili- genda et reicienda contraria — quae virtus ex provi- dendo est appel- lata prudentia.</p>	<p>Posid. Senec. 90, 5. horum (sc. sa- pientium) pru- dentia, ne quid deesset suis, providebat.</p>	<p>Hortensii fr. 21. id enim est sa- pientis providere, ex quo sapientia est appellata pru- dentia.</p>
---	---	---

Posidonii protreptico nititur Cicero in Tusc. disp. V, 24, 68, ubi gaudia commemorantur, quae percipit, qui omnes philosophiae partes, physicam dico, ethicam, dialecticam mente sua comprehendit iisque plene satisfacit.

Omnibus his locis non ad verbum Posidonii protrepticum Ciceronem exscripsisse apparet: alios enim fontes adiit Cicero cum Tusculanas disputationes ¹⁾, cum de legibus libros conficeret, sed occasione data, ut dixi, laudandae philosophiae studio incensus sententias Posidonii e protreptico petitas, quae in memoria haeserint, libris suis inseruit. Ac profecto locos illos, quos protreptico tribuimus, alio ex fonte a Cicerone additos esse, ex ea quoque re perspicitur, quod dissipati fere sunt et sententiarum ordo eis non continetur. Quod de philosophiae laude, quae est in Tusc. disp. I, 25, 61 sqq., Hirzelius (l. c. III, 346, 1) optime demonstravit. Eodem modo laus philosophiae in quinto Tusculanarum disp. libro prooemii loco est et ob hanc rem cum ea quae sequitur explicatione non arte cohaeret. Idem valet de reliquis locis. Probabile mihi videtur, plures locos ita comparatos ad Posidonii protrepticos

1) Minime igitur Corsseno (de Posidonio Rhodio, Bonn. 1878. Mus. Rhen. XXXVI, 506 sqq.) adsentior, qui Tusc. disp. libr. I totum ex Posidonii libro haustum esse dixit, cf. Hirzel, *Unters.* III, 349, 1. Neque magis Usenerum laudo qui (in Epic. p. LVII) Tusc. disp. caput quod legitur V, 24, 68—28, 82, e Posidonii protreptico petatum esse dicit. Haec et similia qui statuunt, quas res et quomodo veteres tractaverint in protrepticis, se ignorare confitentur.

referendos esse, velut in Tusc. disp. I, 27, 66, postquam Cicero animi naturam aeternam et divinam esse demonstravit, sequitur in §§ 68—70 haec expositio:

Ut, cum videmus speciem primum candoremque caeli, deinde conversionis celeritatem tantam, quantam cogitare non possumus, tum vicissitudines dierum ac noctium, commutationesque temporum quadripartitas, ad maturitatem frugum et ad temperationem corporum aptas, eorumque omnium moderatorem et ducem solem; lunamque accretione et deminutione luminis quasi fastorum notis signantem dies; tum in eodem orbe, in duodecim partes distributo, quinque stellas ferri, eodem cursus constantissime servantes, disparibus inter se motibus; nocturnamque caeli formam undique sideribus ornatam: tum globum terrae eminentem e mari, fixum in medio mundi universi loco — —, ceteras partes incultas — tum multitudinem pecudum — —, hominemque ipsum quasi contemplatorem caeli ac deorum, ipsorumque cultorem; atque hominis utilitati agros omnes et maria parentia — (70) haec igitur et alia innumerabilia cum cernimus — et q. seq.

In his non solum Stoicorum doctrina cognoscitur, sed etiam argumentum quod ad Posidonii protrepticum optime quadravit. Postea autem additum esse hunc locum a Cicerone, optime inde perspicitur, quod eo interposito oratio ita non progressa est, ut Cicero simillimis verbis § 67 („ubi igitur aut qualis est ista mens?“) et § 70 („in quo igitur loco est?“) quae antea exposuit, finiverit. Per digressionem igitur interponi quae in §§ 68—70 leguntur, manifestum est. —

In Tusculanis disputationibus aliisque libris philosophicis Ciceronem Posidonii protreptico usum esse cognovimus: per se igitur probabile est eundem in Hortensio, cum ipse protrepticum scriberet, magistri exemplum multo accuratius ad imitandum sibi proposuisse. Non dubito quin hoc demonstrari posset, si dialogum haberemus; sed etiam fragmenta Hortensii haec docent.¹⁾ Argumentandi autem ratio postulat antequam

1) Iam supra (p. 290) Hortensii fr. 21 cum Posidonii verbis apud Senec. ep. 90, 5 et apud Ciceronem de legg. I, 23 comparavimus. Ciceronem a

in hanc rem inquiramus, ut nonnulla praemittantur de Hortensio, Ciceronis protreptico.

Quo tempore et consilio Hortensius dialogus ¹⁾ a Cicerone sit compositus, ex ipsius cognoscitur verbis de div. II, 1, 1 ubi libros a se scriptos temporum ordine servato enumerat. Elucet enim Hortensium a Cicerone cum libros de omnibus philosophiae disciplinis editurus esset, praemissum esse quo, cur ad hoc scribendi genus se contulisset, exponeret repulsisque philosophiae adversariis omnibus philosophandum esse persuaderet (cf. de fin. I, 1, 2. Tusc. II, 2, 4. III, 3, 6. de off. II, 2, 6). Ex libelli igitur argumento sequebatur, ut Cicero philosophiam quam maxime laudaret atque eius studium ad vitam utilissimum maximeque idoneum esse demonstraret. Quam rem orator illustrissimus recenti tum philosophiae studio incensus pro ingenii fervore ac dicendi suavitate tam feliciter persecutus est, ut Hortensius dialogus non solum simul atque editus est hominibus probaretur, sed etiam postea a rhetoribus et philosophis multum tractaretur, inprimis vero ecclesiae praeceptores non mediocriter delectaret.

Atque in rhetorum scholis Hortensium tractatum fuisse, Augustinus testatur de beata vita 4 (Migne, Patrolog. lat. 32 p. 961): 'Ego postquam in schola rhetoris librum illum Ciceronis, qui Hortensius vocatur, accepi, tanto amore philosophiae succensus sum, ut statim ad eam me transferre meditarer'. Idem Confess. III, 7 p. 685 dicit imbecilla tunc aetate se didicisse libros eloquentiae pergitque: 'et usitato iam discendi ordine perveneram in librum quendam Ciceronis cuius linguam fere omnes mirantur, pectus non ita. Sed liber ille ipsius exhortationem ad philosophiam continet et vocatur Hortensius'. Sed adiciebat Ciceronis dialogus multo etiam magis severiores homines sapientiaeque studiosos.

Posidonio pendere Hirzelius, *Unters.* III, 347, 2 optime animadvertit, frustra negavit Diels p. 487, 17. 'Prudentia providet' legitur apud August. de civ. Dei II, 20.

1) Hortensii fragmenta coll. Orelli, Cic. opera IV p. 980. Baiter et Kayser Cic. opera XI p. 57. C. F. W. Mueller, Ciceronis scripta Partis IV vol. III p. 312. Ego Baiteri collectionem secutus sum.

Scimus Lactantium Augustinum Boethium in libris suis Hortensium saepius laudavisse et Ciceronis verba in usum suum convertisse. Augustinus quidem lecto Hortensio quantopere ad sapientiae studium commotus sit, nemo est qui nesciat et ipse multus est in laudanda libri virtute. Quo magis, cum in tot hominum manibus versatus esset Hortensius, mirandum est quod sequentia saecula hunc librum non tulerunt. Sive homines perversa religione perducti tempore errorum pleno eum perdididerunt¹⁾, quod nollent tolerare tantam sentiendi pietatem ac severitatem in homine verae religionis ignaro, sive infelix nescio quae fortuna Hortensium nobis invidit: nunc certe non nisi fragmenta exstant, quae Lactantio et Augustino praecipue debemus. Itaque, quamvis Ciceronis Hortensium desideremus, hoc iucundissimum est quod fragmentis examinatis atque dispositis non solum de dialogi argumento, sed etiam de fontibus quibus in eo conscribendo Cicero usus sit, iudicare possumus. Quod nobis iam faciendum est ita quidem, ut maxime protreptici naturam perspiciamus, omittamus ea quae vel aliunde nota vel minoris videantur esse momenti.²⁾

Atque duae partes Hortensii insignes sunt, altera Hortensii contra philosophiam disputatio, altera exhortatio Ciceronis ad philosophiam. Ciceronis autem exhortatio secundum Philonis de protrepticis praecepta, de quibus infra dicam, bipartita fuit: primum enim Hortensii argumenta refutabantur (*λόγος ἀπελεγκτικός*), deinde philosophia laudabatur ad eiusque studium invitabatur (*λ. ἐνδεικτικός*). His igitur partibus Hortensii argumentum nititur, reliqua ad dialogi artem pertinent. Res acta fingitur in vita Luculli (fr. 3. 4. coll. Baiter et Kayser), qui et ipse et Catulus loquentes inducuntur secundasque partes sustinent, cum primarum actores sint Cicero et Hortensius. Villam signis tabulisque pictis pulchre ornatam cum admira-

1) C. W. T. Mus. Rhen. n. s. a. 1842 p. 127.

2) de Hortensii fragmentis ordinandis disputavit Fr. Schneider in Progr. Tremesnensi a. 1841 et in Jahnni Annal. phil. XI (1845) p. 537. Multo graviora sunt quae de Hortensio exposuit Krische in comment. de Cic. Acad., Stud. Gotting. a. 1845 p. 151.

rentur, factum est ut in fingendi artis (fr. 6) omniumque artium ac litterarum laudem sermo incidisset. Laudabat autem pro sua quisque parte quod studium amplexus erat: Lucullus historiam (fr. 11), cui adsensus Hortensius artis rhetoricae laudator (fr. 47. 35), historiarum studium commendavit ut fontem, ex quo gravissima exempla ad dicendi exercitationem depromi possent (fr. 12—14). Contra Cicero omnium litterarum finem contendit esse philosophiam, ad quam comparandam historiae et eloquentiae studium easque scientias quasi subsidia esse. Posidonium, ut videtur, secutus dicebat scientias illas inferioris doctrinae quasi fructus, quibus ad veram (id est contemplativam) adipiscendam sapientiam animus instrueretur. Haec verbis expressit similitudine quadam usus in fr. 9. 10. Hinc orta est disputatio, in qua Catulus cum Cicerone ex parte philosophiae stetit (fr. 47). Hortensio dialecticae irrisoni (17. 45. 94) a philosophiae defensoribus respondetur ipsum in partiidis rebus ac definiendis esse subtilissimum (fr. 46).¹⁾

Recedentibus deinde magis a colloquio Lucullo et Catulo, Hortensius perpetua oratione contra philosophiam disseruit et Cicero loquenti aures praebuit (fr. 15). Qua ratione contra philosophiam Hortensius pugnaverit, e Lactantii loco efficitur, qui *Inst. div.* 3, 16 (fr. 20) haec habet: 'praeterea illud quoque argumentum contra philosophiam valet plurimum, quo idem est usus Hortensius: ex eo posse intellegi, philosophiam non esse sapientiam, quod principium et origo eius appareat. Quando, inquit, philosophi esse coeperunt? Thales, ut opinor, primus. Recens haec quidem aetas. Ubi ergo apud antiquiores latuit amor iste investigandae veritatis?'

Cicero igitur eadem argumentatione usus est quam Posidonium adhibuisse cum Senecae *epist.* 90 docet tum comprobatur Ciceronis loco in *Tusc.* V, 3, 7, quem ex Posidonii protreptico haustum esse supra

1) Diels (p. 488) hoc loco Hortensium et Catulum altercatos esse suspicatur. Catulo enim tribuit fr. 46, Hortensio fr. 94. 95. Num recte haec disposita sint, diiudicari nequit. Fragmentum 95 certe non Hortensio, sed Ciceroni tribuendum esse, infra docebo.

(p. 289) diximus. Iam vero Aristoteles quoque in protreptico sapiendi quidem et cognoscendi desiderium inter homines ab initio exstitisse exposuit, recens autem esse quod in rerum contemplatione acquiescat studium (supra p. 266. 289): atque hic quisquam negabit inter Aristotelis et Posidonii et Ciceronis protrepticos intercedere certam necessitudinem? Plane mirandum est, quantum in hoc quoque litterarum genere veteres ad imitandi studium se contulerint: velut hic locus, quo de sapientiae vel philosophiae aetate ac nomine agitur, non solum apud Aristotelem, Posidonium, Ciceronem invenitur, sed quartum redit in Senecae exhortationibus, quod mox videbimus.

Nunc redimus ad Hortensii contra philosophiam orationem, quae quo modo processerit e fragmentis exilibus haud cognosces. Sed vestigia eius inveniri puto apud Lactantium eodem loco, quem supra laudavi. Velut hos locos conferas

Lact. Inst. div. III, 61, 1:

Aristot. in protr. (Iambl.
p. 216 Vill.)

Sapientia autem nisi in aliquo actu fuerit, quo vim suam exerceat, inanis et falsa est.

ὥστε προσήκει καὶ τὴν φιλοσοφίαν εἶπερ ἐστὶν ἀφέλιμος ἥτοι προᾶξιν εἶναι τῶν ἀγαθῶν κτέ.

Cum Aristotelis fragmento conveniunt etiam quae secuntur apud Lactantium, qui postquam fragmentum e Ciceronis de re publica libris attulit, hoc modo pergit: 'Bonos enim facere oportet potius quam inclusos in angulis faciendo praecipere, quae ne ipsi quidem faciunt, qui locuntur: et quoniam se a veris actibus removerunt, apparet eos exercendae linguae causa, vel advocandi gratia artem ipsam philosophiae reperisse: qui autem docent tantum nec faciunt, ipsi praeceptis suis detrahunt pondus. Quis enim obtemperet, cum ipsi praeceptores doceant non obtemperare? Bonum est autem recta et honesta praecipere: sed nisi et facias, mendacium est; et incongruens atque ineptum est, non in pectore sed in labris habere bonitatem. Non ergo utilitatem ex philosophia, sed

oblectationem petunt'. Testatur hoc Lactantius Ciceronis quodam loco qui ex Hortensii oratione contra philosophiam habitata petitus est (fr. 32).

Deinde breviter dicit quid de philosophia sentiat: 'Sed profecto, quoniam nihil ad vitam boni afferebant (philosophi) nec ipsi decretis suis obtemperabant nec quisquam per tot saecula inventus est, qui eorum legibus viveret: abicienda est igitur omnis philosophia'. Plane ad eundem orationis finem pervenit Hortensius (fr. 19). Hoc loco Cicero Aristotelis illa mirabili conclusione usus (fr. 19, cf. supra p. 238) adversarii verba 'philosophandum non esse' arripuit ex eisque Hortensium quamvis nolit tamen philosophari effecit. Hortensius, etsi fortiter Ciceroni subtiliter disserenti resistere audet (fr. 54), mox datis singulis (fr. 49—51) omnia dare coactus est.

Sequebatur hanc partem dialogicam, qua obtrectator philosophiae refutatus est, Ciceronis ad philosophiam exhortatio, cuius initium fecit a sententia 'beati certe omnes esse volumus' (fr. 26). Ab eadem Platonem in protreptico profectum esse supra (p. 233) vidimus nec minus Aristotelem eo modo exorsum esse probabile est (cf. *Metaph.* I, 1. *Eth. Nic.* I, 1. *Anal. post.* I, 1). Etiam Augustinus, qui in primo libro contra Academicos scripto Romanianum ad philosophiam cohortatur, disputationis suae exordium sumit ab his verbis 'beati certe esse volumus' (contra *Acad.* I, 5 cf. etiam de civ. Dei XIX, 1).

Sed plura ex hoc loco ad perspiciendam Ciceronis argumentationem elici possunt. Augustinus enim, qui libros contra Academicos primo suae conversionis tempore conscripsit (de trin. XV, 12), cum animus eius lecto nuper Hortensio permotus esset, facere non potuit quin in primo libro ad protreptici exemplum scripto Hortensium sequeretur. Quod et ipse confitetur (contra *Acad.* I, 4 = p. 908) et res quae tractatur docet. Recte enim Krischius¹⁾ Hortensii fragmentum esse cognovit,

1) *Stud. Gotting.* a. 1845 p. 152, 1. Ex hoc fragmento cognoscitur Ciceronem etiam in Hortensio cum sapientis imaginem fingeret, summum Academiae dogma professum esse. Cum Krischio (p. 154 adn.) igitur Ciceronis, non Hortensii (Diels p. 498) verba esse dico, quae Augustinus

quod legitur *ibid.* I, 7 (p. 909): 'Placuit Ciceroni nostro beatum esse qui veritatem investigat, etiamsi ad eius inventionem non valeat pervenire — — quis ignorat cum affirmasse vehementer, nihil ab homine percipi posse nihilque remanere sapienti nisi diligentissimam inquisitionem veritatis, propterea quia, si incertis rebus esset assensus, etiam si fortasse verae forent, liberari ab errore non posset? quae maxima est culpa sapientis' fr. 96). Pergit: 'Quam ob rem, si et sapientem necessario beatum esse credendum est et veritatis sola inquisitio perfectum sapientiae munus est: quid dubitamus existimare beatam vitam etiam per se ipsa investigatione veritatis posse contingere?' (Cf. *August. Confess.* VIII, 17).

Cicero igitur ad eam orationis suae summam pervenit, ad quam omnes redeunt protreptici (supra p. 243): philosophandum est, si volumus esse beati. Hortensio autem neganti philosophiam esse sapientiam respondit, philosophiam sapientiae amorem esse ac studium, et beate vivere non eum, qui veritatem invenisset, cum inveniri omnino non posset (fr. 92. 95), sed qui eam diligenter quaereret.¹⁾ Aristotelis igitur argumentis usus, quanta gaudia e sola veritatis inquisitione sapiens percipiat, depinxit eorumque felicitatem praedicavit, qui semper secundum divinam animi partem vixerint (cf. *Hortensii* fr. 40. 90

habet c. *Acad.* III 14, 31: 'clamat Cicero (*Acad.* II, 66) se ipsum magnum esse opinatorem, sed de sapiente se quaerere. Certe in *Hortensio* legis: si igitur nec certi est quicquam nec opinari sapientis est, nihil unquam sapiens adprobabit'.

1) Ad hanc Ciceronis argumentationem pertinent fortasse nonnulla quae *Licentius Academicus* apud *Augustinum* in primo contra *Acad.* libro exponit. Cf. I, 3, 9: Veritatem illam solum Deum nosse arbitror, aut forte hominis animam, cum hoc corpus, hoc est tenebrosus carcerem dereliquerit. Hominis autem finis est, perfecte quaerere veritatem — — hoc est enim pervenire ad finem, ultra quem non potest progredi. Quisquis ergo minus instanter quam oportet veritatem quaerit, is ad finem hominis non pervenit; quisquis autem tantum quantum homo potest ac debet, dat operam inveniendae veritati, is etiamsi eam non inveniatur, beatus est; totum enim facit, quod ut faciat, ita natus est. Cf. I, 4, 11. 4, 14. 4, 23. 4, 25.

cum Iambl. protr. p. 148 = fr. 58 Rose, ibid. p. 136 = fr. 61 Rose).

Alio loco (Confess. III, 8) Augustinus de Hortensio haec dicit: 'hoc tamen solo delectabar in illa exhortatione, quod non illam aut illam sectam, sed ipsam, quaecunque esset, sapientiam ut diligerem et quaererem et assequerem et tenerem atque amplexarer, excitabar sermone illo et accendebar et ardebam'. Haec confirmantur Ciceronis locis quibus dicit se in Hortensio de universa philosophia quantopere expetenda esset disseruisse (Tusc. III, 6. II, 4). Monuit igitur, Aristotelis et Posidonii exemplo usus, ne quis philosophorum singulorum inter se dissensionibus a philosophiae studio deterreretur. Philosophorum enim dixit rationem tantum distare 'quantum inter se homines studiis, moribus, omni vitae ratione differant' (fr. 27). Hoc explanavit exemplis, velut Aristonis prae fracti, ferrei doctrina describenda (fr. 28 cf. fr. 82. 83).¹⁾ Ex quibus omnibus discrepantiis philosophia integra evadet: 'habet enim ipsa certam et definitam viam' (fr. 61).

Sed ampliora ex Hortensii fragmentis efficiuntur. Ciceronem enim puto in oratione sua simili modo atque in Tusc. V, 24, 69 (ubi Posidonium sequitur, supra p. 290) exposuisse, quo modo philosophiae tres partes natae sint et quae gaudia ex eis tractandis sapiens percipiat. Atque primum quidem multus erat in caeli descriptione, quam rem, nisi fallor, fusius persecutus est Posidonius (Tusc. I, 28, 68). Fragmenta huc refero 25. 43. 44. Usenerus quidem haec ad eam, quam sibi finxit, de gloria explicationem refert coniunctisque fragmentis 25 et 44 Ciceronem dicit 'magni' qui vocatur 'anni' tempora reputasse ab Romuli interitu, qui obscurato sole factus est. Useneri coniecturam stare non posse supra (p. 252) exposui, neque quae de fr. 25 et 44 excogitavit probabilia videntur. Ciceronem enim hoc loco non de gloria disputasse, sed siderum admirabilem ordinem ac motus spectasse, verba docent quibus fr. 44

1) fr. 28. 34 Diels (487, 17) ad Hortensii orationem refert. Sed Cicero- nem hoc loco eodem modo atque Aristotelem (fr. 53 Rose) philosophorum disciplinas perlustrasse manifestum est.

ab Augustino (de civ. Dei III, 15, 1) inducitur: 'in Hortensio dialogo (Cicero), cum de solis canonicis defectioibus loqueretur, ut easdem inquit tenebras efficiat (sol), quas effecit in interitu Romuli, qui in obscuratione solis est factus'. Fortasse Cicero caeli siderumque peritos laudavit quod primi hominibus perturbatis inanem religionem timoremque deiecissent, cf. locum in primo de rep. libro 16, 25 (ubi etiam de obscuratione solis in Romuli interitu facta Cicero loquitur).

Itaque ego sic Ciceronem in Hortensio disputasse suspicor. Primum homo, cum sidera spectaverit innumerabilia caelo inhaerentia eorumque ordinem totiusque mundi motus conversionesque perspexerit, ad initiorum pervenit et naturae indagationem. Haec autem tractanti animo exstitit illa ab Apolline Pythio praecepta cognitio, qua excitatus est ut semet ipsum nosceret quantaque instrumenta ad obtinendam adipiscendamque sapientiam habeat tentaret: hinc virtutis disciplinae exstiterunt (Tusc. V, 25, 70 de legg. I, 22, 58 fr. Hort. 58. 59). Sequebatur tertia disserendi ratio verique et falsi indicandi scientia, qua res definiuntur, genera distinguuntur, omnes sapientiae partes fundantur (fr. 45. 46). His igitur scientiis, si sapiens exacuerit ingenii aciem seque ipsum ac mundum perspexerit, non 'unius circumdatum moenibus loci, sed civem totius mundi quasi unius urbis' (de legg. I, 23, 61) se esse censebit. Quae vero est illa, quam homines venditant gloria? Licet puncto quodam circumsaepti sint homines, si terram conferas cum ingenti mundi spatio: 'ne in continentibus quidem terris vestrum nomen dilatari potest' (fr. 80). Deplorans deinde vitae humanae vanitatem (fr. 88—93) orationem multis Aristotelis et Platonis (e Phaedone petitis) distinxit sententiis. Hoc loco de corporis voluptatibus (fr. 66. 73. 74) ac de divitiarum usu (fr. 65. 68. 69) multum disputasse videtur.¹⁾

Denique Cicero, cum nihil certi ab hominibus percipi posset 'quod omnis noster intellectus multis obstruitur diffi-

1) huc pertinet Augustini locus Soliloqu. I, 17 = p. 878, quem Diels p. 479 Hortensio recte tribuit. Addenda sunt ea quae in Augustini proreptico leguntur contra Acad. I, 1—2 p. 906/7.

cultatibus' (fr. 92. cf. Aristot. apud Iambl. p. 172 ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν διὰ τὸ παρὰ φύσιν ἴσως εἶναι τὸ γένος ἡμῶν, χαλεπὸν τὸ μανθάνειν καὶ σκοπεῖν ἐστὶν κτλ. supra p. 255), probata maxime Academicorum philosophandi ratione, diligentissimam veritatis inquisitionem commendavit in eaque investiganda operam et curam nostram ut ponamus, vehementer adhortatus est (fr. 95. 96).

Has igitur res Cicero in Hortensio tractavit. Iam credo apparet eum in libro conscribendo non uno ex fonte hausisse, sed duos adisse eosque fontes consimiles fuisse. Fieri igitur potest, si Aristotelis librum Cicero in manibus non habuit, ut Aristotelis loci qui in Hortensio leguntur, ex Posidonio petiti sint. Quod ego tamen contendere nolim. Cicero enim Aristotelis protreptico facile usus est; tales enim Aristotelis libros cum facilius intellexeret, diligentius lectitavit inque suum usum convertit. Ceterum Cicero in hoc libello etiam nonnulla ex ipsius ingenio addidisse putandus est. Praestandae enim orationis, ad philosophiam quae hortetur idoneae, laudandaeque sapientiae a natura habuit adiumenta sane optima.

Nimis curiosi viri docti fuerunt in investigando fonte ex quo uno pendere dicerent Ciceronem in Hortensio. Cogitavisse eos de Aristotele, de Posidonio, et quid censendum sit de hac re, exposui. Sed tertius existit auctor, quem exscripsisse Ciceronem in Hortensio contendit C. Fr. Hermannus ¹⁾: Philonem dico Larissaeum, Clitomachi auditorem et in regenda Academia successorem, qui bello Mithridatico Romae et Ciceronis et aliorum nobilium praeceptor fuit (Cic. Tusc. disp. II, 3, 9). — Non est cur hodie de Hermanni coniectura disceptem: nemo opinor eam probabit, quae argumentis non ita confirmata est, ut sitne protrepticus a Philone scriptus sciamus. Unum vero recte iam a Krischio ²⁾ demonstratum est: Ciceronem Hortensium libris suis praemisisse quasi λόγον προτρεπτικόν secundum distributionem quandam philosophiae partium a Philone

1) K. Fr. Hermann 'de Philone Larissaeo' Gott. 1851 (p. 6). disp. II, ibid. 1855 (p. 7).

2) Krischius in diss. de Cic. Acad., Stud. Gott. 1845 p. 126—200.

factam, quam e Didymo affert Stobaeus in Anthol. II p. 39 Wachsm. Ex qua cum disci possit, quem locum intra philosophiae partes tenuerit ὁ προτρεπτικός λόγος, res postulat ut exhibeamus Stobaei locum.

Philo similitudinem quandam persequitur. Comparatur enim philosophus et medicus: ille animum hic corpus curat. Uterque negotium suum sex exsequitur partibus: (p. 40, 1) *Καθάπερ οὖν ἔργον ἰατροῦ πρῶτον μὲν πείσαι τὸν κάμνοντα παραδέξασθαι τὴν θεραπείαν, δεύτερον δὲ τοὺς τῶν ἀντισυμβουλευόντων λόγους ὑφελέσθαι, οὕτως καὶ τοῦ φιλοσόφου. Κεῖται τοίνυν ἐκάτερον τούτων ἐν τῷ προσαγορευομένῳ προτρεπτικῷ λόγῳ [ἔστι γὰρ ὁ προτρεπτικός ὁ παρορμῶν ἐπὶ τὴν ἀρετὴν]. Τούτου δ' ὃ μὲν ἐνδείκνυται τὸ μεγαλωφελὲς αὐτῆς, ὃ δὲ τοὺς ἀνασκευάζοντας ἢ κατηγοροῦντας ἢ πως ἄλλως κακοηθίζομένους (εἰς) τὴν φιλοσοφίαν ἀπελέγχει.*

Sequitur ὁ θεραπευτικός λόγος. Namque ut expulsis eis quae morbum efficiunt, medicus ad sanandum adgreditur et medicamenta adhibet, ita philosophus agit (p. 40, 16): *μετὰ γὰρ τὰ προτρεπτικὰ πειρᾶται τὰ θεραπευτικὰ προσάγει, ἐφ' ὃ καὶ τοῖς παρορμητικοῖς κέχρηται διμερῶς· τὸ μὲν γὰρ ὑπεξαιρετικὸν τῶν ψευδῶς γεγενημένων δοξῶν, δι' ἃς τὰ κριτήρια νοσοποιεῖται τῆς ψυχῆς, προσάγει λόγον, τὸ δὲ τῶν ὑγιῶς ἔχουσῶν ἐνθετικόν.*

Continetur hac in parte ὁ περὶ ἀγαθῶν καὶ κακιῶν τόπος. Reliquae partes sunt ὁ λόγος περὶ τέλους, περὶ βίων, τὸ πολιτικὸν μέρος, denique ὁ ὑποθετικὸς λόγος; nam hic quoque huc referendus est, ut ait Philo (p. 41, 18):

ἐπεὶ δὲ καὶ τῶν μέσῳ διακειμένων ἀνθρώπων πρόνοιαν ποιητέον, οὓς τινὰς ἐκ τῶν παραινετικῶν λόγων ὠφελεῖσθαι συμβαίνει, μὴ δυναμένους προσευκαιρεῖν τοῖς διεξοδικοῖς πλάτεσιν ἢ διὰ χρόνου στενοχωρίας ἢ διὰ τινὰς ἀναγκαίας ἀσχολίας, ἐπεισενεκτέον τὸν ὑποθετικὸν λόγον, δι' οὗ τὰς πρὸς τὴν ἀσφάλειαν καὶ τὴν ὀρθότητα τῆς ἐκάστου χρήσεως ὑποθήκας ἐν ἐπιτομαῖς ἔξουσιν.

Etsi Philo in philosophandi ratione ad veterem Academicam revertit, in hac diaeresi Stoicorum quoque morem imitatus est. Similem igitur locum protreptico etiam Stoicos concessisse probabile est. —

Sed Philonis protreptici definitio quam apud Stobaeum legimus, non vacat offensione. Suspicionem enim movent verba (p. 40, 6 et 7) ἔστι γὰρ ὁ προτρεπτικός ὁ παρορμιῶν ἐπὶ τὴν ἀρετὴν. Haec si recte se habent, sequitur ut in v. 7 verbum αὐτῆς ad ἀρετὴν pertineat, quod ferri nequit. Neque enim virtutis utilitatem ὁ προτρεπτικός ostendit, sed philosophiae, atque haec protreptici vis et natura est, ut virtutem philosophando comparari doceat. Itaque Wachsmuthius olim pro ἀρετὴν coniecerat μελέτην: sed multo probabilius mihi videtur, quod nunc vir doctissimus iudicat, verba ἔστι γὰρ — ἀρετὴν spuria esse et a sciolo quodam addita. Superfluum esse hoc additamentum, quoniam accurata protreptici definitio statim sequitur, nemo non videt. Ad verbum autem αὐτῆς (p. 40, 7) facile suppletur τῆς φιλοσοφίας, cum et antecedit τοῦ φιλοσόφου et in eadem sententia legatur τὴν φιλοσοφίαν.

Iam omnia optime liquent: Philo aliique philosophi in philosophiae disciplina initium fecerunt a protreptico, quo ei qui adhuc alieni sunt a philosophia, ut ad eam accedant, incitantur. Atque duae sunt partes protreptici, prima est ἐνδεικτικὴ altera ἀπελεγτικὴ, illa demonstratur quot sint philosophiae commoda, haec philosophiae adversarii et vituperatores refelluntur. Habemus protrepticorum quasi extrema lineamenta formamque peculiarem et iam credo elucet, cur nonnulla, quae a viris doctis de protrepticorum indole et natura prava sentientibus eius modi libris tributa sunt, reiecerim (vide quae p. 290 adnotavi). Sponte enim apparet in libris hunc in modum comparatis omissas esse philosophorum umbratiles disceptationes doctasque controversias: de universa philosophia quantopere et expetenda esset et colenda, scriptores in protrepticis dixerunt (cf. Cic. Tusc. III, 6). Itaque Posidonius Ari-

stotelem imitatus hortabatur μήτε διὰ τὴν διαφωνίαν ἀφίστασθαι φιλοσοφίας (Laert. Diog. VII, 129) et Cicero in Hortensio idem fecit, ut demonstravi (p. 298). Insignis autem in protrepticis fuit philosophiae adversariorum refutatio. Vidimus et Aristotelem et Ciceronem philosophiae contemplativae contemptores refutasse neque dubito quin Posidonius quoque orationem contra vituperatores habuerit, quod efficere mihi videor e Ciceronis (in Tusc. disp. V, 2, 6) loco, qui ex Posidonii protreptico petitus est.

Quid multa? Quae Philo de protreptici natura atque indole exposuit, eis libris, quos novimus, omni ex parte confirmantur. Exhortatio igitur eum efficit animi habitum, quo homo postquam philosophandum esse sibi persuasit, ad philosophiae studium se accingit (cf. Iambl. protr. p. 10). Hac subornatus ad philosophiam homo accedere eiusque disciplinis initiari potest.

Transeo ad alteram philosophiae distributionem Philonis consimilem, quae ex eodem Didymo excerpta apud Stobaeum II, 48, p. 42 proponitur. Huius auctor est Eudorus, Aristonis Cei aequalis, quibus suppar Strabo (XVII, 1, 5 p. 790) narrat utrumque philosophum librum de Nilo tam similem scripsisse, ut uter alterum compilasset nesciretur. Eudorus igitur, qui Academici quidem nomen prae se tulit, 'reapse autem eclecticici philosophi exemplar est' (Diels Doxogr. p. 81), scripsit διαίρεσιν τοῦ κατὰ φιλοσοφίαν λόγου philosophorum istius aetatis more, qui nimii fuerunt in dividendo (Diels l. c. p. 71). Eudorus moralis philosophiae partes dicit tres — τὸ Φεωρητικόν, ὀρητικόν, πρακτικόν μέρος — quas Seneca ex Eudoro vel cum Eudoro ex eodem fonte attulit in epist. 89, 14.¹⁾ Hae partes Stoicorum spinosa ratione deinceps singulas in particulas discernuntur, inter quas bis occurrit ὁ προτρεπτικός. Primum enim adscribitur contemplativae philosophiae parti, quae continet τὸ περὶ ἀρετῶν καὶ κακιῶν μέρος. Haec enim virtutum descriptio duplex est, aut singularis, in qua

1) Bernays, *Abh.* I p. 267 adn.

singulae virtutes explicantur et definiuntur, aut generalis, quae est τὸ προτρεπτικὸν (μέρος)· τοῦτο γὰρ εἰς τὸ μόνως (τούτου γὰρ ἐστὶ μόνως coni. Usener) ἐνδείξασθαι τὴν ἀρετὴν καὶ κακίαν (l. l. p. 43, 13).

Alii vero τὸν προτρεπτικὸν τόπον ad moralis philosophiae partem tertiam quae est de actionibus traxerunt. Haec enim sic divisa fuit:

A. ὁ περὶ τῶν οἰκειούντων πρὸς τινὰς πράξεις.

a. ὁ ὑποθετικός (44, 14).

b. ὁ προτρεπτικός (ἐνιοὶ γὰρ καὶ τοῦτον ὑπὸ τόνδε τάττουσιν 44, 15).

B. ὁ περὶ τῶν ἀλλοτριούντων ἀπὸ τινῶν πράξεων sive περὶ τῶν ἀποτρεπόντων (44, 15), id est

ὁ παραμυθητικός sive παθολογικός (44, 16).

Qui igitur locus in morali philosophiae parte protreptico tribuendus esset, inter philosophos in controversia versabatur. Atque qui εἰς τὸ μόνως ἐνδείξασθαι τὴν ἀρετὴν καὶ κακίαν protreptico usi sunt, Peripatetici fuerunt (quorum exemplo Diels Dox. p. 81, 5 hanc diaeresin omnino scriptam esse suspicatur). Convenire hanc protreptici definitionem cum Philonea manifestum est. Ei autem philosophi qui protrepticum cum hypothetico artius composuerunt, si quid video, inter Stoicos quaerendi sunt. Certe non eandem auctoritatem protrepticus habet secundam hanc alteram distributionem, sed appendicis loco positus videtur sicut αἱ προτροπαὶ τε καὶ ἀποτροπαὶ in Stoicorum moralis philosophiae definitione, quae, perturbatione quidem non vacua, exstat apud Laert. Diog. VII, 84. Consentit haec Stoicorum Ethicae divisio cum hac altera Eudori etiam ea in re, quod τὰς προτροπὰς cum ea parte, quae est de actionibus, arte coniunctas esse videmus.

Ceterum de hac Eudori dispositione et simili illa apud Senecam in epist. 89, 14 obvia recte mihi disseruisse videtur Madvigijs, cum haec dixit (de Fin. p. 829): 'hac igitur divisione parum subtili Stoicos quoque quosdam usos esse,

Senecae credimus; num tamen quisquam, cum scribendo universam disciplinam explicaret, eo ordine uti potuerit, non iniuria ambigi potest; receptum eum et communem fuisse, et res ipsa credere vetat et Cicero atque Diogenes (VII, 84) et Ioannes¹.

Pergimus ad alios protrepticorum auctores. Hortationes ad philosophiam scripsit Eudori illustrissimus aequalis, Augustus imperator, teste Suetonio 85. Qui cum omnino vitam suam ac studia ad illius aetatis mores adaptare vellet, in hac quoque litterarum specie aliquid praestare conatus est. Impletus est philosophiae eruditione per Arium Didymum, cuius ipsa quam supra memoravimus epitome, in Augusti usum fortasse scripta fuit (Diels Dox. p. 83). Ac profecisse videtur Divus in his studiis, si credimus Agrippae in libello ad Caium misso, quem recitat Philo (10). Nihil autem de hortationum indole compertum habemus. Ciceronem imitatum esse Augustum in hortationibus coniecit Diels (l. c.).

Succedit Seneca¹) Stoicus exhortationum auctor, cuius operis nunc perditum pauca exstant frustula in Lactantii Institutionibus Divinis. Haec fragmenta si legis, exaudibis Senecam severum vitiorum sectatorem morumque censorem, qui monendi atque obiurgandi munere fungitur specie quadam ac gravitate, qua hodie paenitentiae praecones utuntur, eo vero tempore usi sunt homines severiores, quos prolapsi in vitia saeculi taeduit et qui in philosophiae studio receptaculum atque e vitae perversitate perfugium ipsi inveniebant aliisque monstrabant. Quo fit, ut in exhortationibus oratio ad sacrarum orationum, quas in aedibus Christianorum audimus similitudinem speciemque paulatim accesserit (cf. fr. 14. 15). Itaque cum ea tum esset hominum condicio, ut alii circumfluerent omnibus copiis atque in omnium rerum abundantia viverent, alii in egestate vitam degerent; alii summo loco nati in altissimo dignitatis gradu collocati essent, alii obscuro loco orti iniquissima uterentur fortuna; denique cum in tantis miseriis

1) Senecae fragmenta coll. Haase in Sen. Oper. III p. 418 sqq. Exhort. fragmenta exstant p. 421—423.

versaretur hominum maxima pars et tam diversa ac plane contraria esset hominum vitae sors: philosophus in exhortationibus ostendit omnes homines delectu omni ac discrimine remoto ad philosophiam pervenire posse, hanc unam homines beatos reddere, bona non esse divitias, nobilitatem, gloriam, immo quo plura homines possideant, eo infeliciores eos esse. Haec et similia, quae apud huius saeculi philosophos velut apud Musonium, Epictetum, Marcum Aurelium, Dionem, Lucianum multis verbis tractantur, in protrepticis maxime explicata et paene decantata sunt.¹⁾

Seneca in exhortationibus dialogi forma usus videtur.²⁾ Adversatus est philosophiae vituperatori, quem non novimus, sed dubitari non potest, quin quae apud Lactant. Inst. III, 15, 1 (fr. 17) et 11—14 (fr. 18) et in cap. 16, 14 (fr. 21) leguntur, partim a vituperatore partim a laudatore philosophiae dicta sint. Acerrime philosophi accusantur in fr. 18: 'plerique philosophorum tales sunt, disertum in convicium suum, quos si audias in avaritiam, in libidinem, in ambitionem perorantes, indicium professos putes; adeo redundant ad ipsos maledicta in publicum missa, quos non aliter intueri decet quam medicos, quorum tituli remedia habent, pyxides venena. Quosdam vero nec pudor vitiorum tenet, sed patrocina turpitudini suae fingunt, ut etiam honeste peccare videantur'. Haec aperte adversarius dixit.

Puto contra Haasii opinionem cum Walchio, ex Seneca petivisse Lactantium ea verba quae in fr. 20 adversarius respondet 'atqui nihil interest, quo animo facias, quod fecisse vitiosum est, quia facta cernuntur, animus non videtur'. Quod ea re etiam probabilius fit, quod in cap. XVI Lactantius aperte argumenta affert Hortensii (cf. p. 295). Itaque ad eundem

1) Cf. Augustinum de ordine I, 31 = p. 993.

2) Eadem iudicare video Rossbachium in Herm. XVII, 370, 5. Quod idem nuper in Comment. Vratisl. Phil. II, 3 (1888) contendit, scripta 'de formulis honestae vitae' et 'de remediis fortuit.' ex exhortationibus excerpta esse, minime proba. Confundit vir doctus προτρεπτικὸς et ὑποθετικὸς λόγους.

finem pervenit Lactantius atque Hortensius: 'abicienda est igitur omnis philosophia' (Lact. III, 16, 8). In § 12 deinde Hortensii verba profert: 'quando philosophi esse coeperunt? Thales ut opinor primus. Recens haec quidem aetas, ubi ergo apud antiquiores latuit amor iste investigandae veritatis?' Laudato deinde Lucretii versu V, 336, pergit in § 15: Et Seneca 'nondum sunt', inquit, 'mille anni, ex quo initia sapientiae mota sunt'. Manifesto consentiunt in argumentandi ratione adversarii philosophiae in Hortensio Ciceronis et in Senecae Exhortationibus, ita ut Senecam Ciceronis vestigia persecutum esse recte statuas.¹⁾

Supra dixi philosophos in exhortationibus hominibus demonstrasse omnes ad philosophandum et natos et aptos esse: inprimis vero huius aetatis Stoici multi erant in ea re, ut philosophiam commendarent regibus, servis, mulieribus. Haec Senecam quoque in Exhortationibus explicasse, e Lact. III, 25 colligitur. Neque enim ea tantum quae in § 15 (= fr. 23) leguntur, sed totum caput e Senecae Exhortat. compilatum videtur.²⁾

In exhortationibus igitur haec fortasse dixit Seneca (Lact. III, 25, 4): 'quid est aliud hominibus negare sapientiam, quam mentibus eorum verum ac divinum lumen auferre? quod si natura hominis sapientiae capax est, oportuit opifices et rusticos et mulieres et omnes denique qui humanam fortunam gerunt doceri ut sapiant populumque sapientium ex omni lingua et conditione et sexu et aetate conflare . . . (7) Senserunt hoc adeo Stoici qui et servis et mulieribus philosophandum esse dixerunt; Epicurus quoque, qui rudes omnium litterarum ad philosophiam invitat . . . (8) Conati quidem illi sunt facere, quod veritas exigebat: sed non potuit ultra verba procedi. primum quia multis artibus opus est ut ad philosophiam possit accedi . . . (12) Ob eam causam Tullius ait abhorrere a multitudine philosophiam . . . (14) In rebus igitur obscuritate im-

1) Haec etiam Diels contendit p. 478.

2) Usener, Epic. p. 171 adn.

plicitis et ingeniorum varietate confusis et eloquentium virorum exquisito sermone fucatis quis imperito ac rudi locus est? Denique nullas unquam mulieres philosophari docuerunt, praeter unam ex omni memoria Themisten, neque servos praeter unum Phaedonem, quem male servientem redemisse ac docuisse Cebetem tradunt. Enumerant etiam Platonem ac Diogenem, qui tamen servi non fuerunt, sed his servitus venerat. Sunt enim capti. Platonem quidem redemisse Anniceris quidam traditur HS VIII. Itaque insectatus est conviciis hunc ipsum redemptorem Seneca, quod parvo Platonem aestimaverit, furiosus ut mihi quidem videtur, qui homini fuerit iratus, quod non multam pecuniam perdidit: scilicet aurum adpendere debuit tanquam pro mortuo Hectore, aut tantum ingerere numorum, quantum venditor non poposcit. Ex barbaris vero nullum praeter unum Anacharsim Scytham, qui philosophiam ne somniasset quidem, nisi et linguam et litteras ante didicisset.' — Terminavit Seneca, ut ait Lact. VI, 24, 12 Exhortationes hac sententia (fr. 24): 'Magnum (inquit) nescio quid maiusque quam cogitari potest, nomen est, cui vivendo operam damus. Huic nos adprobemus, nam nihil prodest inclusam esse conscientiam: patemus (*corrigere* pateamus) deo'.

Non fugit nos Exhortationum speciem, quo magis in philosophia conlaudanda acquievit oratio, nullis praeceptis datis, eo proprius accessisse ad ostentativum dicendi genus. Homines enim adducere verbis, ut ea quae eis viderentur bona, despicerent, eosque e vitae miseriis vocare ad philosophiam quasi in asylum, in quo rebus adversis perfugium invenirent: hoc non tam docti quam eloquentis oratoris fuit. Itaque in exhortationum genere elaborando studia sua collocaverunt rhetores illi, quos Philostratus (vit. soph. I, 1) appellat τὸς φιλοσοφίσαντας ἐν δόξῃ τοῦ σοφιστεῦσαι, et quorum philosophia 'clamores capit', ut ait Seneca epist. 52, 9.

Quales fuerint rhetorum declamationes protrepticae, cum e multis severiorum philosophorum locis, quibus earum mentionum faciunt, tum ex Epicteti dissertationibus colligere

licet. Epictetus enim (III, 23) *contra τοὺς ἀναγιγνώσκοντας καὶ διαλεγόμενους ἐπιδεικτικῶς* dicens, vituperat eos philosophos qui orationibus suis prodesse quidem velint, re autem vera nihil nisi laudem ac mercedem sectati audientium laudes atque adplausus captent: esse hoc rhetoris, non philosophi; ad philosophum enim ultro venire qui audiant, veluti ad medicum aegrotantes; neque ideo parentes liberos peregre mittere, ut in scholis philosophorum *ἐπιφωνήματα* audiant; pergit (33): *τί οὖν; οὐκ ἔστιν ὁ προτρεπτικός χαρακτήρ; τίς γάρ οὐ λέγει, ὡς ὁ ἐλεγκτικός, ὡς ὁ διδασκαλικός. Τίς οὖν πάποτε τέταρτον εἶπε μετὰ τούτων τὸν ἐπιδεικτικόν; τίς γάρ ἐστιν ὁ προτρεπτικός; δύνασθαι καὶ ἐνὶ καὶ πολλοῖς δεῖξαι τὴν μάχην ἐν ἧ κλιόνται· καὶ ὅτι μᾶλλον πάντων φροντίζουσιν ἢ ὧν θέλουσιν. θέλουσι μὲν γὰρ τὰ πρὸς εὐδαιμονίαν φέροντα, ἀλλαχοῦ δ' αὐτὰ ζητοῦσι.* Deinde (36): *οὐδὲν ἂν προτρεπτικώτερον ἢ ὅταν ὁ λέγων ἐμφαίνῃ τοῖς ἀκούουσιν, ὅτι χρεῖαν αὐτῶν ἔχει.* Quis enim, ait, si te audit dicentem, descendit in se? Quis animo permotus exiens dicit 'hoc iam non faciam'?, apud te dicunt 'pulchre dixit de hac re'.

Is igitur est protreptici finis Epicteti opinione, ut homini de semet ipso sollicitudinem ac curam afferat eumque contra utilitatem suam facere demonstret. Hoc enim omnis philosophiae initium est, si Epictetum audis (II, 2, 13) *ἀρχὴ φιλοσοφίας αἴσθησις μάχης τῆς πρὸς ἀλλήλους τῶν ἀνθρώπων κτέ.*, et qui hoc distinctissime exponere potest, ad cohortandum maxime valet (II, 26, 4): *Δεινὸς οὖν ἐν λόγῳ, ὁ δ' αὐτὸς καὶ προτρεπτικός καὶ ἐλεγκτικός οὗτος ὁ δυνάμενος ἐκάστῳ παραδείξαι τὴν μάχην καθ' ἣν ἁμαρτάνει, καὶ σαφῶς παραστήσαι πῶς ὁ θέλει οὐ ποιεῖ, καὶ ὁ μὴ θέλει, ποιεῖ.*

Idem III, 16, 7 discipulos monet, ut malorum hominum consuetudinem vitent caveantque eorum insolentiam qui putida sua proferunt, dum ipsi eis rebus, quas in scholis didicissent, fidem facere ex propria ratione nesciant. Illos enim dicit multo potiores esse *ὅτι ἐκείνοι μὲν τὰ σαφῆ τὰ αὐτὰ ἀπὸ δογμάτων λαλοῦσιν· ἡμεῖς δὲ τὰ κομψὰ ἀπὸ τῶν χειλῶν· διὰ*

τοῦτο ἄτονά ἐστι καὶ νεκρά· καὶ σικχᾶναί ἐστιν ἀκούοντα ὑμῶν τοὺς προτρεπτικούς καὶ τὴν ἀρετὴν τὴν ταλαίπωρον ἢ ἄνω καὶ κάτω θρυλλεῖται.

Haec Epictetus de protrepticis. Marcus Aurelius, Epicteti admirator, in libris *Εἰς ἑαυτόν* (I, 7) rustico dicit se debere τὸ μὴ ἐκτραπῆναι εἰς ζῆλον σοφιστικὸν μήτε συγγράφειν περὶ τῶν θεωρημάτων ἢ προτρεπτικὰ λογάρια διαλέγεσθαι, ἢ φαντασιοπλήκτως τὸν ἀσκητικὸν ἢ τὸν εὐεργετικὸν ἄνδρα ἐπιδείκνυσθαι.

Plutarchus in exordio libri qui inscribitur *πολιτικά παραγγέλματα*, deridet τοὺς προτρεπομένους τῶν φιλοσόφων, διδάσκοντας δὲ μηδὲν, μηδὲ ὑποτιθεμένους· ὅμοιοι γὰρ εἰσι τοῖς τοὺς λύχνους προμύττουσιν, ἔλαιον δὲ μὴ ἐγχείουσιν.

Haec igitur de sophistarum protrepticis iudicaverunt Epictetus, Plutarchus, alii. Quaeritur num ipsi illius saeculi philosophi protrepticos scripsisse vel habuisse putandi sint. Atque Musonii quidem Rufi, Epicteti praeceptoris, protrepticum non novimus, sed exstant eius orationes quae ad protrepticorum similitudinem accedunt, dico eam, ex qua fragmentum affert Stobaeus in fl. 46, 67 s. l. 'ὅτι φιλοσοφητέον καὶ τοῖς βασιλεῦσιν'. Sententiae quae in hoc fragmento leguntur, mere sunt protrepticae. Eadem dici possunt de Musonii oratione 'ὅτι καὶ γυναιξὶ φιλοσοφητέον', cuius fragmentum legitur apud Stob. in Exc. Dam. II, 126 = Anth. II p. 244 W.

Epictetus protrepticum non scripsit, etsi totum eius disserendi genus *προτρεπτικόν* est. Nam cum Socratis ratione uteretur, tam Epicteti quam Socratis disputationes quodam modo *προτρεπτικαί* appellari possunt. Sic optime intellegitur Stobaei locus in fl. 97, 28, cui lemma inscribitur: *Ἐκ τῶν Ἀρριανοῦ προτρεπτικῶν ὁμιλιῶν*. Hoc enim titulo Epicteti dissertationes significari, quas Arrianus litteris mandavit, ostendit nuper R. Asmus (Quaest. Epict., Frib. Brisig. 1888 p. 36 sqq.). Ceterum Cynici protreptici exemplum Epictetus praebet in Diss. III, 22 *περὶ Κυνισμοῦ*. Hoc loco postquam quae sit natura et ingenium Cynici genuini exposuit, pergīt (26): *δεῖ οὖν αὐτὸν* (sc. τὸν Κυνικὸν) *δύνασθαι ἀνατει-*

νάμενον, ἂν οὕτω τύχη καὶ ἐπὶ σκηνὴν τραγικὴν ἀνερχόμενον λέγειν τὸ τοῦ Σωκράτους· Ὡς ἄνθρωποι, ποῖ φέρεσθε; τί ποιεῖτε; ὦ ταλαίπωροι· ἄλλην ὁδὸν ἀπέρχεσθε, τὴν οὖσαν ἀπολειπούτες· ἀλλαχοῦ ζητεῖτε τὸ εὖρον καὶ τὸ εὐδαιμονικόν, ὅπου οὐκ ἔστιν· οὐδ' ἄλλου δεικνύοντος πιστεύετε. Τί αὐτὸ ἔξω ζητεῖτε; ἐν σώματι; οὐκ ἔστιν· εἰ ἀπιστεῖτε, ἴδετε Μύρωνα, ἴδετε Ὀφέλλιον. Ἐν κήσει; οὐκ ἔστιν· εἰ δ' ἀπιστεῖτε, ἴδετε Κροῖσον· ἴδετε τοὺς νῦν πλουσίους, ὅσης οἰμωγῆς ὁ βίος αὐτῶν μεστός ἐστιν. Ἐν ἀρχῇ; οὐκ ἔστιν. εἰ δὲ μὴ γε, ἔδει τοὺς δις καὶ τρις ὑπάτους εὐδαίμονας εἶναι· οὐκ εἰσὶ δέ (30) ἐν βασιλείᾳ; οὐκ ἔστιν, εἰ δὲ μὴ Νέρων ἂν εὐδαίμων ἐγένετο, καὶ Σαρδανάπαλος (31) Τί οὖν σοι κακόν ἐστιν; ἐκεῖνο, ὅτι ποτέ, ἡμέληται σου καὶ κατέφθαρται ὧς ὀρεγόμεθα, ὧς ἐκκλίνομεν, ὧς ὀρμῶμεν καὶ ἀφορμῶμεν. Πῶς ἡμέληται; Ἄγροει τὴν οὐσίαν τοῦ ἀγαθοῦ πρὸς ἣν πέφυκε, καὶ τὴν τοῦ κακοῦ· καὶ τί ἴδιον ἔχει, καὶ τί ἄλλότριον κτέ. Imitatus est Epictetus Socratis protrepticum, quem in Clitophonte legimus (cf. p. 231). Conferendum est cum his quod Cynicus apud Lucianum (in Cyn. cap. VII) exposuit.¹⁾

Appendicis loco pauca afferenda sunt de Plutarcho. Plutarchus enim protrepticum scripsit quo adolescentem, ut rem publicam capessat, exhortatus est. Supra (p. 310) exscripsit quod Plutarchus in libri πολιτικὰ παραγγέλματα initio contra τοὺς προτρεπομένους dixit: quod eis exprobavit ipse vitare studens, adolescenti ad quem librum mittit, singula praecepta dat. Sed antea protrepticum ad eum Plutarchum scripsisse, verba docent haec ὄρω οὖν σε παρωρημένον ὑπὸ τοῦ λόγου πρὸς πολιτείαν — — — ἀξιοῖς δὲ παραγγέλματα λαβεῖν πολιτικά'. Simillimum est exordium fragmenti περὶ μοναρχ. καὶ δημοκρ. καὶ ὀλιγ. (p. 1007 Duebn.): Ὁ προτρεπόμενος καὶ διαίρων ἐπὶ πολιτείαν βέβληται λόγος· ἐκτίνωμεν ἤδη τὴν ὀφειλομένην ἐποικοδομοῦντες τῇ προτροπῇ διδασκαλίαν, ὀφείλεται δὲ τῷ παραδεδεγμένῳ τὴν ἐπὶ τὸ πράττειν τὰ κοινὰ προτροπὴν καὶ ὀρμὴν, ἕξῃς ἀκοῦσαι καὶ λαβεῖν παραγγέλ-

1) de Epict. III, 22 disseruit Weberus, Stud. Lips. X, 202.

ματα πολιτείας κτῆ. Videmus igitur Plutarchum philosophorum morem imitatus coniunxisse τὸν προτρεπτικὸν et τὸν ὑποθετικὸν λόγον.

In Lampriae catalogo duo protreptici afferuntur, unus (sub n. 214) Προτρεπτικός εἰς Ἀσκληπιὸν Περγαμηνόν, alter (sub n. 207 A—E) Προτρεπτικός πρὸς νέον πλούσιον. Ex hoc altero libro deprompta esse conicio quae Stobaeus habet sub lemmate Πλουτάρχου κατὰ πλούτου (fl. 93, 33). Haec enim verba in protrepticum optime quadrant:

fr. XXI Duebn. (Stob. fl. 93, 33 κατὰ πλούτου).

Ἄλλ' ἀπληστία καὶ ἀπιστός ἐστιν ἐν αὐτοῖς μανία, τοιοῦτ' μὲν ἐνθουσιασμῷ χρῆσθαι περὶ τὴν κτῆσιν, ὡς εἰ κτήσαιντο μηκέτι καμυμένους· τοσαύτη δὲ ἀμελεία περὶ τὰ ληφθέντα, ὡς μὴ γενόμενα. Δυσερωτιῶσι δὲ τῶν ἀπόντων, ὑπερορῶντες ὧν ἔχουσιν· οὐδὲν γὰρ οὕτως ἀγαπῶσιν, ὡς ἀἐλλίξουσιν. Οὐκ οἶδα πότερον αὐτοῖς ἀμεινόν ἐστιν ἔχειν ἢ προσδοκᾶν· ἔχοντες γὰρ, οὐ χρῶνται· προσδοκῶντες δὲ, κάμνουσι. Τί οὖν ἐπαινοῦμεν τοιοῦτον ἀγαθόν, οὗ πέρας ἐστὶν οὐδὲν, ἀλλὰ τὸ ληφθὲν ἐτέρων ἀρχή; Confer cum his Boethi de cons. III, 3.

Nec minus protreptici naturam prae se ferre videtur hoc fr. XXIV Duebn. (Stob. fl. 53, 14 Πλουτ. ἐκ τοῦ κατ' ἰσχύος).

Τί δέ σοι τοιοῦτον ἀγαθόν εὐτυχεῖται μᾶλλον, ὡς ἕνεκα τούτου μητριὰν μὲν τῶν ἀνθρώπων, μητέρα δὲ τῶν ἀλόγων ζῴων γεγενῆσθαι τὴν φύσιν, μεγέθους καὶ ὀξύτητος καὶ ὀξύπιας χάριν; Ἡ δὲ ἀνθρώπων ἴδιος ἰσχύς ὁ ψυχῆς ἐστὶ λογισμός, ὃ καὶ ἑλέφαντας ὑπὸ δρυμὸν εἶλε ποδάγρας, καὶ ἵππους ἐχαλίνωσε, καὶ βόας ἀρότροις ὑπέξενξε, καὶ τὰ ἐναέρια κατέσπασε καλάμοις, καὶ τὰ βύθια δεδυνότα δικτύοις ἀνήγαγε· τοῦτ' ἐστὶν ἰσχύς. Ἡ δ' ἔτι μείζων, ὅταν γῆς περιόδους καὶ οὐρανοῦ μεγέθη καὶ ἀστέρων κύκλους διώκουσα μὴ κάμη· ταῦτ' ἦν Ἡρακλέους ἄξια· τίς γὰρ οὐκ ἂν βούλοιο μᾶλλον Ὀδυσσεὺς εἶναι ἢ Κύνκλωψ; Locos consimiles e protrepticis petitos infra afferam.

Delapsi sumus temporum ratione ad eam aetatem, qua imperatorum Romanorum studio ac favore rhetores ac sophistae

scholarum umbris relictis novo splendore artes suas inter homines exercuerunt. Ut Gorgiae et Protagorae olim aetate sophistae omnes fere litterarum disciplinas comprehenderant, ita tunc quoque eorum studia magna apud homines auctoritate et gratia florere coeperunt. Ac vide, quae olim inter rhetoricae et philosophiae exstiterat artissima coniunctio, renata est his Caesarianis temporibus. Quid igitur mirum quod protreptici, quos ex orbe virorum qui simillimis studiis temporibus quidem et condicionibus mutatis animos hominum moverant, ortos esse diximus, in hoc quoque sophistarum theatro exsultaverunt? Atque quamvis increpent et illudant hos declamatores strenui philosophi ut Seneca (epist. 52), Musonius (Gell. V, 1), Epictetus (diss. III, 23): ipsi in dissertationibus suis ab illorum dicendi ratione non multum absunt. Omnes enim huius aetatis philosophi philosophiam ob eam rem tractari voluerunt, ut hominum mores confirmarentur et emendarentur; neque logicam neque naturalem philosophiae partem probant nisi inde, ut aliquid utilitatis conferatur ad hominum vitam recte agendam, quare omnes multi sunt in disputando contra morum pravitatem et vitia generis humani.

Iam omnes illae orationes sive ab rhetore sive a philosopho sunt habitae, quibus demonstratur res fragiles esse quas homines in bonis numerent, velut sanitatem libertatem gloriam nobilitatem divitias pulchritudinem patriam, quarum loco commendatur ἡ ἀντάρκεια; deinde quibus monemur, ut quod in nobis sit divinum atque immortale excolamus, spernamus ea quae externa et in casu sint: omnes, inquam, hae orationes habent cum protrepticis quandam similitudinem.

Inprimis Dionis Chrysostomi orationes paraeneticae τὸν προτρεπτικὸν χαρακτῆρα prae se ferunt, nomen vero protreptici nulla habet. Ac profecto neque Exhortationes ad plebem hoc loco in censum veniunt neque homiliae illae Dionis, quas Weberus προτρεπτικούς λόγους significavit (l. c. p. 233 sqq.). Nam quo iure vir doctus Dionis orationes III, VI, IX Rohdii auctoritatem secutus protrepticos dixerit, ego nescio neque ipse satis demonstrasse videtur: nihil prorsus

in illis inest, unde protreptici naturam et indolem cognoscere possis. Multo rectius Weberus in oratione XIII protrepticam invenire potuit. In hac enim oratione Dio narrat, quo modo ipse ad philosophiam provocatus ac necessitate quadam, ut ad praecepta philosophiae et ad mores corrigendos attenderet, coactus sit. Cum vero adhuc indoctior esset quam ut propriam exponeret prudentiam, dicit usurpasse se sermonem a Socrate quodam dictum (424^R) ὃν οὐδέποτε ἐκεῖνος ἐπαύσατο λέγων, πανταχοῦ τε καὶ πρὸς ἅπαντας βοῶν — ὡσπερ ἀπὸ μηχανῆς θεός, ὡς ἔφη τις.

Quae sequitur oratio, eam Duemmlerus (in Antisthenicis p. 8—11) ex Antisthenis Archelao fluxisse credidit, quod falsum esse haec docet comparatio:

Dio Chrys. or. XIII, 424 R.:

ὡσπερ ἀπὸ μηχανῆς θεός — — ἐβόα πάνν ἀνδρείως τε καὶ ἀνυποστόλως· Ὡνθρωποι, ἀγνοεῖτε μηδὲν τῶν δεόντων πράττοντες, χρημάτων μὲν ἐπιμελούμενοι καὶ πορίζοντες πάντα τρόπον, ὅπως αὐτοὶ τε ἀφθονα ἔχητε καὶ τοῖς παισὶν ἔτι πλείω παραδώσετε, αὐτῶν δὲ τῶν παίδων καὶ πρότερον ὑμῶν τῶν πατέρων ἡμελήκατε ὁμοίως ἅπαντες, οὐδὲ μίαν εὐρόντες. — παιδευσιν — — ἦν παιδευθέντες δυνήσονται τοῖς χρήμασι χρῆσθαι κτέ.

Pseudoplat. Clitoph. 407:

ὡσπερ ἐπὶ μηχανῆς τραγικῆς θεός, ὑμεῖς λέγων· ποῖ φέρεσθε, ὦνθρωποι, καὶ ἀγνοεῖτε οὐδὲν τῶν δεόντων πράττοντες, οἵτινες χρημάτων μὲν πέρι τὴν πᾶσαν σπουδὴν ἔχετε, ὅπως ὑμῖν ἔσται, τῶν δ' υἱέων οἷς ταῦτα παραδώσετε, ὅπως ἐπιστήσονται χρῆσθαι δικαίως τούτοις, ἀμελεῖτε κτέ.

Si igitur Dio (431) dicit 'εἰσὶν οἱ λόγοι οὗτοι ἀνδρὸς ὃν οἶ τε Ἕλληνας ἐθαύμασαν ἅπαντες ἐπὶ σοφίᾳ καὶ δὴ καὶ ὁ Ἀπόλλων σοφὸν αὐτὸν ἠγήσατο' — non aptum est de alio cogitare ac Socrate. Protrepticum esse Socratis orationem, quam Dio profert, ipse dicit 431 R (p. 249, 10): καὶ οὕτω

δὴ παρεκάλει πρὸς τὸ ἐπιμελεῖσθαι καὶ προσέχειν αὐτῷ τὸν νοῦν [καὶ φιλοσοφεῖν]. ἤδει γὰρ ὅτι τοῦτο ζητοῦντες οὐδὲν ἄλλο ποιήσουσιν ἢ φιλοσοφήσουσι κτέ. In fine orationis, postquam Socratis protrepticum enarravit, sententias addit quibus ipse in protrepticis usus est, non coram duobus vel tribus hominibus verba faciens, ut Socrates (432 R p. 250, 4 Dind.), sed praesentibus permultis hortans ὅτι δέονται παιδείας κρείττονος καὶ ἐπιμελεστέρας, εἰ μέλλουσιν εὐδαίμονες ἔσεσθαι κτέ.

Hoc loco afferam protreptici fragmentum quod invenitur in libello Pseudoplutarcheo ¹⁾ περὶ παιδῶν ἀγωγῆς. Declamationis auctor in cap. VIII (5^a) inseruit laudationem τῆς παιδείας, quae sententiis pervulgatis et in protrepticis maxime usitatis consarcinata est. Locum propono:

— — — καὶ τὰ μὲν ἄλλα τῶν ἀγαθῶν ἀνθρώπινα καὶ μικρὰ καὶ οὐκ ἀξιοσπούδαστα καθέστηκεν. εὐγένεια καλὸν μὲν, ἀλλὰ προγόνων ἀγαθόν· πλοῦτος δὲ τίμιον μὲν, ἀλλὰ τύχης κτήμα, ἐπειδὴ τῶν μὲν ἐχόντων πολλάκις ἀφείλετο, τοῖς δ' οὐκ ἐλπίσασι φέρουσα προήνεγκε, καὶ ὁ πολὺς πλοῦτος σκοπὸς ἐκκεῖται τοῖς βουλομένοις βαλάντια τοξεύειν, κακούργοις οἰκέταις καὶ συκοφάνταις, καὶ τὸ μέγιστον, ὅτι καὶ τοῖς πονηροτάτοις μέτεστι. δόξα γε μὴν σεμνὸν μὲν, ἀλλ' ἀβέβαιον. κάλλος δὲ περιμέγητον μὲν, ἀλλ' ὀλιγοχρόνιον. ὑγεία δὲ τίμιον μὲν, ἀλλ' εὐμετάστατον. ἰσχυρὸς δὲ ζῆλωτὸν μὲν, ἀλλὰ νόσῳ εὐάλωτον καὶ γήρῳ. τὸ δὲ ὅλον εἴ τις ἐπὶ τῇ τοῦ σώματος ῥώμῃ φρονεῖ, μαθέτω γνώμης διαμαρτάνων. πόστιν γὰρ ἐστὶν ἰσχυρὸς ἀνθρωπίνῃ τῆς τῶν ἄλλων ζῴων δυνάμει; λέγω δὲ οἷον ἐλεφάντων καὶ ταύρων καὶ λεόντων. παιδεία δὲ τῶν ἐν ἡμῖν μόνον ἐστὶν ἀθάνατον καὶ θεῖον. καὶ δύο τὰ πάντων ἐστὶ κυριώτατα ἐν ἀνθρωπίνῃ φύσει, νοῦς καὶ λόγος. καὶ ὁ μὲν νοῦς ἀρχικός ἐστὶ τοῦ λόγου, ὁ δὲ λόγος ὑπηρετικός τοῦ νοῦ, τύχη μὲν ἀνάλωτος, συκοφαντία δὲ ἀναφαιρέτος, νόσῳ δ' ἀδιάφθορος, γήρῳ δ' ἀλύμαντος. μόνος γὰρ ὁ νοῦς παλαι-

1) 'libellum istum non esse scriptum a Plutarcho non magis Wytenbach quam Selsler Schellens Fuhr demonstraverunt: actam esse causam etiam tirones clamant', Gercke de Gal. et Pl. in *Mus. Rhen.* 41 p. 471.

ούμενος ἀνηβᾶ, καὶ ὁ χρόνος τᾶλλα πάντ' ἀφαιρῶν τῷ γήρα προστίθῃσι τὴν ἐπιστήμην. Habemus hoc loco protrepticum quasi summarium, simillimum ei quod apud Boethium (de cons. III, 8, 4—30) legimus (cf. p. 269 extr.).

E protreptico desumpta est etiam philosophiae laudatio quae in eiusdem libelli cap. X (7^d) sequitur:

διὸ δεῖ τῆς ἄλλης παιδείας ὡσπερ κεφάλαιον ποιεῖν τὴν φιλοσοφίαν. περὶ μὲν γὰρ τὴν τοῦ σώματος ἐπιμέλειαν διττὰς εὔρον ἐπιστήμας οἱ ἄνθρωποι, τὴν ἰατρικὴν καὶ τὴν γυμναστικὴν, ὧν ἡ μὲν τὴν ὑγιείαν ἡ δὲ τὴν εὐεξίαν ἐντίθῃσι. τῶν δὲ τῆς ψυχῆς ἀρρωστημάτων καὶ παθῶν ἡ φιλοσοφία μόνη φάρμακόν ἐστι. διὰ γὰρ ταύτην ἐστὶ καὶ μετὰ ταύτης γινῶναι τί τὸ καλὸν τί τὸ αἰσχρὸν, τί τὸ δίκαιον κτέ.

Transeo ad Galeni protrepticum, librum 'suavissimum et lectu perdignum', quem recte dicit novissimus editor Ioannes Marquardt.¹⁾ Huius libelli cum codex manu scriptus adhuc non inventus sit, adeamus necesse est editiones veteres quae protrepticum praebent hoc titulo inscriptum: *Γαληνοῦ παραφραστοῦ τοῦ Μηνოდότου προτρεπτικὸς λόγος ἐπὶ τέχναις*. Menodotum, Empiricorum principem et Aenesidemi successorem (Strabo XII, 5, 1^b. Laert. Diog. IX, 115) Galenus non memorat nisi ut eum refellat (vide indicem, in vol. XX ed. Kuehn.). In libro *περὶ τῶν ἰδίων βιβλίων* cap. 9 (XIX, 38 K.) Galenus quae contra Empiricos scripsit afferens, praeter alios libros commemorat hos: *Περὶ τῶν Μηνოდότου Σεβήρων ἑνδεκα, ὑπομνήματα γ' εἰς τὸ Μηνოდότου Σεβήρων*²⁾, quem titulum excipit hic: *Προτρεπτικὸς ἐπὶ ἰατρικὴν*. Quod nusquam alibi neque in libro *περὶ τῶν ἰδ. βιβλ.* neque in *περὶ τάξεως τῶν ἰδ. βιβλ.* Galenus protreptici mentionem facit, Goulstonus et Willetus³⁾ censuerunt librum 'προτρεπτικὸς ἐπὶ ἰατρικὴν' quem suum agnovit Galenus, et hunc libellum unum esse

1) Galeni scripta minora, vol. I ex recogn. Ioannis Marquardt. Lips. 1884. (p. XXV.)

2) huius operis mentionem fecit Galenus in 'libro de subfigur. empir.' p. 64, 5. p. 66, 19 ed. Bonnet.

3) *Γαληνοῦ προτρ. ἐπὶ τέχναις*, ed. Abrah. Willet, Lugd. Bat. 1812.

opus idemque. At quem nos tenemus, non est protrepticus ἐπὶ *ιατρικῆν*, sed ἐπὶ *τέχνας*; ad idem igitur opus temere viri docti hos libros rettulerunt. Neque tamen longe eos a vero aberrasse credo, nam persuasum mihi est protrepticum ἐπὶ *τέχνας* prooemii loco a Galeno praemissum esse cohortationi ad medicinam.¹⁾ Argumenta quibus haec sententia confirmetur habeo tria: primum, id quod omnes viderunt, ad libelli calcem auctor optimam esse artem medicinam se deinceps demonstraturum esse pollicetur (p. 129, 28 ed. Marqu. τοῦτο δ' αὐτὸ δεικτέον ἐφεξῆς). Deinde initio artes enumerans primam Aesculapii artem nominavit (p. 104, 1), etiamsi hoc quidem loco philosophiae primitias dare periclitatur. Hoc recte animadvertit Gerckius (*Mus. Rhen.* XLI p. 470). Accedit tertium, quod nemo vidit: in cap. IX postquam Galenus in universum ad artes discendas adhortatus est, quaestionem instituit de athletarum negotio his verbis (p. 116, 21): τὸ δὲ τῶν ἀθλητῶν ἐπιτήδευμα μόνον ὑποπτεύω, μὴ ποτ' ἄρα τοῦτο — ἐξαπατήσῃ τινὰ τῶν νέων ὡς προκριθῆναι τινος τέχνης. Ὁθεν ἄμεινον προδιασκέψασθαι περὶ αὐτοῦ. Verbo προδιασκέψασθαι usus non esset Galenus, si ampliora non editurus fuisset. Itaque hoc pro certo affirmari potest, Galeni protrepticum quem habemus, partem esse operis ad medicinam artem exhortantis.

Videtur autem Galenus aliquo modo Empiricis adversatum esse in protreptico. Nam etsi nihil confido titulo illi, quem editiones habent, a grammatico ficto, qui librorum titulos a Galeno (de libr. propr. 9) enumeratos falso enotavit, miror tamen quod in capite illo nono Galenus nullos affert libros nisi qui de Empiricorum secta vel contra eam scripti sunt. Puto igitur cohortationis ad medicinam partem deperditam Empiricis quodam modo oppositam fuisse. Quos cum eas medicinae partes, quas Graeci ἀνατομίαν et φυσιολογίαν no-

1) Hoc apud me constabat cum nondum legissem ea quae Crusius disseruit de Plutarcho et Galeno in *Mus. Rhen.* XXXIX, 532. Assentitur in hac re etiam Gerckius (in *Mus. Rhen.* XLI, 470), qui Crusii de Plutarcho Galeni in protrept. auctore coniecturam recte refutavit.

minant, contempsisse sciamus¹⁾, facile has disciplinas inprimis praedicaverit Galenus. Atque omnino quod Galenus ad eas artes quae in inspectione, id est cognitione et aestimatione positae sunt, valde exhortatus est, res ipsa tulit ut Empiricis adversaretur.

Haec si recte disputata sunt, Galeni *προτρεπτικὸς ἐπὶ ἰατρικῆν* in tres partes divisus est: prima enim ad artem ediscendam omnino cohortabatur, altera athletarum negotium non aptum esse et ab arte alienissimum demonstrabat, tertia ad medicinam artium summam incitabat. Huius igitur operis exhortatorii exstant partes priores, quae pro argumenti natura a parte tertia separatim et legebantur et describebantur. Tripartitum autem si opus hoc modo fuit, optime libri imago cum aliorum protrepticorum indole ac natura convenit, in quibus et *ἐλεγκτικόν* et *ἐνδεικτικὸν λόγον* inesse vidimus (p. 293. 302).

Accedimus nunc ad libri argumentum, in quo tractando id specto, ut et quae sententiae in protrepticis usitatae sint exponam et huius libri cum aliis eiusdem generis cognationem ostendam.

Proficiscitur Galenus a discrimine quod est inter reliqua animalia et hominem: Stoicorum ratione bestiis tribuitur ὁ λόγος προφορικός, hominibus ὁ λόγος ἐνδιάθετος, quo omnibus animalibus homo antecellit. Homo enim non solum peritus est earum artium quas bestiae naturae magis instinctu quam voluntate callent, velut texendi, fingendi, nandi; sed divinis quoque artibus eruditus est Aesculapii, Apollinis, nec geometriam nec astronomiam ignorat; quin etiam tantus eius est cognoscendi amor, ut summum sibi comparaverit, philosophiam. Quam ob rem, etiam si mente praedita sint animalia, homo tamen solus appellatur λογικός (cap. I).

Philosophiam summum bonum esse a dis ipsis hominibus datum, saepe exponitur in protrepticis. Sententia est Platonis in Timaeo (47^b): ἐξ ὧν ἐπορισάμεθα φιλοσοφίας γένος, οὗ μείζον ἀγαθὸν οὐτ' ἦλθεν οὐτε ἦξει ποτὲ τῷ θνητῷ γένει

1) de Empiricis cf. Wittweri *Archiv* I, 3 sqq.

δωρηθὲν ἐκ Θεῶν. Cf. Ciceronis locos, quos Posidonio tribuimus in Tusc. disp. I, 26, 64. de legg. I, 22, 58. etiam Acad. prior. I, 2, 8.

Nonne igitur turpe est spretis eis, quibus cum deis coniuncti sumus, Fortunae se dare mutabili ac variae? Quam recte antiqui specie finxerunt mulieris caecae in globo gubernaculum tenentis.

Depingitur deinde ἡ Τύχη eodem fere modo atque in Cebetis tabulae cap. VII: ἡ δὲ γυνὴ ἐκείνη τις ἐστίν, ἡ ὄσπερ τυφλὴ καὶ μαινομένη τις εἶναι δοκοῦσα, καὶ ἐστηκῖα ἐπὶ λίθου τινὸς στρογγύλου καλεῖται μὲν Τύχη. ἔστι δὲ οὐ μόνον τυφλή, ἀλλὰ καὶ μαινομένη καὶ κωφή. Similia leguntur apud Plutarchum, de fort. Rom. II, 317^{a et b} apud Dionem Chrysost. 63 p. 205 Dind. et 65 p. 218. Cf. etiam Simpl. Phys. I p. 81 B, Pacuv. apud Auct. ad Her. II, 33.

Proponit in cap. IV et V Galenus picturam lepidissimam, in qua iambici poematis vestigia observavit Crusius (in Mus. Rhen. XXXIX, 586). Hac parte Fortunae catervam aspicimus, illac Mercurii comitatum, mentis domini artiumque magistri. Dei deaeque habitus ac species accurate describitur. Mercurii facies fingitur ad Παιδείας similitudinem, quae est apud Cebetem in tabulae cap. XVIII. In Tychae comitatu invenies pigros atque imprudentes, vanasque spes sequentes velut Croesum, Polycratem, Cyrum, Priamum, Dionysum, deinde seditiosos homines, perfidos, alios nefarios. Mercurium secuntur honesti, artium amatores, docti; deo proximi sunt Socrates, Homerus, Hippocrates, Platon eorumque amici; his adiuncti sunt geometri, arithmetici, philosophi, medici, astronomi, grammatici; agmen denique claudunt pictores, sculptores, magistri, architecti, lapicidae, alii artifices: qui omnes intuentur quem secuntur deum.

Mercurius hoc loco est Graecorum Ἐρμῆς Λόγιος, qui a rhetoribus ac philosophis etiam ἐρμηνεύς, νοῦς, λόγος προφορικός dicebatur (O. Mueller *Handb. d. Arch.* 587. 589, 4. Welcker *Götterlehre* II, 453. Preller *Myth. d. Gr.* 339 sq.).

Neminem de suis Mercurium destituere, Galenus Aristippi exemplo demonstrat, cuius dictum a Vitruvio (de arch. VI) quoque refertur. Hac cum re male consentit quod Aristoteles (Metaph. II, 2) narrat Aristippum contempsisse mathematicam. Similem narratiunculam Cicero habet de rep. I, 17, 29. Antistheni vero tributum legitur Aristippi dictum apud Laert. Diog. VI, 1, 6.

Deinceps Galenus neque ob divitias (cap. VI) neque ob nobilitatem (cap. VII) neque ob pulchritudinem (cap. VIII) artium studium spernendum esse ostendit. Haec enim bona non sunt nisi animi virtus ac scientia accedat.

Haec est argumentandi illa ratio quam in omnibus protrepticis redire videmus: velut apud Platonem (Euthyd. 281^b sqq.), Aristotelem (Iambl. protr. p. 132, Stob. flor. 3, 54), Ciceronem in Hortensio (fr. 68—72), Boethium (de consol. II, 5—7. III, 3—7), Pseudoplutarchum (*περὶ παιδῶν ἀγωγῆς* cap. VIII), Epictetum (III, 22, 27).

In cap. VI divitis imaginem exprimit, qui plura semper bona appetens se ipsum abicit ac prosternit. Is enim cum animalium brutorum ea praeferat, quae artem callent, sicuti canes venaticos, equos militares, servosque sibi comparet magno pretio, qui artem factitant, nonne inquit turpe est (p. 109, 1): *τὸν οἰκέτην μὲν ἐνίοτε δραχμῶν εἶναι μυρίων ἄξιον, αὐτὸν δὲ τὸν δεσπότην αὐτοῦ μηδὲ μιᾶς; καὶ τί λέγω μιᾶς; οὐδ' ἂν προῖκά τις τὸν τοιοῦτον λάβοι.*

Habemus sententiam e protreptico Aristotelis petitam, cf. Stob. fl. 3, 54 *ὥσπερ γὰρ εἴ τις τῶν οἰκετῶν αὐτοῦ χείρων εἶη, καταγέλαστος ἂν γένοιτο κτέ.*

Accuratius Galeni verba Clemens Alex. tetigit in Paedag. III, 6 (p. 274 Potter.): *μή πη ἄρα καὶ πρὸς ἡμᾶς φήσῃ τις, ὁ ἵππος αὐτοῦ πεντεκαίδεκα ταλάντων ἐστὶν ἄξιον ἢ τὸ χωρίον ἢ ὁ οἰκέτης ἢ τὸ χρυσίον, αὐτὸς δὲ χαλκῶν ἐστὶν οὐ τιμώτερος τριῶν.* Cf. ibid. III, 2, 10 et 11.

Similis locus est apud Epictetum (Diss. III, 26, 25): *διὰ τί δ' οὕτως ἀχρηστον καὶ ἀνωφελῆ σεαυτὸν παρεσκεύασας ἵνα μηδεὶς σε εἰς οἰκίαν θέλῃ δέξασθαι, μηδεὶς ἐπιμεληθῆναι;*

ἀλλὰ σκεῦος μὲν ὀλόκληρον καὶ χρήσιμον ἔξω ἐρριμμένον πᾶς τις εὐρῶν ἀναιρήσεται, καὶ κέρδος ἡγήσεται, σὲ δ' οὐδείς, ἀλλὰ πᾶς ζημίαν· οὕτως οὐδὲ κινὸς δύνασαι χρεῖαν παρασχεῖν, οὐδ' ἀλεκτρονός. Τί οὖν ἔτι ζῆν θέλεις, τοιοῦτος ὢν; cf. Epicteti fragm. XXVI (III p. 74 Schweigh.).

Haec Galenus illustrat dicta afferens virorum illustrium. Demosthenes divites qui rudi animo sunt appellavit χρυσᾶ πρόβατα. Simile est quod Laert. Diog. VI, 74 de Diogene narrat (τὸν πλούσιον ἀμαθῆ πρόβατον εἶπε χρυσόμαλλον), et quod Socratis fertur apud Stobaeum in Anthol. II, 31, 46 p. 209 W. — Diogenes eosdem comparavit cum fici arboribus in loco declivi positis: quarum fructus ut corvi comedunt, sic divitum opes adulatorum. Idem narrat Laert. Diog. VI, 60 et Stob. fl. 92, 13; Crateti adscribitur hoc dictum apud Stob. fl. 15, 10. — Tertium addit Galenus (p. 109, 25) hoc: ὁ θεὸς οὐδ' ὁ ταῖς κρήναις τοὺς τοιοῦτους εἰκάσας ἄμουσός τις ἦν. καὶ γὰρ τοὶ καὶ οἱ ἀπὸ τῶν κρηνῶν ὑδρευόμενοι πρόσθεν, ἐπειδὴν μηκέτ' ἔχουσιν ὕδωρ ἀνασυράμενοι προσουροῦσι. Quem dicit Galenus τὸν οὐκ ἄμουσον neque hoc loco neque alio (p. 127, 13) ubi οὐκ ἄμούσων τινός versus quosdam affert, compertum habemus. Probabile est id quod Hauptius (Herm. IV, 28) dicit, Galenum aequalem laudavisse.¹⁾

In cap. VII Galenus refellit eos qui generis nobilitati confidunt. Quae de hac re disputat, ad Aristotelem referenda sunt, qui in Rhet. 1390^b 8 haec habet: εὐγενείας μὲν οὖν ἡθός ἐστι τὸ φιλοτιμότερον εἶναι τὸν κεκτημένον αὐτήν· ἅπαντες γὰρ ὅταν ὑπάρχη τι, πρὸς τοῦτο σωρεύειν εἰώθασιν, ἢ δ' εὐγένεια ἐντιμότης προγόνων ἐστὶν κτέ. Cf. Polit. 1284, 34.²⁾ Hoc iudicium Aristoteles in protreptico iteravit, ex quo Boethius haurire videtur de cons. III, 6, 18: 'iam vero quam sit inane quam futile nobilitatis nomen, quis non videat? quae si ad claritudinem refertur, aliena est. videtur namque esse nobilitas quaedam de meritis veniens laus parentum. Quod

1) Cf. etiam Brandt, Corp. poes. ep. Gr. ludib. fasc. I p. 108.

2) Cf. Immisch, Comment. Ribbeck. p. 83.

si claritudinem praedicatio facit, illi sint clari necesse est qui praedicantur. Quare splendidum te, si tuam non habes, aliena claritudo non efficit. Quod si quid est in nobilitate bonum, id esse arbitror solum, ut inposita nobilibus necessitudo videatur, ne a maiorum virtute degeneret.

Homo nequam, ait Galenus, qui maiorum gloria nititur, nequitiam facit insigniorem (cf. Cic. de off. II, 13, 44). Itaque qui nobili loco natus est, artem exerceat oportet, qua re nunquam deformabit gentem; nec minus qui infimo loco, cuius nomen artis studio quam maxime ornabitur.

Explanavit haec, ut solet, apophthegmatis additis. Themistocelis dictum (p. 111, 17) non multum differt ab Iphicrateo apud Stob. fl. 86, 15; cf. Pseudoplut. vol. V p. 78, 27 Dueb. Anacharsidis illud (p. 111, 24) invenitur apud Laert. Diog. I, 8, 5. Stob. fl. 86, 16. Apophth. Vind. 69. Quod Galenus dicit viros non illustrari patriae nomine, verum patriam virorum in ea natorum gloria claram fieri, hoc exemplis demonstravit in hisce commentationibus tritissimis: Anacharsidis scilicet Scytharumque, Pindari ac Boeotiae, Aristotelis et Stagironum. Eisdem ad eandem rem usus est Themistius in or. XXVII, 334^c. 337^c.

In cap. VIII pulchritudo corporis quam fugax sit, Galenus disputat. Compara haec:

<p>Galenus protr. p. 113, 11:</p> <p>Ἄμεινον οὖν ἔστιν ἐγνωκό- τας τὴν μὲν τῶν μειρακίων ὥραν τοῖς ἡρῖνοις ἀνθεσιν εἰκνῆαν ὀλιγοχρόνιον τε τὴν τέρψιν ἔχουσαν — —</p>	<p>Boethius e protreptico hau- riens (de cons. III, 8, 19): formae vero nitor ut rapidus est ut velox et vernalium florum mutabilitate fuga- cior?</p>
---	---

In fine huius partis Galenus οἶον ἀγαθόν τινα ἐπιφρόν (p. 115, 16) Diogenis factum narrat vere cynicum. Diogenes enim apud divitem cenans, qui res suas optime quidem comparatas et splendide ornatas habebat, semet ipsum vero abiebat, screavit sputumque in eum coniecit, quod nihil in

domo tam neglectum ac sordidum vidisset quam dominum ipsum.

Idem legitur apud Laert. Diog. VI, 2, 32 et in epist. Diog. 38, 5 p. 253 Herch. Contra ab Aristippo hoc factum esse dicit Laert. Diog. II, 75. Similia habes apud Apuleium de deo Socr. II p. 170; cf. epigramma apud Riesium 443.

Sequitur altera pars libelli, in qua auctor eos adloquitur qui *προτετραμμένοι* sunt artemque ediscendam esse dicunt. Philonis igitur de protreptico expositionem si reputamus, Galenus deinceps conatur τὰ *θεραπευτικὰ* προσάγειν, quod negotium duplex est: τὸ μὲν γὰρ ὑπεξαίρετικὸν τῶν ψευδῶς γεγενημένων δοξῶν, δι' ἧς τὰ κριτήρια νοσοποιεῖται τῆς ψυχῆς, προσάγει λόγον, τὸ δὲ τῶν ὑγιῶς ἔχουσῶν ἐνθετικόν (cf. p. 301).

Δόξαν ψευδῶς γεγενημένην Galenus dicit eorum opinionem, qui athletarum studium ad artem pertinere dicant. Verae enim artis τέλος cum βιωφελές sit (p. 116, 15), hoc non invenitur in athletarum negotio, quod corporis quidem vim, gloriam, honores, divitias hominibus praebere videtur, re vera non praebet.

Athleticam philosophi multi vituperaverunt, vide Wyttenbach. ad Pseudoplut. de libr. ed. 11 (adnot. p. 117). Improbabant eam Xenophanes et Euripides, nec non Socrates, Plato, Aristoteles. Diogenes quidem Sinopensis educatoris officio fungens vetuit paedotribas discipulos in athletarum morem exercere (plura attulit Becker Charicl. II² p. 214 sqq.). Galenus ipse etiam aliis locis contra athleticam disseruit, (velut *Περὶ ἰατρ.* 37. de sanit. tuend. 3, 2) sed nusquam tam graviter quam hoc in libello.

Proficiscitur auctor (p. 117, 4) in hac parte a sententia simili atque in libri exordio. Hominum genus dicit deis cognatum esse καθ' ὅσον λογικόν ἐστι, animalibus καθ' ὅσον θνητόν. Itaque si altiore appetimus coniunctionem, maxime animus excolendus est (cf. Iambl. protr. p. 100): quo conformato homo summum bonum attingit, cum ineruditus descendat ad bruta animalia. Corporis autem exercitatione homo

bestias non modo non vincet, sed ne aequiparabit quidem unquam. Pergit p. 117, 13: *τίς γὰρ λέόντων ἢ ἐλεφάντων ἀκμιώτερος; τίς δ' ὀκύτερος λαγωῦ;* Eadem demonstrat Galenus p. 127, 15 versus laudans poetae nobis ignoti.

Saepeissime hic locus occurrit in protrepticis: cf. Iambl. protr. p. 100. Pseudoplut. de libr. educ. cap. VIII (locum exscripsi p. 315); deinde Plutarchus κατ' ἰσχύος (exscripsi fragmentum pag. 312); Boethius de cons. III, 8, 15 (exscripsi p. 269 sq.). Plane eodem modo disseruit Themist. in orat. XXXIV p. 445, 10 Dind. Adde Eusebii locum quem Stob. fl. 53, 16 praebet, et Diogenis verba apud Dion. Chrys. IX, 293 R. — Facile augere possum locorum numerum, sed his ipsis quos attuli Crusio, viro doctissimo, persuasurum me esse puto, eiusmodi locos Galenum non apud Plutarchum tantum, sed in omnibus protrepticis invenisse.

In cap. X auctor ut sententiam suam confirmet, sapientium virorum de athletica profert iudicia, argumentandi usus ratione Socratica (cf. Plat. Alcib. I, 117^c. Euthyd. 279^e. Xenoph. Mem. III, 3, 9). Mox autem haec abrumpit dicens (p. 120, 3): *ὅλως μὲν οὖν ἐπὶ μάρτυρος οὐκ ἐβουλόμην κρίνεσθαι· ἔητορικὸν γὰρ τὸ τοιοῦτον μᾶλλον ἢ τιμῶντος ἀλήθειαν ἀνδρός.* Quod vero multi homines ad aliorum auctoritatem confugere quam rem ipsam explorare malunt, inserit Galenus de Phryne narratiunculam (p. 120, 10—23), quae quamque rem per se solam exquirendam esse doceat. Iam a cap. XI res ipsa spectatur. Quaeritur igitur num bonum sit ἡ ἄσκησις ἀθλητική. Bona distribuuntur Peripateticorum more in genera tria: *τῶν μὲν περὶ ψυχὴν ὄντων, τῶν δὲ περὶ σῶμα, τῶν δ' ἐκτός.* Atque animi bonum athletica certe non est, nam athletae (121, 12): *ὡς ἐν βορβόρῳ πολλῶ τὴν ψυχὴν ἐαυτῶν ἔχουσι κατεσβεσμένην* (cf. Plat. de rep. VII, 533). Sed ne corporis quidem bonum affert, neque sanitatem, quod Hippocrates et alii testantur, nam in hac re *οἱ ἀθληταὶ* vere *ἄθλιοι* sunt (Clem. Alex. Paed. II, 1); neque corporis vires, quod Milonis vitae exitu demonstratur (Paus. VI, 14, 8. Strabo VI, 263. Val. Max. IX, 12, 9. Gell. XV, 16. Ovid. Ib. 699 schol. Theocr. 4, 9 schol.).

In cap. XIII (p. 127, 15) Galenus ad inridendos athletas versus laudat poetae ignoti, quos e memoria adscripsit; quorum versuum formam metricam restituere conati sunt Haupt (opuse. III, 445) et Cobet (Mnem. IV, 352. X, 178). Quae autem Crusius (Mus. Rhen. XXXIX, 591) de huius carminis auctore expeditivisse sibi visus est, concidunt. Acute respondit Crusio Gerckius in Mus. Rhen. XLI, 470 quem ille non refutavit Mus. Rhen. XLIII p. 461 sq.

Postremo Galenus athletarum negotium neque iucundum neque fructuosum esse monstrat. Itaque colendam dicit artem totam per vitam mansuram. Omnium autem artium praestantissimae sunt αἱ λογικαὶ καὶ σεμναί (p. 129, 11), e quibus una exercenda est adulescenti ὅτι μὴ παντάπασιν ἡ ψυχὴ βοσκηματώδης ἐστίν (129, 26). Quibus omnibus tamen potior est medicina, quod ait deinceps demonstrandum.

Vidimus Galeni libellum ad protrepticorum exemplum accurate esse scriptum. Huius generis speciem ac similitudinem inde quoque gerit, quod poetarum loci, facete dicta, comparationes, denique omnia illa orationis popularis artificia et ornamenta rhetorica large adhibita sunt. Sed etiamsi multos τόπους e protrepticis sumptos in hoc libello occurrere vidimus, nego tamen Galenum uno protreptico fonte usum esse. Nulla enim fere sententia in huius protreptici priore parte legitur, quae non bis ac saepius in rhetoricis eius aetatis scriptis inveniatur. Itaque Crusius desinat mirari quod nonnullos locos in libro περὶ παιδων ἀγωγῆς et Galeni libello consentientes animadvertit. Quid? opusculum rhetoricum et hoc et illud est, simili consilio ac ratione confectum. Num igitur, quod in his nonnullas sententias similibus verbis prolatas esse videmus, licet de altero alterius fonte cogitare? An Boethium sive Themistium a Galeno pendere dices, apud quos loci simillimi inveniuntur?

Galenus igitur in cohortatione sua, quam ad pueros habuit (cf. p. 116, 11. 117, 4. 116, 4), eas sententias in suum usum converterat quibus οἱ προτρέποντες uti solebant. In altera autem parte Galenum, contra athletas disputantem, sua ipsius

argumenta proferre, sponte apparet. Sententias suas multorum et poetarum et philosophorum testimoniis stabilivit ea quae solent rhetores ratione.

Transimus ad Themistium, cuius orationes duae protreptici nomen ferunt, oratio IX et XXIV in corp. Dindorf. Etsi Themistius rhetor genuinus est, in his tamen orationibus duo protrepticorum genera agnoscuntur. Oratio enim IX rhetoricus, oratio XXIV philosophicus protrepticus appellari potest (cf. p. 235 extr.). Quae genera quo modo distinguenda sint, ut intellegamus, addenda pauca sunt de rhetorum protrepticis.

Rhetores fuisse exhortativae orationis inventores dudum vidimus: iam cum Antisthenis et Platonis opera ad philosophos venissent protreptici, rhetores tamen hoc dicendi genus non abiecerunt. Demetrium Phalereum protreptici auctorem fuisse Laertius Diog. V, 80 tradidit. Nihil quidem de hoc libro scimus, in universum autem de eius indole valebit quod Laertius (ibid.) de Demetrii dicendi genere dixit *ἡ χαρακτήρ δὲ φιλόσοφος, εὐτονία ἑητορικῆ καὶ δυνάμει κεκραμένος.*

Illius vero temporis, quo Atticae dicendi rationis studium laete renatum est et repudiata Asiaticorum sententiosa et arguta dictione oratores redierunt ad Atticorum incorruptum et elegans eloquendi genus, duae servatae sunt declamationes Lesbonactis rhetoris, quae inscribuntur *Προτρεπτικοί* (ed. Bekker, orat. Att. V p. 654. Conrad. Orelli, Lips. 1820).

De Lesbonactis persona et aetate nihil certum est, quod apud grammaticos duo vel tres huius nominis Mytilenaei confusi sunt ¹⁾. Lesbonactis *προτρεπτικοί* declamationes sunt genuinae: fingitur in eis oratio ducis Atheniensis ad milites habita tempore obsidionis Deceleensis. Neque tamen sine causa his orationibus protreptici nomen inditum esse apparet: immo eas habebant proprietates quae eo tempore in huius generis ora-

1) Haud sane operae pretium est hoc loco examinare hanc rem difficillimam. Quam qui accuratius cognoscere velint, legant quae exposuit Rohde, *Griech. Roman* p. 341, 3 et nunc Cichorius, *Rom u. Mytilene* p. 65.

tione exspectabantur. Quae quales fuerint ut cognoscamus, rhetorum locos proponam quibus protrepticorum mentionem faciunt.

Atque Aristoteles τὴν προτροπὴν generis deliberativi partem esse dixerat (Rhet. 1, 3, 14): τρία γένη τῶν λόγων τῶν ῥητορικῶν, συμβουλευτικόν, δικανικόν, ἐπιδεικτικόν, συμβουλῆς δὲ τὸ μὲν προτροπή, τὸ δὲ ἀποτροπή. Accuratius Anaximenes in Rhet. ad Alex. 1 p. 174 (ed. Spengel): δύο γένη τῶν πολιτικῶν εἰσι λόγων, τὸ μὲν δημηγορικόν, τὸ δὲ δικανικόν· εἶδη δὲ τούτων ἑπτὰ· προτρεπτικόν, ἀποτρεπτικόν, ἐγκωμιστικόν, ψεκτικόν, κατηγορικόν, ἀπολογητικόν, καὶ ἔξεταστικόν — Καθόλου μὲν οὖν εἰπεῖν, προτροπή μὲν ἐστὶν ἐπὶ προαιρέσεις ἢ λόγους ἢ πράξεις παράκλησις. Τὸν προτρέποντα χρὴ δεικνύειν ταῦτα ἐφ' ἃ παρακαλεῖ, δίκαια ὄντα καὶ νόμιμα καὶ συμφέροντα καὶ καλὰ καὶ ἡδέα καὶ ῥάδια παραθῆναι· εἰ δὲ μή, δυνατὰ τε δεικτέον, ὅταν ἐπὶ δυσχερῆ παρακαλῆ, καὶ ὡς ἀναγκαῖα ταῦτα ποιεῖν ἐστὶν.

Postquam τὸ ἐπιδεικτικόν γένος seorsum a reliquis tertium dicendi genus tractatum est, locus τῆς προτροπῆς in utroque inveniebatur. Recte enim Quintilianus III, 8, 28 'totum autem laudativum genus habet aliquid simile suasoriis, quia plerumque eadem illic suaderi, hic laudari solent.' Itaque rhetores notiones προτροπὴν, συμβουλήν accuratius distinguere conati sunt: quos si intellegere vis, non neglegendum quod, cum oratorum ars a forensi exercitatione repulsa inde a Demetrii Phalerei temporibus in declamationibus scholasticisque exercitationibus tractaretur et suasoriae atque controversiae in usum venirent, tunc quidem etiam intra demonstrativum genus exstitit τὸ εἶδος δικανικόν et συμβουλευτικόν. A Demetrii igitur aetate distinguenda sunt duo eloquentiae genera, unum in negotiis (πραγματικόν) alterum in ostentatione (ἐπιδεικτικόν) positum (Quintil. III, 4, 14). Hoc ostentativum genus continet τὸ εἶδος δικανικόν, συμβουλευτικόν, ἐγκωμιστικόν, et in hoc quaestiones iudiciales et deliberativae de rebus fictis scriptae et arte elaboratae nominantur μελέται et ἀγῶνες, quibus respondent Romanorum declamatorum contro-

versiae ac suasoriae.¹⁾ Ab his bene distinguendi sunt οἱ προ-
 τρεπτικοὶ λόγοι, in quibus semper ad eas res incitatur
 quas bonas et utiles esse nemo negat.

Pseudoulpian. ad Demosth. Oly. I, 16, 4: ἰστέον δὲ ὅτι
 διενήνοχε προτροπὴ συμβουλήσιν ἐν τούτῳ ὅτι ἐν μὲν τῇ
 συμβουλήσιν καὶ τὸ ἀγαθὸν ὑπὲρ οὗ συμβουλεύομεν, ἀμφισβή-
 τησιν ἔχει καὶ ὁ τρόπος, δι' οὗ ἂν περιγενοίμεθα τῶν χρη-
 σίμων, ἀντίρρησιν ἐπιδέχεται· ἐν δὲ τῇ προτροπῇ καὶ τὸ
 ἀγαθὸν πρόδηλον καὶ ὁ τρόπος· οὐδεὶς γὰρ προτρέπων
 ἐπιτίθεται καὶ τὸν τρόπον δι' οὗ κρατῆσαι δυνα-
 τόν.²⁾

In protreptico igitur ad bonum ab omnibus probatum et
 laudatum orator adhortatur et cum, qua via bonum adipisca-
 mur pateat, non eget praeceptis quibus opus est in parae-
 nesi. Neque igitur suadendum neque praeciendum est ei
 qui protrepticum scribit, sed tota exhortativa est oratio. Iam
 vero cum id bonum quod ἀντίρρησιν οὐκ ἐπιδέχεται ad vir-
 tutem semper pertineat et ad felicitatem, sequitur ut ad vir-
 tutis commendationem etiam rhetorum protreptici
 redire soleant.

Tales igitur exhortationes scripsit Lesbonax, in quibus
 inducit imperatorem milites ad fortitudinem adhortantem:
 fortitudine enim omnes reliquae virtutes continentur apud
 Lesbonactem. Ostenditur militibus, si fortes erunt, omnia bona
 contingere (totam virtutem p. 22, 12 ed. Orelli; pacem 13, ius-
 titiam 14; sapientiam 25, 15 pulchritudinem, nobilitatem). Ora-
 tionis dispositio ea est, ut probetur adversus hostes pugnare
 esse ὄσιον (3), σύμφερον, ἀναγκαῖον (18—20), ἔνδοξον.

In altera oratione milites admonentur quos fortiter pro
 patria pugnatos esse orator antea sibi persuasit. At pluri-
 mum ait ibi virtutem crescere, ubi maximis praemiis et laudi-
 bus extollatur (39, 24). Haec vere προτρεπτικῶς dicta sunt,

1) Volkmann, *Rhet. d. Gr.* p. 309.

2) Ernesti, *lexic. techn.* p. 298. — Quo modo παραλυσίς differat a
 συμβουλή et προτροπή, vide Pseudoulp. l. c. Ammon. de diff. verb. 132
 ed. Valck. Syr. Sopat. in *Rhet. Gr.* IV, 763.

cf. Iul. Victorem (Rhet. lat. p. 174, 30): 'cum enim exhortor, nihil persuadeo, sed volentem aliquid ut magis velit, instigo'. (Arist. Eth. Nic. 1197^b 7. Lesbon. 38, 24). Instigat deinceps orator, maiorum gloriam comparans et militum virtutem quam in pugna praestaturi sunt cum impietate et maleficio hostium.

Omnino oratio, qua quis ad virtutem admonetur maiorum laude proposita, *προτρεπτικός λόγος* est. Talis est Isoeratis Euagoras, quae oratio *παράκλησις* appellatur ab ipso 76. cf. 77 ubi dicit: *τοὺς μὲν γὰρ ἄλλους προτρέπομεν ἐπὶ τὴν φιλοσοφίαν ἐτέρους ἐπαινοῦντες — ἐγὼ δὲ σὲ οἰκείους παρακαλῶ.* — Deinde refert Dionysius Hal. (Rhet. VI, 4) protrepticum fuisse partem *τοῦ μεθόδου ἐπιταφίων*. Postquam enim patria, gens, educatio, res gestae mortui satis laudatae sunt ab oratore, *μετὰ ταῦτα δ'* inquit, *ἐν μὲν τοῖς κοινοῖς (λόγοις) ἐπὶ τὸ προτρεπτικὸν μεταβησόμεθα προτρέποντες ἐπὶ τὰ ὅμοια τοὺς ὑπολειπομένους. Addit 'καὶ πολὺς ὁ τόπος οὗτος'*. Tum sequitur ὁ *παραμυθητικός*, id est oratio ad consolandos superstites accommodata (cf. Thucyd. II, 45). Quod autem dicit *ἐν τοῖς κοινοῖς λόγοις* (i. e. *τοῖς πρὸς πόλιν καὶ δῆμον*) opponit *τοὺς ἰδίους, ἐν οἷς τὸ μὲν προτρεπτικὸν ἐνίοτε μὲν οὐδὲ ὅλως παραλαμβάνομεν διὰ τὸ τάχα ἄν, εἰ τύχοι, παῖδας εἶναι τοὺς κατοικομένους.*

Species huius laudativi generis est ὁ *προτρεπτικός ἀθληταῖς*, quem Dionysius copiosius tractavit in Rhet. cap. VII. Haec est *μετὰ ἐπαίνων καὶ ἀποδείξεων παράκλησις* quae recitatur priusquam athletae certamen gymnicum subeunt.

Redimus ad Themistium, cuius orationem nonam rhetoricum protrepticum esse dixi. Scripta est ad Valentianum, qui cum patre in castris versatus consulatum auspicatur. Redit tota ad patris laudationem, cui gratias agit orator nomine senatus populique Romani ob consulatus honorem filio delatum. Oratio XXIV inscribitur *προτρεπτικός Νικομήδεισιν εἰς φιλοσοφίαν*. Demonstrat audientibus Themistius quod dicit (307^d) *ὅτι οὐκ ἔστι χαρίτων ἔρημος παντελῶς ἢ φιλοσοφίας αὐλή*. Philosophia enim coniuncta esse debet cum eloquentiae lepore ac suavitate, quae, ubi iunctae sunt, cencentu quodam admi-

rabili auditores permulcent, seiunctae autem in pectora non descendunt.

Apud Themistium quoque ὁ θεραπευτικὸς λόγος sequitur τὸν προτρεπτικόν (302^b). Omnino Themistius utitur comparatione illa apud philosophos tritissima, qua philosophus cum medico confertur; inventa est haec similitudo a Cynicis (Zellerus II, 1 p. 285, 3), versati sunt in ea deinde Stoici, quos ob eam rem vituperat Cicero in Tusc. disp. IV, 10. Decantatum autem idem ab huius aetatis philosophis, Philone (Stob. Anth. II p. 49), Seneca (epist. 117, 33 et saepe), Musonio (Plut. de coh. ira 2 p. 453), Epicteto (in dissert. III, 23, 30), Marco Aurelio III, 13.

Celeberrimus τόπος exstat apud Themistium 309, ubi maxime insignis est commendatio τῆς φρονήσεως.

Themist. XXIV, 309:	Aristot. in protr. (Stob. fl. 3, 54):	Plato, in Euthyd. 281 ^c :
οὔτε γονέων ἐπιφάνεια οὔτε κάλλους ὑπερβολῆ ὄφελος μέγα τῷ κεκτημένῳ δίχα φρονήσεως, ἀλλὰ τὰ λαμπρὰ ταῦτα καί σεμνὰ παιδείας μὲν κατακοσμούσης οὐ πάντη ἂν ἄτιμα δόξειεν, ἄνευ δὲ ταύτης ἐπιφανεστέραν ποιεῖ τὴν μοχθηρίαν.	τοῖς γὰρ διακειμένοις τὰ περὶ τὴν ψυχὴν κακῶς, οὔτε πλοῦτος οὔτε κάλλος τῶν ἀγαθῶν ἔστιν· ἀλλ' ὅσω περ ἂν αὐταὶ μᾶλλον αἰ διαθέσεις καθ' ὑπερβολὴν ὑπάρξωσι, τοσοῦτω καὶ πλείω καὶ μείζω τὸ κεκτημένον βλάπτουσι, χωρὶς φρονήσεως παραγομένα.	ὄφελος τι τῶν ἄλλων κτημάτων ἄνευ φρονήσεως; — — ἔαν μὲν αὐτῶν ἡγήται ἀμαθία, μείζω κακὰ εἶναι τῶν ἐναντίων ὅσω δυνατώτερα ὑπηρετεῖν τῷ ἡγούμενῳ καὶ κῶ ὄντι.

Them. 307^a: σπουδαῖον λέγομεν οὐ τὸν πολλοὺς μὲν ἀγρούς, πολλὰς δὲ οἰκίας πεπαμένον, πολλὰ δὲ ἱμάτια καὶ ὑποδήματα, καὶ δειπνοῦντά τε ἐκ πολυτελοῦς τραπέζης καὶ πίνοντα ἀπὸ

χρυσῶν ἐκπωμάτων, ἀλλ' ὅστις νοῦν ἔχει πολὺν καὶ παιδείας ἐπιμελεῖται.

Locos similes invenimus in Aristotelis protreptico (Stob. fl. 3, 54), apud Galenum in cap. VI, apud Ciceronem in Hortensio fr. 68—72, Tusc. disp. V, 15, 45, et apud alios permultos.

Praeterea Themistius Socratis protreptico qui est in Clitophonte dialogo, usus est in or. XXVI, 320^d. E protreptico deinde desumpta sunt quae in orationis XXXIV capite altero profert. Laudavi hunc locum supra (p. 324), cum similem Galeni locum afferrem. Sed etiam in eis quae secuntur, multae inveniuntur sententiae e protrepticis desumptae. Themistius enim philosophiae initia et incrementa narrat, eodem ut videtur modo quo fecerant Aristoteles et Posidonius. Qui postquam Posidonii exemplo Lycurgum et Solonem legislatores inter primos philosophos fuisse ostendit, pergit in cap. IV sic: καὶ ἡ μὲν πρώτη γένεσις φιλοσοφίας αὐτῆ καὶ τοιαύτη· προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου ταῦτόν ὑπέμεινε καὶ φιλοσοφία ταῖς ἄλλαις τέχναις. καὶ ὥσπερ ἐκεῖναι χρεῖας ἐκάστην παραγαγούσης οὐκ ἔστησαν ἐπὶ τῆς χρείας, οὐδὲ ἄχρι τῶν τοίχων καὶ τοῦ ὀρόφου προῆλθεν ἡ οἰκοδομική, οὐδὲ ἄχρι μόνου τοῦ σκέπειν τὸ σῶμα ὑφαντική, ἀλλὰ προύβησαν περαιτέρω, καὶ τὸ καλὸν τῷ ἀναγκαίῳ προσέεξειργήσαντο, καὶ τοῦ προσεῖναι κόσμον ἐν τοῖς ἔργοις ἐπεμέλησαν, οὕτω καὶ φιλοσοφία τὸ γινῶθαι σαυτὸν καὶ τὸ γινῶθαι καιρὸν, καὶ τὸ μηδὲν ἄγαν οὐκ ἀγαπήσασα, οὐδὲ ἀρκεσθεῖσα τοῖς ἀναγκαίοις πρὸς τὸν ἀνθρώπινον βίον ἔργοις νοθεύημασι, περιρέβληται πολὺν τὸν ἔξωθεν κόσμον, τὴν τῆς φύσεως ἱστορίαν καὶ τὴν τοῦ λόγου ἀπεργασίαν. Cum his conferendi sunt Iambl. in comm. Pyth. III p. 218, 27 et Posid. apud Senecam in ep. 90.

Protreptici simillima est Themistii ἐπίδειξις philosophica in recensione Syriaca saeculi p. Ch. n. fortasse sexti servata, quam verterunt Buechelerus et Gildemeister in Mus. Rhen. XXVII p. 438 sqq. Demonstratur qua quis via facile ad philosophiam pervenire possit (Iambl. pr. p. 110). Quo attentius auditores auscultent, orator sermone festivo et venusto

utitur, medicos imitatus qui medicamenta acerba in poculo melle circumlito potui dant (cf. Themist. in protr. XXIV p. 302^b). p. 447—449 hominem monstrat nihil possidere nisi quod in se habeat, non esse penes eum divitias, sanitatem, sed prudentiam, sapientiam, tranquillitatem. Et cum reliquis in artibus hominibus opus sit rebus et materia, quibus ars exerceatur, ea ars qua animi bona obtinemus, sibi ipsa satis est nullisque aliunde rebus indigens (Iambl. pr. p. 114). Narrat deinde Stilponis illud, qui capta patria nihil sibi raptum esse dixit, cum sapientiae raptos non vidisset (idem Pseudoplut. in protreptici fragmento, de libr. educ. VIII = 8 f narrat, et similia sunt, quae leguntur apud Iambl. in cap. VI p. 100). — Secuntur multi alii loci pervulgati, quos cum saepe citaverim, nunc mitto.

Plures commemorare possum rhetores, quorum feruntur orationes protreptici nomine inscriptae, velut Himerium, Libanium, alios. Sed praetermitto hos omnes, cum nihil ex eorum declamationibus ad rem nostram lucremur.

Uno verbo tantum Clementis Alexandrini protrepticum attingam. Argumenta quae in protrepticis tractabantur, non multum abfuisse a Theologorum studiis ac ratione nemo non videt. Quos ut omnino multa argumenta Christianae doctrinae a philosophis deprompsisse suisque sermonibus ad populum habitis inseruisse et cum sacrae Scripturae explanatione coniunxisse consentaneum est¹⁾, sic in exhortationibus scribundis philosophos imitati sunt Ecclesiae doctores velut Clemens Alexandrinus, Iustinus Martyr, Tatianus.

Et Clemens Alexandrinus cum in libris suis edendis veterum philosophorum rationem sequi vellet, protreptico suo eum locum dedit, quem habet apud Philonem. Audiamus ipsum quae dicit in exordio paedagogi: *τριῶν γέ τοι τούτων περὶ τὸν ἄνθρωπον ὄντων, ἡθῶν, πράξεων, παθῶν, ὁ προτρεπτικός εἴληχεν τὰ ἥθη αὐτοῦ, θεοσεβείας καθηγεμών, ὁ τροπιδίου δέκην ὑποκείμενος λόγος εἰς οἰκοδομὴν πίστεως* —

1) Clementem Alex. a Musonio pendere, nuper demonstravit Wendland in quaestionibus Musonianis. Berol. 1886.

— *πράξεών τε άπασών ό λόγος έπιστατεϊ ό ύποθετικός, τὰ δέ πάθη ό παραμυθητικός λᾶται* —. Haec igitur ad philosophorum rationem dicta esse apparet. In ipso tamen protreptico Clementis noli sententias e veteribus protrepticis petitas quaerere. Natura enim huius libri mere est *έλεγκτική*, nam Clemens in eo ab impiis idolorum mysteriis et deorum nefariis sacrificiis homines avocatur et gentium libidines et stultitiam vehementer accusat. Unum tantum locum affero: p. 7 (Potter) Clemens de gentilibus, qui cum simulacris deorum copulati sunt, haec dicit: *τò γάρ πονηρόν και έρπυστικόν θηρίον γοητεῖον καταδουλοῦται και αἰλιζεται εισέτι νῦν τοὺς ανθρώπους, έμοι δοκεῖν, βαρβαρικῶς τιμωρούμενον, οἱ νεκροῖς τοὺς αἰχμαλώτους συνθεῖν λέγονται σώμασιν, έστ' αν αὐτοῖς και συσσωπῶσιν*. Hanc de Etruscorum crudelitate narrationem ab Aristotele in protreptico prolatam et a Cicerone in Hortensio repetitam esse diximus.

INDEX RERUM

- Alexander Aphrod. 238.
- Antisthenes 226. 233 Archelaus 314.
- ἀπελεγκτικὸς λόγος* pars protreptici 293. 302.
- Aristo 274 sqq.
- Aristoteles protreptici auctor 236 sqq.; ad protreptici exemplum scripsit Cicero Hortensium 240; fragmenta exstant apud Iamblichum 241 sqq.; occurrunt sententiae Platonicae 255; protreptici argumentum enarratur 271 sqq.
- Aristippus 228.
- Athletarum artem philosophi vituperaverunt 323.
- Augustinus Ciceronis Hortensium sequitur in libr. contr. Acad. 296. 297, 1. 299, 1.
- Augustus 305.
- Boethius de cons. II, 5; III, 3—8 e protreptico hausit 250. 269. 321.
- βομβυλιός* 227.
- Censorinus 253.
- Chamaeleon 273.
- Chrysippus 277 sqq. in libris *περὶ τοῦ προτρέπεσθαι* de Platonis exhortandi arte iudicat 278.
- Ciceronis Hortensius est *προτρεπτικός* 240; usurpat Aristotelem 248 sqq.; Posidonium 290; eius partes duae 293; argumentum enarratur 299 sq.
- Cicero de republ. VI, 23 non ex Aristotelis protreptico sumptum 252. 298 sq. locus Tusc. I, 39, 94 ex Aristotelis protreptico petitus 253.
- Cleanthes Stoicus quid de paraenetica philosophiae parte senserit 277.
- Clitophon dialogus Platoni subditus 229 sqq.; cum respicit Iamblichus 247, Chrysippus 278, Dio Chrys. 314, Themistius 331.
- Demetrius Phal. 326.
- Dio Chrysost. 314.
- ἐνδεικτικὸς λόγος* pars protreptici 293. 302.
- Epictetus 308 sqq.
- Epicurus 281.
- Etruscorum cruciatus 249. 254. 333.
- Eudorus de protreptici natura disseruit 303 sq.
- exhortatio = *προτρεπτικὸς λόγος* 283. 303.
- Galenus 316 sqq.
- Himerius 332.
- ὑποθετικὸς λόγος* 283. 301. 304.
- Isocrates auctor orationis ad Demonicum 210 sqq.; huius orationis § 3 explicatur 221 sqq.; philosophiae adversarius 225.
- Iamblichus Aristotelis protrepticum compilavit 241. 248 sqq.; qua ratione Platonem exscripserit 244;

- veterum *προτρεπτικούς* bene novit 247; Clitophonte usus est 248; verbis *ἔτι τοίνυν* nova adiungere solet 256. 260 sq.; Aristotelis protrepticum iterum exscripsit in comm. Pythag. tertia 258. 266.
- Libanius 332.
- Lyncei oculi 250.
- Musonius Rufus 310.
- παράεισεις* opp. *παράκλησις* 222; 'praeceptio' vertitur a Seneca 282 sq.
- παράκλησις* = *προτροπή* 222.
- παραμυθητικός* 283; definitur ab Eudoro 304, a Clemente Alex. 332.
- Persaeus Stoicus 277.
- Philo Larissaeus 301.
- φρόνησις* maxime commendatur in protrepticis 254. 255. 330.
- Plato in Euthydemo sophistarum *προτρεπτικούς* perstrinxit 224; protreptici vere Socratici exemplum edidit 233 sqq.; de eo Chrysippus iudicat 278.
- Plutarchus 310 sq. Pseudoplutarchus 315 sq.
- Posidonius 282 sqq.; ei adversatur Seneca 284; *ἀριστοτελίζει* 286 sqq.; eum sequitur Cicero in philosophiae laudibus 286 sqq.
- Proclus 258. 267.
- προτρεπτικοὶ λόγοι* quid significant apud Isocratem (I, 3) 221 sq.; e sophistarum genere orti 223; in Euthydemo perstringuntur 224; duo genera distinguuntur 235 sq.; duae partes protreptici 293. 302; Philonis definitio 301, Eudori 303; ad ostentativum dicendi genus accedunt 308; rhetorum *προτρ.* 327 sqq.
- προτροπή* generis deliberativi pars 326 sq.
- Seneca 305 sq. Ciceronem sequitur 306; Posidonii protrepticum tractat 283 sq.
- Socrates 224 *φιλόσοφος προτρεπτικώτατος* 229; aliae sophistarum aliae Socratis exhortationes 231 sq.
- sophistae 224. 310.
- Stobaeus 268. 312.
- Teles 237.
- Themison 238.
- Themistius 326. 329 sq.
- Theognis 227.

TABULA ARGUMENTI

	pagina
I. De exhortationum origine.	
De Isocratis ad Demonicum oratione	210—222
De sophistarum protrepticis	223—225
De Antisthene et Aristippo	225—229
De Clitophonte dialogo	229—232
De Platonis Euthydemo	232—235
II. De philosophorum protrepticis.	
De Aristotelis protreptico	236—272
De Monimo Theophrasto Chamaeleonte Aristone Persaeo Cleanthe Chrysippo Epicuro	272—282
De Posidonio	282—291
De Ciceronis Hortensio	291—300
De Philonis et Eudori distributionibus	300—304
III. De posteriorum philosophorum, sophistarum, rhetorum scriptis exhortatoriis.	
De Augusto, de Seneca	305—308
De Epicteto, Marco Aurelio, Plutarcho	308—313
De Dione Chrysostomo, Pseudoplutarcho	313—316
De Galeni protreptico ἐπὶ τέχνης	316—325
De rhetorum protrepticis	326—332
De Clemente Alexandrino	332—333
IV. Indices	334—335

Zu Seneca's Apocolocyntosis.

Kann der Ausgang, mit dem jetzt die Apocolocyntosis aufhört, wirklich als ein befriedigender Abschluss der Satire gelten, in der eine Fülle geistreichsten Witzes mit spielender Hand ausgestreut ist?

Aeacus hat bereits sein verdammendes Urtheil über Claudius ausgesprochen: auch eine adaequate Bestrafung ist eronnen. Wie die Strafen der drei grossen mythischen Verbrecher der Unterwelt, Sisyphus, Tantalus, Ixion in vergeblichem schwerstem Mühen, in hoffnungslosem Schmachten nach stets wieder sich entziehendem Genuss und in rastlosem Wirbel bestehen, so soll sich auch der verstorbene Kaiser in immer neuer, nie befriedigter Leidenschaft verzehren und zwar der des Würfelspieles, dem er im Leben mit wahnsinniger Gier ergeben war und das er nun auf Geheiss des Aeacus ewig treiben wird mit einem Becher, durch dessen weichenden Boden die geschüttelten Würfel stetig durchgleiten.

Mit der Schilderung dieses ebenso aufregenden wie hoffnungslosen Treibens scheint Alles auf das passendste abgeschlossen. Da tritt plötzlich ein Wechsel der Scenerie ein. Der in der Unterwelt weilende¹⁾ Kaiser Caligula erscheint und requirirt Claudius auf Grund der körperlichen Züchtigungen, die er ihm in seiner Jugend hatte zu Theil werden lassen, als seinen Sklaven und verschenkt ihn dann an Aeacus. Der Todtenrichter giebt ihn weiter an seinen Freigelassenen Menander 'ut a cognitionibus esset'.

1) Trotzdem will ihn Kraffert, *neue Beiträge z. Krit. u. Erkl. lat. Aut.* (Verden 1888) S. 18 durch eine Conjectur bei Seneca in den Olymp einführen, indem er c. 1 schreibt 'qua (via Appia) scis et divum Augustum et Tiberium (<et>) Caesarem ad deos isse'.

Hier bedarf Verschiedenes der Erläuterung. Zunächst ist klar, dass unter Menander kein anderer als der grosse Komiker gemeint sein kann. Diese Fiction ist nicht bloss dadurch motivirt, dass der Dichter 'der Mit- und Nachwelt den Spiegel der Wahrheit vorhält', sondern namentlich auch durch die grosse Vorliebe Menander's für Rechtshändel, deren Darstellung wir so häufig in seinen Stücken begegnen, z. B. in den *Ἐπιτρέποντες*, *Ἐπίκληροι*, *Δοκτοί* (vgl. Quintilian, *inst. orat.* X 1, 10), auch im *Θησαυρός* (vgl. Terenz, Eunuch. prol. 10).

Vortrefflich ist auch der Einfall, dass Claudius nun wieder wie auf Erden in Abhängigkeit von einem Freigelassenen geräth. Dies unwürdige Verhältniss ist auch noch an einer andern Stelle von unserm Satiriker persiflirt worden, in der Eröffnung nämlich, welche die Febris in Bezug auf den Geburtsort des Claudius an Hercules macht (c. 6): 'illum ego tibi recipio [Luguduni] natum, ubi Licinus multis annis regnavit'. Der Witz dieser neuen Wendung zur Bezeichnung von Lugudunum liegt ja — was ich bei Bücheler nicht angemerkt finde — eben darin, dass Claudius in der Stadt geboren ist, die lange Jahre unter der fast unbeschränkten Gewaltherrschaft jenes berüchtigten Freigelassenen Caesar's geschmachtet hatte: sodass des Claudius gefügiger Gehorsam gegen die Launen seiner Freigelassenen wie ein Erbtheil seiner Heimath erscheint.

Vor Allem aber bedarf die Stellung, die hier Claudius bei Menander zugewiesen wird, der Aufklärung. Angespielt wird ja natürlich auf das wahrscheinlich eben erst von Claudius geschaffene Amt *a cognitionibus*, ein Amt, dessen Aufgabe es war, für die persönliche Rechtsprechung des Kaisers die nöthigen Vorbereitungen und Informationen zu beschaffen, sowie für die Vollstreckung der Strafen Sorge zu tragen. An der Spitze des Amtes stand damals ein kaiserlicher Freigelassener: diesem entspricht also hier Menander. Aber wie es dem Oberdirigenten des Amtes, der speciell und einfach *a cognitionibus* genannt wurde, nicht an Unterbeamten (*adiutores*) und kaiserlichem Gesinde fehlte, so kann hier auch dem Vorstand Me-

inander ein Sklave zu niederen Verrichtungen, die in den Geschäftskreis des Amtes *a cognitionibus* fallen, beigegeben sein. Insbesondere waren Henker und Folterknechte wie bei dem republikanischen Gericht aus den *servi publici*, so bei dem kaiserlichen Gericht aus dem kaiserlichen Gesinde entnommen: und zu einer solchen Stellung muss man sich auch Claudius bestimmt denken.¹⁾

Aber eben das, worauf Alles ankam, dass der mächtige Herr der Welt nun verdammt sein soll, ewig Henkersdienste zu thun, hätte erstens doch, wenn auch noch so knapp, gesagt werden müssen. Und zum Andern bildet selbst so diese neue Verwendung des Kaisers, als eine definitive gedacht, nicht bloss keine Steigerung gegenüber der so glücklich ersonnenen fried- und ruhelosen Rolle als Würfeler mit dem bodenlosen Becher, sondern die ganze Erfindung ist nach jener genialen Idee merkwürdig matt und ohne feinere Würze. Wozu dann überhaupt das ganze Nachspiel? Die Erwähnung 'des Schimpfs und der Schande, womit Caligula den Claudius behandelt hatte' (Bücheler), mag eine pikante Zuthat abgeben, genügt aber doch nicht zur Einführung einer ganz neuen Situation, nachdem ein so befriedigender Abschluss gewonnen war. Vielmehr erwartet man einen glänzenden, das Bisherige überbietenden Schlusseffekt; und dass diesem Alles zueilt, zeigt

1) Wenn Hirschfeld, *Röm. Verwalt.-Gesch.* I. S. 208 Anm. 2 meint, der Hohn liege auch darin, dass Claudius 'zugleich seine nutzlose Beschäftigung mit Processen fortzuführen verurtheilt wird', so ist doch weder statthaft eine Verwendung des Sklaven zum Rechtsprechen anzunehmen, noch läge in dieser Fortsetzung einer wenn auch sachlich unfruchtbaren Beschäftigung, durch die aber ja gerade seine grösste Leidenschaft befriedigt wurde, eine irgend angemessene Bestrafung des Kaisers. Auch könnte die Betheiligung beim Todtengericht nicht wohl als eine 'nutzlose' Beschäftigung gedacht werden. Denn bei all der Freiheit und Ironie, mit welcher auch die Götter im Olymp behandelt werden, bei denen es ja genau so wie bei den Menschen und besonders wie bei den versammelten Vätern in Rom zugeht, die unerschütterte Grundlage der ganzen phantastischen Erfindung ist und bleibt doch immer die Vorstellung, dass den Verbrecher durch das Todtengericht die Vergeltung treffe; also ist jede, auch eine indirekte Verspottung desselben ausgeschlossen.

eben die ganz skizzenhafte, hastig vorwärts drängende Erzählung, die nun aber mitten in der Entwicklung abbricht.

Auch der durch Cassius Dio LX 35 verbürgte Titel der Satire *ἀποκολοκύντωσις* verlangt einen anderen Ausgang, vorausgesetzt, dass Cassius eben von unserer Satire spricht: eine Annahme, die Bücheler (*Symb. phil. Bonn.* p. 36) über jeden Zweifel erhoben zu haben schien, die nun aber doch so eben wieder in Frage gestellt ist und zwar von einem so genauen Kenner und so geschmackvollen Beurtheiler der römischen Satire wie Birt.¹⁾

Denn wenn Birt auch eine ganz bestimmte Entscheidung für eine der verschiedenen Möglichkeiten, die er aufstellt, nicht geben will, so neigt er doch sehr stark zu dem Glauben, dass dieses in den Codices als *apotheosis* bezeichnete Schriftchen und die Apokolokyntosis des Cassius zwei verschiedene Stücke seien, beide Satiren des Seneca, beide unmittelbar nach dem Tode des Claudius zu dessen Verhöhnung geschrieben, aber das erste eine politische, das zweite eine philosophische Verspottung enthaltend. Und zwar bringt er hierfür zwei Gründe vor, die freilich schwerlich bei Vielen eine ähnliche Ueberzeugung erwecken werden.

Einmal nämlich, meint er, sei es undenkbar, dass unsere an brillantem Witz reiche Schrift von Cassius oder seinem Gewährsmann so geringschätzig behandelt worden sei, wie es mit der Apokolokyntosis a. a. O. geschehe, wo ein Dictum des Gallio mehr gelobt werde als die ganze Satire des Seneca. Um dieses scheinbare Argument zu widerlegen, ist es nöthig, die ganze Stelle des Cassius in ihrem Wortlaut herzusetzen: *Ἀγριππῖνα δὲ καὶ ὁ Νέρων πενθεῖν προσεποιούντο ὃν ἀπεκτόνεσαν, ἔς τε τὸν οὐρανὸν ἀνήγαγον ὃν ἐκ τοῦ συμποσίου φοράδην ἐξηγητόχεσαν. ὁ Θενπερ Λούκιος Ιούιος Γαλλίων ὁ τοῦ Σενέκα ἀδελφὸς ἀστείωτάτον τι ἀπερθέγξατο. (συνέθηκε μὲν γὰρ καὶ ὁ Σενέκας σύγγραμμα ἀποκολοκύντωσιν αὐτὸ ὡσπερ τινὰ ἀπαθανάτισιν ὀνομάσας· ἐκεῖνος δὲ ἐν βρα-*

1) In dem Programm des Marburger Lect.-Verzeichn. Winter 1888/89 'de Senecae apocolocyntosi et apotheosi lucubrati'o p. VIII f.

χρῆται πολλὰ εἰπὼν ἀπομνημονεύεται.) ἐπειδὴ γὰρ τοὺς ἐν τῇ δεσμοτηρίῳ θανατουμένους ἀγκίστροις τισὶ μεγάλοις οἱ δῆμιοι ἔς τε τὴν ἀγορὰν ἀνεῖλκον κἀντεῦθεν ἔς τὸν ποταμὸν ἔσυρον, ἔφη τὸν Κλαύδιον ἀγκίστρῳ ἔς τὸν οὐρανὸν ἀνενεχθῆναι. Mit Nichten ist hier ein aesthetisches Urtheil über den Werth der Satire Seneca's ausgesprochen oder auch nur angedeutet, indem ihr gegenüber jener boshafte Ausspruch des Iunius Gallio als witzig hervorgehoben wird: sondern es wird in dem Zusammenhang der geschichtlichen Erzählung an eine Bemerkung darüber, dass die nämlichen Personen, die Claudius umgebracht hatten, ihn apotheosirten, ein Apophthegma des Gallio angeknüpft, das eben diesen curiosen Contrast in ein drastisches Bild zusammenfasste. Und nur gleichsam parenthetisch wird die litterarische Notiz eingeschoben (die ich zur schärferen Markirung oben in Klammern eingeschlossen habe), dass auch der Bruder dieses Gallio die Apotheose des Kaisers verhöhnste und zwar in einer besonderen Schrift.

Zum Andern ist Birt geneigt, den handschriftlich überlieferten Titel unserer Satire, *apotheosis*, für ursprünglich zu halten; denn er glaubt in ihm eine amphibolische Anspielung auf ihren eigenartigen Inhalt zu erkennen. Anstatt nämlich seine Apotheose zu erreichen, erscheine ja Claudius nach seinem Tode überall, in Rom, im Olymp und selbst in der Unterwelt als ἀπόθητος, d. h. als ein Unbegehrter; Niemand wünsche ihn, die Römer freuen sich ihn los zu sein, aus dem Olymp werde er herausgeworfen und selbst in der Unterwelt verschmähen ihn Caligula und Aeacus als Sklaven. 'Iam vero ex verbo ποθέω si quis declinet ἀποθέωσις', sagt er zum Schluss, 'eam formam ridicule barbaram esse non nescius nimirum fuit Seneca; tamen eum in ἀποθέωσει sonum ioculariter captasse quasi ποθήσεως negatio inesset, sonus ipse suadere et persuadere videtur'. Ich gebe absichtlich die Worte wieder, um an der Fassung einer Ansicht nichts zu verschieben, die ich nicht bloss für ausserordentlich künstlich und gesucht, sondern selbst sprachlich für geradezu ausgeschlossen halte. Ich glaube das in gewissen Gattungen der hellenischen Lit-

teratur reichlich gepflegte Gebiet der Wortspielereien einiger-massen zu überschauen ¹⁾, wüsste aber in der That kein Beispiel, das sich auch nur entfernt mit der hier angenommenen Anspielung vergleichen liesse, da eben die Form, die allein einen gewissen äusseren Gleichklang ermöglichen könnte, *ποθέρω* hier einfach undenkbar ist.

Es wird also doch wohl bei der Entscheidung Bücheler's sein Bewenden haben müssen: "bei Dio eine Schrift Seneca's gegen den todten Claudius 'Verkürbsung wie eine Art Vergötterung' benannt, in den Handschriften eine Satire desselben auf denselben 'Apotheose' betitelt, wer wollte da zweifeln, dass Dio eben auf die erhaltene Spottschrift zielt?"

Nur in einem Punkt scheint mir den Ausführungen Birt's ein richtiger Gedanke zu Grunde zu liegen. Man mag über die Freiheit der Satire, Titel in loosestem Zusammenhang mit dem Inhalt zu erfinden, denken wie man will (aus dem von Bücheler angeführten Beispiel der Varronischen Satiren — darin hat Birt ganz Recht — kann man einen bündigen Schluss freilich um deswillen nicht ziehen, weil bei ihren spärlichen und zufälligen Ueberbleibseln ja gar nicht zu ersehen ist, in wie weit die gewählten Titel zu ihrem Rechte kommen): aber eins wenigstens fordert die Aufschrift *ἀποκολοκίντωσις* gebieterisch. Die Dummheit des Kaisers muss bei der schliesslichen Anweisung seiner dauernden Stellung in der Unterwelt in eclatanter Weise hervortreten. Wiederholt und mit schärfstem Accent ist ja durch die ganze Satire hindurch von der unglaublichen Schwachsinnigkeit des Kaisers die Rede: nun muss sie aber ihre definitive Besiegelung erfahren. Und eben diese fehlt bei dem jetzigen Schluss.

Also, von zwei verschiedenen Seiten her gelangt man zu demselben Resultat: unsere Schrift ist am Ende defekt oder vielmehr verstümmelt. Denn dass dies Cabinetstück beissen-

1) Beiläufig kann ich auch nicht zugeben, dass — wie Birt S. IX glaubt — bei Aristophanes Acharn. V. 75 der Ausruf des Dikaiopolis *ὦ Κραναὰ πόλις* eine Anspielung darauf enthalte, dass die Athener den Wein nur *κεκραμένον* (nicht wie die Perser *ἄκρατον*) tranken.

der Invektive von Seneca zwar unmittelbar nach des Claudius Tod geschrieben, aber unvollendet gelassen, d. h. von ihm selbst gar nicht ausgegeben und dann etwa erst nach seinem Tode mit anderen Resten seines litterarischen Nachlasses als Torso veröffentlicht sei, ist sehr schwer zu glauben, zumal es ganz an sonstigen Spuren eines solchen Zustandes fehlt. Selbst wenn es richtig wäre, dass sich mehrfach Zeichen von Flüchtigkeit und mangelnder Uebersetzung fänden — die meisten derartigen Anstöße lassen sich vielmehr durch richtige Exegese oder einfache Emendation heben (s. unten); nur die merkwürdigen Verse, in denen geschildert wird, wie die Parzen Nero's Lebensfaden spinnen, bilden eine Ausnahme, auf die ich gelegentlich einmal genauer zu sprechen komme —, so wäre das ja leicht erklärlich bei einem solchen in der Erregung des Augenblicks hingeworfenen Capriccio, bei dem das Erscheinen zum richtigen Zeitpunkt (d. h. in den ersten Tagen jubelnden Aufathmens nach dem Ende des Kaisers) die Hälfte des Erfolges war. Dagegen ist es ja bekannt und allgemein anerkannt, dass der Archetypus unserer Handschriften in cap. 7 eine Einbusse erlitten, wahrscheinlich ein Blatt verloren hat: was liegt näher als anzunehmen, dass eben auch am Ende des Schriftchens ein Blattverlust eingetreten ist?

Damit ist meines Erachtens die Grenze dessen, was sich mit einiger Wahrscheinlichkeit feststellen lässt, erreicht. Die springende Laune des Satirikers lässt sich ohne weiteren Anhalt im Einzelnen eben nicht errathen. Doch darf man im Allgemeinen wohl vermuthen, dass der grosse Menschenkenner Menander den Dummkopf Claudius alsbald erkannt und ihm einen seiner Dummheit entsprechenden Platz angewiesen haben wird: als Herr konnte er ja mit dem Sklaven nach Belieben schalten. Und noch Eins scheint jetzt erst seine volle Erklärung zu finden, wie nämlich Seneca gerade darauf verfiel, den Komiker Menander einzuführen: die weit gehende Freiheit des komischen Dichters gestattete jede, auch die phantastischste Veranstaltung. Und so bekenne ich zum Schluss, dass eben die groteske Verwandlung des kaiserlichen Hohl-

kopfes in einen veritabeln Kürbis, die der Titel anzudeuten scheint, auch mir keinesweges unglaublich dünkt; sie gäbe vielmehr, wenn Seneca diese Idee wirklich durchführte, eine sehr effectvolle und das Ganze passend abschliessende Finalentscheidung des Dichters, der zugleich in der Unterwelt a *cognitionibus* war.¹⁾

Dass manche kleine erklärende Glosse me von dem Rand bereits in den Text des Archetypus unserer ältesten Handschriften (des Sangallensis und Valenciennensis) eingedrungen sind, ist längst bemerkt (z. B. cap. 5 p. 230, 10 der 3. Bücheler'schen Ausgabe Petron's *aeque Homericus*; c. 9 p. 232, 11 *aut ex his quos alit* ζειδωρος ἄρονρα; c. 13 p. 235, 2 *nuntius* u. a.). Doch ist einiges Hierhergehörige noch nicht hervor gehoben.

So gleich im ersten Satz: 'quid actum sit in caelo ante diem III. idus Octobris anno novo, initio saeculi felicissimi volo memoriae tradere'. Hier erfordert *annus novus* = 'Neujahrstag' einen erklärenden Zusatz; denn der Todestag des Kaisers (13. Oktober 43) ist doch eben nicht ein Neujahrstag schlechthin, sondern der des glücklichen Zeitalters, das mit dem Hinscheiden des Claudius, bez. dem Regierungsantritt des Nero anhebt. Also gehört *saeculi felicissimi* nothwendig als Genitiv zu *anno novo*; und das dazwischen stehende *initio* ist nichts als eine prosaische Wiederholung des gewählteren Ausdrucks. Mithin schrieb Seneca: 'III. idus Octobris, anno novo saeculi felicissimi'.

Auch in der feierlichen Datirung c. 2 'mensis erat October: dies III. idus [Octobris]; horam non possum certam tibi dicere' ist das zweite, von mir eingeklammerte *Octobris* in diesem Zusammenhang, wo erst der Monat, dann der Tag,

1) Ohne dass es mir nöthig schien, mit Birt hier tiefsinnige Bezugnahme auf philosophische Anschauungen, die für jene Zeit nicht einmal nachweisbar, bei dem Satiriker vorauszusetzen, der eben nur seiner Laune den Zügel schiessen liess, wenn er den Kaiser so als 'Hohlkopf' unsterblich machte.

zuletzt die Stunde bestimmt wird, nicht bloss überflüssig, sondern unzulässig.

Hier und an anderen Stellen haben diese kleinen Eindringlinge freilich keinen wesentlichen Schaden gethan: übel aber ist durch sie die bissige Ausführung der Febris über den Geburtsort des Claudius (c. 6) zugerichtet, so übel, dass sie geradezu ihre wohlberechnete Wirkung eingebüsst hat.

Während sonst die Götter ihre Lieblinge nach dem Tode geleiten, hat allein die Febris sich mit dem verstorbenen Claudius aufgemacht, und als dieser an den Pforten des Himmels sich Hercules gegenüber prahlerisch seiner trojanischen Herkunft berühmt, tritt sie ein und straft ihn mit folgenden an den leichtgläubigen Gott gerichteten Worten Lügen:

'iste, inquit, mera mendacia narrat. ego tibi dico, quae cum illo tot annis vixi: [Luguduni natus est,] Marci municipem vides. quod tibi narro, ad sextum decimum lapidem natus est a Vienna, Gallus germanus; itaque quod Gallum facere oportebat Romam cepit. hunc ego tibi recipio [Luguduni] natum, ubi Licinus multis annis regnavit.'

Der Witz dieser Rede liegt in der dreimaligen Umschreibung des Geburtsortes des Kaisers, Lugudunum. Zunächst wird Claudius verächtlich als Landsmann eines Galliers vorgestellt, der damals in Rom wohlbekannt gewesen sein muss. Denn dass der Name eines solchen in dem überlieferten *Marci* versteckt liegt, geht aus dem Folgenden hervor ('quod tibi narro . . . Gallus germanus'). Auch Bücheler hat sich jetzt mit Recht zu dieser Ansicht bekannt (während er früher mit Gronov *Planci* schreiben wollte, das Cognomen des von Caesar bestellten Statthalters L. Munacius, wodurch gerade die Spitze abgebrochen würde); und Birt stimmt zu (p. XIV), nur dass er die Wahl auf den Kreis der Lugudunenser beschränken will, was keinesweges nothwendig ist, da der Kaiser eben schlechtweg als ein Gallier bezeichnet werden soll. Unter den in Betracht kommenden gallischen Namen steht am nächsten *Mariccus*: so hiess der Bojerhüptling, der im Dreikaiserjahr als 'Befreier von Gallien' und 'Gott' eine so hervorragende

Rolle spielte (Tacit. Hist. II 61). Ob gerade diese Persönlichkeit gemeint ist, steht freilich sehr dahin, obwohl es ja möglich wäre, dass der Bojer schon damals in seinem Lugudunum benachbarten Gau grosses Ansehen genoss. Aber bei unserer Unkenntniss der gallischen Zustände damaliger Zeit wäre es ja auch keine verwegene Annahme, dass ein anderer Häuptling desselben Namens sich eine gewisse Berühmtheit verschafft hatte.

Das wird aufgenommen und wiederholt mit der zweiten Variation: 'wie ich dir sage, er ist 16 Miglien von Vienna geboren, ein ächter Gallier¹⁾, und hat denn auch, wie er als Gallier musste, Rom erobert'. Diese zweite Wendung ist wiederum sehr boshaft, indem zum andern Male nicht das von Claudius zur glänzenden Capitale des römischen Galliens erhobene Lugudunum selbst genannt, sondern der Geburtsort nach der alten (mit Lugudunum in heller Rivalität lebenden) Hauptstadt der Allobroger bezeichnet wird, als ob es sich um ein obscures gallisches Nest handelte (wie wenn man von einem Berliner sagte, er sei 6 Stunden von Potsdam zu Hause). So wird der Kaiser als vermeintlicher Gallier von Geburt, also als Barbar gekennzeichnet.

Endlich bei der dritten Ausdrucksweise: 'er ist geboren, wo Licinus viele Jahre herrschte', liegt, wie oben (S. 338) ausgeführt wurde, der Stachel in der Betonung der Abhängigkeit von Freigelassenen, zu der Claudius ebenso wie zur Herrschaft über Rom schon durch seine Geburt prädestinirt ist.

Wenn mithin der kaiserliche Geburtsort dreimal je mit besonderer Pointe umschrieben wird, kann unmöglich die ganze Rede der 'zungenfertigen giftigen Alten' anheben mit dem nackten 'Luguduni natus est': dies ist vielmehr als richtiges Glossem zu den Worten: 'ad XVI lapidem natus est a Vienna' auszuscheiden: war Lugudunum von Anfang an genannt, so

1) Ich weiss nicht, weshalb Friedländer a. gl. a. O. S. 3 diese einfache Erklärung verschmäht hat und statt dessen meint, es seien hier wie bei Varro de vita populi Romani unter 'Galli germani' wirklich aus Gallien stammende 'Iudiones' im Gegensatz zu den Galli genannten Gladiatoren verstanden.

verliert ja das Folgende alle Pointe. Oder vielmehr, das ganze Spiel kann sich ja nur in dem künstlichen Dunkel entwickeln, das auf der Herkunft des Kaisers absichtlich liegen bleibt, ist aber undenkbar, wenn von vorne herein die tatsächliche Angabe jede Illusion zerstörte. Und auch in dem dritten Satz wird das *Luguduni* vor *recipio* besser wegbleiben, wenngleich es hier als an letzter Stelle allenfalls entschuldigt werden kann.

Auch in dem letzten Satz derselben Rede der Febris 'tu autem qui plura loca calcasti quam ullus mulio perpetuarius, [Lugudunenses] scire debes multa milia inter Xanthum et Rhodanum interesse' ist *Lugudunenses* mit Recht schon von Bückeler entfernt. Nur durfte er nicht daran denken, dass sich Febris hier an Claudius selbst wende: bloss an Hercules, der die ganze Welt durchwandert hat, können sich die Worte richten 'tu qui plura loca calcasti etc.', wie er denn auch vorher fortwährend von Febris angeredet ist. Aber mit Unrecht haben Friedländer und Birt das Wort *Lugudunenses*, das zur Erklärung von *Rhodanum* beige geschrieben war und nun unconstructirbar im Satze steht, wieder halten wollen: jener, indem er die Lesart der schlechteren Handschriften aufnahm, die ja nur eine weitere Folge des Glossems ist (nämlich die Einschlebung eines *et* nach *debes*); dieser (p. XIV), indem er *Lugudunensis* schrieb¹⁾, obwohl gar nicht abzusehen ist, weshalb es gerade nur oder vornehmlich in Lugudunum solche 'muliones perpetuarii' gegeben haben sollte, die die Beförderungen von Reisenden nicht bloss zwischen zwei bestimmten Orten, sondern von Anfang bis zu Ende grösserer, selbst der weitesten Reisen übernahmen²⁾.

1) Auch für das Wortspiel, das zwischen Xanthus und Rhodanus in Bezug auf ihre Farbe (gelb und rosenroth) von Birt a. a. O. angenommen wird, gestehe ich kein Verständniss zu haben.

2) Denn so ist von Friedländer im Königsberger ind. lect. 1873/74 p. 3 f. dieser singuläre Ausdruck einleuchtend richtig erklärt: 'eum puto intellegendum esse, qui peregrinatores eodem vehiculo . . quocumque velint deportaret, etiam in locos remotissimos'.

Eine andere Classe von Verderbnissen rührt von kleinen Ausfällen her. Hieher ziehe ich z. B. die schon von Friedländer als defekt bezeichnete Stelle c. 5: ‘nuntiatur Iovi venisse quendam . . . nescio quid illum minari . . . ; pedem dextrum trahere. quaesisse se, cuius nationis esset . . . non intellegere se linguam eius’. Gewiss musste in diesem Zusammenhang der Thürhüter des Olymp bezeichnet werden und genügt die allgemeine passivische Wendung nicht. Nur scheint es mir nicht nöthig, an den Namen einer bestimmten niederen Gottheit, wie Divus Limentinus zu denken; ich meine vielmehr, es genügt, wenn wir mit leichter Aenderung schreiben: ‘nuntiat <ianit>or Iovi etc.’

Wir gewinnen dadurch zugleich die richtige Erklärung von c. 6 Ende: ‘putares omnes illius libertos esse: adeo illum nemo curabat’, zu welchen Worten Bücheler bemerkt: “wir erfuhren nur von Hercules’ und Febris’ Anwesenheit; hier wird stillschweigend eine grössere Zahl dienender Geister vorausgesetzt”. Diese Inconcinnität fällt nun weg; die drei, der Thürhüter, Febris und Hercules genügen ja für das ‘omnes’: Niemand kehrt sich an Claudius, gleich als ob sie alle seine Freigelassenen wären. Durch die Aenderung, mit der Birt den Anstoss an *omnes* beseitigen wollte (a. a. O.), indem er nämlich statt *esse* schrieb *adesse*, würde übrigens, soviel ich sehen kann, nichts gebessert, vielmehr erst recht eine viel grössere Zahl erfordert.

Auch in c. 1 muss in den Worten ‘qui verum proverbium fecerat, aut regem aut fatuum nasci oportere’ vor *verum* etwas ausgefallen sein; nur möchte ich nicht mit Mommsen und Birt *bis* einschieben, sondern *bifariam*. Denn nicht zweimal hat der dummköpfige Kaiser das Sprichwort wahr gemacht, wohl aber zwiefältig oder doppelt, weil er eben zugleich König und Dummkopf ist (nicht *aut* — *aut*, sondern *et* — *et*). Dagegen würde die von Kraffert a. a. O. befürwortete Einfügung eines *regem* auch vor *aut regem* nicht bloss das bekannte Sprichwort in ein unbekanntes verwandeln, sondern auch jeden Witz glücklich vernichten.

Zum Schluss noch ein paar vereinzelte Besserungsvorschläge. In c. 3 wird dem Verständniss durch Aenderung der Interpunction aufzuhelfen sein. Die Worte 'et tamen non est mirum, si errant et horam eius nemo novit; nemo enim unquam illum natum putavit' enthalten eine kleine logische Unrichtigkeit. Denn der Satz 'horam eius nemo novit' knüpft nicht bloss etwas Neues an, sondern giebt zugleich den Grund des Vorhergehenden: weil seine Geburtsstunde Niemand kennt (das ist doch nothwendig *hora*), ist es — nach den Lehren der Horoskopie — auch nicht möglich, seine Todesstunde mit Sicherheit vorauszusagen; und ausserdem enthält der mit *enim* angehängte letzte Satz doch nur die Begründung des unmittelbar Vorhergehenden 'horam eius nemo novit'. In dieser Satire, welche die asyndetische Verbindung bevorzugt und sie auch öfters bei causalem Verhältniss anwendet, ist die logische Verknüpfung der Gedanken richtig zum Ausdruck gebracht, wenn wir interpungiren: 'non est mirum, si errant; et horam eius nemo novit', d. h. 'es ist nicht verwunderlich, wenn sie (betreffs seiner Todesstunde) irren; kennt doch auch Niemand seine Geburtsstunde'. Die Ausdrucksweise *et—non* für *ne—quidem* findet sich auch sonst bei Seneca, z. B. epist. 84, 2 'ego vero et in ipsa suffocatione non desii'.

Cap. 8 ist die Rede eines Gottes wiedergegeben, der sich gegen Hercules mit ziemlich heftigen Worten wendet. Hier ist noch manches zu erklären und zu bessern, was ich heute nicht berühre. Nur zwei Kleinigkeiten, die sich kurz abthun lassen, will ich noch besprechen.

'Si mehercules', sagt der Gott, komischer Weise bei Hercules schwörend, den er angreift, 'a Saturno petisset hoc beneficium, cuius mensem toto anno celebravit Saturnalicus princeps, non tulisset illud, nedum ab Iove, quem, quantum quidem in illo fuit, damnavit incesti'. Hier steht statt der gesperrten Worte in dem Sang. und Val. *illum deum ab iove* (so Val., *iovem* Sang.) *qui*: die oben wiedergegebene Emendation stammt von Gronov und ist von Bücheler acceptirt. Birt p. XV tadelt dabei das überflüssige *illud* und schlägt vor:

illum deum? abi! Iovem qui (oder *qui Iovem*). Damit geht aber, was hier unerlässlich ist, die Gegenüberstellung von Saturnus und Jupiter als Götter, an die sich das Gesuch des Claudius um Apotheose richtet, verloren. Der nicht ohne Grund von Birt erhobene Anstoss lässt sich dagegen leicht beseitigen, wenn man noch dazu mit engerem Anschluss an die Ueberlieferung schreibt *ille, nedum ab Iove*. Es verdient dabei hervorgehoben zu werden, wie in cap. 6 und 8, cap. 14 und 15 Claudius immer und immer wieder mit *ille* bezeichnet wird. Auch die Wiederholung des Pronomens in demselben kleinen Satz ist nicht anstössig; gerade so lasen wir cap. 6 Ende die Worte: 'putares omnes illius esse libertos, adeo illum nemo curabat'. (Es wäre deshalb auch cap. 15 p. 236, 23 nicht nöthig, das zweite *illum* mit Bücheler einzuklammern, eher das folgende *ab illo* in *ab ipso* zu ändern.)

Beiläufig mag hier noch die Bemerkung eingeschoben werden, dass es sich eben mit Rücksicht auf diesen Gebrauch in cap. 14 empfiehlt, dem Sätzchen 'advocatum non invenit' sein Subject, das in der That, da lauter andere Subjecte vorausgehen, nicht wohl entbehrt werden kann, wiederzugeben, indem man im Anfang <*ille*> einschiebt, zumal dies nach den griechischen Worten ΚΟΝΙΟΤΕ leicht von dem Schreiber übersehen werden konnte, leichter jedenfalls, als das von Birt p. XVI vorgeschlagene <*reus*>. Das was am allernächsten läge, nämlich *iste*, scheint eben durch die obige Observatiuncula ausgeschlossen.

Am Ende der Rede ist überliefert 'quid in cubiculo suo faciat, nescit'; das ist doch wohl selbst von Claudius etwas zu viel behauptet und vor allem es trifft nicht: gemeint ist, dass er nicht einmal von dem, was in seinem eigenen Schlafgemach vorging, d. h. von den bekannten Ausschweifungen der Messalina etwas merkte (μόνος οὐκ ἠπίστατο τὰ ἐν τῷ βασιλείῳ δρώμενα sagt Cass. Dio XL 28). Also dünkte ich doch, schrieben wir lieber *faciant*.

C. Wachsmuth.

Zu Demosthenes.

Der seit den Tagen der Scholiasten für besonders schwierig geltenden Stelle der Demosthenischen Kranzrede, mit der die *προκατασκευή* beginnt, haben zuletzt Schömann eine besondere Abhandlung in den Jahrbüchern für Philologie (XCIX S. 755 ff.) und W. Schmid einen wesentlichen Theil seiner Bemerkungen zur Kritik und Exegese der Rede gewidmet, die im letzten Hefte des Philologus (XLVII S. 427 ff.) gedruckt sind.¹⁾ Der eine wie der andere Erklärungsversuch kann ebenso wenig befriedigen, als die Deutungen der Herausgeber, die man in Fox bekanntem Buche bequem zusammengestellt und mit einer neuen vermehrt findet. Aber bei dem unlängst von anderer Seite geäußerten Worte, dass die Stelle noch immer jedem Versuche einer befriedigenden Erklärung trotze, darf es um so weniger sein Bewenden haben, je näher mir von jeher die richtige Lösung zu liegen schien.

Es handelt sich um § 12 und 13, die ich hersetze, wie sie meiner Meinung nach ohne Abgehen von der handschriftlichen Ueberlieferung zu schreiben sind: *Τὰ μὲν οὖν κατηγορημένα πολλὰ καὶ περὶ ὧν ἐνίων μεγάλας καὶ τὰς ἐσχάτας οἱ νόμοι διδόσασι τιμωρίας· τοῦ δὲ παρόντος ἀγῶνος ἢ προαίρεσις αὐτῆ ἐχθροῦ μὲν ἐπήρειαν ἔχει καὶ ὕβριν καὶ προ-*

1) Schmid's Vermuthung zu § 18 beruht nur auf Missverständniß meiner Note zu der Stelle, seine Vertheidigung der Wortfolge *ἀλλὰ τὸ καὶ τῆ τάξει* § 2 auf der unzulässigen Voraussetzung, dass auch so *ἀλλὰ καὶ* zusammengehören können, während seine Vertretung des folgenden *καὶ τῆ ἀπολογίᾳ* gegen Usener's Conjectur den springenden Punkt nicht trifft, dass unter *οἱ ἀγωνιζόμενοι* nach Demosthenischem Sprachgebrauch vorzugsweise die Angeklagten zu verstehen sind.

πηλακισμὸν ὁμοῦ καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα· τῶν μέντοι κατηγοριῶν καὶ τῶν αἰτιῶν τῶν εἰρημένων, εἶπερ ἦσαν ἀληθεῖς, οὐκ ἔχει τῇ πόλει δίκην ἀξίαν λαβεῖν, οὐδ' ἐγγύς. (13) οὐ γὰρ ἀφαιρεῖσθαι δεῖ τὸ προσελθεῖν τῷ δήμῳ καὶ λόγου τυχεῖν, οὐδ' ἐν ἐπηρείας τάξει καὶ φθόνου τοῦτο ποιεῖν· οὔτε μὰ τοὺς θεοὺς ὀρθῶς ἔχον οὔτε πολιτικὸν οὔτε δικαίον ἐστίν, ὧς ἄνδρες Ἀθηναῖοι· ἀλλ' ἐφ' οἷς ἀδικοῦντά μ' ἐώρα τὴν πόλιν, οὐσί γε τηλικούτοις ἡλίκα νῦν ἐτραγῶδει καὶ διεξήει, ταῖς ἐκ τῶν νόμων τιμωρίαις παρ' αὐτὰ τὰδικήματα χρῆσθαι κ. τ. λ.

Ueber den Gedanken von § 12 wird kaum noch ein Zweifel bestehen. So zahlreich und schwer auch die von Aischines erhobenen Beschuldigungen sind, so gewährt doch die von ihm angestellte Klage ihm wohl die Möglichkeit, seinen Gegner zu beschimpfen, nicht aber dessen angebliche Verbrechen gegen den Staat zur Ahndung zu bringen. Also den Widerspruch zwischen der Schwere der von Aischines vorgebrachten Anklagen und den möglichen Folgen des Rechtsstreits hervorzuheben, die Unmöglichkeit nachzuweisen, auf dem von jenem eingeschlagenen Wege dem vorgeblich verletzten Staatsinteresse Genugthuung zu verschaffen, darum ist es dem Redner in erster Linie zu thun. Daneben ergibt sich allerdings zugleich ein Präjudiz gegen die Berechtigung der erhobenen Anklagen, das zuerst in *εἶπερ ἦσαν ἀληθεῖς* ausgesprochen und bald in *οὐσί γε τηλικούτοις* wiederholt ist. Aber die wesentliche Aufgabe der *προκατασκευή* bleibt doch die Ungehörigkeit des gegnerischen Verfahrens darzuthun, wie ihr weiterer Verlauf § 14 ff. beweist, der von jenem Nebenzweck durchaus nicht gedeckt wird. Darum liegt auch in den resumirenden Anfangsworten von § 17 das Hauptgewicht nicht auf *οὐτ' ἐπ' ἀληθείας οὐδεμιᾶς*, sondern auf *οὔτε δικαίως*. Verkannt ist dieser Sachverhalt von Fox, wenn er in unserm Abschnitt geradezu 'die allgemeine Widerlegung der exagonischen Anklagen gegen das Staatsleben des Demosthenes' erkennt.

Eine Unsicherheit besteht über die Bedeutung des Wortes *προαίρεσις*, das gewöhnlich als 'Tendenz, Sinn' verstanden

wird. Die richtige Deutung 'Wahl', die namentlich § 280 an die Hand giebt, hat schon Prinz in der revue de l'instruction publique en Belgique 1866 n. 12 gewiesen, der damit die Dunkelheit der Stelle gehoben glaubte. Soviel wird allerdings sofort klar, wie sehr die von Dobree und Weil eingesetzte Interpunction hinter *αὕτη*, wie sie für *αὐτή* schreiben, das Richtige verfehlt, während der Zusatz des *αὐτή* den Gegensatz zu *τὰ κατηγορούμενα* zum treffenden Ausdruck bringt. Das erkennt auch Schmid an, freilich mit irriger Auffassung des letztern Begriffs, verbindet aber damit Dobrees Vorschlag zu der unstatthafter Schreibung *ἡ προαίρεσις αὐτῆ αὕτη*, weil zu dem zweiten Gliede *τῶν μέντοι κατηγοριῶν κτλ.* das auch von ihm missdeutete *προαίρεσις* nicht Subject sein könne.

Im Anschluss an den erörterten Gedanken bringt nun § 13 den Nachweis, wie Aischines hätte handeln müssen, wenn es ihm in Wahrheit darum zu thun wäre, dem Staate zu einer entsprechenden Genugthuung für die angeblichen Verschuldungen des Demosthenes zu verhelfen (*ἐφ' οἷς ἀδικοῦντά μ' ἐώρα κτλ.*). Diesem positiven Gedanken tritt aber voran das Negative, was Aischines in jenem Falle nicht thun durfte (*οὐ δεῖ ἀφαιρεῖσθαι κτλ.*) und dennoch gethan hat, darum weil seine Absicht bei dem Processe nur darauf ging, seiner persönlichen Feindschaft Befriedigung zu verschaffen. Wäre dieser Gedanke nicht vorausgeschoben, so hätte an der Berechtigung des begründenden *γάρ* schwerlich je ein Zweifel aufkommen können. Denn mit dem was der Process nicht erreichen kann, ist das was er nicht bezwecken kann, so unmittelbar gegeben, dass letzteres kaum noch ausdrücklich ausgesprochen zu werden brauchte. Nur die Einfügung jenes negativen Gliedes konnte zur Rechtfertigung der begründenden Partikel die Ergänzung eines besonderen Satzes nothwendig erscheinen lassen, wie sie zuletzt in einer durch seine schon berührte Auffassung bedingten Formulirung Fox, der früher an die Aenderung *οὐκ ἄρα* gedacht hatte, verlangt hat ('ein ungebührliches und nicht auf Grund der Wahrheit vom Ankläger beliebtes Verfahren'). An der Richtigkeit des *γάρ* hält mit Recht

auch Schmid fest. Aber seine Vermuthung, dass an Stelle des im Σ durch leichtes Versehen ausgefallenen $\delta\epsilon\iota$ ¹⁾ ein Verbum gestanden haben müsse, das dem Sinne nach einem $\text{o}\tilde{\nu}\kappa\ \acute{\alpha}\xi\iota\alpha\ \delta\iota\kappa\eta\ \acute{\epsilon}\sigma\tau\iota\nu$ gleiche, fällt aus dem nachgewiesenen Gedankenzusammenhange heraus.

Aber die grössere Schwierigkeit liegt in der Frage, was unter dem $\text{\textit{προσελθεῖν τῷ δήμῳ καὶ λόγον τυχεῖν}}$ zu verstehen ist, das Aischines dem Demosthenes nehmen will. Gewöhnlich bezieht man die Worte auf das Auftreten vor Gericht, welches Aischines dem Demosthenes damit abzuschneiden suchte, dass er den Richtern diesen gar nicht zum Worte kommen zu lassen empfahl § 202. Dagegen hat aber Schömann mit vollem Rechte geltend gemacht, dass der Sprachgebrauch $\text{\textit{προσελθεῖν τῷ δήμῳ}}$ nur vom Auftreten in der Volksversammlung zu verstehen erlaube, und vergeblich sucht dies wieder Fox darum in Abrede zu stellen, weil das hinzugefügte $\text{\textit{λόγον τυχεῖν}}$ die herkömmliche Beziehung allerdings gestatten würde. Aber schwerer noch fällt ins Gewicht, dass mit jenem Gedanken das nicht getroffen würde, was Demosthenes an dem gegenwärtigen Verfahren des Aischines vorzugsweise zu rügen hat, und darum kein befriedigender Gegensatz zu dem folgenden Gliede $\text{\textit{ἀλλ' ἔφ' οἷς κτλ.}}$ erzielt wäre. Derselbe Grund aber entscheidet auch gegen Schömanns eigene Deutung: Aischines habe dem Demosthenes die Möglichkeit entzogen vor dem Volke aufzutreten durch die gegen Ktesiphons Antrag eingelegte $\text{\textit{ὑπωμοσία}}$, weil in deren Folge der

1) $\delta\epsilon\iota$ zu streichen, wie nach Spengels Vorgang Westermann, Weil und Blass gethan haben, kann ich nicht rathsam finden, weil ich in der daraus sich ergebenden Verbindung $\text{\textit{οὐ γὰρ ἀφαιρεῖσθαι — οὐδὲ — ποιεῖν οὐτε ὀρθῶς ἔχον κτλ.}}$ keine 'lebendige', sondern nur eine ganz verschrobene Redeweise erkennen kann. Wäre das Asyndeton der Parenthese $\text{\textit{οὐτε μὰ τοὺς θεοὺς}}$ in der That unerträglich, so läge die Einsetzung eines $\text{\textit{γὰρ}}$ nahe, an welche auch Fox gedacht hat. Den Gedanken, den ganzen § 13 bis zu $\text{\textit{γραφόμενον}}$ zu tilgen, hat sein Urheber Usener sicherlich selbst längst aufgegeben; abgesehen von allem andern wäre dann der Anschluss des allein übrig bleibenden Satzes $\text{\textit{οὐ γὰρ δήπου Κτησιφῶντα κτλ.}}$ an § 12 ebenso wenig verständlich, als $\text{\textit{τῶν ἄλλων}}$ in § 14.

Antrag gar nicht zur Debatte gelangt sei. Ob letzteres der Fall gewesen ist, wissen wir nicht. Jedenfalls aber wäre dieser Zweck schon mit Einlegung der Hypomosie erreicht gewesen, ohne dass ihr die *γραφὴ παρανόμων* zu folgen brauchte, während was hier dem Aischines zur Last gelegt wird, die *προαίρεσις τοῦ παρόντος ἀγῶνος* mit jener Absicht gar nichts zu schaffen hat, sodass auch die schon von Dobree verlangte Aenderung des *δεῖ* in *ἔδει* nichts helfen kann. Hierüber hat schon Schmid treffend geurtheilt, der überhaupt in diesem Punkte allein auf dem rechten Wege war. In anderer Weise verstösst gegen den Zusammenhang die Erklärung, welche Weil versucht hat. Er erwartet den Gedanken: Man darf dem Staate nicht die Gelegenheit zur Ahndung der Verbrechen dadurch entziehen, dass man darauf verzichtet vor dem Volke aufzutreten um seine Klagen vorzubringen und die Möglichkeit zu ihrer Vertretung zu erhalten. Um diesen Sinn zu gewinnen, bringt Weil verschiedene Aenderungen des *ἀφαιρῆσθαι τὸ* — in Vorschlag, unter denen sich *ἀφίστασθαι τοῦ* — noch am meisten empfehlen würde. Allein auch damit wäre der von Weil gesuchte Gedanke nicht zu angemessenem Ausdruck gebracht. Das correcte Verfahren, das von Aischines an unserer Stelle gefordert wird (anders § 307 ff., worauf die Antwort in den von Weil angeführten Worten der Klagrede § 220 gegeben ist), lag nicht in dem Auftreten vor dem Volk, sondern im Anhängigmachen von Klagen, von denen höchstens die Eisangelie zunächst an das Volk gebracht werden konnte.

Jede Aenderung der Stelle kann den Gedankengang des Redners nur verderben oder verdunkeln. Zu dem im Folgenden von Aischines für den Fall geforderten Verfahren, dass es ihm wirklich um Genugthuung für den angeblich geschädigten Staat zu thun gewesen wäre, tritt in entsprechenden Gegensatz nur das, worauf es jetzt in Wahrheit ihm ankommt, um seinem persönlichen Hasse zu genügen. Das aber ist, wie namentlich der Epilog der Klagrede deutlich zeigt, nichts anderes, als den Demosthenes für die Zukunft politisch unmöglich zu machen. Und in der That musste dies ebenso die

nothwendige Folge einer Verurtheilung des Ktesiphon sein, wie seine glänzende Freisprechung für Aischines die gleiche von seinem Gegner vorausgesagte (§ 82) Folge nach sich gezogen hat. Invidiös aber drückt Demosthenes jenes Absehn der Klage also aus: Aischines will ihm das Recht rauben, das im Begriffe der Demokratie liegt, das man darum nicht einmal aus Neid oder Scheelsucht einem Bürger entziehen darf, das Recht der *ισηγορία*. Erst damit tritt auch das *ἐν ἐπιχειρίας τάξει καὶ φθόρον* ins richtige Licht, welches die Hinzufügung des von Weil beanstandeten Satzgliedes *οὐδὲ ποιεῖν* bedingt hat.

Es lohnte sich an einem bezeichnenden Falle darzuthun, wie auch an viel versuchten Stellen es nur der einfachen Mittel scharfer Interpretation bedarf. Aber Verwahrung muss ich einlegen gegen die Art von Exegese, mit deren Hülfe jüngst Ed. Schwartz die Behandlung der *ἀπαγωγή* in der Neubearbeitung des 'Attischen Processes' bemängeln zu dürfen geglaubt hat (Rhein. Mus. XLIV S. 115 f.). Wenn bei Demosthenes XXIII, 80 es als Voraussetzung für die Anwendbarkeit dieser Klagform gegen einen Mörder bezeichnet wird, dass man ihn in den Tempeln oder auf dem Markt herumgehen sieht, so wird damit deutlich die Zuständigkeit des Rechtsmittels von dem Betreten der Stätten abhängig gemacht, von denen der Mörder auch ohne Einleitung eines gerichtlichen Verfahrens nachweislich ausgeschlossen war. Schwartz dagegen glaubt die Berechtigung der Klagform an die Unanfechtbarkeit des Thatbestandes gebunden und diese Voraussetzung durch das von Demosthenes gebrauchte Wort *ἀνδροφόνος* zum Ausdruck gebracht. Aber damit wird einmal jene vom Redner unzweideutig bezeugte Bedingung ganz fallen gelassen; denn auch den Ausweg, sie zu dem andern Erforderniss hinzutretend zu denken, verbietet der Fall des Agoratos, der nach Schwartz eben in die von Demosthenes bezeichnete Kategorie gehört. Andererseits ermangelt die für das Wort *ἀνδροφόνος* geforderte Bedeutung, auf welcher aller Nachdruck liegen würde, jeden Belegs, während der Sinn 'Mörder' ohne den von Demosthe-

nes anderwärts hineininterpretirten Nebenbegriff einer gerichtlichen Verurtheilung auch für die Rechtssprache durch das richtig verstandene Gesetz über die ἀπόρρητα gesichert ist. Ich war sonach vollkommen berechtigt, diese Art der ἀπαγωγὴ von der ἀπαγωγὴ τῶν κακούργων zu trennen, deren Voraussetzung das Ergriffensein ἐπ' ἀποτρόσῳ, d. h. in flagranti bildet. Dass in der Praxis diesem Erforderniss der weitere Sinn der Offenkundigkeit gegeben worden ist, habe ich selbst hervorgehoben. Dass aber das Gesetz diesen Sinn mit dem Ausdrucke verbunden habe, wird durch keine der dafür geltend gemachten Stellen bewiesen, am wenigsten durch Demosth. XLV, 81, und durch die Erörterung des Lysias in der Agoratea vielmehr widerrathen, der Schwartz wenig gerecht geworden ist. Noch mehr freilich hat er sich bei Andokides vergriffen, welcher an dem ihm zur Last gelegten und charakteristisch gefundenen Kunststück (S. 112 f.) ganz unschuldig ist. Denn mit keinem Worte hat er behauptet (II, 27), dass die früher gewährte ἄδεια ihm nicht durch das Psephisma des Isotimides, sondern erst durch die Vierhundert entzogen worden sei, sondern nur das gesagt, dass das Volk zur Annahme jenes Psephisma sich von derselben Seite habe bestimmen lassen, von der es auch zur Einsetzung des oligarchischen Regiments verleitet worden sei — was wir ihm diesmal aufs Wort glauben dürfen. Auch die Bemerkungen über das erste Buch des Thukydides (Rhein. Mus. XLI S. 203 ff.) wären wohl anders gerathen, wenn ihr Verfasser tiefer in den Gedankengang seines Autors einzudringen sich bemüht hätte, anstatt was er missverstand, sofort für 'unrettbar verloren' zu erklären.

J. H. Lipsius.

Druck von J. B. Hirschfeld in Leipzig.

5
1

LEIPZIGER STUDIEN

ZUR

CLASSISCHEN PHILOLOGIE

HERAUSGEGEBEN

VON

O. RIBBECK H. LIPSIUS C. WACHSMUTH

ZWÖLFTER BAND.

LEIPZIG

VERLAG VON S. HIRZEL

1890.

INHALT.

	Seite
FRID. NOWACK, De orationum quae inter Lysiacas feruntur XIV.	
XV. authentia	1
THOMAS LENSCHAU, De rebus Priensium	111
J. H. LIPSIUS, Zum ältesten attischen Volksbeschluss	221
J. H. LIPSIUS, Die Gerichtsscene der Ilias	225
REINHOLDUS FRANZ, De Callistus fabula	233
CURT WACHSMUTH, Die Parodos der Acharner in ihrer Com- positionsform	367

1

DE
ORATIONUM QUAE INTER LYSIACAS

FERUNTUR

XIV. ET XV. AUTHENTIA.

SCRIPSIT

FRID. NOWACK.

Utrum XIV. et XV. quae feruntur inter Lysiacas orationes genuinae sint necne, quaestionem instituenti quot et quantae difficultates obstant, non ignoro. Causae enim extrinsecus petitae, quibus eiusmodi controversiae interdum dissolvuntur, nullae inveniuntur. Namque Falkium (= Fa: *Reden d. L.* p. 195) nimis praedicavisse XIV, 4 et XV, 9 inter se pugnare nunc omnes consentiunt.¹⁾ De elocutionis autem similitudine, quae inter XIV. et XXX. or. intercedit (cf. Sachsius *über d. 30. Rede d. L.* 1886 p. 41 sqq.) recte disputavit B: p. 493. Idem docet (p. 421) ad nostram quaestionem nihil spectare, quanta ratio concursus vocalium habita sit. In or. XIV. et XV. quidem hiatus pari neglegentia admittitur; nam Benseleri (de hiatus p. 175 sqq.) placita correxit B: III₂ p. 337 sq. Quod denique idem Alcibiades, qui in nostris or. summo odio vexatur, in XIX, 52 quodammodo laudatur — nam F.ⁱ huius loci interpretationem veram esse tuo iure negaveris — contra neutrius orationis authentiam quicquam valet. Etenim ne Lysiam quidem alienum fuisse a causidicorum consuetudine easdem res clientium gratia vario modo enarrandi apparet e XII, 65. XIII, 74. XXV, 9 comparatis. cf. Scheibius (= Sch.) *d. olig. Umwälzung* p. 59, Poehligius *JJ. Suppl.* IX p. 228 sq.²⁾ Quae

1) Dobreis adv. crit. ed. Wagner I p. 228, Rauchensteinus (= R) *N. Schweiz. Mus.* 1862 p. 284, Franckenus (= Fra) comment. Lys. 1865 p. 111, Kayser (= K) *Philol.* XXV p. 328, Frohberger (= F) in ed. II p. 52, Blassius (= B) *att. Beredsk.* ²I p. 496.

2) Huc spectant etiam, quae de Lysiae et Thrasybuli amicitia et discidio legimus. cf. Grosser *d. Amn. d. J. 403 v. Chr.* 1868 p. 17, Pretzschius de vitae L. or. temp. def. 1881 p. 44. Iniuria igitur R: *JJ.* XCI p. 612, K: ll. p. 306, Fuhrius (= Fu) ed. II 1881 p. 115 sq., Hirtius comm.

cum ita sint, controversia illa diiudicari non poterit, nisi genera dicendi et Lysiae et orationum illarum auctoris vel auctorum diligenter exquirentur et alterum cum altero comparabitur. Atque hoc negotium ut apud alios scriptores, quorum consuetudini loquendi observandae pauci e viris doctis operam navaverunt¹⁾, ita potissimum apud Lysiam propterea non facile peragitur, quod ne eae quidem orationes, quas ex 425 antiquitus Lysiae adscriptis superstites habemus, certa fundamenta praebent. Primum enim nonnullas earum a Lysia non perfectas esse manifestum, nonnullas ei abiudicandas esse verisimile est (v. adpendiculam); deinde autem, cum cod. Pal. X plurimis et foedissimis corruptelis scateat²⁾, non modo reliquae,

L. c. II. 1881 p. 46 sqq. assensi sunt Westermanno (W.), qui XIX, 52 interpolatoris esse censuit (qu. L. p. II. p. 19). cf. B: p. 536, 3. Argumentum e plurali *παῖδες* petatum scite redarguit F. in praef. or. XIV. p. 7 adn. 60, 5. — Obiter id quod Keckius invenit (cf. Schanzius *Beitr. z. hist. Synt.* etc. I p. 155) commemoro, singularum orationum originem Lysiacam inde non posse deduci, utrum insit forma dualis necne.

1) Satis celebrari nequeunt, quae F. in ed. conguessit, nunc Gebaueri (= G) doctrina aliquanto aucta et quae B. in aureo de eloq. att. libro (p. 383 sqq.) effudit. Praeterea laudandi sunt: Foertschius (= Foe) obs. crit. in L. or. 1829, Lebeauus (= Leb) *d. L. Epit. als echt erw.* 1863, Berbigius (= Bb) *üb. d. gen. dic. ten. d. Redn. L.* 1871, FrAMueller (= M) obs. d. eloc. L. p. I. 1877, Albrechtius (= A) de L. or. XX. 1878 inde a p. 47, Stutzer in Hermae vol. XIV p. 501 sqq. (= St 1) et XVI p. 92 sqq. (= St 2), RRichter (= Ri) de epit., qui sub L. nom. fertur, gen. dic. 1881 p. 9 sqq., PSchultzius d. L. or. XXX. 1883 p. 38 sqq. Quanti aestimanda sit Careli de L. iudic. serm. sententiae vet. 1874 rectius quam Roeblius (= Roe) *Zschr. f. Gymn.* 1878 p. 41 ff., dicere mihi videtur B: *Burs. Jber.* 1874/5 p. 479. Alios libros postea nominabo.

2) De eius statu disputaverunt Sauppium (= S) epist. crit. p. 7 sqq., W: comm. cr. in scr. gr. p. V. p. 11 et de locis aliquot or. att. interpol. corr. p. 3 sqq., Lampros Herm. X p. 257 sqq., Schoellius ibd. XI p. 202 sqq. (cf. Roe: *Z. f. G.* 1877, 9, 10, Fu: anim. in or. att. p. 37 sqq.), Erdmannus de Pseudolys. epit. codd. p. 5 sqq. et p. 36 sqq. atque in Pseudolys. or. fun. edit. p. 3 sqq. (cf. S: *Gött. gel. Anz.* II 1633 sqq., Wilamowitzius *deutsch. Litztg.* 1882 p. 462, Fu: *ph. Rdsch.* 1882 p. 712 sqq., K. S: *ph. Anz.* XIII p. 713 sqq.), Weidner ibd. IX p. 102 et in ed. p. III sq. et inde a p. 146. — De codicis Laur. C pretio uberius egerunt Sch: obs. in or. att. p. 5 sqq. et S: ep. cr. p. 9 sqq. — Codici S. Marc. 422 (= HBK) quin Schenklius

quibuscum XIV. et XV. conferri oportebit, turpissime depravatae, sed eae ipsae ita comparatae sunt, ut compluribus locis, quibus ab usitato sermone decedunt, memoria codicis iure in suspicionem vocari possit. Huc accedit, quod Lysias in usu dicendi sibi non constat et in singulis orationibus eae voces, structurae, figurae leguntur, quae in reliquis non redeunt. Quorum quae oratori vindicari possint, quae non, perdifficile dictu est, quoniam quae huc pertinent, magis sentiuntur quam demonstrantur.

Addenda sunt duo, quae e natura earum, quas tractaturus sum orationum sequuntur. Inspectis enim XIV, 3 et XV, 12 liquet utramque orationem habitam esse ab actoribus, ut Arcestratidi cuidam adessent, qui Alcibiadem *λιποταξιου* sive *ἀστροτείας* (v. excursus) accusaverat.¹⁾ Sunt igitur orationes non primariae, sed synegoriae atque XIV. deuterologia, XV. tritologia. Nimirum cum illud omnes concedant, Marklandus (ed. Reisk. V p. 553 sqq.) et Sluiter (lect. Andoc. 1804 p. 263) or. XV. superioris epilogum esse putaverunt. Sed quoniam eorum sententia a Fra^o (p. 110 sq.) explosa est neque cuiquam iam probatur²⁾, mentionem eius fecisse sufficit. Quod vero Sittlius (*griech. Litgesch.* II p. 149 et 151) et Christius (*griech. Litgesch.* in Iw. Muelleri enchiridio antiquitatum scientiae VII p. 290 adn. 5) pro explorato habent illam pariter ex XIV. excerptam esse atque XI. ex X., neutiquam tolerari potest. Cur hoc sibi persuaserint, non profitentur; verum similitudine ar-

Wien. Stud. III p. 81 sqq. nimium tribuerit, dubium non est; cf. B: *Burs. Jber.* 1882 p. 227, A: *Z. f. G.* 1885, 5. — Scripturas in Aldinae Hamburgensis margine adscriptas (cf. Rosenbergius *JJ.* CIX p. 333 sqq. et Philol. XXXV p. 263 sqq.) spernendas esse docuerunt Roe: *Z. f. G.* 1877, 15, B: *Burs. Jber.* 1879 S. 260, Fu: ed. I p. 163 adn. 1.

1) Quo anno haec causa instituta sit, tractabam in commentationibus in honorem Ribbeckii editis p. 466 sqq. — Liceat hac occasione data quae tum praetermisi afferre. Fraenkelius de or. pro Polystr. hab. p. 8 iniuria vv. dd. negavisse censet or. XIV. Lysiae esse. Sch: *olig. Umwälz.* et Dessoulavy (v. i.) huius orationis numerum uncis incluserunt.

2) cf. Dobr. p. 228, F: p. 11, Lipsius (= L) *att. Proc.* p. 921, B: p. 495.

gumentorum et verborum quorundam videntur permoti esse. Nam ab utroque actore eadem figura adhibita poscitur, ut reus puniatur (XIV, 12, 13—XV, 9), eadem ratione iudices admonentur, ne faventium preces pluris aestiment quam leges et iura iuranda (XIV, 22—XV, 8) neve periculorum olim urbi imminantium nunc obliviscantur (XIV, 15—XV, 12), eodem τόπω ἐκ διαβολῆς probatur, cur actor Archestratidi opem tulerit (XIV, 3—XV, 12), eodem denique nomine praetores appellantur ἄρχοντες (XIV, 21—XV, 5) eorumque preces imperia (XIV, 22—XV, 8).¹⁾ Quid? eandem rem eisdem verbis significari et similibus enthymematis refutari num mirum est? oratores ut auctoritatem et potentiam praetorum, qui reo aderant, infringerent vel ut ostenderent, cur Archestratidem adiuverant, num quid aliud agere poterant? Ac vide quantum discrimen sit inter XV. orationem et XI. Ubi or. XI. auctor iudices alloquitur sicut accidit in XV.? ubi iuris attici tantam notitiam praebet quantam alter in §§ 1—3? ubi res tantae novitatis tantique momenti adiungit quanti sunt hipparchi, phylarchi, taxiarchi rationes, Pamphyli nomen, Alcibiadis inter hippotoxotas stipendia? Praeterea num credi poterit ea quae XV, 9 de iudicibus dicuntur, scripta esse ab eo epitomatore, qui contrarium fere in XIV, 4 legerit?

Immo ex his ipsis argumentis concludi necesse est or. XV. germanam esse orationem et revera in lite contra Alc. ἀστρατείας intenta habitam esse. Quod ne inter eos quidem ambigitur, qui eam spuriam esse existimant.²⁾ Ergo nihil relinquitur nisi ut or. XV. tritologiam esse censeamus, quamquam

1) In hac argumentorum similitudine iam offendit Sch: *JJ.* XXXI p. 367.

2) Boeckhii *Staatsh.* I 1817 p. 284 (= ³I p. 332) adn. b, cui adstipulatur Sch: *JJ.* XXXI p. 367 et in ed. p. LXXXII, Bakius schol. hyp. II p. 282, Fa: p. XIV et 195. — Quantopere vero ea, quae et ex or. XIV. et ex or. XV. de re militari Atheniensium comperimus, cum eis quae aliunde vel novimus vel colligimus, non modo congruant, sed ea suppleant et augeant, optime cognoscitur cum e Gilberti libro *Beitr. z. inn. Gesch. Ath.* 1877 inde a p. 24, tum e L¹: lite att. p. 121 sqq. 462 sqq.

alterum eiusmodi exemplum non invenitur (cf. L: ll. p. 921 adn. 445).

Has autem orationes synegorias esse si quidem iuste statuimus, id quod proposui, duplicem ob causam difficilius expeditur. Quarum una est, quod eo subsidio quod e narrationis condicione sumitur quodque tanto gravius et fidius est, quanto magis Lysias ea arte omnes superabat, plane destituti sumus; altera, quod cum alia tum argumentationem orationum illarum eadem severitate qua ceteras metiri non debemus, cum argumenta plerumque rebus extra causam positis (locis ante, post, circa rem, non in re) contineri consentaneum sit.

His omnibus difficultatibus explicatis non mireris viros doctos indagantes quo iure Harpocratio (s. v. *Ἀλκιβιάδης*) or. XIV. suppositam esse coniecisset, alios abiudicavisse eam a Lysia, alios attribuisse. Quoniam autem eorum sententias ll. exposui, nunc quid eidem de altera oratione senserint, enumerabo.

Eam igitur a Lysia compositam esse primus quod sciam, negavit Taylorus (ed. Reisk. V p. 553). Cui quamquam refragabatur Reiskius p. 557, tamen assensi sunt Boeckhius ll. et Bremius (or. sel. 1826 p. xviii et 123). Reiskianae autem opinionis defensores exstiterunt Franzius (edit. 1831 p. 286) et Hoelscher (de vit. et scr. L. 1837 p. 85) nec tamen persuaserunt Bakio ll., Sch^o: ll., Fa^o. Deinde in hanc controversiam inquisivit R: ll., qui quid a Lysiae sermone alienum esset, se non videre professus est. Idem probabatur K^o et F^o (v. s.), nihil commotis Fraⁱ scrupulis.¹⁾ His adiungendus est Thomashikius (= Th), qui Lysiae or. XIV. et XV. iniuria a quibusdam in dubium vocari in thesibus dissertationi (de L. epit. authentia verisimili) adsertis contendit. Postremo Bi sententiam referre opus est. Qui quamvis argumentis non contemnendis or. XIV. authentiam addubitaverit, tamen alteram propterea tantum in suspicionem trahit, quod hanc ab eodem auctore compositam esse sibi persuasit.

1) p. 115 et 237. Huius argumenta suo loco tractabuntur.

Haec sunt, quae vv. dd. disseruerunt. Omisi ut par est, nomina eorum, qui utram in partem abirent, planis verbis non pronuntiaverunt. Videmus autem or. XV. a Lysia profectam esse multo plures negavisse quam contendisse, cum de praecedente contrarium statuendum esset.

Sed cum considerarem, qua via ac ratione disputatio mea rei convenienter procederet, id optimum mihi esse videbatur primum de verborum delectu, deinde de compositione, tum de ornatu disserere, quarto autem loco Dionysii de Lysia iudicio¹⁾ pro fundamento posito, ea quae illis capitibus enucleavero, examinare et utrum orationes illae eisdem virtutibus excellenter vitiisque eisdem laborarent pervestigare. Hoc enim si statui potest, eas Lysiae esse, sin negari oportet, suppositas esse per se intellegitur.

Dignam autem esse Dionysii disceptationem, qua et vitia et virtutes illas dimetiamur, nemo infitietur. Nam ea ingenii facultate et eo naturae habitu Dionysius exornatus erat, ut quid uniuscuiusque scriptorum vetustorum proprium et laudabile esset, dignosceret et perspiceret.²⁾ Quare discrepans ab aequalium consuetudine neque Thucydidi neque cuiquam alii summam laudem tribuit, sed Demosthenem unum in fastigio artis et eloquentiae stare eiusque solius vestigia persequenda esse censuit. Ac ne in Lysia quidem, quamvis eius indole adeo captaretur, ut quatenus nunc iudicare licet, interdum nimis eum laudibus efferret, quid vituperandum et vero artifice indignum esset, celavit aut silentio praetermisit. Praeterea id velim respicias multo plures quam nobis illi libellos cum ab aliis tum a Lysia compositos in promptu fuisse, quibus inter se comparatis certum et iustum iudicium facere posset.

1) Dion. Halic. op. ed. Reisk. V p. 452 sqq. — Nostra aetate Lysiae generis dicendi arbitri fuerunt: Hoelscher p. 31 sqq., RFu et FG in praef. ed., Girardus *des caract. de l'attic. danc l'éloqu. de L.* 1854, Fra: p. 1 sqq., B: p. 383 sqq., Pluntkius *Platos Urteil üb. Isocr.* 1871 p. 24 sqq., Perrotus *rev. d. deux m.* XCIV. p. 859 sqq. (= *l'éloqu. à Athènes* etc.), Morawskius *Zschr. f. östr. G.* 1879 p. 401 sqq.

2) cf. B: *d. griech. Beredk. v. Alex. bis Aug.* 1865 p. 169, Schmidius *d. Atticism. in s. Hauptvertr.* I p. 6 sqq., 14 sqq.

CAPUT PRIMUM.

De delectu verborum.

Iam igitur enumerabo singula verba et singulas elocutiones, quibus auctores illi usi sunt; sed ne molestus sim, et notissima omittam et ubi fieri potest, ad eos relegabo, qui similes locos iam congesserunt. Eorum autem libros nominavi p. 4 in adn. 1.

1) Verba.

ἀγανακτέω a) cum *εἰ*¹⁾ XV, 2—IV, 19. XXVI, 1. b) absolute XIV, 39—XIII, 13. XXXII, 12. [IX], 20. cf. F: ad XIV, 39, Ri: p. 13. Qui quo iure XIV, 39 et [IX], 20 *ἀγ.* absolute dictum esse dubitaverit, non video.

αἰρέομαι a) = praeferre α) *μᾶλλον* non adponitur XIV, 7 *ἔπιπέυειν εἴλετο* XIII, 17. XXIV, 25. XXIV, 25; aliter [II], 62. (cf. *δέχομαι* X, 21. XXV, 32.) β) *μᾶλλον* adponitur cf. A: p. 50. b) = eligere XIV, 11 *στρατηγούς*. XII, 65—54, 58. XIII, 9, 10, 23. XVIII, 4. — XIV, 15 *τᾶρσετὰ ὑμῖν αὐτοῖς*, cf. XII, 72 *τὰ συμφέροντα*.

αἰσθάνομαι cf. F: ad XXX, 15 adp. a) absolute XIV, 13 — I, 41. XII, 10. XIII, 81. b) cum *ὅτι* XIV, 43 *ὅτι . . . ἐκ τ. ἄλλων ἐπιτηδευμάτων ἤσθησθε*²⁾ (cf. XIII, 19. fr. 75, 2 *ἐκ τ. πεπραγμένων αἰσθήσεσθαι*) — fr. 5.

αἰσχύνομαι a) c. *ὑπέρ* c. gen. XIV, 39: *ὑπ. τ. δουλευσάντων* III, 3 *ὑπ. ὧν*. cf. *ὀργίζομαι ὑπ.* XII, 2. XXX, 12. b) c. *ἐπί* c. dat: XIV, 42. — XXXII, 17. cf. *ἀγανακτέω ἐπί*: I, 1.

Admodum dubia est lectio §i 2. In X traditur: *ὥστ' ἐπινικίσις, ὧν οὔτος φιλοτιμεῖται, τοὺς ἐχθροὺς αἰσχύνεσθαι*. Quid verum sit, vix unquam dicetur. Per se vis voculae *ἐπινικίσις* quadrat ad prooemii maiorem vivacitatem et K: *Münch.*

1) Quomodo haec particula explananda sit, cum dependet aut de verbis affectum significantibus aut de adiectivis impersonalibus, disserit Akenus d. *Grdzge d. Lehre v. Temp. u. Mod. im Griech.* p. 87.

2) Haec emendatio Boissonadii (ad Philostr. ept. p. 98) certa esse mihi videtur. cf. F: adp., Sch: vind. Lys. p. 83.

gel. Anz. 1852 S. 408, Philol. XI p. 163, *Heidelb. JJ.* 1866 p. 300, denique (contra F) *JJ.* CV p. 254 eius verbi defensor exstitit. Cuius sententiam secutus est R: *JJ.* XCIII p. 660. Attamen stant Fⁱ verba: 'schwerlich passt eine solche, ohne weitere Ausführung nicht leicht verständliche Anspielung in das Prooemium'. Bakius schol. hyp. II p. 279 temere: ἐπ' ἐναντίοις τοῦτον καὶ τοὺς χρηστοὺς φιλοτιμείσθαι καὶ αἰσχ. Fra^o p. 103 ἐπ' ἐκείνοις opposuit M: Philol. XII p. 92 et in *Merseb. progr.* 1866 p. 7. Nuper hunc locum tractavit Thalheimius *JJ.* CXVII p. 550 sq. qui scribi iussit εἰπεῖν ἐνίοθ' ὧν et assensum tulit Roeⁱ: *Z. f. G.* 1879, 10. Sed ut omittam illud ἐνίοτε non minus languere quam ἐπ' ἐνίοις, hanc coniecturam ad irritum cadere puto propterea, quod deest verbum, cui genitivus ὧν attrahatur. Quare donec melius proponetur, acquiesco in Reiskii emendatione ἐπ' ἐνίοις, quae probatur Sintenisio *Zschr. f. A.W.* 1835 p. 524, M^o II., W^o, Sch^o, Cobetio, F^o.¹)

αἰτέομαι a) eodem sensu quo ἐξαιτεῖσθαι frequentius legitur. Dicitur enim de eis, qui reo adsunt et pro eo iudicium misericordiam commovere student (= deprecari). XII, 86 τῶν συνεροῦντων αὐτοῖς ἄξιον θαναμάζειν πότερον ὡς καλοὶ κάγαθοὶ αἰτήσονται. cf. FG et RFu ad hunc locum. — XXVII, 13 εἰ δὲ νομίσαντες ἀδικεῖν αἰτήσονται (hic paulo ante legitur ἐξαιτεῖσθαι αὐτοὺς παρ' ὑμῶν), XXX, 33 τῶν αἰτησομένων οὐδεὶς τοσαῦτα ἀγαθὰ πεποιήκε.

Hi loci a quibusdam — cf. Pluygersius *Mnem.* 1862 p. 88, W 3 p. 27 — tentati sunt. Verum optimo iure traditam scripturam defenderunt Sch: ed. p. xxxi et lect. L. (in *JJ. Suppl.* I) p. 331, Fritzschius emend. L. p. 1. progr. Rost. p. 16, Fu: in diss. p. 36 et in edit., FG.

Id autem si Lysiae attribues, non ab eo alienum esse hoc putabis XIV, 22 οἱ λέγοντες καὶ αἰτούμενοι ὑπὲρ Ἀλκιβιάδου praesertim cum αἰτεῖσθαι ibi conexum sit cum vocabulo λέγειν.

1) Idem monet καὶ ante τ. ἐχθ. quod post Iacobsium denuo protulit Herwerdenus anal. crit. 1868 (cf. *ph. Anz.* II p. 238) non inserendum esse. Schrwaldius *JJ.* IC p. 27: ἐπεικῶς ἐφ' ὁμοίσις οὔτ. φιλ., τοὺς χρηστοὺς αἰσθύν., satis cumulat commutationes.

Habemus autem λέγειν ὑπ. τινος: XII, 41. XXXII, 1. cf. XVI, 21. XII, 86 (συνεροῦντες αὐτοῖς secundum Reiskii correcturam). Itemque conferri potest δεῖσθαι ὑπέρ τινος: XVIII, 24. XXX, 31. — b) c. acc. = rogare aliquem XV, 1: ὑμᾶς αἰτοῦμαι . . καὶ . . δέομαι — III, 4. XIX, 2.

ἀκούω a) c. genet. rei: XIV, 23 ἤξ (πονηρίας) cf. XIII, 3. XXV, 1. b) τί παρὰ τινος: XIV, 1: οὐδεμίαν ἀκοῦσαι πρόφασιν παρὰ τῶν βουλομένων — [VI], 35. Apud Lysiam nullum exemplum inveni; dicit enim: ἀκ. τί τινος: XII, 61. XXV, 34. fr. 53, 1. XIX, 45.

ἀμαρτάνειν F: ad XXXI, 23; A: p. 49. Constat Lysiam ἐξαμαρτάνειν non minus adamare quam ἀμαρτάνειν. Utrumque etiam in or. XIV. legitur, cum in XV. neutrum reperiat. a) εἷς τινα α) ἐξαμαρτάνειν: XIV, 16. β) ἀμαρτάνειν: XIV, 28: ὅσα ἢ . . εἰς τ. πολίτας ἢ εἰς τ. ξένους¹⁾ ἢ περὶ τ. αὐτοῦ οἰκείους ἢ περὶ τ. ἄλλους ἡμάρτηκε, § 24, 38: εἰς ὑμᾶς. § 42: εἰς ἅπασαν τὴν πόλιν. XVIII, 9, 10. XXX, 25. b) περὶ τινα XIV, 2 — fr. 53, 1: περὶ θεοῦς ἐξαμ. XXXI, 23: περὶ τ. ἐναντοῦ ἀναγκαίους (cf. ἀσεβέω). c) absolute XIV, 12 (bis). 18, 21. — XII, 49. XXV, 16. fr. 86. — Accedit acc. pron.: XIV, 23 (ταῦτα), 29 (τοιαῦτα).

ἀμελέω c. genet. XV, 10: ἀμ. τ. πόλεως, τούτου (sc. rei) XVI, 19. XVIII, 17. XXV, 1. XXXIV, 9. fr. 74.

ἀναβαίνω a) ἐπὶ τοὺς ἵππους XIV, 10 (bis; sed altero loco rei naturae convenienter verba illa non repetuntur) XVI, 13. XXIV, 5, 11, 12. — cf. XXI, 7. [II], 4: ἐφ' ἵππους). b) in suggestum ascendere XIV, 16. XV, 2 (v. i.). — Apud Lysiam non legitur, sed cf. ἀναβιβάζω XVIII, 24. [XX], 34.

ἀναγιγνώσκω cf. Schepius: de transit. formulis, quibus or. att. utuntur p. 14. — Formula, qua scriba ut leges et testimonia recitet, admonetur: ἀνάγνωθι τὸν νόμον, τὸ ψήφισμα etc. adseritur: a) particula δέ XIV, 3: ἀνάγνωθι δέ μοι τ.

1) Transpositionem verborum οἰκείους et ξένους necessariam esse F mihi persuasit; cf. K: JJ. CV p. 254; Heldmannus: em. L. Marb. 1875 p. 2. Idem alios Lysiae locos enumerat, quos vv. dd. eadem medela usi sanaverunt.

νόμον¹⁾ 47, ἀ. δ' αὐτοῖς τ. νόμους. . I, 30, 31. b) particula καί XIV, 8: καί μοι ἀν. τὸν νόμον X, 14, 15. XIII, 35, 50. (particula οὖν: I, 29. — ἀναγνώσεται sc. ὁ γραμματεὺς: XIII, 33. XIX, 27. cf. XVII, 9). Nullo vinculo adnectitur formula XIV, 5: ἀνάγνωθί μοι τὸν νόμον. Quam discrepantiam ad nostram quaestionem nihil attinere existimo. Nam nisi asyndeti apud Lysiam usum²⁾ similem esse concedis, facillime hic inseras δέ. Sed etiam apud alios oratores et asyndeton et particula δέ promiscue usurpatur.

ἀναχωρέω XIV, 6 εἰς τοῦπίσω (legis ipsius verba videntur) XVI, 15, 18.

ἀντιβολέω. Cum apud ceteros oratores atticos, tum apud Lysiam verba precandi saepenumero non sola, sed cum aliis eiusdem significationis coniuncta ponuntur. ἀντιβολέω et ἰκετεύω XV, 3. — I, 25, 29. IV, 20. XXII, 21. XXXII, 11. [VI], 55. (ἰκετεύω et δέομαι V, 1 et fr. 78, 4. Nam utroque loco codicum κελεύοντος corrigendum esse in ἰκετεύοντος vidit Hirschigius. Interdum haec tria verba consociantur: XVIII, 27. XXI, 21.) — Separatim collocari oportet: XV, 1: ὑμᾶς αἰτοῦμαι καὶ τ. στρατηγῶν δέομαι et XIV, 16: ἀναβαίνοντες δ' ὑμᾶς ἐξαίτησονταὶ καὶ ἀντιβολήσουσι. Nam haec verborum iunctura a Lysia non adhibita est. — Ceteroquin v. s. αἰτέομαι et ἐξαίτέομαι.

ἀπαλλάσσω pass. c. genet. = liberari. XIV, 47: τοιοῦτων πολιτῶν. — V, 4. VII, 35. XII, 45. XXV, 12: τῶν παρόντων κακῶν. Erot. 233^d.³⁾ XXXII, 2, 23.

ἀπέρχομαι = discedere: XIV, 14 οἴκαδε — passim; v. i. — Non raro fit, ut insit vis peculiaris, quae idem significat atque inferiorem discedere (F: ad XV, 10): X, 20 οἰγήσεται

1) Quamquam hoc loco formula melius deletur, quod primus proposuit Bakius sch. h. II p. 280. Nam nec quae lex nec cur recitetur, cognoscitur.

2) cf. F: ad XII, 10. X, 5. XIII, 62. I, 14. XXXII, 11. — In or. XIV. praeterea asyndeton exstat § 3, in qua librarius cod. C suo Marte interposuit οὖν. cf. Sch: JJ. Suppl. I p. 302.

3) vide adpendiculam.

ἀπιὼν ἀπὸ τ. βήματος σιωπῆ, XIX, 4 μισηθέντες ἀπελθεῖν.¹⁾
Sed tamen 'superiorem discedere' uno loco valet: XV, 10
καταγελῶν τ. πόλεως ἄπεισιν.

ἀπέχομαι = abstinere: XIV, 42: οὐδεμιᾶς τόλμης. —
XXIV, 2.

ἀποδείκνυμι a) = demonstrare a) c. ὡς: XIV, 22. β)
c. pter. XV, 11 (cf. XIII, 95. XVII, 10). cf. Sch: vind. L. p. 9 sq.
— A: p. 50. b) c. dupl. acc. = reddere. XV, 11: οὐδένα ἄλλον
κρυώτερον XXXII, 17. fr. 1, 5.

ἀποδέχομαι c. genet. pter.: XIV, 24 τ. ἀπολογουμέ-
νων — λεγόντων IV, 14: αὐτοῦ οὐκ ἀξιοῦντος. — FG: ad XIII,
89 accuratissime.

χάριν ἀποδίδωμι XV, 10 ὑμῖν. — Erot. 231^b, 233^e.
XII, 60. XVIII, 26. XXVIII, 17. [II], 75. — cf. Leb: p. 88.

ἀπολογέομαι a) ὑπέρ τινος: XIV, 21—XII, 89. XXI, 17.
XXII, 10. XXVI, 3. b) absolute: XIV, 24, 43—XII, 17, 77,
86. XIX, 3. FG: ed. I p. 165.

ἀποφαίνω XIV, 24. cf. A: p. 53. Schultz. p. 39.

ἄρχω a) = regere: XIV, 34: ὑμῶν—XII, 51 (τ. πόλεως)
XXXIV, 9 (τ. Ἑλλήνων). — XIV, 36 (τριήρων). — XXVIII, 2
(νεῶν). b) οἱ ἄρχοντες = στρατηγοί XIV, 21. XV, 5. — XVI,
16. XXVIII, 5, 15. cf. Siegfriedius: de multa, quae ἐπιβολή
dicitur 1876 p. 38.

βιόω XIV, 41: σωφρόνως βεβιώκασιν. cf. XVI, 3: περὶ
τὰ ἄλλα μετρίως βεβιωκώς. § 1, 10.

βοηθέω a) βοηθοῦσιν οἱ συνήγοροι XIV, 21, 22, 23. XV,
1, 4, 12. V, 1. XXXII, 3. fr. 78, 4: τὰ δίκαια β. (cf. F: ad
XXXII, 3). X, 4 (cf. XXXIV, 10. [II], 14, 67). XII, 88. b) οἱ
δικασταί: XV, 9 (ὄλη τ. πόλει). X, 28 (τ. πατρὶ) 32 (τ. νόμοις
καὶ ὄρκοις). XII, 80, 85, 99. XVIII, 25.

βούλομαι²⁾ 1) formula quasi sollemnis: ὅτι (ἄν) τις βού-

1) XIX, 3—6 a Kocksio *krit. u. exeg. Bem. z. L.* 1888 et Heldmanno
ph. Rdsch. 1888 p. 371 e textu eici non comprobo.

2) de augmento (ε et η) cf. Pertzius: qu. L. cap. II p. 6, Meister-
hansius: *Gram. d. att. Inschr.*² p. 134.

λέται ποιεῖν: XIV, 11: ἐξέσται ὅτι ἂν τις β. π. = XXV, 33. I, 19. X, 3. XII, 84. XXV, 32. XXX, 34. XXI, 7. similiter: XV, 1, 7—XII, 85. XXV, 31. — Nonnunquam variatur: XV, 3: ὅτι ἂν βούληται πραχθῆναι XII, 27: οἷς ἐκεῖνοι ἐβούλοντο πραχθῆναι (cf. XXV, 24). 2) β. μᾶλλον—ἢ W 2 p. 16 sq., Foe: p. 39, qui recte adnotat 'maxime L. libenter in hac locutione prius verbum βούλεσθαι, tum saepe pluribus interiectis verbis μᾶλλον ἢ ponere'. — XIV, 9: ἐβουλήθη καὶ ἄτιμος εἶναι καὶ . . γενέσθαι μᾶλλον ἢ, 38 ἐβούλετο πολίτης γενέσθαι μ. ἢ . . XIX, 37, 54. XXIII, 5, 12. XXXII, 2. fr. 53, 3. XXXI, 9. [II], 12. (μᾶλλον ante βούλεσθαι ponitur: [II], 62. XXXI, 9). — De ceteris locis: XIV, 1, 15, 34, 35. XV, 8 nihil adnotare opus est.

γίγνομαι a) c. genet. XIV, 11: τ. πρώτης τάξεως τεταγμένος τῆς δευτέρας γένηται. Apud Lysiam nullum exemplum simile inveni, sed genetiivus prorsus ex more Atticorum est. b) τὰ γεγενημένα opponuntur τὰ μέλλοντα: XIV, 29. — XXV, 23. XXXIV, 5. FG: ad. I p. 498. — Ceterum cf. A: p. 50.

γινώσκω XV, 8. XXII, 2. XXIV, 27. fr. 88: τὰ δίκαια γινώσκειν; (cf. fr. 89); v. s. ψηφίζομαι. — De XIV, 4 (περὶ), XIV, 37 (ὅτι) nihil.

δέδια Ri: p. 13, St 2 p. 118. — XIV, 9, 10.

δέω a) XIV, 21 οὐδὲν τ. στρατηγεῖν¹⁾ — X, 5. fr. 16, 1. b) δέον XIV, 7: δεῖν v. excurs. — XIII, 84—VII, 15. XIII, 85 (ὡσπερ δέον).

Participia absoluta e Lysiae orationibus diligentissime, ut solet, collegit G: in ed. I p. 450 sqq., de arg. ex contr. p. 283 sqq. Unde apparet illum huic dictioni valde favisse. Nonnulla praebent Leb: p. 76 et A: p. 53. — Creberrima omnium usurpantur δέον et ἐξόν. Huius verbi ptep. fut. dependens de particula ὡς scriptum legimus XIV, 10: ὡς οὐκ ἐξεσόμενον τῇ πόλει δίκην λαμβάνειν, quo cum loco probe contendas XXVI, 16 ὡς προσληψόμενον αὐτὸν δοκιμαστάς. cf. XXV, 2 ὡς ἐμοί τι προσῆγον XIV, 16 ὡς ἐκεῖνον αἴτιον γεγενημένον

1) PRMueller (cf. F): αὐτὸς στρατηγεῖν. Sed recte, opinor, iam adversatus est ei R: JJ. LXXXI p. 328.

33 ὡς ὄντας ἀξίους, quibus locis acc. subiecti et ptep. legitur.

δέομαι a) c. gen. XIV, 20 τούτου XVII, 10 ὑμῶν XXXII, 2 (bis). b) c. gen. et inf.¹⁾ XV, 2, 12 — passim. c) absolute XV, 3, 4, 8. Erot. 233^o (bis).

δηλώω XIV, 35 ἃ φυλάττεται cf. XIX, 39. XXXII, 8, 11.

δημηγορέω XIV, 45 περὶ τ. ὑμετέρων — X, 1 absol. XVI, 20 ὑπὲρ τ. ἔμαντοῦ πραγμάτων.

διάκειμαι XIV, 42. cf. G: ad XXV, 27.

διακινδυνεύω XV, 12 πρὸς τ. πολέμιους. XXXIV, 11 ὑπὲρ τ. ἐλευθερίας [II], 20 ὑπ. τ. Ἑλλάδος πρὸς μυριάδας.

διδάσκω XIV, 22, 26, 35. — sollemne verbum propositionis: XIV, 3. VII, 3. XII, 3, 62. XIII, 4. XXV, 7.

δίδωμι a) δωρεάς XIV, 31—X, 24. cf. XII, 9, 11. XIII, 72. b) εὐθύνας F: ad XXV, 30, Schultz. p. 39 — XIV, 38. c) τὴν ψῆφον = in suffragium mittere XV, 2²⁾, 4. Haec locutio nusquam apud Lysiam legitur, v. infra d) ἐξουσίαν XV, 11. XXV, 17.

δοκέω XIV, 4, 17, 19 (bis), 25, 31. XV, 7, 9. cf. A: p. 47 et 49.

δουλεύω XIV, 34: τ. βουλομένους δ., 39 ὑπὲρ τ. δουλευσάντων τ. πολέμοις, XII, 92 τούτοις 98. XXVI, 19 (c. dat.) [II], 64. XIV, 39 aoristus inchoativus, quem vocant grammatici, intellegendus est. Eadem ratione explicandum est XIV, 36 ἐπειδὴ κατήλθε καὶ πολλῶν ἤρξε τριήρων (= postquam imperio classis ornatus est). Huius consuetudinis apud L. exempla conguessit FG: ad XXV, 14.

δύναμαι³⁾ a) XIV, 35 οὕτω μέγα. X, 13. XII, 50. XVIII, 13 τοσοῦτον. XXV, 24 μέγα 33 μείζον. XVIII, 5 ἔλαττον. b) XIV, 38: λέγειν δυνάμενος cf. Leb: p. 82. — XXVII, 5. XXX, 24. — cf. XVII, 1. XXXI, 2. (ἱκανός: XVII, 1. δεινός: XII, 86.

1) XIV, 20 δεηθέντες οὐκ ἐδύναντο εὐρέσθαι interpolata sunt verba; cf. L: qu. L. p. 16 et F. Denuo nec tamen feliciter eis patrocinebatur R: JJ. XCVII p. 601.

2) ΔΙΑ in διαδιδόντες dittographiam esse arbitror litterarum ΔΙΑ.

3) De augmento disputavit Pertzius II.

fr. 78, 4.) *contrarium*: ἀδύνατος XIV, 44 *πράττειν*, XXV, 2 λέγειν, XVII, 1 εἰπεῖν. XXX, 24. c) XIV, 46 ὡς ἐδυνάμην ἀριστα κατηγορηκα. Similiter XII, 62 ὡς ἂν δύνωμαι διὰ βραχυτάτων XVI, 9. — cf. Erot. 231^a, fr. 7 (ὡς ἂν c. opt.); V, 1 XIX, 1 (ὅπως ἂν δύνωμαι); XIII, 92 (ὅσον ἂν . . δύνηται XII, 36, 94. XIII, 3 (καθ' ὅσον δυν.); XXXIV, 5 (καθὸ δύνασθε); cf. fr. 78, 4: καθ' ὅσον οἶός τ' εἶμι.

ἐθέλειν XIV, 21, 45. *Locos conquisivit* Pertzius p. 7. *Praeterea* cf. F: ad XII, 58, 69. XXXII, 12, 13. XXXI, 1.

εἰσπράττομαι XIV, 26 ἀργύριον εἰσπράττετο (*impf. de conatu*). XVII, 4. (*simplex*: fr. 60—XVII, 3.) *De impf. illo* cf. F: ad XII, 88. XIII, 54. I, 38.

ἐκβάλλω XIV, 36 τ. *πολεμίους ἐκ τ. χώρας* XXXII, 16. fr. 75, 4 ἐκ τ. οἰκίας.

ἐνθυμέομαι XIV, 11, 14, 39, 47. XV, 2, 4, 8. cf. M: p. 30. — Weiskius: *JJ*. CXXIX p. 821 sqq., St 2 p. 118, G: ad XXV. 13 et 19.

ἐξαιτέομαι cf. Maetzner ad Lye. Leocr. p. 304, Schlect. L. p. 329 sq., F: ad XIV, 16 adp., Thalheimius *d. L. Rede f. Pol.* p. 36.

Ex tribus locis, quibus in or. XIV. haec vox exstat, unus integer est XIV, 20: εἴαν τινες τῶν συγγενῶν αὐτὸν ἐξαιτῶνται. Apparet verbum significare: 'aliquem deprecari, precibus liberare' et haec notio redit XII, 95: φεύγοντας ὑμᾶς ἐκ τῶν πόλεων ἐξηγοῦντο, XXX, 31: περὶ τῶν ἐξαιτησομένων . . εἰπεῖν βούλομαι [II], 12; forma passiva: XX, 15.

Saepius nomina eorum, qui rogantur, ut aliquem remittant, praepositione παρά adiunguntur: XXI, 17. XXVII, 12 (cf. Hentschelius qu. d. L. or. Epier. p. 34 sq., St 2 p. 120).

His locis aliisque quos F ex ceteris oratoribus affert, nissus XIV, 18: οὐκ οὖν δεινὸν τούτους μὲν οὕτως εὐτυχεῖς εἶναι, ὥστ' ἐπειδὴν ἐξαμαρτάνοντες ληφθῶσι, διὰ τὸ αὐτῶν γένος σώζεσθαι, ἡμᾶς δ' εἰ ἐδυστυχίσσαμεν διὰ τοὺς οὕτως ἀτακτοῦντας, μηδένα ἂν δύνασθαι παρὰ τῶν πολεμίων ἐξαιτήσασθαι μηδ' ἂν τὰς τῶν προγόνων ἀρετάς (sic cod. X), tueor illud μηδένα, quamvis Sch: ll. p. 327 obloquatur. Oppositionis

enim concinnitate poscitur, ut vocem ἡμᾶς subiectum accipias; quid autem Athenienses aliud Lacedaemonios reposcerent quam captivos? — Reliqua, ut hoc statim addam, pars huius enuntiatii quomodo sanetur, difficile dictu est. Verba μηδ' ἂν τὰς . . ἀρετὰς intellegi posse unusquisque largietur Sch^o (p. 329). Verum mihi quidem magis placet prioris antitheti membro διὰ τὸ . . γένος respondere in posteriore alterum ab eadem particula incipiens. Ideo scribam: διὰ τὰς ἀρετὰς (ἂν et διὰ saepius confusa sunt).

Sed utcumque ea verba restituuntur, e lectione tam incerta nullo modo, utrum Lysias huius orationis auctor sit necne, colligi potest:

Utique conformationem, quae insit in voce ἀρεταί, non minus tolerari existimo quam illud: τὴν ὑμετέραν ὀργὴν τιμωρεῖσθαι βουλομένην (XXIX, 6), quod sane omnes fere Taylori auctoritatem secuti commutant in genetivum βουλομένων.

Sed ne longius oratio mea vagetur, restat unus or. XIV. locus, quo ἐξαιτεῖσθαι in libro Palatino legitur: XIV, 16 ἀναβαίνοντες δ' ὑμᾶς ἐξαιτήσονται καὶ ἀντιβολήσουσιν οὐκ ἀξιοῦντες . . καταγνώναι. Si memoriae confidimus, ἐξαιτεῖσθαι nova notione ornandum est: exorandi, obsecrandi. Atqui duo offensioni sunt; unum, quod semel eadem significatio invenitur loco mea quidem sententia corrupto: [XX], 35 οἱ ἄλλοι τοὺς παῖδας παραστησάμενοι ἐξαιτοῦνται ὑμᾶς; alterum, quod ea ipsa res pro certa poneretur, quae ne fiat, orator maxime operam dat. Nam Thalheimius haec Fⁱ argumenta iniuria parvi ducit. Quare cum Hirschigio facio et in textum recipio: ὑμᾶς αἰτήσονται καὶ ἀντιβολήσουσιν, eorum memoriam renovans, quae ad haec verba disputavi.

ἐξαλείφω XV, 5: αὐτὸν ἐκ τοῦ τῶν ὀπλιτῶν καταλόγου, XVI, 13: ἐξαλείψαι με ἐκ τ. κ. § 7. — I, 48. XXX, 2.

ἐξελαύνω cf. A: p. 51. — XIV, 34: τοὺς πολεμίους. — XV, 5: Ἀλκιβιάδην ἐκ τ. φυλῆς III, 7, 40, 43. XII, 8, 21. (XIII, 13, 47.) XXV, 26.

ἐξευρεῖσθαι XIV, 46: ἐξευρεῖν τὰ ἀμαρτήματα I, 31. III, 7. XXXII, 18. fr. 1, 1.

ἐπιδείκνυμι cf. A: p. 50. Schultz. p. 40. — XIV, 3 τ. νόμους ἐπέδειξε (actor primarius), cf. I, 5: τὰ ἔμμαντοῦ πράγματα ἐπέδειξω 21. III, 44. XXIV, 9.

ἐπιτηδεύω XIV, 26 — I, 1, 29. XIII, [65]. XXX, 2. cf. F: ad XXX, 2.

ἔρχομαι = reverti. cf. G et R: ad XII, 16. XIV, 38: οὐδέποτε ἔλθὼν εὐθύνας ἐτόλμησε δοῦναι X, 25. XII, 54. XIII, 13. XVI, 4. XIX, 50. [XX], 14. XXXI, 9. cf. ἤγω: III, 11. XII, 16. XIII, 8.

ἔταιρέω XIV, 41 — III, 24.

ἔχω 1) c. acc. subst. a) XIV, 33: τὴν χώραν — XIII, 46 τὴν ἀκρόπολιν. cf. IV, 20. XXXIV, 4. b) ἡλικίαν: XIV, 6 — X, 4. VII, 29. c) γνώμην: XV, 4. 12. τὴν αὐτὴν γνώμην. cf. Leb: p. 75; apud Lysiam sescentiens. XXI, 19: δέομαι ὑμῶν τὴν αὐτὴν νῦν περὶ ἐμοῦ γνώμην ἔχειν ἤνπερ καὶ ἐν τῷ τέως χρόνῳ et XXIV, 21: δέομαι πάντων τὴν αὐτὴν ἔχειν περὶ ἐμοῦ διάνοιαν ἤνπερ καὶ πρότερον non modo propter verborum et sententiarum congruentiam, sed etiam propterea comparanda sunt, quod ex praegresso infinitivo ἔχειν ad alterum membrum subaudiendum est impf. εἴχετε. d) συγγνώμην: XIV, 11. — X, 2, 26, 30. XII, 29, 31. XIII, 90. XXV, 1, 35. e) προθυμίαν: XV, 1: δέομαι τῶν στρατηγῶν μὴ πᾶσαν προθυμίαν ἔχειν παρὰ τὸ δίκαιον ψηφίσασθαι. v. i. Praeterea ἔχειν legitur: XIV, 35, 37. — 22, 25. Sed exempla proferre supervacaneum est.

ἡγέομαι α) c. genet. = praeesse. XIV, 21: οὐδὲ γὰρ (sc. ἄν) εἶχον, ὅτου ἡγοῦντο.¹⁾ XV, 6 ἡμῶν ἡγήσασθαι — XIII, 80.

1) Praefero igitur, quod codex exhibet. Nam vim particulae ἄν e praecedenti enuntiato pertinere posse ad id, quod sequitur, dummodo alterum cum altero sententia arte cohaereat, multis exemplis F: Philol. XIX p. 606 sqq. et in ed. ad XII, 47, 98. XIV, 14 ostendit. Nec tamen inutile est inspicere eius ad locum adnotationem. (Adstipulatur praeterea K: JJ. CV p. 254.) Simile fit etiam XIV, 14. cf. X, 2. XII, 34. 47 etc. — Formae ἡγοῦντο post Akenum et F denuo probe patrociniatus est Gerthius: *Krit. z. griech. Moduslehre*. Progr. p. 18. — Verba supra laudata per interiectionem addita sunt. Scripsit, sicut vidi e censura Hergelii: *Wochschr. f. klass. Phil.* V p. 456 sq. de huius figurae apud or. att. usu Egger in diurnis, quae inscribuntur *Mittelschule*, *Wien* I p. 22 sqq. Doleo,

β) = putare. Nihil addo nisi XIV, 43 νομίζειν et οἶσθαι inter se opponi, cum oppositio conformari soleat verbis νομίζειν et ἠγεῖσθαι XVI, 13—XXVIII, 17. cf. G: ed. p. 497. Sed eadem quae hoc, de quo agitur loco verba variata sunt in antithesi fr. 1, 1¹) (bis οἶσθαι XIII, 33).

Θαυμάζω a) c. εἰ: XIV, 11, 23 — fr. 53, 1 (Θαυμαστὸν εἰ: III, 24. VII, 7). b) c. enunt. interrog. XIV, 46 Θαυμάζουσιν, ὅπως . . ἐδυνήθην. cf. XII, 34 (τί ἄν . . ἐποίησας), XIII, 49 (ὄ, τι).

Θεραπεύω XIV, 14: ἐν τ. πόλεσι καταμείναντες ἐθεραπεύοντο ἄν, Erot. 233^b: τὴν παροῦσαν ἡδονὴν θεραπεύων, XIX, 37: ὑπὸ τῶν παιδῶν θεραπεύεσθαι — XXIV, 6. VII, 26.

κάμνω XIV, 14: τῶν στρατιωτῶν οἱ κάμνοντες, cf. fr. 53, 4: τὸ ἀποθανεῖν καὶ καμεῖν κοινὸν ἅπασιν.

καθαιρέω XIV, 39: τῶν τειχῶν καθηρημένων XII, 63, 68. XIII, 12. XVI, 4—XII, 99. XIII, 46—XII, 40.

καταγελάω XIV, 46: μου, XV, 10: τῆς πόλεως, fr. 53, 2: τῶν θεῶν καὶ τῶν νόμων.

κατάκειμαι vox propria = accubare. XIV, 25: ὑπὸ τ. αὐτῷ ἱματίῳ²) κατακείμενος, I, 24: κατακείμενος παρὰ τῆς γυναικί.

καταλαμβάνω XIV, 33 Φυλὴν, 35 ἂ χρὴ τ. χωρίων κ., XII, 52 Φυλὴν, XXVIII, 7 χωρία.

καταφρονέω XIV, 9: οὕτως ὑμῶν καταφρόνησε καὶ τοὺς πολεμίους ἔδεισε κτλ., cf. XII, 84: τοσοῦτον . . ὑμῶν καταφρόνηκεν. XIII, 73.

κατηγορέω περὶ: XIV, 3 — VII, 35.

quod huius commentationis inspiciendae mihi non facultas erat. Exempla compluria collegit Leb: p. 74.

1) Quae Welcker (*kl. Schw.* I p. 412 sqq.) affirmat or. a Lysia contra Aeschinem Socraticum compositam, subditiam esse, ea cecidisse puto iam recensione, quam scripsit Vischer *JJ.* LXXIII p. 7. Praeterea cf. R: *JJ.* LXXXI p. 325 et B: p. 630.

2) cf. F: adp. Praeterea adsentiuntur: Bremius *JJ.* I p. 374, Keilius Herm. XIX p. 162 adn., Teichmüller *literar. Fehd.* II p. 267. — ἱμάτιον commemoratur: XII, 18 (ad tegendum corpus Polemarchi mortui); XIII, 40. X, 10. fr. 18. XXXII, 16.

κεῖται ὁ νόμος περι: XIV, 6—XXXII, 23.

κωμάζω = commissari; est hominis protervi et petulantis: XIV, 25. — III, 23.

λέγω a) ἀληθῆ λέγειν: XV, 5. cf. Pertzus ll. p. 12, St 2 p. 101. b) λέγειν ὡς: XIV, 5, 31, 32, 35. cf. Karlowa *Bem. z. Spr. gebr. d. Dem. mit Berücks. a. att. Redn.* p. 3.

λύομαι = e servitute redimere; cf. F: ad XIV, 27 Ἀρχεβιάδης ἀντὸν ἐλύσατο — XII, 20. XIX, 59. XXVI, 24.

μαρτυρέω. De huius verbi constructione disputant Fu: in diss. p. 58 et Weiskius ll. p. 822 sq. — XV, 6 significat testimonium eorum, qui reo adsunt. cf. XII, 87.

μέλει XIV, 9. — X, 9. XII, 74. Pertinet huc etiam XIV, 29: οὔτε τῶν γεγενημένων ἀντιῶ μεταμέλει οὔτε τῶν μελλόντων ἔσεσθαι. Nam quod olim Bremius (exc. III) ¹⁾ demonstrare studebat hoc zeugma — e voce enim μεταμέλει ad alterum membrum promendum est μέλει — ferri posse, iure recentioribus interpretibus non probatur. F igitur accipit Reiskianum additamentum μέλει, quod Halbertsma lect. Lys. p. 33 sq., utpote Batavorum gens rarissime ea curat, quae aliorum opera dudum elaborata sunt, iterum se invenisse mea pace gaudeat. (cf. *phil. Anz.* II p. 139). Sed libere confiteor mihi antecedente composito (μεταμέλει) iterationem simplicis (μέλει) praesertim cum in fine enuntiati positum sit, iusto languidiorem videri. Potius tolerarem, si ordine verso μέλει ante μεταμέλει collocari posset. Confugio igitur ad coniecturam Kⁱ, qui *JJ.* CV p. 254 μετα deleri et μέλει ad utrumque membrum referri iubet. μεταμέλει, ut hoc adiciam, scriptum est: III, 43. XVI, 2. XXVI, 20. Erot. 231^a.

μέλλω c. inf. fut.: XIV, 4, 29, 30. cf. A: p. 53. XIV, 30: καὶ ὑμῖν καὶ τοῖς μέλλουσιν ἔσεσθαι προσήκει non res, sed homines significantur. Comparari potest XVIII, 5: τοὺς ἄρξεν μέλλοντας et XXVI, 8. — Paulo uberius tractanda sunt XV, 9: ὑπὲρ τῶν παρεληλυθότων ὀλίγους τιμωρησάμενοι πολλοὺς

1) De zeugmatis apud or. att. usu egit praeter eum Sch: obs. p. 19 et vind. p. 24 sq.

κοσμιωτέρους ἐν τοῖς μέλλουσι κινδυνεύειν et XV, 10: ἄλλως τε καὶ περὶ Ἀλκιβιάδου μέλλοντας ψηφίσασθαι.

Illic enim haesitat F, num κινδυνεύειν aptum esse possit a voce κοσμιωτέρους. Iure opinor. Nec tamen id verbum e textu eicio. Quid enim? infinitivum ab eo verbo regi, quod suscipit (μέλλουσι), nonne simplicius et rationi magis conveniens est? Praefracte autem nego valere id, quod idem in hanc Bauri interpretationem explicat verba ἐν τ. μέλλ. propter opposita ὑπὲρ τ. παρελ. ad nihil posse referri nisi ad tempora futura. Etenim prorsus non intellego, cur dici nequeat: poenis criminum iam perpetratorum a quibusdam repetitis multos inter eos, qui in posterum pro patria pericula subibunt, reddetis tenaciores disciplinae militaris'.

Propter alterum autem locum paucis tangenda est controversia illa veterrima, utrum liceat μέλλειν coniungere cum inf. aor. necne. Ut aliorum sententias omittam, Fu: *Rh. M. XXXIII* p. 577 infinitivum illum cum ceteris scriptoribus largiatur, oratoribus atticis abrogat. Sed quae ratio hac in lege insit, non video. Immo cum neque aoristi natura neque Graecorum ingenium renitatur, infin. aor. attribuendum esse arbitror et verbis dicendi et voculae μέλλω tum, cum is, qui loquitur, non quo tempore aliquid futurum sit, curat, sed omnino aliquid fieri exprimit. (Idem statuit Roeder *üb. Cobets Emend. d. att. Redn.* p. 88.)

Qua causa commotus XV, 10 codicis memoriam ψηφίσασθαι amplector. Verum quamquam inf. aor. in corpore Lysiaco iterum non exstat — fortasse [VI], 37 traditur —, tamen e loco ab aliis in suspicionem vocato nihil colligo.

μεταπέμποιμαι XIV, 26: μετεπέμφθη¹⁾ ὑπὸ Ἀλκιβιάδου, ἐπειδὴ . . ἐξήμαρτεν. — XIII, 54 — XII, 71. XIII, 39, 40. fr. 75, 5.

1) Fⁱ coniecturam ἀπεπέμφθη comprobati non posse eius censor docuit (*lit. Centrbl.* 1869 p. 395). Alcibiades enim filius, cum pater postremum Athenis versaretur (anno 407), nonum fere annum agebat. Manifestum autem est eum hac aetate nondum ea perpetrasse, quae § 25 ei crimini dantur, quamvis ἀνήβω ὄντι.

μηνύω = deferre. XIV, 35: τοὺς βουλομένους ἀφίστασθαι μην. cf. Ri: p. 14.

μιμέομαι XIV, 25: μιμούμενος τοὺς αὐτοῦ προγόνους, XXXIII, 6: τοὺς προγόνους μιμ. cf. [II], 61.—XVI, 20.

νομοθετέω XV, 9: νομοθετήσοντες περὶ αὐτῶν. cf. fr. 87.

ὀργίζομαι cf. Ri: p. 13, F: ad XXXI, 11 adp. a) c. ἐπί c. dat: XIV, 13. XXVIII, 2. XXXII, 21. b) c. ὅτι: XIV, 20. XII, 58. Nomen eius, cui aliquis irascitur, in dat. collocatur: XIV, 8, 39. XV, 9 — passim.

παραδίδωμι 1) τοῖς ἔνδεκα, vox propria: XIV, 17. cf. F: ad XIII, 68. 2) XIV, 34: τὴν τ. θαλάσσης ἀρχὴν — Λακεδαιμονίοις XII, 80, 95. XIII, 14, 15, 34, 46, 62.

παρακαλέω XIV, 28: πολλοὺς παρακάλεσας, I, 46. fr. 75, 5: παρακάλεσας μάρτυρας. cf. XXII, 8. — XIII, 18, 71. XXXII, 10. Erot. 233^o.

παρακελεύομαι XV, 2 — I, 35. XII, 13. XXVIII, 16.

παραλαμβάνω XIV, 26: ὁ δὲ παραλαβὼν τὸ χωρίον, VII, 9, 34: ἐπειδὴ παρέλαβον τὸ χωρίον.

παραλείπω = relinquere XIV, 3: ὅσα παραλέλοιπεν (actor primarius), 47: τὰ εἰρημένα καὶ τὰ παραλελειμμένα ἀναλογισάμενος. I, 5: ἅπαντα ἐπιδείξω οὐδὲν παραλείπων, fr. 16, 2: δίκαιος εἶ μηδὲν παραλιπεῖν, ἀλλ' εἰπεῖν ἅπαντα, Erot. 234^o: ἱκανὰ τὰ εἰρημένα.. εἰ δέ τι ποθεῖς ἡγούμενος παραλελεῖσθαι.

παρέχω a) ἐαυτὸν παρέχειν, α) c. acc. XIV, 1: τοιοῦτον πολίτην — passim. β) c. inf. cf. Foe: p. 44 sqq. XIV, 7: οὐ παρέσχε μετὰ τῶν ἄλλων ἐαυτὸν τάξαι (dativus: τοῖς στρατηγοῖς facile subauditur), XXXI, 9: ὑμῖν ἐαυτὸν τάξαι παρασχεῖν. — Sunt etiam alia verba apud Lysiam, quibus infin. adpronatur, ut quo intendas, exprimat (A: p. 53) αἰρεῖσθαι: XII, 58. XXVI, 20. XXX, 29. XXXI, 16 (cf. F), ἀποδιδόναι: XIX, 7, δοκιμάζειν: XXVI, 11, εἶναι: XII, 95. XXXII, 11 (cf. G: ad hos locos et de praeterit. form. apud or. att. progr. Zwick. 1874 p. 38.), καταλέγειν: XVI, 13, παραδοῦναι: VII, 34. XXII, 2, παρακαλεῖν: XVIII, 4, alia. — b) c. acc. subst. α) de suppe ditanda et mutuo danda pecunia (Foe: p. 45.) XIV, 37: παρ-

έξειν βασιλέα χρήματα, XIX, 22. (43, 59.) XXVI, 24—XIII, 91. XVI, 14. β) XIV, 2: έλπίδα παρέχοντα. Idem non legitur; sed simile: Erot. 233^b: ἂ λύπην παρέχει. XIX, 1: πολλήν ἀπορίαν ὁ ἀγών, 30: ἡδονήν. γ) μάρτυρας παρασχέσθαι: XIV, 3. cf. W 1 p. 19.

πειράομαι Usitatissimum huius verbi futurum in propositione: XIV, 2: πειράσομαι . . μεθ' ὑμῶν αὐτὸν τιμωρήσασθαι. VII, 3. XII, 3, 5. XXV, 7. XXXII, 3.

περιοράω cf. Leb: p. 86, F: in ed. II p. 166.

ποθεῖν XIV, 1: οὐδεμίαν ὑμᾶς ποθεῖν ἀκοῦσαι προφρασιν, Erot. 234^c: εἴ τι σὺ ποθεῖς — ἐρώτα.

ποιέω α) c. infin. = efficere. cf. A: p. 53. Schultz. p. 40. b) medium α) περὶ πολλοῦ etc. ποιέισθαι¹⁾: περὶ πλείονος π. XIV, 40. XV, 8 - XXVIII, 11 etc. π. ἐλάττονος π. XV, 11 (τῶν νόμων).²⁾ I, 26 etc. β) c. acc. subst. ἀπολογία: XIV, 8 ταύτην τὴν ἀπ., ὡς οὐκ ἡδίκηει cf. A: p. 48. — cf. ἀπολογεῖσθαι ὡς: XIII, 77, 89. (XII, 22.) [VI], 37; τεμμηρίω χρῆσθαι, ὡς XXIV, 12. — ἐπίδειξιν XIV, 21: τῆς ἑαυτῶν δυνάμεως. XXXIII, 2: εἰ. τῆς γνώμης (ἀπόδειξιν: XII, 19 τοῦ τρόπου τοῦ αὐτῶν. cf. XVIII, 13: ἡγούμενος αὐτῶ καλὴν εἶναι τὴν ἀπόδειξιν καὶ πρὸς τοὺς πολίτας καὶ τοὺς ξένους); τοὺς λόγους: XIV, 33 (is, qui se defendit) XXII, 3. XXV, 2. fr. 23. cf. Fu: ad XII, 2.

πολιτεύομαι XIV, 42: ἀδίκως καὶ παρανόμως καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους πολιτευόμενοι καὶ πρὸς σφᾶς αὐτοὺς διακείμενοι.³⁾

1) PRMueller, vir d. de L. or. emendandis ceteroquin optime meritis, acta egit, cum nuperrime (JJ. CXXXVII p. 471) XXI, 25 περιποιῆσαι pro π. πολλοῦ ποιήσασθαι scribi iuberet. Idem enim iam Pluygersius Mnemos. 1862 p. 84 proposuerat.

2) cf. F: adp. — Cobetum Mnemos. 1882 p. 332 eandem coniecturam ut novam viris doctis obtulisse quis est, qui miretur? — Scriptura probatur anonymo (lit. Centrbl. II.) et Kirchnero quaest. L. spec. progr. Demmin p. 8. — Quemadmodum Lysias operam dederit, ut adposito ad comparativum vel genetivo vel ἢ perspicuitatem servaret, scite explanavit St 2 p. 112. Supplet exempla G: de arg. ex contr. p. 294.

3) Haec transpositio verborum, cuius auctor est Bekker (cf. F: adp.), necessaria videtur esse. Etiam Roe: Z. f. G. 1877, 7 et Heldmannus p. 2 adstipulantur.

Lysias verbo plerumque utitur absolute: XII, 20, 63, 94. XXV, 10, 27. XVI, 18 (*φιλοτιμίως καὶ κοσμίως*) XXVI, 19—XXI, 18 (*ὑπὲρ πάντων*).

Sed tamen non puto offendendum esse. Nam ut missum faciam contendi posse Erot. 234^a: *φιλοτιμῆσθαι, σιωπᾶν πρὸς* vel XVI, 10: *πρὸς τοὺς ἄλλους οὕτω βεβίωκα*, praepositio πρὸς c. acc. qua est indole, cum eiusmodi verbis recte consociatur et eo facilius hoc loco fertur, quod concinnitatis studio videtur nata esse. Constat autem Lysiam et ipsum hac causa nonnunquam permotum esse, ut uteretur verbis vel elocutionibus insolentioribus. cf. FG: proleg. adn. 83; G: de arg. p. 142 sq. 147 sq.

τὰ πεπραγμένα XIV, 2, 17, 19, 23. cf. W 2 p. 4, Schultz. p. 38.

προσῆκει cf. FG: ad XXV, 7. a) c. dat. c. inf. α) = conducit XIV, 24: *προσῆκει ὑμῖν περὶ αὐτῶν εἰδέναι*. — X, 5. XII, 38. XXV, 11 etc. β) = convenit XIV, 30: *καὶ ὑμῖν καὶ . . τιμωρεῖσθαι* πρ. XIII, 89, 92, 96. fr. 89. — cf. XVII, 1. b) c. inf. nudo XIV, 1, 21.¹⁾—XIII, 96. XVI, 9. Erot. 231^a. Multorum assensum tulit Cobetus (cf. F: adp.), qui scribi iusserit XIV, 29: *τῶν ὀνειδῶν τῶν αὐτῷ προσόντων* pro tradita scriptura *προσηκόντων*. Sed nescio an id, quod codex exhibeat, defendi possit comparato fr. 53, 4: *τὸ μὲν γὰρ ἀποθανεῖν ἢ καμῆν νομίμως κοινὸν ἅπασιν ἡμῖν ἐστι, τὸ δ' οὕτως ἔχοντα τοσοῦτον χρόνον διατελεῖν καὶ καθ' ἐκάστην ἡμέραν ἀποθνήσκοντα μὴ δύνασθαι τελευτῆσαι τὸν βίον τούτοις μόνοις προσῆκει τοῖς τὰ τοιαῦτα ἄπερ οὗτος ἐξημαρτηχόσιν*.

προσιέναι XIV, 11: *προσιόντων τ. πολεμίων*, XVI, 16: *τ. πολεμίους μὴ δύνασθαι* πρ.²⁾ — cf. [II], 34.

τὰ προσταττόμενα ποιεῖν XIV, 20, 21, 45. G: ad XII, 20, Ri: p. 14.

1) Herwerdenus anal. crit. et eius censor in *lit. Centrbl.* 1869, 24 *προσῆκε* praeferunt. At me iudice *προσῆκει* multo fortius est.

2) Herbstius (*JJ.* LXXVII p. 686): *παριέναι*, quod F et Weidner ed. 1888) receperunt. Sed nescio, cur verbum amplioris notionis falsum sit. — Alio sensu saepius: I, 16 (in § 20 haec vox corrigenda est cf. Kappeyne van de Copello *JJ.* XCVII p. 479 et F: II p. 176) VII, 34. XXIII, 8, 9 etc.

πυρθάνομαι a) absolute: XIV, 12, 13.—XIII, 40. Erot. 231^o. b) παρά τινος: cf. St 2 p. 113.

σκέπτομαι cf. A: p. 60. a) c. acc. subst. XV, 10: τὴν αὐτοῦ¹⁾ σωτηρίαν, XII, 12: τὰ ἐν ἐκείνῃ τ. οἰκίᾳ. b) c. enunt. interrog. XIV, 6, 41. XV, 5. cf. I, 35. III, 24. XXVI, 21. fr. 8.

συλλέγω XIV, 11: οὐδὲν ὄφελος νόμους κείσθαι ἢ ὑμᾶς συλλέγεσθαι, XIII, 21: συλλέγονται τινες ἐναντιωσόμενοι τοῖς πράγμασι, XVI, 14: συλλεγέντων τῶν δημοτῶν.

συνεξέρχομαι XIV, 7 cum Thalheimio restituendum esse explanaturus sum in exc. (μεθ' ὑμῶν συνεξήλθε).²⁾ Hac voce Lysiam usum esse me non posse ostendere profiteor. Sed velim haec respicias. Primum ἐξελθεῖν dicuntur ab illo ei, qui proficisciebantur, ut trigintaviros caperent XXV, 9: ἐξελθόντες μεθ' ὑμῶν .. ἐπολιόρχουν (cf. III, 45). Deinde adamat Lysias inter bicomposita ea, quorum altera pars est praepositio συν: συναπιέναι XIII, 52, συναπόλλυσθαι XII, 88, συνδιαβάλλεσθαι XII, 93. XIII, 26, συνεισπίπτειν III, 15, συνεκδιδόναι XIX, 59, συνεκπλεῖν XIII, 25, 26, 27, 58, συνεξαμαρτάνειν III, 12, συγκαταλύειν XVI, 5. XXX, 9, 15, 30³⁾, συγκατιέναι XIII,

1) F hoc loco et XIV, 23 adnuente G^o: de arg. p. 355 codicis scripturam αὐτοῦ tueri studet. Nec vero mihi persuasit. Primum enim id fundamentum, unde proficiscitur, futille est. Nam cod. X scriba omnibus fere locis (cf. Sch: lect. L. p. 299 adn. 1 et p. 348; Erdm: Ps. Lys. or. fun. p. 4) spiritum asperum confudit cum leni (in or. XIV § 28 (ter) et § 38), ut ubi traduntur formae mollitae, eas magis forti quam manui oratoris vindices. Deinde autem tota titulorum copia teste Schmollingio (*üb. d. Gebr. ein. pron. auf att. Inschr.* I p. 5) nullum huiusmodi exemplum invenitur. Atque periculosum esse mihi videtur suo quemque arbitrio eos locos sibi eligere, quibus pron. αὐτοῦ cum vi dictum esse putet.

2) Etiam Hertlinius Herm. XIII p. 10 idem verbum coniecit.

3) Praeterea numerus haud exiguus est aliorum bicompositorum: ἐπεξίέναι X, 12, 31. XXIII, 14. XXVII, 15. XXXI, 18. fr. 8 (cf. Maetznar ad Antiph. p. 128, Kirchner II. p. 3, F: ad X, 2 et in ed. min. ad X, 31, Roschattus *die Metapher b. d. att. Redn.* p. 16). περικαταρρέω XXX, 22, προκαταγιγνώσκω XIX, 10. [XX], 21, προσαπογράφειν XIII, 31 (si verba genuina sunt, quod vix credibile est; cf. G ad hunc locum), XIII, 56, προσαπόλλυσθαι XII, 64; ἐπανάγνωθι X, 18 omnium consensu PRMueller mutavit in ἔτι δ' ἀναγν. — ἀποδιοπομπεῖσθαι et ἐπεγκαλεῖν spuriarum orationum sunt ([VI], 53. [VIII], 1). Multa insunt in or. [II]: § 24 προα-

77. XXV, 9. XXXI, 13. Praepositio denique μετά cum eius modi compositis etiam alibi coniungitur (cf. G: ed. I p. 347 sq.): XIII, 27, 58. XXV, 9. cf. fr. 53, 2: *συνεστιᾶσθαι μετά*, XIII, 80: *συνακολουθεῖν καὶ συμπέμπειν μετά* (*ἀκολουθεῖν μετά*: XII, 12. fr. 20), XXI, 8: *σμπλεῖν μετά*.

τελευτάω F: ad XXXII, 20. a) = *mori*: XIV, 27. — XIII, 95. XVII, 3. fr. 74 etc. b) ptep. praes. = *postremus* a) c. altero ptep. XIV, 26: *πρότερον μὲν ὕβρισεν αὐτὸν . . , τελευτῶν δὲ δήσας . . εἰσεπράττετο*, XXXII, 20: *ἐτόλμησε τὰ μὲν ἔξαρκος γενέσθαι, τὰ δὲ τελευτῶν ὁμολογήσας ἔχειν . . .* β) I, 20. XII, 60. XXV, 27. XXXII, 11, 12, 28.

τέμνω XIV, 38: *δένδρα τεμεῖν*, VII, 6. XXXIV, 9 *trahitio sensu*: *τ. χώραν τεμνομένην*.

τιμωρέομαι FG: ad XIII, 41 et XII, 35. a) *τιμωρεῖσθαι τινα*: XIV, 2, 10, 12, 19, 30. — *passim*. b) *cur aliquis ulciscatur, significatur praepositionibus*: α) *ἀντί* XIV, 30: *ἀνθ' ὧν τιμ. προσήκει* — XII, 94: *ἀνθ' ὧν . . τιμωρήσασθε*, β) *περί* XIV, 2: *π. πάντων τ. πεπραγμένων . . αὐτὸν τιμωρ.*, X, 3: *π. τοῦ πατρὸς μὴ τιμωρ. τὸν ταῦτ' εἰρηκότα*. Neque enim video, quidni alter locus alteri praesidio sit, quamquam haec locutio his duobus solis locis legitur et *περί* facillime mutatur in *ὑπέρ*.¹⁾ Et III, 42: *τιμωρίαν καταστήσασθαι περί*, I, 35 et ubicunque *δίκην δοῦναι* vel *δ. λαβεῖν περί* invenitur (cf. F: ad I, 35 adp.), nonne *περί* eadem ratione adhibetur? Huc accedit, quod L. eam ipsam praepositionem apprime in deliciis habuit, ut totidem fere usurpata sit atque *ἐν*, cuius adhibendae multo maior erat occasio (cf. Lutzius *allg. Beob. üb. d. Pröp. b. d. att. Redn.* p. 9 sq.). Quare non mirum est, quod Lysias *περί* coniungit cum verbis, quae alibi cum ea non componuntur. Exempla sunt *ἐναντιόομαι* XIII, 17 *περί* ²⁾ — [XX], 8:

πόλλυσθαι, § 59 *ἐγκαθίστασθαι*, § 60 *σγκαταθάπτω*, §§ 34, 36 *ὑπεκτίθεσθαι*.

1) Ad eos, qui W^o 1 p. 5 teste *ὑπέρ* in textum recipiunt, adde R: *J.J. LXXXI* p. 329, B: *Jen. Litztg.* 1875 p. 375, Hamakerum quaest. de nonn. L. or. p. 10.

2) W et R: ll. hic quoque *ὑπέρ* corrigendum esse existimant.

ὑπέρ (idem Xen. Anab. VII, 6, 5; codd. deteriores exhibent genitivum causalem) — et ἀποδέχασθαι XIII, 89, quod Schoemannus (cf. G: ed. p. 457) satis defendisse mihi videtur.¹⁾ Aliter scriptor or. XV. v. i.

ὑβρίζειν F: ad XIV, 26. a) = stuprare α) c. acc. XIV, 26: ὑβρίζεν αὐτόν — III, 26: ὑβρ. τὸ μειράκιον (XII, 98: οἱ παῖδες .. ἂν ὑβρίζοντο). β) c. εἰς: I, 16. b) = superbire α) c. acc. XIV, 29: ἐτέρους — III, 23: ὑβρίζων καὶ τύπτων ἀμφοτέρους ἡμᾶς. I, 4. β) absolute: I, 25 (cf. I, 4, falso Ri: p. 9). III, 40. X, 26. fr. 44. γ) εἰς: I, 16.

ὑπάρχω XIV, 2, 35, 46. cf. F: ad XIV, 46; A: p. 52.

ὑπολαμβάνω cf. Sch: vind. p. 82. Docet G: ed. p. 447 semper fere praecedere enuntiatum ab ἕαν particula ordiens et Lysiam, cum ceteri praeferant ὑπολαμβάν. δεῖ, anteponeere ὑπ., χροί. XIV, 21: ἕαν—ὑ. χρ., ὅτι οὐδὲν ἂν ἔδει, XIII, 82: ἕαν—ὑ. χρ., εἰ.. ἐγένετο, XXVI, 5: ἂν—, ταῦτα χρ. ὑ., μὴ εὐ-ήθεις δοκῆτε.

ὑφαιρέομαι vox propria; nam ὑφαιρεῖται is, qui munere publico fungens reipublicae pecunias subripiat XIV, 25: οὐκ ὀλίγα τῶν ὑμετέρων ὑφηρημένω, 37: πλέον ἢ διακόσια τάλαντα τῆς πόλεως ὑφείλετο, XXVIII, 10: ὡς πλεῖστα τῶν ὑμετέρων ὑφελόμενος cf. § 7, 16, XXX, 26: τῶν ὑμετέρων πολλὰ ὑφήρηται, (XXV, 18 non opus est cum S^o ὑφαιρεῖσθαι restituere).

φέρω τὴν ψῆφον XIV, 15. XV, 12. — XII, 33, 92, 100. fr. 88.

φοβέομαι c. acc. XIV, 15 — Erot. 232^c.

φροντίζω XIV, 9: τῶν νόμων οὐκ ἐφρόντισε, XXX, 5: μήτε τῶν νόμων φροντίζειν. cf. III, 16, 29.

φυλάττω XIV, 35 φρούρια, XXVI, 9 πρᾶγμα.

χράομαι XIV, 4: ἡ πόλις αὐτοῖς (sc. τ. νόμοις) χρῆσεται, X, 13: χρῆσθαι τοῖς νόμοις. b) c. dupl. dat. XIV, 12: τοῦτω παραδείγματι χρώμενοι, 32: ταῖς ὑμετέραις ἀρεταῖς χρῆται

1) Boblenzius *krit. Bem. z. L.* p. 17 (cf. Fu: *ph. Rdsch.* 1882 p. 748) περὶ τούτων falso e sequenti enuntiato huc pervenisse arbitratur; a Lysia scriptum fuisse τοῦτο.

παραδείγμασι περί, cf. XXV, 23: τοῖς πρότερον γεγενημένοις παραδείγμασι XIII, 82. — XXVIII, 16 (χείροσι τοῖς πολίταις). XXXII, 12.

ψηφίζομαι a) c. περί: XV, 10: π. Ἀλκιβιάδου — XXI, 1: π. οἴου τινός ἐμοῦ ὄντος ψ. b) c. acc. XIV, 10: τὰ βέλτιστα, XIV, 47. XV, 1, 11, 12: τὰ δίκαια, XV, 8: οὐχ ὅτι ἂν οὗτοι κελεύωσι, X, 21. XXI, 12: τὰ δίκαια, XIX, 64: τὰ τε δίκ. καὶ ἡμῖν αὐτοῖς τὰ συμφέροντα, XII, 72: τὰ κείνοις δοκοῦντα (cf. XIII, 97: δίκαια καὶ ὅσια, articulus deest cf. G: ed. I p. 468 — 96. XII, 44, 75). c) absolute: XV, 1. 9.

Adiungo nonnullas res grammaticas ad verba spectantes, quae nondum tractatae sunt.

1) XIV, 2: οὐ γὰρ μικρὰ τὰ ἁμαρτήματα οὐδὲ συγγνώμης ἄξια οὐδ' ἐλπίδα παρέχοντα ὡς ἔσται . . . , ἀλλ' οὕτω πεπραγμένα καὶ εἰς τοσοῦτο κακίας ἀφιγμένα, ὥστε . . . Duo monenda sunt; unum est, quod desideratur ἐστί, alterum, quod copulativa particula conglutinantur adiectiva et participia. Gemellum exemplum est XXV, 6: ἱκανοὶ γὰρ (sc. εἰσὶν) οἱ ὑπάρχοντες ἐχθροὶ καὶ μέγα κέρδος νομίζοντες εἶναι.

Adiectivo in neutrius generis plurali posito deest copula ἐστί XXIX, 8. XXX, 31: ἱκανά μοι τὰ εἰρημένα (contra XII, 79: ἱκανά μοι ἐστί τὰ κατηγορημένα). Raro fit, ut ἐστίν omitatur apud masculini generis adiectivum: XIV, 35 καίτοι τίς οὕτως ἄπειρος τῆς αὐτοῦ πατρίδος, ὅς, saepius apud substantivum XIV, 35: τίς οὖν ἐλπίς . . . πείσεσθαι τὴν πόλιν, XXXIII, 7: ὧν ἔνεκα ἐλπίς . . . κεκτῆσθαι, (positum est: XIV, 21: τίς γὰρ ἐστίν ἐλπίς); saepissime denique, cum adiectivum in neutrius generis singulari numero collocatur XIV, 19: δῆλον ὅτι; v. s. v. δῆλος; 23, 32: ἄξιον c. inf.; (Leb: p. 80). — XIV, 18. XV, 6: δεινόν c. inf., idem XII, 36 — (additum est XIV, 4: εἰκὸς τοίνυν ἐστί. Erot. 231^{ce}).

Consentaneum est in enuntiatis secundariis hanc consuetudinem minus increbuisse; attamen etiam Lysiae orationes huius rei exempla praebent. Quae collegerunt: St 1 p. 558, FG: ad XII, 33 (plenius), Schultz. p. 40. — Satis habeo ea eligere, quae proferre mea interest; XIV, 11: ἐνθυμηθῆναι

χρή, ὅτι οὐδὲν ὄφελος νόμους κείσθαι, cf. XXVIII, 15: ἐπίστασθε, ὅτι οὐδεμία ἐλπίς ἡμῖν, XIV, 24: ἐπειδὴ γὰρ εἰκὸς ὑμᾶς ἀκροᾶσθαι, cf. XII, 33: ἐπειδὴ οὐχ οἶόν τε, XXVII, 15: ὡς εἰκὸς, XIV, 37: ὡστ' οὐ χαλεπόν, 45 ὡστ' οὐδὲ ἄξιον, cf. XIX, 36. XXX, 16: ὡστ' εἰκὸς, XXX, 18. XXXIII, 6: ὡστ' ἄξιον.

Si quis quae aliae formae verbi εἶναι omittantur a Lysia, cognoscere vult, eum remitto ad ea, quae adnotant St 1 p. 558, St 2 p. 102, FG: ad XII, 53, 72. XXIV, 4. XXV, 7 (cf. etiam RFu).¹⁾

Simile genus ellipsis²⁾ est, ut hoc statim addam, XIV, 5: ἐάν τις λίπη τὴν τάξιν εἰς τοῦπίσω δειλίας ἕνεκα (sc. ἀναχωρῶν v. § seq.). Nec quicquam habet offensionis; nam constat etiam Lysiam brachylogiam, ut hoc verbo utar, admisisse in elocutionibus cotidiano usu tritis. Testes sunt hi loci: XII, 12, 16: ἀκολουθεῖν εἰς Δαμνίππου, Ἀρχένεω (sc. οἰκίαν), XII, 95: ἐν τῇ ἀλλοτριᾷ μαχεσάμενοι, 98 ἐπὶ ξένης, XXXIV, 7, 8, 10: τὴν αὐτῶν οἰκοῦντες, εἰς τὴν τούτων ἐμβάλλειν, ἐν τῇ ἀλλοτριᾷ, fr. 78: εἰς τὴν ἡμετέραν αὐτῶν κατελθεῖν, XXXIII, 2: ἐν τῷ καλλίστῳ (sc. χώρῳ) τῆς Ἑλλάδος, XVI, 15: τῆς πρώτης (sc. τάξεως) τεταγμένως, XII, 34: φέρε δὴ, τί ἂν (sc. ἐποιεῖτε), εἶ.

Artificiosius est genitivum vel accusativum subiecti omittere (cf. St 1 p. 510 (adde fr. 75, 6), G: ad XII, 45 et XXV, 13) velut XIV, 4: εἰκὸς τοίνυν ἐστίν .., ἐξ οὗ τὴν εἰρήνην ἐποιήσαμεθα, πρῶτον .. δικάζοντας μὴ μόνον δικαστὰς ἀλλὰ καὶ νομοθέτας αὐτοὺς γενέσθαι (deest ὑμᾶς).³⁾ Similes loci sunt VII, 42: ἂν χρὴ μεμνημένους διαγιν., XII, 85: ὧν ἀμφοτέρων ἄξιον ἐπιμεληθῆναι ἐνθυμουμένους.

Postremo huc refero XIV, 5: ὁ νόμος οὐ περὶ τούτων

1) Exemplis ab eis congestis nisus tolerabilem esse arbitror codicum scripturam XXXIII, 9: τίς γὰρ οὐκ ἂν ἐγορῶν (sc. εἴη) et q. s. (Non plane abhorret I, 19: εἶπον ὅτι οὗτος ὁ φοιτῶν εἴη πρὸς τὴν γυναικα.)

2) De ellipsis usu pauca Fritsch. diss. p. 5.

3) Iam intellegitur, quantopere erraverit Halbertsma lect. L. p. 31 sq., qui postulat, ut ὑμᾶς inculcetur. Neque cetera ei feliciter contigerunt; cf. F adp.

κελεύει μόνον, ἀλλὰ καὶ (supple: *περὶ τούτων*), ὅποσοι ἂν μὴ.. cf. XIX, 10: *μὴ προκαταγιγνώσκετε ἀδικίαν τοῦ δαπανῶντος, ἀλλὰ (τούτων), ὅσοι εἰθισμένοι εἰσίν*, XXX, 13: *εἰκὸς τοίνυν ἐνθυμῆσθαι καὶ (τούτους), ὅποσοι*. Non dissimile est XII, 14: *ἔδοκει αὐτῷ βέλτιον εἶναι πρὸς Θεόγνιν μνησθῆναι* (sc. *περὶ τούτου*).

Sed labebat longius; redeo ad XIV, 2, ut duos addam locos, quibus adiectivum et participium particula καὶ inter se conectuntur: XXIV, 15: *ἔβρισθης εἰμι καὶ διακείμενος*, I, 7: *οἰκονόμος δεινὴ καὶ διοικοῦσα*.

Propter eiusdem paragraphi verba: *ἐγὼ μέντοι καὶ πρότερον . . διαφορᾶς ὑπαρχούσης καὶ πάσαι τοῦτον πονηρὸν ἡγούμενος* ad FG: XII, 69, St 2 p. 119, A: p. 53 relego.

Apud Lysiam enim persaepe copulatur ptep. absol. cum pt. coniuncto. In XIV. or. idem redit § 38: *λέγειν δυνάμενος καὶ φίλων ὄντων καὶ χρήματα κεκτημένος*.

2) § 5: *τολμῶσι γὰρ λέγειν, ὡς οὐδεὶς ἔνοχός ἐστι λιποταξίου οὐδὲ δειλίας. μάχην γὰρ οὐδεμίαν γεγονέναι, τὸν δὲ νόμον κελεύειν . .* Eadem ratione enuntiatum ab ὡς (ὅτι) incipiens excipitur infinitivo X, 6. XIX, 25. XXXI, 15. cf. M: p. 25.

3) XIV, 7: *δεῖν . . κινδυνεύειν ἱππεύειν εἴλετο*. Duo infinitivi, apti ex diversis verbis, sese subsequuntur XXXIII, 6: *ἄξιον περὶ τῶν μελλόντων ἔσσεσθαι δεδιέναι*. (Aliquotiens tres infinitivi sese excipiunt; cf. Foe: p. 39, F: ad XXXI, 5.)

4) XIV, 14: *ἡδέως ἂν οἱ μὲν . . ἐθεραπεύοντο, οἱ δὲ ἐπεμέλοντο, οἱ δὲ ἐστρατεύοντο, οἱ δὲ ἐκινδύνευον*.¹⁾ Imperfectum tenet locum aoristi in enuntiativis irrealis condicionis, ut quod olim fuerit, maiore vivacitate describatur. cf. F: ad XIII, 36 et XIV, 14, St 1 p. 544.

5) XIV, 15: *οὐκ ἐτολμᾶτε ἀπολιπεῖν τὰς τάξεις οὐδὲ τὰ ρεσῆτα ὑμῖν αὐτοῖς αἰρεῖσθαι*, XIV, 45: *οὐδὲ . . ἄξιον . . φυλάττεσθαι, ἀλλὰ . . ποιῆσαι*. Infinitivus aoristi et praesentis sibi respondent etiam VII, 38: *ψεύδεσθαι ἢ ἐργάσασθαι*, XII, 73: *ἐπιτρέψαι καὶ χρῆσθαι* etc. cf. Fu: diss. p. 28, St 1 p. 558.²⁾

1) Non video, qua re Dobreis commotus hanc vocem exterminarit. v. i.

2) Iniuria igitur vv. dd. I, 40 et III, 25 vexabant.

6) XIV, 21: οὐδὲν ἂν ἔδει τοῦ στρατηγεῖν, 47: μεγάλη εὐτυχία τὸ . . ἀπαλλαγῆναι. De infinito apud or. att. cum articulo coniuncto scripserunt Wagner progr. Schwerin. 1885 et Birkleinius *Entwicklgsgesch. d. subst. inf.* (= Schanz: *Beitr.* III₁) p. 59 sq. Lysias hac dictione admodum parce¹⁾ usus est. Nec tamen desunt exempla. Est autem inf. a) subiectum: fr. 53, 4 (locum exhibui p. 24), b) obiectum I, 1: περὶ πολλοῦ ἂν ποιησαίμην τὸ ὑμᾶς γενέσθαι²⁾, c) genetivus exstat XII, 13: ὡς τοῦ γ' ἀποθανεῖν ὑπάρχοντος ἤδη; XII, 52. XIII, 14 (bis): ἀντὶ τοῦ, (XIII, 79, 82. XXVI, 5. XXX, 16: αἴτιος τοῦ; quinqueiens περὶ c. genet., singularis: fr. 6 νεώτερός εἰμι τοῦ συμβουλεύειν = ἦ ὥστε).

7) XV, 1: τῶν στρατηγῶν δέομαι κοινοὺς εἶναι καὶ μὴ βοηθοῦντας . . ψηφίσασθαι, ἐνθυμουμένους. Leb¹: p. 72, FG¹: ad VII, 30 et XXV, 11, M¹: p. 21 sqq., A¹: p. 53 opera supersedeo hunc usum loquendi exemplis illustrare.

8) XIV, 38: λέγειν δυνάμενος . . καὶ χρήματα κεκτημένος οὐδέποτε ἔλθὼν εὐθύνας ἐτόλμησε δοῦναι. Sunt igitur duo participia ad unum verbum primarium referenda, alterum alteri subiectum. cf. G: ad I, 8. XIII, 11. XVI, 16. XIX, 13.

2) Substantiva.

ὦ ἄνδρες δικασταί in XIV. or. (= 47 §§) undeciens, in XV. (= 12 §§) octiens. De allocutionis apud L. usu tractavit Rockelius in diss., quae inscribitur de all. usu, qualis sit apud Thuc. Xen. or. att. Dion. Arist. p. 17 sqq.³⁾ Inde apparet nec collocationem nec frequentiam earum allocutionum quae in or. XIV. et XV. inveniuntur, cum Lysiae consuetudine dissentire. Nam scriptores illi et alloquuntur iudices statim initio (v. adp. II.) et collocant hanc formulam vel post pron. ὑμεῖς

1) Eo magis monendum est in or. XXXI. non minus undeciens articulum cum infin. componi (v. adp.).

2) Idcirco Cobetus articulum inseruit [VIII], 4: π. πλειονος ἐποιήσατο δοκεῖν ἐμοῦ κήδεσθαι. Nec vero opus est. cf. Kirchner p. 11.

3) Fugerunt eum disputationes Philippii *d. Areop. u. d. Eph.* p. 323 sq. et Sittlii p. 152 sqq. Alia in adp. supplebo.

vel post incisum enuntiat. In fine autem longioris periodi sicut XIV, 18 formula illa ponitur XIII, 70. XXV, 19 et contra G. qui XIV, 17: *δεινὸν δέ μοι δοκεῖ, ὦ. ἄ. δ., εἶναι* verba transposuit (de arg. ex contr. p. 92) codicis memoria nescio an defendi possit loco simili XIII, 47 *ταῦτα ἐκεῖνοι. . οὐκ ἔφασαν ἐπιτρέψαι τὴν εἰρήνην, ὦ. ἄ. δ., ποιήσασθαι*. Utique non comprobo Halbertsmae (p. 33) sententiam, qui *εἶναι* deleri iubet.

ἀργύριον XIV, 26: *ἀργύριον εἰσεπράττετο*. cf. Pertz. p. 12.

ἀρετή a) = *καλοκάγαθία*, quod verbum non novit Lys. cf. Jahrius quaest. Isocr. p. 16. b) pluralis = merita (= *εὐεργεσίαι*) XIV, 18: *αἱ τῶν προγόνων ἀρ. XXX, 1 idem*. — XIV, 24: *λεγόντων τὰς σφετέρως αὐτῶν ἀρ. καὶ τὰς τῶν προγόνων εὐεργεσίας, 32: ταῖς ὑμετέραις ἀρεταῖς χρῆται παραδείγμασι*, cf. XVIII, 25: *αἱ τῶν προσηκόντων ἀρεταί*.

βασιλεύς XIV, 37: *ὑποσχόμενος δι' ἑαυτὸν παρέξειν βασιλέα χρήματα, XXXIII, 5: τῶν χρημάτων βασιλεὺς ταμίης*. Saepius attributum adicitur, cf. F: ad XIV, 37.

γένος XIV, 18. XVIII, 11.

δῆμος = populus Atheniensium. XIV, 31: *δωρεὰς παρὰ τοῦ δήμου λαβεῖν*. — XV, 6. cf. XIII, 7, 17, 32 (bis), 33 (bis), 51, 55, 59, [65], 70 (bis), 86, 91 etc. (Si additur *τῶν Ἀθηναίων*, haec verba certa lege ponuntur; cf. Fu: diss. p. 32 sq.)

διδάσκαλος XIV, 30: *διδ. τῶν τῆς πόλεως κακῶν ἐγένετο, XII, 47: τ. διδ. τῶν σφετέρων ἀμαρτημάτων κολάζειν, 78: δεινοτάτων ἔργων διδάσκαλος καταστάς*.

δύναμις = vis et auctoritas a) pertinet ad res domesticas XIV, 21: *ἐπίδειξιν τῆς αὐτῶν δυνάμεως ποιούμενοι*, cf. Erot. 232^c: *τὴν δύναμιν ἐκάστου φυλάττονται, XII, 14: παράσχον μοι τὴν σεαυτοῦ δ.* b) ad res publicas XIV, 36: *οὐ γὰρ διὰ τ. δύναμιν* 1) *κακῶς οἶός τ' ἦν ποιεῖν, XIV, 37: Ἀλκιβιάδης δυνάμει οὐδὲν τῶν ἄλλων διέφερε, XIII, 46: ἡ δύναμις ἅπασα τῆς πόλεως παρελύθη, XII, 76: τὴν ὑμετέραν ἀσθενεῖαν ἐώρων καὶ τὴν αὐτῶν δύναμιν ἠπίσταντο*.

1) Facio cum Fra^o (cf. F: adp.), qui verba *διὰ τὴν δύναμιν* inserit ante *ὅτε μέν*.

δωρεά XIV, 31 (bis). cf. F.

ἐλπὶς a) ἐλπὶς ἔστι c. inf. — cf. Karlowa p. 20. α) fut. XIV, 21: τίς γὰρ ἐλπ. τοὺς ἄλλους ἐθελήσειν ποιεῖν, 43: τίς οὖν ἐλπ. ὑπὸ τούτου τι ἀγαθὸν πείσεσθαι τ. π., Erot. 232^o: πλείων ἐλπ. . . γενήσεσθαι. β) praes. XXXIII, 7: ἐλπὶς . . κενκῆσθαι καὶ προορᾶσθαι. γ) aor. XIX, 8: ἐλπ. ἦν ἐκτραφῆναι, 20 ἦσαν ἐλπ. πείσαι, Erot. 231^d: ἐλπ. τυχεῖν. b) ἐλπίδα παρέχειν, ὡς XIV, 2: οὐδ' ἐλπίδα παρέχοντα, ὡς ἔσται βελτίων. Haec constructio notanda est, quod apud Lysiam non reddit. Sed similiter is dicit ἐλπίδας ἔχειν c. genet. vel inf. XXV, 21. XXVII, 3—XII, 53.

ἔραστης XIV, 27 ἔρ. γενόμενος — fr. 75. Erot. 231^a, 233^a.

ἔργον a) pluralis = facinora XIV, 22: τῶν αὐτῶν ἔργων ἐπιθυμεῖν = XVI, 11. 45: τοιούτων ἔργων ἐπιθυμοῦσιν, 34: οὐχ ὁμοίων τῶν ἔργων . . γεγενημένων, 42: ἔργου δεινοῦ = XII, 78. b) ἔργον ἔστί τις = est alicuius cf. Leb: p. 84; F: ad XIV, 4; unde sua hausit, opinor, Heldmannus em. Lys. p. 31. XIV, 4: δοκεῖ . . πολίτου χρηστοῦ καὶ δικαίου ἔργ. εἶναι XII, 99. XXIV, 14. XXV, 3. (XXXIII, 3).

θεός XIV, 42: περὶ πάντας τ. θεοὺς ἠσεβήκασιν, XII, 9. cf. XXXII, 17. — XIII, 3. XXV, 22.

κατάλογος a) τῶν ὀπλιτῶν XV, 5: ἐξαλείφειν αὐτὸν ἐκ τοῦ τῶν ὀπλ. καταλόγου, cf. XVI, 13: ἐξαλείψαι με ἐκ τοῦ καταλόγου cf. F: praef. ad XIV p. 2. b) τῶν πολιτῶν: XXV, 16. cf. Sch: *ol. Umw.* p. 71, quem impugnant G et Fu.

μέρος XIV, 29: ὥσπερ δυνάμενος ἂν πολλοστὸν μέρος τῶν ὄνειδῶν τοῖς ἄλλοις μεταδοῦναι, cf. XIX, 35: τῶν οὖν ὠφελειῶν Κόνωνα εἰκὸς π. μ. ἄλλῳ τινὶ μεταδοῦναι, XIV, 46: οὐδὲ π. μ.¹⁾ εἶρηκα τῶν τούτοις ὑπαρχόντων κακῶν. cf. XXV, 2: οὐδὲ . . π. μ. τῶν ἐκείνοις πεπραγμένων εἰρήκασιν, XIX, 34, 39, 42. — cf. XII, 20, 22. XVIII, 2. XXV, 8 (ἐλάχιστον μ.).

1) Articulum τὸ inducendum esse docuit Foe: p. 42. Videtur enim ortus esse ex iteratis πο litteris, quae insequuntur. — Silentio autem praetermitto Halbertsmae coniecturam (p. 34): πω. — Eos locos, quibus in cod. X articulus falso aut additus aut omissus est, permultos congest Sch: lect. L. p. 362 sq.

μηρυτής a) in malam partem XIV, 37: *μηρυτής αὐτῶν Λακεδαιμονίοις* ¹⁾ *ἐγένετο*, XIII, 18: *μ. κατὰ τῶν στρατηγῶν καὶ τῶν ταξιάρχων γενέσθαι* et *ἐδόκει εἶναι αὐτοῖς ἐπιτήδειος μηρυτής*. b) in bonam partem XII, 32, 48 (cf. RFu: ad XII, 32). XIII, 2. ²⁾

νομοθέτης XIV, 4—X, 7, 30. cf. Carelius p. 14.

ὄνειδος XIV, 33: *καταλιπεῖν* XXV, 6. Erot. 231^e; plur. XIV, 29. XII, 93.

παράδειγμα saepe numero in Lysiae orationibus legitur et multis cum verbis componitur. a) XIV, 45: *ποιῆσαι καὶ τοῖς ἄλλοις καὶ τοῖς τούτου φίλοις, οἱ. .*, XVIII, 23: *π. ποιῆσαι τοῖς βουλομένοις*, XXVII, 6. XXVIII, 11. b) XIV, 12: *τούτῳ παραδείγματι χρώμενοι*, 32: *ταῖς ὑμετέραις ἀρεταῖς χρῆται παραδείμασι περὶ τῆς ἑαυτοῦ πονηρίας* (cf. p. 46), XXV, 23: *τοῖς πρότερον γεγενημένοις παραδείμασι χρωμένους* — cf. XII, 92. (XXX, 24. XXVII, 5—XVI, 14. fr. 53, 3—XXII, 20.)

πληθῶς XIV, 10, 34. cf. F: ad XIV, 34—Sch: vind. p. 75. A: p. 51.

πράγμα C. Rehdantzius: de vario, quem habeat apud or. att. *πράγμα* vocabulum usu ac ratione. diss. 1874. a) = 'id, quod in dicendo agitur; argumentum.' XIV, 16: *περὶ αὐτοῦ τοῦ πράγματος οὐχ ἔξιν αὐτούς, ὅτι λέξουσιν*. XXIII, 1. [IX], 2. [VIII], 11: *περὶ τ. πρ. λέγειν*, XIII, 3: *ἐξ ἀρχῆς τῶν πραγμάτων ἀπάντων ἀκοῦσαι*—III, 46: *ἔξω τ. πράγματος*. — cf. I, 5, 43. VII, 37, 42. XXII, 8. XXVI, 3, 15. b) *τὰ πράγματα* = *respublica* XIV, 35: *ἂ πονηρῶς ἔχει τῶν πραγμ.* cf. F.

πρόφασις = *causa*. XIV, 1: *οὐδεμίαν πρ. ἀκοῦσαι*. Cum sit vox media (cf. Aken. p. 83), adponi solet, si illam notionem amplectitur, attributum (cf. F: ad XIV, 1 et XII, 28). Id tamen deest etiam XXIV, 1. cf. [IX], 13, 15.

τεκμήριον, *ὅτι* XV, 5. III, 23. IV, 12. XXII, 11. XXIV, 11. XXIX, 1. XIII, 73—XVI, 11. XXV, 5. XXX, 15. cf. F: ad XV, 5 et XXV, 5 (p. 471).

1) Cur sic locum restituam, p. 36 disputabo.

2) Reo JJ. CXV p. 156 iniuria verba: *μηρυτής—γενόμενος* deleri iubet.

τόλμα XIV, 42: οὐδεμιᾶς τόλμης ἀπεχόμενοι, XII, 41: ἐθαύμασα τῆς τόλμης τῶν λεγόντων ὑπὲρ αὐτῶν III, 45.

φρούριον XIV, 35: δηλώσειε δ' ἄν, ἃ κακῶς φυλάττεται τῶν φρουρίων, XII, 40: τὰ περὶ τὴν Ἀττικὴν φρούρια καθεῖλον.

χάρις = iudicium gratia XIV, 40: μίτε ἔλεον .. μήτε χάριν μηδεμίαν περὶ πλείονος ποιήσασθαι τῶν νόμων, XXVII, 13: οὐ χάριτος ἄξιον τυχεῖν, ἀλλὰ τιμωρίας.

χωρίον = castellum. XIV, 26, 35. cf. XVI, 16: ἐν Κορίνθῳ χωρίων ἰσχυρῶν κατελιμμένων.

Iterum addo pauca, quae commemorandi nondum occasio fuit.

1) Sunt quaedam verba, quae per brevitatem ita usurpentur, ut quamquam in universum dicuntur, tamen propriam rem et certam significant. Cuius generis voces sunt: αἱ νῆσοι XIV, 30 = eae insulae, quae cum Atheniensibus foedus inierant; ἡ ναυμαχία: XIV, 39 = pugna apud Aegos flumen commissa. Suppetit relegare ad F: ad hos locos.

2) XIV, 4: εἰκός .. ἔστιν, ἐξ οὗ τὴν εἰρήνην ἐποιησάμεθα, πρῶτον περὶ τούτων νυνὶ δικάζοντας μὴ μόνον δικαστὰς .. γενέσθαι.

Quod una est res, de qua agitur, potius exspectes περὶ τούτου. Sed frequentissimus est huius pluralis usus; cf. Sch: vind. p. 38, 69; R et F: ad XII, 9; St 2 p. 103.

3) Articulus.

Tria sunt, quae de articulo moneam:

1) Omittitur ante nomina hominum, populorum, terrarum, urbium. cf. Pertzius qu. Lys. sp. I. En exempla: a) in XIV. Ἀλκιβιάδης α) filius § 1, 10, 21, 22. § 23 probe eum tutatus est F. β) pater: § 16, 26¹⁾, 30, 32, 37. γ) ὁ παλαιός: § 39. Ἀρχεστρατίδης § 3, Ἀρχέδημος § 25, Θεότιμος § 26 etc. cf. §§ 27, 28, 38 (bis), 39. Ἀθηναῖοι § 15. Χῖοι § 36. Λακεδαι-

1) Teneo nomen Alcibiadis; cf. Emp. opusc. ed. Schneidew. 1847 p. 87.

μόνοι § 30, 33, 34, 39. In § 37 cod. praebet ἀντοῖς Λακεδαιμονίοις, quod stare non potest. Schⁱ autem coniectura (v. ed. p. XL) refutata est a M^o: Philol. XII p. 101 sq., Bremii (v. ed.) a Foe^o: p. 40 sq., Foeⁱ ab illo JJ. I₂ p. 376, Sintenisii denique emendatio *Ztschr. f. A W.* 1835 p. 524 (μηνυτῆς ἀν ἐγένετο = dicere solebat) non quadrat ad sententiam, cum Alcibiadem omnia, quae noverat, eodem tempore, non eadem identidem dixisse perspicuum sit. Itaque relinquitur, ut corrigamus: ἀντῶν Λακεδαιμονίοις. — Cur. in § 19 Ἕλληνες articulum habeat, per se intellegitur. — Nomina terrarum vel urbium insunt in: § 38 — 26 (Ὀρνοί) ¹⁾, 27, 30, 33. b) in XV: 5 (ter), 6, 10, 12 (bis).

2) XIV, 13: οἱ ἐν τῇ πόλει. Saepius coniungitur articulus cum subst., quod dependet de praepositione. cf. St 2 p. 101.

3) XIV, 28: ἡ εἰς — ἡ εἰς — ἡ περὶ — ἡ περὶ Lysiam post particulas ἀλλά, ἦ, καί (καί—καί, τέ—καί), οὔτε—οὔτε, εἰ μὴ, cum sequitur substantivum cum praepos. compositum, modo iteravisse, modo omisisse articulum ostenderunt F: ad X, 7 et St 1 p. 502.

4) Pronomina.

ἄλλος XIV, 1, 43.—37—23 (bis)—5, 12 (bis), 21, 26, 29, 37, 42, 45, 46. XV, 8, 11. De XIV, 4, 10, 44 v. i. — de XIV, 3, 32. XV, 1 cf. Foe: p. 32, Fra: p. 181, M: p. 18.

ἀμφοτέρω = ambo: XIV, 6, 39. XII, 57, 85. = uterque: XIV, 34. XII, 51, 53. XXV, 9. XXXIV, 1. fr. 88.

αὐτός a) excipit pron. relat. XIV, 17: ὃς αὐτὸς μὲν οὐκ ἐτόλμα . . . ὃ δὲ πατὴρ αὐτοῦ . . . ἤξιον cf. Foe: p. 67, Sch: vind. p. 31, Fra: p. 93, F et R: ad XXV, 11, Hamaker p. 23, M: p. 23.

b) locum tenet pronominis οὗτος XIV, 37: ἃ μὲν γὰρ ᾗδε . . . μηνυτῆς αὐτῶν . . . ἐγένετο (v. p. 46) cf. Foe: p. 74 atque F: ad hunc locum. c) desideratur pro eo pron. refl. XIV, 31: εἴθιςται λέγειν, ὡς οὐκ εἰκός ἐστι πατέρα αὐτοῦ — cf. M: p. 19 sq.

1) Haec forma, a L^o inventa (qu. L. spec. p. 16 sq.), nunc omnibus probatur.

— § 20: τῶν γεγενημένων αὐτῷ μεταμέλει. Quem locum M. sicut alios falso putabat huc spectare; quomodo explanandus sit, docuerunt B: *Burs. Jber.* 1877 p. 260 et Roe: *Z. f. G.* 1878, 7. — Iure autem huc referretur XIV, 9: ἐβουλήθη καὶ ἄτιμος εἶναι καὶ τὰ χρήματ' ¹⁾ αὐτοῦ δημευθῆναι καὶ .. ἔνοχος γενέσθαι nisi propter sententiae perversitatem haec verba (καὶ τὰ χρ. — δημ.) esse interpolata statuendum esset. cf. contra F^{um} L: att. Proc. p. 465 adn. 783.

ἐγὼ a) iusta oppositione XIV, 3: ὅσα οὗτος παραλέλοιπεν, ἐγὼ καθ' ἕκαστον διδάξω. b) modestia quadam actor id, quod ipse sentit, opponit eis, quae alii iudicant. XIV, 8: ἐγὼ δ' ἠγοῦμαι, 22: ἐγὼ τοίνυν ἀξιῶ cf. FG: ad XIII, 74. XII, 8. Similes sunt ei loci, quibus actores ea, quae facturi sunt, hoc modo instituunt XIV, 2: ἐγὼ .. πειράσομαι, cf. XIII, 30: ἐπ' αὐτοφώρῳ ἐγὼ αὐτὸν ἐξελέγξω. XII, 5, 51. XIII, 75. c) ἐγὼ μὲν οὖν. Incipit ab hac formula peroratio: XIV, 46. XV, 12. cf. Th: p. 30. d) XV, 1: ἐγὼ μὲν .. αἰτοῦμαι recte explicuit F. cf. XVIII, 27. XIX, 45. XXIX, 4.

ἐκεῖνος a) subsequitur pronomem οὗτος vel αὐτός et pertinet ad eandem personam XIV, 28: φάσκων τοῦτον οὐχ ὡς (sic emendavit Hirschigius codicis memoriam, cf. F) ἀδελφὸν αὐτῆς, ἀλλ' ὡς ἄνδρα ἐκείνης εἰς τὴν οἰκίαν εἰσιέναι τὴν αὐτοῦ. — Gemellus locus, quo haec duo pronomina eodem in casu ponantur, apud Lysiam non exstat; similes tamen sunt I, 20: ὡς αὐτῇ τελευτῶσα εἰσαγγείλεις καὶ ὡς ἐκείνη τῷ χρόνῳ πεισθεῖη (cf. F). XXVIII, 13: οὐδὲ ἀδίκως τούτοις φημι ἂν εἶναι ὑπόλογον τὴν ἐκείνων φυγὴν (cf. PRMueller *progr. Merseb.* 1866 p. 10). Praeterea F in adnot. ex aliis scriptoribus non pauca exempla protulit, quae plane congruunt. Itaque illo in loco offendendum esse non arbitrator. — b) substituitur pro pron. refl. XV, 11: περὶ ὧν οἱ νόμοι .. οὔτε στρατηγὸν .. κυριώτερον ἐκείνων ἀποδεικνύουσι, cf. F: ad hunc locum, Foe: p. 71, Sch: vind. p. 46, Th: p. 37.

οἶός τ' εἶμι XIV, 36. Locos congressit F: ed. II p. 171.

1) De subiecti commutatione egit Foe: p. 47 sq.

ὁ πόσος ἂν XIV, 5: ὁ νόμος οὐ περὶ τούτων κελεύει μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁπόσοι ἂν μὴ παρῶσιν — X, 18: ὁπόσον ἂν βούληται.

ὅς¹⁾ a) per *emphasim dictum est* XV, 10: περὶ Ἀλκιβιάδου μέλλοντας ψηφίσασθαι, ὃς ἂν .. ἐξαπατήσῃ, καταγελῶν .. ἄπεισιν et paulo post: ὃς τοὺς εὖ ποιήσαντας κακῶς ποιεῖ. cf. Foe: ed. p. 8, F: ad XII, 40. b) sicut *pronomem ὅστις* in enuntiativis interrogativis secundariis XIV, 35: εἰσηγήσαιο (ἂν) .. ἃ χρὴ καταλαβεῖν, δηλώσειε δ' ἂν, ἃ κακῶς φυλάττεται, διδάξειε δ' ἂν, ἃ πονηρῶς ἔχει cf. Fra: p. 174, R et F: ad XIII, 4, Karlowa p. 15 sqq. c) si praecedat οὕτως, particulae ὥστε vice fungitur. XIV, 35: τίς οὕτως ἄπειρος τῆς αὐτοῦ πατρίδος, ὃς οὐκ ἂν εἰσηγήσ. Notandum est Lysiam duobus locis, qui similes sunt, usurpavisse ὅστις I, 3: οὐδεὶς οὕτως ὀλιγώρως διάκειται, ὅστις οἶεται, III, 41: τίς .. οὕτως ἐστὶν εὐήθης, ὅστις προνοεῖται. cf. M: p. 26. Sed dubito an hoc non pre-mendum sit. Namque numerus locorum minor est quam ut certa lex statui possit, et adiectiva τοιοῦτος et τοσοῦτος semper fere componuntur cum ὃς pronomine. cf. G: de arg. p. 25 et in ed. ad XIII, 13, Sch: obs. p. 27. d) dependet de verbo enuntiativum secundarii, non relativi proprii XIV, 16: ὃν εἰ τηλικούτων ὄντα ἀπεκτείνετε, οὐκ ἂν ἐγένοντο συμφοραί .. I, 44: ὃ ἐγὼ δεδιὼς μή τις πύθῃται, ἐπεθύμουν αὐτὸν ἀπολέσαι XXXIV, 4, 5. cf. [II], 5. XXV, 27. — e) attractio α) adhibita: XIV, 2(?), 30 (ἂνθ' ὄν), XV, 1: μὴ βοηθοῦντας, ᾧ ἂν βούλωνται, 11 (περὶ ὄν). β) omissa XIV, 40: τ. νόμων καὶ τῶν ὄρκων, οὓς ὠμόσατε (aliter § 37 et § 43). Huius rei exempla cum Bohlmannus (de attr. usu et progr., qual. fuerit in enunt. rel. apud. Hdt. Antiph. Thuc. Andoc. Lys.) congesserit et illustraverit et quae neglexit, suppleverit Schulzius censor *ph. Rdsch.* 1883 p. 664 (idem scripsit de attractionis apud ceteros oratores usu), aliquid addere supervacaneum est.

1) Quas formas pronominum ὃς et ὅστις Lysias adhibuerit, indagavit Karlowa ll. p. 15. Comparari possunt eae, quae in titulis inveniuntur; cf. Schmollingius part. II p. 2 sqq.

ἄσος ἄν XIV, 6—XII, 100. Erot. 231°. cf. XXXIV, 8. XIII, 92.

ὄσπερ XV, 12: ὑμᾶς χρῆ τ. ἀντὴν γνώμην ἔχοντας τὴν ψῆφον φέρειν ἤνπερ ὅτε ᾤεσθε. I, 1. XXV, 20. XXXIV, 1. fr. 87 etc.

ὄστις XIV, 6: οὐχ οὔτινες ἄν . . ; οὐχ οὖς ἄν . . ; cf. XXV, 18: οὐδὲ οἱ ἔμειναν, ἀλλ' οὔτινες μετέσχον.

ὄττος a) spectat ad reum eiusque socios XIV, 2 (bis), 9, 12, 17, 20, 23, 25, 28, 31, 39, 40, 43, 45, 46. — 18, 19, 21, 30, 34, 46 (bis) — XV, 10 — (4, 5, 7 (bis), 8, 11 ad praetores, qui reo adsunt; cf. XIII, 90). Qui usus tam frequens est, ut pron. illud saepissime etiam eis locis collocetur, quibus pron. reflexivum postulatur XIV, 31: εἰθίσται λέγειν, ὡς οὐκ εἰκός ἐστι τὸν μὲν πατέρα αὐτοῦ λαβεῖν, τοῦτον δ' ἀδίκως διαβεβλήσθαι, cf. L: qu. L. p. 13, Fra: p. 182 sq., Foe: p. 68 sqq., M: p. 20, G: ad XII, 84.¹⁾ — b) referendum est ad pron. relat. praecedens XIV, 29: ἀλλ' ὃν ἔδει . . εἶναι . . . , οὗτος πειράται, XV, 11: περὶ ὧν . . ἀποδεικνύουσι, περὶ τούτων . . . XII, 70: περὶ ὧν . . , ταῦθ' XXV, 8. XXVI, 12. c) comprehenduntur ea, quae enuntiato secundario antecedenti dicuntur. XIV, 5: τὸν δὲ νόμον κελεύειν, ἐάν τις λήπῃ τὴν τάξιν . . . , περὶ τούτου δικάζειν, 39: εἴ τις ὑμῶν ἢ . . ἔλεεῖ ἢ . . αἰσχύνεται ἢ . . . , τούτων ἀπάντων αἴτιον . . XIII, 76: ἐάν . . φάσκη Φρόνιχον ἀποκτεῖναι, τούτων μέμνησθε § 83, 89. d) indicatur id, quod sequitur XIV, 8: ταύτην τὴν ἀπολογίαν ποιήσεσθαι, ὡς . . οὐκ ἠδίκει et ἠγοῦμαι . . διὰ τοῦθ' ὑμᾶς ὀργίζεσθαι, ὅτι ἐτόλμησεν, cf. Fu: ad XII, 4. — εἰς τοῦτο ἐλθεῖν c. genet. v. s. τοσοῦτος. e) genere et casu adaequatur pronomen ei substantivo, quod pars praedicati est XIV, 12: τούτῳ παραδείγματι χρώμενοι, cf. Brem: exc. II, FG: ad XXV, 13, M: p. 17. f) Interdum fit, ut genetivo τούτου, apto de comparativo adiectivi, id introducatur, quod comparatur; cf. FG: ad X, 28 et XXV, 23, quibus locis etiam aliorum virorum doctorum scripta enumerantur. XV, 3: τί δ' ἂν αἰσχίον ἔθος ἢ δεινότερον πράγμα τούτου τῆ

1) Renner: comm. Lys. cap. II p. 25 sq. falso contendit hanc rationem non admissam esse, nisi οὗτος in genetivo positum esset.

πόλει γένοιτο, εἰ τολμήσει ὁ ἄρχων (Markl.), X, 28: Τί γὰρ ἂν τούτου ἀνιαιρότερον γένοιτο αὐτῷ ἢ τεθνάναι μὲν . . , αἰτίαν δ' ἔχειν, XXV, 23: οὐδὲν γὰρ ἂν εἴη αὐτοῖς τούτων¹⁾ χαλεπώτερον ἢ πυνθάνεσθαι μὲν . . , [II], 73: τί γὰρ ἂν τούτων ἀνιαιρότερον γένοιτο ἢ τεκεῖν. Apparet inter XV, 3 et ceteros locos discrimen interesse, quod illic particula ἢ omittitur, hic adponitur. Quare Meier (cf. Sch: ed. p. xli) illud ἢ XV, 3 inserebat. Sed optimo iure oblocuti sunt Sch: ll. et G: de arg. p. 299. Discrepat igitur hac in elocutione consuetudo dicendi Lysiae et scriptoris or. XV.

παῖς, ἄπας Neque in eis, quas tractamus neque in Lysiae orationibus discrimen inter has formas statui potest. Utra in elocutione πάντες ἄνθρωποι usitator sit et frequentius coniungi soleat cum pron. ἄλλος, docet Fu: Rh. M. XXXIII p. 569 sq. Nec vero eum certam legem invenisse affirmaveris. — Praeterea nihil habeo, quod adiungam nisi XIV, 35: ἐπὶ τῇ τοῦ πατρὸς πονηρίᾳ φιλοτιμεῖται καὶ λέγει, ὡς οὕτως ἐκεῖνος μέγα ἐδύνατο, ὥστε τῇ πόλει πάντων κακῶν * αἴτιος γεγένηται articulum loco insignito inculcandum esse propter sententiam F recte contendisse. Etenim Alcibiadem cavisse puto, ne diceret patrem malorum tantum fuisse auctorem (cf. Isocr. XVI). — Aliud est XII, 57.

πρὸς σφᾶς αὐτοὺς XIV, 42 idem valet ac πρ. ἀλλήλους. Idem XXII, 8. cf. F: ed min. ad hunc locum.

τίς coniungitur cum pron. interrogativo XIV, 26: (ποιός τις) XIII, 46—XIV, 17 (ὅποιός τις), XXIII, 9. XXV, 29. XXVI, 17. XXXI, 20, 34. — XVIII, 1 (οἷοι τινες certa correctura est) XXI, 1. cf. G: de arg. p. xvi, A: p. 54.

ὁ τοιοῦτος XIV, 13, 21. V, 4. XII, 41 (cf. G: p. 329). XVI, 11, 18, 21.

τοσοῦτος XIV, 2: εἰς τοσοῦτον²⁾ κακίας ἀφιγμένα (sc. ἀμαρτήματα). Constat etiam pron. οὗτος eadem vi usurpári

1) Transposui hoc verbum auctore G^o: in ed. p. 499, cum Fra: p. 179 id eiceret.

2) Ut ubique forma τοσοῦτον restituatur, iure postulant Brem. ed. p. 22, Leb: p. 73, Pertz: II p. 11, Frankius lect. Aesch. (Phil. Suppl. I) p. 435.

XIV, 9: εἰς τοῦτ' ἤλθῃ πονηρίας καὶ . . In huius locutionis usum accuratius inquisivit Dessoulavyus *gramm. statist. Beob. üb. e. Redensart u. d. Absichtssätze b. d. att. Redn.* 1881. Sed deest ibi p. 6 Lys. XXXIV, 11, qui locus iam F^{um} fefellit. — Ceteroquin monendum est hanc formulam, cum ceteris locis ad homines pertineat, XIV, 2 referendam esse ad rem (facinora), quod praeterea Dessoul^o teste uno loco Dem. IV, 47 redit.

τὰ ὑμέτερα a) = ea quae reipublicae sunt XIV, 25 οὐκ ὀλίγα τῶν ὑμ. ἐφηρημένῳ XXVII, 6, 9, 11. XXXIV, 5. b) = reipublicae rationes XIV, 37 ἃ ἦδει τ. ὑμετέρων κακῶς ἔχοντα, 45 περὶ τ. ὑμ. δημιουργοῦσι, XII, 5. XXV, 19, 21. XXIX, 11.

5) Adiectiva.

ἀμείνων, βελτίων cf. F: ad XIV, 19.

ἄξιος XIV, 43 οὐδενὸς ἄξ., XV, 1 πολλοῦ ἄξ. cf. F: ad XVI, 21 adp. (et XXX, 18).

ἄπειρος XIV, 35: ἄπειρος τῆς αὐτοῦ πατρίδος, 42: ἔργου δεινοῦ ἄπειροι, VII, 14 (κινδύνων), fr. 16 (πραγμάτων), [II], 2 (γῆς).

δεινός Usitatissimae sunt formulae: δεινὸν δοκεῖ εἶναι, (XIV, 17, 31. XV, 7), οὐκ οὖν δεινόν (XIV, 18), δεινόν ἐστι (XV, 2, 6) c. inf. aut cum εἰ coniunctae. cf. Rosenbergius *Phil. Anz.* V p. 453.

δῆλος a) personaliter ¹⁾ XIV, 17: οὐπω δῆλος ἦν, ὁποῖός τις ἔσται, simillimum est XXV, 29: φανεροῦς γεγενῆσθαι, ὁποῖοί τινές εἰσιν οἱ πολ. b) impersonaliter XIV, 19: δῆλον ὅτι . . δόξετε, 34: πᾶσιν ἠγοῦμαι δῆλον εἶναι, ὅτι. Apud Lysiam sescentiens; semper deest ἐστίν.

διάφορος c. dat. = infestus XIV, 44: τοῖς οἰκείοις διάφορος — XVI, 11 (μοι).

ἐνδεής XIV, 14: ἐνδεεῖς ὄντες τῶν ἐπιτηδείων, XII, 97. XIII, 11 idem; cf. XVIII, 23. XII, 44. XXI, 25 (Ri: p. 11).

1) Ea adiectiva, quae a Lysia personaliter dicta sunt, congescit St 1 p. 509 et St 2 p. 94.

εὐνους XIV, 10: εὐν. τῷ πλήθει. — cf. Kirchner progr. p. 20.

ἰσχυρός XV, 9: εἴ τῳ δοκεῖ μεγάλη ἢ ζημία καὶ λιαν ἰσχυρὸς ὁ νόμος. — I, 34: χρὴ τούτους (τοὺς νόμους) ἰσχυροὺς ἢ μηδενὸς ἀξίους εἶναι est ἰσχυρὸν εἶναι idem atque τοὺς νόμους ἰσχύειν XXVIII, 13 = valere.¹⁾ Sed similis translatio est ἰσχυροτέρα τιμωρία I, 31, ἰσχυρότατος ἔλεγχος VII, 34.

κύριος a) spectat ad homines: XV, 8, 11—XII, 26, 44. XXVI, 11, 12. (Opponitur ἄκυρος: XV, 8. [IX], 19.) b) ad res: I, 29 (νόμος), XVIII, 15 (συνθήκαι). Eadem ratione ἄκυρος dicitur de rebus XV, 5: ἄκυρον ἐποίει τὴν τούτων τάξιν, XVIII, 15. [IX], 7.

λαμπρός XIV, 25: ἠγούμενος οὐκ ἂν δύνασθαι λαμπρὸς γενέσθαι. cf. XIX, 63 ἵππους λαμπροὺς ἐκτίησατο.

λοιπός de tempore futuro a) τοῦ λοιποῦ XIV, 2—XII, 85. XXIV, 27. b) εἰς τὸν λοιπὸν χρόνον XIV, 4 (εἰς τὸ λοιπὸν XIV, 43. cf. τὸ λοιπὸν X, 15). XVI, 2. XIX, 30. XXX, 34. XXXII, 3.

μικρὰ ἀμαρτήματα: XIV, 2. cf. XII, 78.

μόνος a) XIV, 7: μόνον αὐτὸν τῶν πολιτῶν ἔνοχον εἶναι. μόνος αὐτός usitatio est collocatio; F: ad XXXII, 27 enumerat eos locos, qui excipiuntur. Genetivus (τῶν πολιτῶν) nunquam praegreditur. cf. Karlowa p. 8. — b) οὐ (μὴ) μόνον — ἀλλὰ καί: XIV, 4, 5, 12, 13. Adamat Lysias hanc elocutionem sicut apparet ex copia exemplorum a Ri^o: p. 33 prolatorum. Interdum fit, ut id verbum, quod cum vi dicitur, inseritur inter οὐ et μόνον XIV, 5: ὁ δὲ νόμος οὐ περὶ τούτων κελεύει μόνον, XII, 44: οὐχ ὑπὸ τῶν πολεμίων μ., ἀ. κ., XIX, 45: οὐ νῦν μόνον, fr. 75, 4: οὐκ ἐξήρακεσεν αὐτῷ ταῦτα μόνον ἐξαμαρτεῖν cf. V, 5.

ξένος opponitur πολίτης vel tale quid XIV, 28: ἢ εἰς τοὺς πολίτας ἢ εἰς τοὺς ξένους, XII, 35: πολλοὶ καὶ τῶν ἀστῶν καὶ τῶν ξένων, fr. 75, 6: πολλοῖς μὲν Ἀθηναίων, πολλοῖς δὲ καὶ τ. ἄλλων ξένων.

1) Quare Cobetius Mnemos. 1882 p. 328, ut est studiosus aequandi, adductus est, ut ἰσχύειν scriberet.

οἰκειὸς a) = propinquus XIV, 28: *περὶ τοὺς αὐτοῦ οἰκειοὺς ἢ περὶ τοὺς ἄλλους ἡμάρτηκε*, 44: *τοῖς οἰκειοῖς διάφορος καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων μισούμενος*, fr. 90: *τοὺς μὲν οἰκειοὺς ἐχθροὺς, τοὺς δ' ἄλλοτριους πιστοὺς νομίζειν*. — b) τὰ οἰκεία = res privatae XIV, 14: *οἴκαδ' ἀπελθόντες τῶν οἰκείων ἐπέμελλοντο (ἄν)*, XXV, 1: *ἀμελοῦντες τῶν οἰκείων τῶν ἄλλοτριῶν ἐπιμελοῦνται*, XIII, 41: *τὰ οἰκεία τὰ αὐτοῦ διέθετο*.

πατρικός XIV, 40: *πατρικός ἐχθρός* = XXXII, 22. cf. F: ad locum illum.

πλέον XIV, 37: *πλέον ἢ διακόσια τάλαντα*, cf. Pertz: p. 8 sq.

πολύς πολύ c. comparativo XIV, 21: *π. μᾶλλον αὐτοὺς προσήκει . . . κατηγορεῖν ἢ*, 47: *καὶ τὰ εἰρημένα καὶ τὰ παραλελειμμένα ἀναλογισάμενοι π. μᾶλλον αὐτοῦ καταψηφίσασθε* (omissum est alterum membrum), cf. XII, 32: *χρῆν σε π. μᾶλλον μηνυτὴν γενέσθαι ἢ . . .* fr. 1, 5: *π. μᾶλλον ἂ ἄν . . . αὐτοῦ νομίζει ἢ . . .* — Constat πολὺ μᾶλλον saepius usurpari, ut vis coniunctionis ἀλλά augeatur: XIV, 15, 45. XV, 9—V, 4 etc.

πρῶτος a) XIV, 37: *πονηρία δὲ τῶν πολιτῶν πρῶτος ἦν*, cf. XII, 66: *ἑτέρους ἑώρα προτέρους αὐτοῦ γιγνομένους*, XXXIV, 3: *τῶν ἀντιλεγόντων πρότερος ὢν*. cf. F: ad XII, 66. — b) *πρῶτον* = primum XIV, 4: *ἐξ οὗ τὴν εἰρήνην ἐποιήσαμεθα, πρῶτον δικάζοντας*, cf. XVII, 3: *ἐπειδὴ εἰρήνη ἐγένετο, ὅτε περ πρῶτον αἱ δίκαι ἐδικάζοντο* — XIV, 16: *ὅτε πρῶτον εἰς ὑμᾶς ἐλάβετε ἐξαμαρτάνοντα* XIII, 17 etc. — in enumeratione XIV, 21: *χρῆ ὑπολαμβάνειν πρῶτον μὲν ὅτι . . . , ἔπειθ' ὅτι . . .* XII, 48, 95. XIII, 4, 27, 30 etc.¹⁾

συγγενής XIV, 20—XXI, 6. fr. 23, 64, 84. [VI], 23, 53 saepius ἐπιτήδειος.

τὸ τελευταῖον XIV, 38 τ. τ. . . ἐτόλμησε. XII, 48, 71. XIII, 47.

φανερὸς XIV, 15: *χρῆ πᾶσι φανερόν ποιεῖν, ὅτι* XXII, 3. cf. XXII, 19. XXV, 27. fr. 16, 2.

1) Qua varia ratione Lysias enumerationem instituerit, multi vv. dd. perquisiverunt: Schepius p. 24, FG: ad XII, 65, 92. XIII, 97, M: p. 7, A: p. 55, Karlowa p. 13.

χαλεπός XIV, 37: ὥστ' οὐ χαλεπὸν γινῶναι, ὅτι, XXIII, 12: οὐδενὶ χ. γν., ὅτι. cf. XIX, 11. XXVI, 4. Erot. 232^b.

χρηστός περὶ τινα, τι XIV, 31: περὶ τὴν πόλιν — XIII, 60: π. τοὺς δεδεμένους, τὸν δῆμον, cf. δεινὸς περὶ τι X, 9 (δίκαιος π. τινα XXXII, 23 et § 5, si probas Sⁱ coniecturam (ept. crit. p. 143) cf. F: ed. II p. 165.

ώραῖος XIV, 26: ὕβριζεν αὐτὸν ὠραῖον ὄντα, cf. fr. 4: ἐπεὶ (Φυγάτηρ) ἦν ἀνδρὸς ὠραία.

6) Adverbia.

ἀκριβῶς XIV, 46: ἀκρ. ἐξευρεῖν, XIII, 4: ἀ. μαθόντες.

ἄλλως a) = ceterum XIV, 41: πότερον ὡς πρὸς τὴν πόλιν δεδυστυχήκασιν, ἄλλως δὲ κόσμιοὶ εἰσι καὶ σωφρόνως βεβιώκασιν; XII, 45: ἄλλως μὲν οὐχ οἶοί τ' ἔσονται περιγενέσθαι, κακῶς δὲ πραττόντων δυνήσονται. b) ἄλλως τε καὶ c. pter. XV, 10: ἀ. τ. κ. ὄρκους ὁμωμοκότας, cf. Foe: comm. p. 30.

ἤδη c. aor. gnomico, quem grammatici vocant, XIV, 43: ἦ. τινῶν ἀπεψηφίσασθε, cf. F: ad hunc locum, St 2 p. 117.

ἦδέως = libenter. XIV, 14—X, 9.

οὐδὲν ἦττον = nihilosetius: XIV, 1—XII, 15. XIII, 84.

ἰδίᾳ XIV, 1: ἰδ. ἀδικούμενος = XII, 23. XXV, 5—XIX, 8. fr. 78, 2 etc. De XV, 4 infra disseram.

ἱκανῶς XIV, 3: ἱκ. κατηγόρησεν, XIII, [66]: ἱκ. μεμαρτύρηται, III, 40. XXI, 1: ἱκ. ἀποδέδεικται.

κρύβδην XV, 10: τῆ ψήφῳ κρ. εὖ παθών, cf. G: ad XII, 91.

νῦν, νυνί¹⁾ a) significant tempus praesens: XIV, 2, 10, 40. XV, 3—XIV, 4 (bis), 15. b) νῦν δὲ formula praegresso enuntiato irreali introducuntur ea, quae re vera sunt²⁾ XV, 6: ἐχρῆν γὰρ³⁾ αὐτοὺς . . ἀνακαλεῖν μὲν . . νῦν δὲ . . οὐδὲν ἐποίησαν. cf.

1) In usum vocis νυνί accuratius inquisivit A. Hofmeister *üb. Gebr. u. Bed. d. Iota demonstr. b. d. att. Redn.* p. 42 sqq.

2) Etiam νυνί δέ particulas eo modo usurpari Roeder p. 11 ostendit.

3) Haec enuntiatia, quibus ea, quae fieri opus fuit, exprimuntur, varia

PRMueller *progr. Merseb.* 1873 p. 17 et FG compluribus locis: XII, 23 (p. 39, 219), 32 (p. 225), XIII, 36, 62 (p. 131, 389 sqq.). Per ea nimirum, quae ibi p. 389 sqq. disputata sunt, penetrare non ita facile est.

πάλαι = iam dudum: XIV, 2—XII, 72. XXX, 1. Erot. 231^b.

ποτέ XIV, 46: θαναμάζουσιν, ὅπως ποθ' οὕτως ἀκριβῶς ἐδυνήθην ἐξευρεῖν, cf. XII, 34: θαναμάζω, τί ἂν ποτε ἐποίησας, XIII, 49: θ. ὅ,τι π. τολμήσει — XXXII, 12. XII, 29.

ταύτη XIV, 4: ταύτη τ. νόμους διαλαμβάνειν, ὅπη μέλει συνοίσειν, XII, 15: ταύτη πειρᾶσθαι σωθῆναι, XXIV, 23: τ. θῆσθε τ. ψῆφον.

7) Praepositiones. ¹⁾

ἐνεκα ²⁾ XIV, 5 δειλιάς ἐν., 44 τούτων ἐν., 12: οὐ μόνον τῶν ἐξαμαρτανόντων ἐν., ἀλλὰ καὶ — 32: ἄλλων τε πολλῶν ἄξιον ἐνεκα αὐτοῦ καταψηφίξεσθαι καὶ ὅτι . . χρῆται, cf. XXXIII, 1: ἄλλων τε πολλῶν καὶ καλῶν ἔργων ἐνεκα καὶ ὅτι πρώτος συνήγειρε. — A Lysia praepositio a genetivo non dimititur ([XX], 30: τούτων δεῖ ἡμᾶς ἐνεκα, cf. Foe: p. 37); sed v. i.

ἐπί a) c. acc. = adversus: XIV, 30 (bis), 32—XII, 55 etc. b) c. dat. = penes XV, 7: ἐπὶ τούτοις ἐστὶ c. inf. (bis)—I, 6. VII, 16. XII, 33. cf. XII, 26. XIII, 46—I, 34 (ἐν).

μετά a) XIV, 9: μετὰ τῶν πολιτῶν ³⁾ εἶναι, XXXIV, 10: τὸ δίκαιον μ. τῶν ἀδικουμένων ἔσεσθαι. β) XIV, 25: μεθ' ἡμέραν — I, 41. III, 34. VII, 15.

περὶ c. genet. = quod attinet XV, 4: ὅτι οὐδὲν διοίσει

specie sunt. Eadem qua ille locus: XII, 29, 64. XXII, 12, 17. XXIV, 11. cf. PRMueller *JJ.* XCI p. 619.

1) Lutzii de praepositionum apud or. att. usu dissertationis iam p. 26 mentionem feci.

2) Hanc formam praepositionis omnibus locis Lysiae eiusque aequalibus reddendam esse elucet e disputatione Meisterhansi: *Gramm.* ² p. 176 sq.

3) Tueor codicis memoriam, quod verba cum acerbitate dicta esse arbitror de eo, qui in hippotoxotarum turba stipendia facere non vereretur. Hanc autem rem iam in narratione protologiae commemoratam esse veri simile est. Unde fit, ut Fⁱ offensio ad irritum cadat.

ὑμᾶς ἰδίᾳ π. τῆς ἀστρατείας βοηθεῖν, fr. 79: περὶ δὲ ἀργυρίου . . . δῆλον ὅτι δέδωκεν. XII, 79. XIII, [65]. (cf. F: ad hunc locum et X, 3.) Eundem in modum interpretor XV, 1: περὶ τῶν γραφῶν κοινοὺς εἶναι. F. etiam XIV, 32 huc referre videtur ταῖς ὑμετέροις ἀρεταῖς χρῆται παραδείγμασι περὶ τῆς ἑαυτοῦ πονηρίας. Verum hoc fieri posse ut negem collocatione verborum perducor; immo περὶ—πονηρίας addita esse existimo, ut cuius rei exempla intellegenda sint, ostendatur. Similis locus est VII, 33 τοῖς μεγάλοις χρῆσθαι τεμηροῖς π. τ. μεγάλων, quamquam id concedo in Lysiae orationibus non inveniri παράδειγμα περὶ, sed aut genitivum (XXII, 20. XXV, 23) aut infin. (XXX, 24 — genet. infinitivi XXVII, 5) adponi.¹⁾

πρὸς a) c. dat. XIV, 17: πρὸς τοῖς ἐκείνω πεπραγμένοις ἐπίστασθε καί, cf. XIII, 47 πρὸς τούτοις. b) c. acc., habet vim relationis, ut ita dicam. Iure igitur coniungitur cum διακέμμαι XIV, 42 (apud Lysiam passim), δυστυχέω XIV, 41, πολιτεύεσθαι (v. s. hac v.), κίνδυνος XIV, 15 (= XVI, 12. XIX, 20). — XIV, 2 autem, ubi X praebet: πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν διαφορᾶς ὑπαρχούσης, id quod Frohb. explicat πρὸς τῶν πατέρων scribendum esse comprobo. Nam quaecunque exstant exempla similia (cf. Fra: p. 76 sq.), ubique ἔχθρα vel διαφορὰ ὑπάρχει (ἐστὶ) τινι (A) πρὸς τινι (B) significat inimicitias esse inter A et B. Eo autem, quem tractamus, loco non alterum alterius patrem, sed ut patres, ita filios inter se odio esse insectatos in propatulo est.²⁾ — c) c. genet. XIV, 39: Ἀλκιβιάδην τὸν πρόπαππον αὐτοῦ καὶ τὸν πρὸς μητρὸς πάππον Μεγακλέα οἶ . . . πρόγονοι ἐξωστράμισαν. — Sic exhibet cod. Hunc locum, si modo corruptus est, emendare desisto, cum de maioribus Alcibiadis verum vix indages. cf. comment. in hon. Ribb. ed. p. 470.

1) Concidit igitur opinio Kⁱ, qui vocem ἀπολογούμενος in fine enuntiati excidisse putat (JJ. CV p. 255). Alia autem commutare non opus est. cf. F: adp.

2) Censor Fⁱ (lit. Centrbl. 1869 p. 395) codicis memoriam defendit, quod πατέρες ad maiores Alcibiadis, ἡμεῖς ad populum Atheniensium pertineat. At haec explicatio longius repetita est nec quadrat ad exordium ex persona.

ὑπό a) c. dat. = sub c. abl. XIV, 25: ὑπὸ τῷ αὐτῷ ἱματίῳ κατακείμενος, cf. XXXIII, 3: ὄντα ὑπὸ τῷ βαρβάρῳ — XXIV, 6. b) c. genet. apud verba passiva: XIV, 1, 10, 12, 20, 21, 26 (bis), 44. XV, 6 (bis) (παθεῖν: XIV, 2, 15, 43). Constat cum ad indicativum tum ad participium perfecti loco huius praepositionis adponi solere dativum subst. vel pron. Imprimis hoc cadit in verbum πράττειν: XIV, 17 τοῖς ἐκείνῳ¹⁾ πεπραγμένοις, 23: τῶν τούτῳ πεπραγμένων. Sed ne apud hoc quidem verbum dativus substituitur, cum participium ipsum in dativo eiusdem numeri ponitur: XIV, 19 τοῖς ὑπὸ τούτων . . πεπραγμένοις. (Forte in Lysiae orationibus huius rei nullum nisi fallor, exemplum legitur.) Diligenter hanc quaestionem pertractavit Karlowa (p. 9 sqq.), qui praeterea ea verba enumerat, quibuscum dativus eo modo a Lysia compositus est.

8) Coniunctiones.

ἀλλά a) orator ea, quae antea disputavit, concludit et ad nova transit XIV, 42—X, 20. XII, 87. XIX, 31. Adduntur μὲν δὴ (cf. M: p. 12) XIV, 44: ἄ. μ. δ. οὐδ' ἂν ἐξελεθῶν . . δύναιτο, XXVI, 22: ἄ. μ. δ. οὐδὲ τὴν οὐσίαν ἡμᾶς . . κτήσασθαι. b) ἀλλ' οὐ (= und nicht vielmehr) XIV, 16: ὡς ἐκείνον πολλῶν ἀγαθῶν, ἄ. οὐχὶ πολλῶν κακῶν αἴτιον γεγεν., XII, 64: ὡσπερ πολλῶν ἀγαθῶν αἴτιον, ἄ. οὐ μέγαλων κακῶν γεγεν. XIX, 23. XXVI, 1. cf. G: de arg. p. 283. (aliter XV, 8: ὁμωμοκότας τὰ δίκαια γνώσεσθαι, ἄ. οὐχ ὅτι ἂν οὗτοι κελεύωσι ψηφιεῖσθαι, cf. Erot. 231^d: εἰδέναί ὅτι κακῶς φρονοῦσιν, ἀλλ' οὐ δύνασθαι αὐτῶν κρατεῖν — XXIX, 14).

γάρ a) per ellipsim refertur ad sententiam suppressam XIV, 5: πολίτου χρηστοῦ καὶ δικαστοῦ δικαίου ἔργον εἶναι ταύτῃ τοὺς νόμους διαλαμβάνειν, ὅπῃ μέλλει συνοίσειν. Quod quidam non faciunt. τολμῶσι γάρ τινες λέγειν, ὡς οὐδεὶς ἔνοχος ἐστι λιποταξίου . . Pariter XIV, 36—X, 4. XII, 6. cf. Sch: vind. p. 2, F: ad I, 40. X, 12. b) καὶ γάρ. XIV, 3, 33—I, 7. XXIV, 3, 4, 8. Erot. 231^d. cf. St 2 p. 119.

1) Mos est, ut dativus post ptep. collocetur; sed idem atque hic: XXV, 2, 5, 13, 15. XXVIII, 12. XXXII, 18. — De XIV, 29 v. p. 37.

ἐπειδὴ a) respondet particulae ὅτε in argumentatione ex contrario XIV, 36: ὅτε μὲν ἔφην, οὐ . . οἴος τ' ἦν· ἐπειδὴ δὲ . . κατῆλθε καὶ . . ἤρξε . .¹⁾, οὔτε ἐδύνατο . . οὔτε, XII, 26: ὅτε μὲν . . ἦν, ἀντιλέγειν φής . . , ἐπειδὴ δὲ . . ἐγένετο, ἀπήγαγες. — b) ἐπειδήπερ: XIV, 8—VII, 40. cf. ἵνα περ XIII, 72.

οὐ (μὴ) πρότερον, ἕως²⁾ XV, 6: τοὺς στρατηγούς μὴ ἂν τολμῆσαι πρότερον ἡμῶν ἠγγῆσασθαι, ἕως (cod. X: ἂν) ἐδοκιμάσθησαν³⁾, XII, 71: οὐ πρ. εἶασε τ. ἐκκλησίαν γενέσθαι, ἕως ὁ καιρὸς ἐτηρήθη, XXV, 26: οὐ πρ. ἐπαύσαντο, ἕως . . κατέστησαν.

καὶ a) cum duae sententiae inter se comparantur XV, 3: οἱ ἔνδεκα δεήσονται ἐν ταῖς δίκαις ταῖς ὑφ' ἑαυτῶν εἰσαγομέναις ὡσπερ καὶ νῦν ὑμεῖς⁴⁾, XII, 23. XXI, 14 (ὡσπερ καὶ πρότερον), 18. XXIV, 21. XXVII, 12. XIII, 92 (cf. G). b) duplici καὶ vinculum quoddam inter enuntiatum primarium et secundarium efficitur XIV, 24: ἐπειδὴ γὰρ καὶ τῶν ἀπολογουμένων ἀποδέχεσθε λεγόντων τὰς ἀρετὰς . . , εἰκὸς ὑμᾶς καὶ τῶν κατηγορῶν ἀκροᾶσθαι, XV, 1: τῶν στρατηγῶν δέομαι, ἐπεὶ καὶ ἐν τῇ ἄλλῃ ἀρχῇ πολλοῦ ἄξιοι . . γεγόνασι, καὶ περὶ τῶν

1) Fortasse recte Roe: JJ. CXV p. 157 (cf. B: *Burs. Jber.* 1879 p. 266) suspicatus est post κατῆλθε verbum voces quasdam excidisse, quibus Alcibiadem summa imperii in terra quoque ornatum esse significaretur. Certe hoc ad orationis indolem optime quadrat.

2) Quomodo haec elocutio exorta sit ex οὐ πρότ. πρὶν, explicat Sturmius *Geschichtl. Entwickl. der Constructionen mit πρὶν* (in Schanzii *Beitr.* I p. 340 sq.), cuius argumenta emendantur a B^o: *Burs. Jber.* 1892 p. 177.

3) 'Difficillimum est, ut verba Gⁱ (de arg. p. 232) mea faciam, de hac tam singulari sententiae conformatione certum aliquid pronuntiare; hoc tamen non dubito, quin, si librorum lectio tolerari non queat, rependum sit: ἕως ἐδοκιμάσθησαν (Sch. Cob. F.)' Akenus (*Temp. u. Mod. Lehre* p. 182), quocum consentit Middendorffius (*Constr. d. Nebensätze d. or. obl. in d. att. Prosa* p. 5), tuetur illud ἂν; Fra: p. 114 praefert ἕως δοκιμασθεῖεν.

4) Verba ὡσπερ — ὑμεῖς si deessent (ὑμεῖς enim adiunxit F assensu Rⁱ: JJ. XCVII p. 601), nemo desideraret. Et profecto ea delent Fra: p. 113 et Fu: in diss. p. 45. Sed cum or. XV. obscuritate et verbositate quadam laboret, quod infra demonstrabo, conservanda esse mihi videntur, dummodo voce ὑμεῖς addita restituatur sana sententia.

γραφῶν κοινοὺς εἶναι, XXIII, 3: πυθόμενος ὅτι καὶ ἑτέρας δίτας τὰς μὲν φεύγοι, τὰς δ' ὠφλήγοι.., ἔλαχον καὶ ἐγώ. — XXX, 1, 33. Hoc vinculum eis in sententiis, in quibus οὕτως et ὡσπερ sibi respondent, ita adamatur, ut raro particula illa omittatur; tamen sunt exempla XV, 10: χρῆ δέ, ὡσπερ οὗτος ἀμελήσας.. ἐσκέψατο, οὕτως ὑμᾶς ἀμελήσαντας.. ψηφίσασθαι, X, 13: εἰ οὕτω τοὺς νόμους ὡσπερ ἐγὼ νῦν λαμβάνειν ἡξιούσης, cf. F: ad XV, 10. c) καὶ μὲν δὴ. Nemo est, qui nesciat, quantopere Lysias hanc transitionis formulam in deliciis habuerit; cf. Schep. p. 15, FG: in ed. I p. 47 et 229 sqq., M: p. 11. — Legitur in or. XIV, 12, 32, 34, 43, in or. XV, 9.

καίτοι¹⁾ a) introducitur praesumptionem, v. p. 77 sq. b) refutationem XIV, 35: λέγει, ὡς... καίτοι τις οὕτως ἀπειρος, III, 22: ἐτόλμησεν εἰπεῖν... καίτοι ἐχρῆν αὐτόν, [VI], 10, 13. cf. XII, 63. c) in conclusione idem valet quod latine 'atqui'; indicat igitur assumptionis initium. XIV, 19: num nobis, cum isti origine sua serventur, maiorum virtus nihil prosit? καίτοι πολλαὶ καὶ μεγάλαι.. (sc. αἱ ἀρεταὶ) γεγόνασι καὶ... cf. Kirchn. II., G: de arg. p. 272. — De XIV, 26 et XV, 6 v. p. 68.

μὲν — δέ a) alterum deest α) μὲν XIV, 10: καὶ ἑτέροι μὲν οὐδεπώποτε ὀπλιτεύσαντες *, ἱππεύσαντες²⁾ δέ.. Ἀλκιβιάδης δέ (v. i.); XV, 5 sq.: ἐχρῆν γὰρ αὐτοὺς.., νῦν δέ, cf. Sch: lect. Lys. p. 300, F et Fu: ad I, 38. XIII, 85, M: p. 9. — β) δέ. De XIV, 21 (πρῶτον μὲν) et 46. XV, 1 (ἐγὼ μὲν) v. s. πρῶτος et ἐγώ. — XIV, 25: οὗτος γὰρ παῖς μὲν ὢν.. ἔπινε facile suppletur ἡβήσας δέ. XIII, 21: τὰ μὲν ὄν ὀνόματα οὐκ ἔφη.. ἐρεῖν (supple: rem tamen veram esse), 51, 81. XXV, 16. — b) alterum iteratur XIV, 11: εἰ μὲν τις — τούτου μὲν — εἰ μὲν δέ τις, XIII, 54. XXXII, 22³⁾—XXIV, 8. cf. F: ad XIV, 11. XXIV, 8; M: p. 8. XIV, 20 sq.: εἰ μὲν — ὀργίσεσθαι — εἰ μὲν δέ — ὑμᾶς δέ, cf. M: p. 29, G: de arg. p. 309 adn. 29.

1) Eos locos, quibus in Lysiae orationibus καίτοι legitur, enumerant Kirchner p. 4 sq. et Ri: p. 32 sq.

2) De hac emendatione cf. F: adp.

3) Gleinigier Herm. IX p. 172 falso affert X, 15, quod recte interpretatur F.

μέντοι compensatur particula δέ XIV, 2: ἡγοῦμαι μὲν — ἐγὼ μ. . . πειράσομαι, cf. M: p. 4, A: p. 54.

ὅμως ptc. concessivo praemittitur XIV, 35: ἀλλ' ὅμως τοσοῦτων συμφροῶν καὶ οὕτω μεγάλων ὑπαρχουσῶν . . φιλοτιμεῖται, XII, 73: ὑμεῖς δ' ὅ. καὶ οὕτω διακειμένοι ἐθορυβεῖτε (cf. FG.). XIX, 11.

οὖν a) ἐγὼ μὲν οὖν v. s. ἐγώ. b) finitur pars argumentationis XV, 11: ὑμεῖς οὖν . . τὰ δίκαια ψηφίσασθε. ἀποδέδεικται δέ, XIII, 48: νῦν οὖν μνησθέντες . . τιμωρεῖσθε, 95: ἀναμνησθέντες οὖν . . τιμωρήσατε. cf. 83. XII, 47. — c) introducitur praeteritio XIV, 28: ὅσα μὲν οὖν . . ἰμάρτηκε, μακρὸν ἂν εἶη λέγειν, III, 5. XXIII, 11: ὅσα μὲν οὖν . . XXXI, 20. — d) tanquam cum vi adversativa dicitur XIV, 43: ἤδη τινῶν ἀπεψηφίσασθε ἀδικεῖν μὲν νομίσαντες, οἴομενοι δ' εἰς τὸ λοιπὸν χρησίμους ὑμῖν ἔσεσθαι. τίς οὖν ἐλπὶς ἐπὶ τούτου τι ἀγαθὸν πείσεσθαι τὴν πόλιν, XIII, 97: οὗ προσήκει καταψηφίζεσθαι· ἐὰν οὖν τὰ ἐναντία ψηφίζησθε . . οὐχ ὁμόψηφοι γίγνεσθε.

τέ—καί¹⁾ XIV, 32: ἄλλων τε πολλῶν . . καὶ ὅτι, XV, 1: κοινοὺς εἶναι τῶν τε διώκοντι καὶ φεύγοντι (cum vi prius membrum dictum est cf. XVII, 3). Apud Lysiam sescentiens.

τοίνυν²⁾ a) μεταβατικόν, = porro XIV, 4. XIII, 33, 35. XVI, 12, 14, 15. XIX, 47. XXV, 14 etc. Postquam leges vel testimonia recitata sunt XIV, 9—III, 15. XVI, 9, 18 etc. cf. G: I p. 233 sqq. 247 sqq. b) συλλογιστικόν, = igitur XV, 4, 8. X, 26. XII, 84. XIII, 51 etc. Adponitur ad pron. personale (= οὖν) XIV, 22: ἐγὼ τοίνυν—XXV, 11, 12 etc. — In assumptione conclusionis XIV, 12, 13. — XIII, 96. XIX, 60. cf. FG: ad XIII, 87.

ὥς = tanquam a) c. participio α) absoluto XIV, 10: οὕτω

1) Particulae τέ usum tractaverunt FG: ad XII, 30, 54, 61. XIII, 1 (cf. Fu). XXV, 34. XXXI, 2. XXXII, 1; Fu: Rh. M. XXXIII p. 595 sqq.

2) Eos locos, ubi in Lysiae et Pseudolysiae orationibus τοίνυν adhibetur, contulerunt Ri: p. 32 sq. et Rosenbergius JJ. CIX p. 110 sqq. Idem de usu et significatione huius particulae uberius egit. Quae omisit, supplet B: Burs. Jber. 1879 p. 255 sq.

γὰρ ἦσαν παρεσκευασμένοι οὐχ ὡς ἀπολουμένης τῆς πόλεως, ἀλλ' ὡς σωθησομένης καί.. XII, 2, 13 etc. De subiecti accusativo disserui p. 14 sq. — β) coniuncto XIV, 23: ἀποψηφίζοισθε ὡς ταῦτα μὲν ἡμαρτηκότος, τὰ δ' ἄλλα.. γεγενημένου, 31: αὐτοῦ ἀφείλεσθε ὡς οὐ δικαίως δεδωκότος — τούτου δ' ἀδικοῦντος ἀποψηφιεῖσθε ὡς τοῦ πατρὸς χρηστοῦ γεγενημένου. — Apud Lysiam sescentiens. b) c. indicativo (cf. G: de arg. p. 147 et ed. proleg. adn. 83) XIV, 41: πότερον ὡς.. δεδυστυχήασιν, ἄλλως δὲ.. βεβιώκασιν, XXX, 27: ὡς ἀποδώσει (cf. F: ad hunc locum). De XIV, 46 cf. p. 16. — XV, 1: μὴ βοηθοῦντας, ὡς ἂν (sic X) βούλωνται correcturam Reiskii: ᾧ ἂν veram esse arbitror.

ὥσπερ ἂν XIV, 29: πειρᾶται ᾧ. δυνάμενος ἂν.. μεταδοῦναι, cf. XII, 20: ἐξημάρτανον ᾧ. ἂν ἕτεροι μεγάλων ἀδικημάτων ὀργὴν ἔχοντες, cf. FG: ed. I p. 212, 217.

ὥστε in conclusionem ratiocinationis: XIV, 34. — XIII, 37, 87. (III, 32. VII, 28. — IV, 7. VII, 6. Erot. 231^d) cf. A: p. 54.

Adsero hic, quae habeo

de coniunctionibus et enuntiatis conditionalibus.

ἐάν a) = num XV, 5: σκέψασθε, ἐὰν ἱκανὸν γένηται τεκμήριον¹⁾, ὅτι, X, 15: βούλομαι αὐτὸν.. διδάξαι, ἂν πως.. παιδευθῆ, fr. 16, 2: ἵνα βουλευσώμεθα, περὶ ὧν λέγεις, ἐάν πως φανερὸν γένηται, πότερον — (εἰ: I, 42. XII, 9. XIII, 82). b) = si, coniunctivus praes. locum obtinet coniunct. aor.²⁾ XIV, 12: ἐὰν.. κολάζητε, οὐδεὶς ἔσται βελτίων et paulo post: ἐὰν τιμωρῆσθε, πάντες πεύσονται, cf. § 13: ἐὰν.. καταψηφίσησθε, εἴσονται. Idem XXVII, 9: ὡς ἐὰν ἀκροᾶσθε, αὐτοῦ

1) Fra, cum verba: ἐὰν—τεκμήριον exterminaret, sententiarum cohaerentiam neglexit. Namque actor demonstraturus est praetores iam in castris Alcibiadi favisse.

2) Iure con. praes. adhibitus est XIV, 8: τοῦ νόμου κελεύοντος, ἐάν τις ἠππέγῃ, ἄτιμον εἶναι, quamquam XIV, 5 legitur: τον δὲ νόμον κελεύειν, ἐὰν λπῃ, .. δικάζειν. Etenim cum is, qui stationem reliquerit, tum demum puniri possit, cum facinus perpetravit, is, qui contra leges in equitum numero militaverit, inde ab eo ipso momento, quo id commiserit, ἄτιμος esto.

ἀποψηφιείσθε, XXX, 33: ἄνδρες ἀμείνους δόξει' εἶναι, ἐπὶ ἀν δίκην λαμβάνητε.¹⁾

εἶπερ Usitatissima est formula: ἐχρῆν . . . εἶπερ c. indic. XV, 5: ἐχρ. γὰρ αὐτούς, εἶπ. ἀληθῆ λέγουσιν, ἀνακαλεῖν μὲν, III, 22: καίτοι ἐχρ. αὐτόν, εἶπ. ἦν ταῦτ' ἀληθῆ . . . XII, 32, 48. XXII, 12. cf. XIII, 72. — cf. FG: ad XII, 32 p. 224 sqq.

Miscetur variae constructiones XV, 3: τί δ' ἂν αἴσχιον ἔθος . . . γένοιτο, εἰ τολμήσει III, 43. VII, 41. XIII, 94. cf. Bremi exc. VII, FG: ad XII, 83, Roeder p. 17 sq.

Hae exemplorum copia commotus retineo futurum etiam XIV, 25: ἡγούμενος οὐκ ἂν δύνασθαι . . . λαμπρὸς γενέσθαι, εἰ μὴ . . . δόξει²⁾ εἶναι. — Quae compositio invenitur XV, 8: εἰ μηδένα εἶσαν, οὐκ ἂν δικαίως χαρίζοισθε (v. i.), huius argumentandi rationis ipsius propria est, sicut docet G: in ed. I p. 410 sq.

9) Particulae.

ἂν a) Si quis de XIV § 18 restituenda (v. p. 16 sq.) mecum dissentiat et praeferat: μηδὲν ἂν δύνασθαι . . . μηδ' ἂν τὰς . . . ἀρετάς, paucis commemoro particulae ἂν iterationem ex Lysiae usu esse; Erot. 232^o: εὐλότως ἂν τοὺς ἐρώντας μᾶλλον ἂν φοβοῖο. Praeterea legitur [XX], 9, 15 et XXXI, 28, quem locum a F^o recte explicatum esse G (de arg. p. 210, 323 et in ed. p. 360) iure, opinor, negavit. — b) ἔδει ἂν XIV, 21: εἰ . . . ὅμοιοι ἐγένοντο, οὐδὲν ἂν ἔδει τοῦ στρατηγεῖν, VII, 22. fr. 88—IV, 13. XXXIII, 4. fr. 79. De XII, 48 sibi repugnant Akenus p. 59 et R, F, La Roche *Ztschr. f. östr. Gymn.* 1882 p. 893.

μή a) Nullo exemplo opus est, ut demonstretur iusto loco hanc particulam poni et in eis enuntiati condicionalis membris, quae arte cum eo cohaerent XIV, 13: ἐὰν ὀργῶσιν . . . ὀργιζομένους καὶ μηδεμιᾶς συγγν. τυγχάνοντ., 22: ἐὰν . . . μηδὲν ἔχον-

1) XXV, 17: ἐὰν ἀδικῶ, παραχοῆμα δώσω δίκην Fra: p. 101 falso huc refert. Nam ἀδικεῖν saepissime perfecti vim habet.

2) cf. F, Middendorffius p. 7. — In cod: δελξει; idem mendum X, 12 et XII, 53, quamquam hoc loco Kocksius (*krit. u. exeg. Bem. z. L.* cf. *ph. Rdsch.* 1888 p. 370) obsoletam Fⁱ coniecturam deprompsit.

τας δίκαιον κελεύωσιν et apud ea participia, quae substituuntur pro enuntiatis conditionalibus. XIV, 15: οἱ μὴ βουλόμενοι, cf. F. — b) est legitima negatio apud eos infinitivos, qui dependent de verbis impersonalibus XIV, 18. XV, 6 (δεινόν ἐστιν), XIV, 4 (εἰκόσ ἐστι), 40 (χρη). cf. V, 1. X, 3—XXV, 6—XII, 48. XXV, 14—XII, 26—XII, 31—79. V, 3. Excipitur XXX, 15. cf. F: ad XV, 6. — Si sequitur particula εἰ, adhibetur οὐ XV, 7: δεινόν., εἰ οὐκ ἐπὶ τούτοις ἐστίν. XXII, 13. XXX, 32—XXXI, 31.

οὐδέποτε, οὐδέπωποτε¹⁾ XIV, 38: οὐδέποτ' ἐλθῶν ἐτόλμησε. XXVI, 20—X, 13. XIII, 49, 60, 75. — XIV, 10: οὐδέπωποτε ὀπλιτεύσαντες XII, 19. XIII, 62. XXV, 25.

πῶ solet coniungi cum negatione; = dum XIV, 17 οὐπω, XV, 5 οὐδεὶς πω, XIII, 26 οὐπω, XVI, 3 μηδέν πω. cf. FG: ad XIII, 31.

Adhuc paucis vocibus exceptis²⁾ ea tantum verba tractavi, quae apud Lysiam redeunt eadem notione ornata pariterque cum aliis composita. Iam venio ad ea, quae quamquam a Lysia aut non aut alia ratione adhibentur, tamen quatenus nobis quidem licet iudicare, ei attribui possunt. Sunt igitur inter ἀπαξ εἰρημένα³⁾ omnia ea, quae in orationibus nunc amissis repetita esse probabilitate non caret vel quae iterum usurpandi omnino non occasio fuit. Ac primum quidem huc pertinent verba quaedam, quae ad rem militarem spectant: ἀτακτέω XIV, 18 cf. Xen. Cyrop. VII, 2, 6. VIII, 1, 22. — ὀρμάομαι ἐκ XIV, 27. v. XXXI, 17. [II], 24. — παρεῖναι XIV, 5, 6 (bis). cf. F: praef. p. 2 adn. 8 (alio sensu X, 1. XII, 9, 45, 72, 76, 78, 80 etc.). — προσβάλλω XIV, 33 (alio sensu: fr. 53, 3). — ἵπποτοξόται XV, 5. — πεζὴ στρατιά XIV, 6 (bis); [II], 27, 32,

1) Discrimen, quod statuit Moeris et probavit Wolfius (ad Lept. p. 313): τὸ οὐδέποτε ἐπὶ τοῦ μέλλοντος, τὸ οὐδέπωποτε ἐπὶ τοῦ παρεληλυθότος vanum esse adnotat F: ad I, 17.

2) v. s. αἰτέομαι, ἀναβαίνω, ἀντιβολέω, ἀπέροχομαι γίγνομαι, δύναμαι, ἀπολογία ποιέομαι ὡς, πολιτεύομαι, δυστυχέω (s. v. πρόσ), συνεξέρχομαι, ἐκεῖνος, ὄς, ἰσχυρός, περί.

3) Ad orationes suppositas rationi convenienter non respicio.

34, (49). — ψιλός XIV, 14.¹⁾ — εἰς τοῦπίσω XIV, 5, 6 (v. s. ἀναχωρεῖν p. 12).

deinde nonnullae voces propriae: δίδωμι τὴν ψῆφον XV, 2 v. s. δίδωμι cf. F. — ἐκπέμπω τ. γυναικα XIV, 28. cf. L: a. Pr. II p. 511 (ἐκπέμπω XIII, 19. XVI, 4) — ἐξοστρακίζω XIV, 39 cf. ἐκκηρύττω XII, 35, 95 etc. — ἐπιτειχίζω XIV, 30. cf. F. — κατακυβεύω, καταποντίζω XIV, 27. cf. F.²⁾ — κομίζομαι τ. ὄστᾶ ibd.³⁾ — περικόπτω τ. Ἐρμᾶς XIV, 42. — ποιέω τὰ (v. R: JJ. XCVII p. 600) μυστήρια XIV, 43. — συγγίγνομαι XIV, 41; [VI], 6, 7. — πρόπαππος XIV, 40. — ἄνηβος, γλάμων XIV, 25.

denique haec singula vocabula: οὐδὲν διαφέρει (inf.) ἦ (inf.) XV, 4 v. i. — προσηλακίζω XV, 6—[IX], 4 v. i. — ἐπιφανής XIV, 12. cf. περιφανής III, 39. XVI, 8. XXII, 11. ἐμφανής IV, 11. — εὐτυχής XIV, 18. cf. εὐτυχίαι XVIII, 19 (de plur. numero v. F: ad XIX, 35).

ἄκοσμέω cf. FG: ad XII, 20. XIV, 12. XV, 9. Tribus locis XIV, 12: ἵνα τοὺς ἄλλους τῶν ἀκοσμοῦντων σωφρονεστέρους ποιῆτε, 13: καὶ μηδεμιᾶς συγγνώμης τοὺς ἀκοσμοῦντας ἐν τῷ πολέμῳ τυχάνοντας; 21: οὗτοι τοὺς ἀκοσμοῦντας σώξεν πειρῶνται voce ἀκοσμεῖν significantur ei, qui malos cives — nam etiam ignavi milites mali sunt cives — se praebent. Apud Lysiam adiectivum solum scriptum est III, 45: δόξας ἀκοσμοτάτος εἶναι καὶ πονηρότατος, ubi propter alterum adiectivum evitabatur infinitivus ἀκοσμεῖν. Ei autem, qui bonis moribus sunt, eisdem adiectivis ab utroque notantur a) κόσμος: XIV, 29. (cf. XV, 9.) VII, 41. XII, 20. XXII, 19. XXVII, 7. cf. XVI, 18, 19 — coniungitur haec vox cum σώφρων: XIV, 41—XIX, 16. XXI, 19. cf. I, 26. XXVI, 3—[VI], 54. XIX, 54. — b) βελτίων: XIV, 2, 12 (bis)—III, 4. XVI, 2, 17. XXVIII, 15. XXX, 23.

ἀνακαλέω XV, 5: ἐχρῆν αὐτοὺς ἀνακαλεῖν Πάμφιλον.⁴⁾

1) Hamaker (p. 12) VII, 6 pro φίλων coniecit ψιλῶν; falso.

2) In genuinis orationibus non minus quam undequadragesima verba legi, quae cum praepositione κατὰ composita sunt.

3) Utrum hoc in enuntiato particula ἄν delenda an servanda sit, non ausim diiudicare. cf. Heldm. p. 29 sq. et Roe: Z. f. G. 1877, 2.

4) Tenendam esse puto codicis scripturam, quod si Marklandi con-

Verbum ἀνακαλεῖν apud Lysiam non legitur¹⁾; sollemne est medium, quod exstat apud Pseudolysiam [VI], 49: ποῖα ἁμαρτήματα ἀνακαλεσάμενος, [IX], 7: οἱ ταμίαι ἀνακαλεσάμενοι τοὺς παραδόντας τὴν γραφήν. Tamen activum satis defenditur And. I, 45: ἀνακαλέσαντες οἱ βουλευταὶ τοὺς στρατηγούς.

ἀναλογίζομαι XIV, 47: καὶ τὰ εἰρημένα καὶ τὰ παραλειμμένα ἀναλογισάμενοι (= computare). Est ἅπαξ λεγόμενον in sylloge Lysiaca; verum cum apud Lysiam non modo simplex verbum λογίζομαι (XIX, 9, 50. XXXII, 21, 24, 26, 28. fr. 60), sed etiam composita προσλογίζομαι (XIX, 44), συλλογίζομαι (XXXII, 22), ὑπολογίζομαι (Erot. 231^b) reperiantur, iure sumas ne ἀναλογίζομαι quidem ab eius dictione abhorreere, praesertim cum significatio propria et ad sententiam accommodata insit.

ἀναφαίνομαι XIV, 11: ἐάν τις . . ἐν τοῖς ἰππεῦσιν ἀναφανῆ. Quis non meminit loci gemelli XVI, 15: ἐτέρων ἀναδομένων ἐγὼ διεπραξάμην . .

διαλαμβάνω XIV, 4: τοὺς νόμους (= interpretari). X, 13 dicitur simplex: λαμβάνειν τοὺς νόμους. At cum ea notio, quae illic in διαλαμβ. inest, exemplo Platonico (cf. F) satis confirmetur, haud scio an Lysiam praeter λαμβ. etiam voce composita usum esse is crediturus sit, qui consideraverit per multa verba esse in genuinis orationibus; quae nullo significatio- nis discrimine modo simplicia modo cum praepositione conglutinata usurpentur. En exempla: αἰσχύνω (= stuprare) I, 32 etc. = καταισχύνω I, 49; ἁμαρτάνω et ἐξαμαρτάνω v. p. 11, δοῦναι χάριν XXI, 17 = χάριν ἀποδοῦναι (exempla attuli p. 13). — ἐθίζω (XIV, 31) XII, 17, 38 etc. = συνεθίζω I, 10. — ἐλέγχω VII, 37, 42. XIII, 72. XXV, 14 = ἐξελέγχω XII, 31. XIII, 30. XXV, 5. — ἐθρίσκω I, 23, 43. XXXII, 26 = ἐξεθρίσκω, passim. — λείπω XXXIV, 9 = ὑπολείπω XVII, 6 etc. — μιμνήσκω XVIII, 26. XXI, 9 = ἀναμμιν. I, 17. XXXII, 18. = ὑπομμιν.

iectura (ἐγκαλεῖν, cf. fr. 16, 2, fr. 27) comprobatur, duplici eaque gravi mutatione opus est.

1) Nam fr. 71: ἀνακαλοῦντες συγγένειαν εὐμένειαν caret sensu atque est orationis dubiae authentiae (ὕπερ Νικίου, cf. B: p. 447 sq.).

XXVI, 16. — στερέω VII, 41. XIX, 1, 7, 9 (bis). XXI, 11, 25. XXXIV, 9. fr. 78, 4 = ἀποστερέω XXI, 24. XXXIV, 5, 8 etc. — *τολμᾶν* passim = ἀποτολμᾶν VII, 28. — *πᾶς* passim = ἅπας = σύμπας XIX, 59. Ac ne offendas, quod *διαλαμβ.*, cum hic tralaticio sensu usurpetur, XII, 8 propria vi dicitur (*διαλαμβ. τὰς οἰκίας* = dividere cf. *διανέμειν* XIX, 37), relego ad *διαμάχεσθαι*, quod XXXIV, 9—XXXI, 33. [II], 12, 17 proprie (= pugnare), IV, 1 per translationem (= negare) adhibetur.

ὑπερβολὴν ποιέομαι XIV, 38: ὑπερβολὴν ποιησάμενος τῆς προτέρας πονηρίας. Eadem significatione 'superandi' ὑπερβάλλειν Erot. 232^c: χρήμασιν αὐτοὺς ὑπ., XXII, 8 (pertinet ad mercaturam); sed ὑπερβολή c. genet. obiect.¹⁾ etiam XIII, 52: ὦν μὴ οἶόν τε γενέσθαι ἐστὶν ὑπερβολὴν reperitur et ποιέσθαι in simplici translatione saepissime adhibitum esse ostendit Carelius p. 16.²⁾ Praeterea cf. A: p. 48.

ἀρεστός XIV, 15: τὰρεστὰ ὑμῖν αὐτοῖς αἰρεῖσθαι, XIX, 13. XXX, 21 ἀρέσκω; adiectiva autem verbalia in -τός desinentia³⁾: συμμικτός XIX, 27, ἀνεκτός XXII, 20.

Haec igitur satis defendi posse puto. Mirum autem est, quod nonnulla verba cotidiano usu trita, quae in XIV. et XV. orationibus inveniuntur, non redeunt in Lysiacis. Sunt in XIV: εἰσηγέομαι § 35, ὄφελος § 11, ἀγνώς § 12—[VI], 6, 30, χρησίμος § 43, πλεονάμις § 30, οὐλί § 16; [VI], 27.⁴⁾ — in XV: ἔθος § 3; [II], 81. [VIII], 19. XXXI, 11.

Postremo ea tractanda sunt, quae a Lysiae genere dicendi manifesto discrepant.

1) De genet. obiect. apud Lysiam cf. FG: ad XXV, 11.

2) Neque alii loci desunt, quibus Lysias circumlocutionem praetulerit: ἔξαρον εἶναι, γίγνεσθαι (III, 27. XXXII, 20 — ἀρηθῆναι IV, 1 (bis). XXII, 18) ὑπόλοιπον εἶναι (XIX, 8 — alioquin ὑπολείπεσθαι), ἐπιθυμητὰ ὄντες (XII, 90), τιμωρὸν γίγνεσθαι (XVIII, 10), τιμωρίαν κομίσασθαι παρὰ τινος (XII, 70), ἀκόλουθον εἶναι (fr. 67).

3) De eis, quae in -τέος determinantur, egerunt Funkius Rh. M. XXXIII p. 620 et Schulzius quaest. gramm. ad or. att. spect. Bautzen 1889 p. 2 sqq.

4) Etenim quod alia quoque vocula in -ι demonstrativum exiens (ἐν-τενθενί) uno loco (XIII, 67) legitur, propterea probe non conferas, quod vocabuli οὐλί adhibendi multo crebrior facultas erat.

1) in or. XIV.

a) § 1: ἀκούω παρά τινος v. s. ἀκούω. b) § 15: ἀπολιπεῖν τὰς τάξεις (§ 5, 21: λιπεῖν τ. τάξιν). Ut omittam scriptorem hic de elocutione sollemni (λιπεῖν τὴν τάξιν) recedere, Lysias verbo ἀπολιπεῖν tribus locis utitur; I, 15: ἐμοῦ πολὺ ἀπολελειμμένον τῶν ἔμαντοῦ κακῶν (= nulla suspicione malorum meorum mihi exorta cf. F.), XII, 84: δίκην ἀπολιπ., fr. 64: οἱ μὲν συγγενεῖς παρεγένοντο, μόνος δ' ἀπελείφθη.¹⁾ c) § 42: ἀσεβέω περὶ c. acc. — [VI], 4, 11, 17. Lysias ἀσεβεῖν absolute dicit XXX, 17: ἀσ. καταλύων τὰς θυσίας et si quidem hoc licet conicere ex ea ratione, qua similibus verbis utitur, eum non περὶ, sed εἰς adpositurum fuisse probabile est. Similia autem verba sunt: ἐξαμαρτάνειν, ὑβρίζειν (v. haec verba), παρανομέω (III, 17). d) § 14: ἐν ταῖς πόλεσι καταμείναντες ἐθεραπεύοντο ἄν — XXXI, 18: κατέμειναν ἐν τοῖς δήμοις. Lysias autem simplici verbo utitur²⁾: XVIII, 19. XXV, 1. XXVI, 16 (ter): οἱ ἐν ἄστει μέναντες = qui in urbe remanserant; XXX, 26: αὐτοῦ μένων (cf. F.).³⁾ e) Verbum φιλοτιμέομαι⁴⁾ (= gloriari), quod Lys. vel absolute usurpat (XXI, 22. Erot. 232^a) vel cum πρὸς coniungit (XXIX, 14. Erot. 234^a, v. ea, quae sub hac praepositione explanavi), in XIV. or. quater occurrit ac variis constructionibus: c. ἐπὶ c. dat. XIV, 35, 42, c. acc. XIV, 2 (lectio dubia, v. p. 9 sq.), c. ὅτι XIV, 21. f) ὁ ἄλλος χρόνος cum et apud Lysiam (I, 6. III, 20. VII, 4)

1) Praeterea W^o auctore legitur XXXII, 13: τὸν βίον ἀπολιπεῖν (cod. καταλιπεῖν). Sed scriptura dubia est. — XIII, 27 (οὐ πατρίδα ἄν .. ἀπέλιπες) et XXV, 18 (οὐδεὶς τῶν πολιτῶν ἀπολειφθήσεται) Lysiaco usu loquendi postulatur illic κατέλιπες (ibid., paulo ante), hic ὑπολειφθήσεται (XVII, 6). (ἔπο et ἀπό ab eodem librario confusa sunt XXV, 11). — Denique afferro: [XX], 23, 25.

2) Ea ratio, quam de λαμβάνειν et διαλαμβάνειν inii, hic abicienda est, quoniam numerus locorum, qui in promptu sunt, maxime differt.

3) Simile discrimen inter haec duo genera dicendi interesset, si cum verbis οἴκαδ' ἀπελθόντες (ibid.) comparare liceret οἴκαδ' ἐλθών I, 18, 22. X, 25. XXXII, 26. Verum diversi sunt loci, quia illic notio abeundi, hic perveniendi urgetur.

4) φιλότιμος XVI, 18, 20. XIX, 23. XXVI, 3; φιλοτιμία XIX, 56.

et semel in nostra or. (§ 10) exprimat tempus praeteritum, in § 4 (οὕτω καὶ τὸν ἄλλον χρόνον ἢ πόλις αὐτοῖς χρήσεται) de futuro tempore dicitur, cuius rei exemplum in genuinis orationibus non repperi. *g*) vox ἔνοχος a Lysia semper cum dativo consociatur. Dativo autem significatur: *α*) poena VII, 37: οὐδεμιᾷ ζημίᾳ ἔν. *β*) actio III, 4: ἔν. εἰμι, οἷς Σίμων διωμόσατο, XIII, 85: ἔν. ὧν τῇ ἀπαγωγῇ, X, 22: ἔν. ὧν τ. αἰτία. *γ*) crimen ipsum XXIII, 12: ἐνόχους κατασιτῆσαι τοῖς βιαίοις. In *α*) et *β*) congruit consuetudo loquendi scriptoris or. XIV.; dicit enim § 9: πάσαις ταῖς κειμέναις ζημίαις ἔν. et § 7: τῷ νόμῳ ἔν., § 47: τῇ γραφῇ. Eo autem magis mirandum est, quod crimen in genetivo, non in dativo collocat¹) § 5: οὐδεὶς ἔνοχος λιποταξίου οὐδὲ δειλίας, id quod etiam apud ceteros scriptores rarissime legitur. (cf. Ignatius de Ant. Rhamn. eloc. 1882 p. 2 et Hoeckius, censor illius, phil. Rdsch. 1883 p. 1160 sqq.) Similiter ζημιουῖσθαι τινος VII, 5. *h*) § 2: (ἀμαρτήματα οὐκ) ἐλπίδα παρέχοντα, ὡς . . ἔσται. Si elocutionem ἐλπίδα παρέχειν ita defendas, ut p. 33 feci, tamen monendum est Lysiam similia verba, in quibus vis sperandi inest, plerumque cum infinitivo componere: ἐπιζῶ III, 2. VII, 39. XII, 70. XXV, 11, 24 etc., προσδοκῶ VII, 39. XIX, 53. XXV, 22. XXVI, 7²)—(ἐλπὶς ἔστι et ἐλπίδα(ς) ἔχειν v. p. 23, 33). *i*) § 2: (ἀμαρτήματα) εἰς τοσοῦτον κακίας ἀφριγμένα v. s. v. τοσοῦτος. *k*) § 35: ἂ πονηρῶς ἔχει τῶν πραγμάτων. Ut paucis locis vox πονηρός dicitur de rebus (XXIV, 9 si Si scriptura probatur alicui; sed cf. F), ita locutionem illam vel quicquam simile in Lysiae orationibus non legi.

Admodum dubitanter profero unum locum § 7: καταλεγεῖς δπλίτης (v. exc.). Proprie enim dicitur καταλέγειν τινὰ εἰς τινὰς vel εἰς τι: XXV, 16 εἰς τὸν κατάλογον οὐδένα καταλέξας et similiter XV, 7: ὄντινα βούλονται εἰς τοὺς δπλίτας κ. Igitur

1) Commutatio constructionis per se non mira est. E. gr. XXIV, 13 primum ἀφαιρεῖσθαι τινός τι, deinde ἀφαιρεῖσθαι τινά τι dicitur (item XXXI, 19), XXV, 13: ἐνθνεῖσθαι c. acc., § 21 c. genet.

2) Quamquam concedo infinitivum a locutione illa aptum duriusculum visurum esse.

passive, nisi immutatur constructio — velut: XVI, 13 *κατειλεγμένος ἱππεύειν* vel XXX, 8: *τῶν πεντακισχιλίων* (cf. F: adp.) *κατελέγην* (cf. *κληροῦσθαι τῶν ἀρχόντων* XXIV, 13) vel XXXII, 5 absolute: *καταλεγείς* — dicendum est: *καταλέγεσθαι εἰς τοὺς δόπλιτας*, quod revera legitur XV, 11. Nec tamen illud contra rationem pugnat multisque exemplis confirmatur. cf. [IX], 4: *κατελέγην στρατιώτης*.

2) in or. XV.

a) de ἀπιέναι (§ 10) iam disserui p. 13. — b) § 5: ἐπιβάλλειν τῷ φυλάρχῳ. Mirum est accusativum ἐπιβολάς, qui adseri solet (XXX, 3. [XX], 14), omissum esse. Idem [IX], 6. — c) § 9: ὑπὲρ τῶν παρεληλυθότων ὀλίγους τιμωρησάμενοι. Lysiam praepositione ὑπὲρ non causam, qua commotus aliquis alium ulciscitur, sed eos, qui pro aliis vindices existant, adnectere apparet ex XII, 35¹⁾, 94. XIII, 74. XXV, 5 (cf. *τιμωρεῖν* XIII, 1, 51, 92, 94—41, 42, 92 et *κινδυνεύειν* v. F: ad XXIV, 25 adp.). Quod, cum *τιμωρεῖσθαι* Lysias maxime in deliciis habeat, praedicandum est, quamquam idem usus praepositionis illius statuendus est apud verba *τιμωρίαν ποιεῖσθαι* (XXX, 6), *δίχην δοῦναι* et *λαβεῖν* (cf. F: ad I, 35 adp.), *αἰσχύνεσθαι*, *ἀπολογεῖσθαι*, *ὀργίζεσθαι* (v. p. 9 et 13), *ἄδεια* (cf. G: ad XII, 85 et XXV, 28). — Neque aliter iudices de § 12: Ἀλκιβιάδην ἐχθρὸν ἐμαντοῦ ὄντα τιμωρούμενος, quo loco causa ulciscendi participio exprimitur. — d) τάξις est in genuinis orationibus aut manipulus: XIII, 82. XVI, 16 (bis). (cf. *φυλή* XIII, 79) aut statio: fr. 90; item XIV, 5, 11, 15, 21. XV, 11. XXXI, 28. Quare mirum est, quod § 5: ἄκυρον ἐπολεῖ τὴν τούτων τάξιν, subito imperium praetorum significat (cf. F). e) § 1: τῶν στρατηγῶν δέομαι κοινοὺς (in cod. X *κοινωνοὺς*) εἶναι τῷ τε διώκοντι καὶ τῷ φεύγοντι. — Vocem *κοινός* Lysias nunquam hac notione (= incorruptus, sine ira ac studio) induit.²⁾

1) Nisi forte opus est Marklandi *τιμωρονόμενος* cedere Fⁱ coniecturae *διατεινομένου*. cf. G: ed. p. 230. In cod. *τηρομένου*, quod Kocksium falso servasse docet Heldm: *Ph. Rdsch.* 1888 p. 370.

2) Immo semper idem est ac 'communis'. V, 5—XIII, 48—XIII, 95. XXII, 19. XXIV, 22. XXV, 19. XXXIII, 6. fr. 53, 4. *Erot.* 232^b.

Quemadmodum ille hanc sententiam exprimat, perspicitur e XIX, 2¹⁾: αἰτήσομαι ὑμᾶς δίκαια καὶ ῥάδια χαρίσασθαι, ἄνευ ὀργῆς καὶ ἡμῶν ἀκοῦσαι ὥσπερ τῶν κατηγορῶν vel fr. 88: δίκαιον ἀμφοτέρων τῶν ἀντιδίκων ἀκούσαντας τὴν περὶ τοῦ δικαίου ψῆφον φέρειν. f) de verbis πᾶσαν προθυμίαν ἔχειν v. i.

Hic primum caput finitur. Videmus autem, ut summam disceptationis meae faciam, copia, usu, constructione verborum scriptores or. XIV. et XV. et Lysiam in universum convenire. Etenim non modo multae voces, quas L. in deliciis habet, in utraque vel altera oratione reperiuntur²⁾, velut (ἐξ)αμαρτάνειν, ἐνθυμέομαι, προστάττω, σκέπτομαι, τιμωρέομαι, ψηφίζομαι, παράδειγμα, αἴτιος, βελτίων, δεινός, περὶ, οὐ μόνον—ἀλλὰ καί, καὶ μὲν δὴ, καίτοι, τοίνυν, sed etiam omnes coniunctiones et particulae — quod argumentum non ita parvi momenti haberi solet — eodem modo usurpantur. Quaeritur igitur, num eae discrepantiae, quas suis locis notavi, si per se spectantur, tantum valeant, ut propter earum gravitatem et auctoritatem authentia in dubium vocanda sit. Quam rem si quis diiudicaturus est, tria ei deliberanda sunt: unum quod iam dixi, orationes illas in lite habitas esse, cui inter superstites nec Lysiae nec alius oratoris ulla oratio destinata est. Alterum

1) Quamquam non ignoro hunc locum e prooemiorum sylloge sumptum esse. cf. F: praef. ad XIX p. 94 adn. 67.

2) Sed ne huic rei nimium pretium tribuas, cavendum est. Nam in or. [VI] praeter ἀμαρτάνειν et παράδειγμα omnia illa verba occurrunt. Omnino e delecto et numero verborum, quae in certa oratione Lysiae insunt, nihil colligi potest, quo origo genuina confirmetur aut labefactetur. Quod duabus illustrissimis orationibus quae simul eiusdem fere amplitudinis sunt, comparatis demonstrabo. Exstant enim ἀξιόω in XII: 7×, in XIII: 1×; ἀπογράφω in XIII: 18×; βοηθέω in XII: 4×; βούλομαι in XII: 19×, in XIII: 13×; ἡγέομαι in XII: 12×, in XIII: 4× (5×); ἐξαμαρτάνω in XII: 9×, in XIII: 1×; πάσχω in XII: 11×, in XIII: 3×; προσήκει in XII: 1×, in XIII: 9×; προστάττω in XII: 6×; σκέπτομαι in XII: 2×; τιμωρέω et med. in XII: 4×, in XIII: 20×; χρεή in XII: 14×, in XIII: 3×; αἴτιος in XII: 4×, in XIII: 16×; πᾶς, ἅπας in XII: 16×, in XIII: 40×; καὶ μὲν δὴ in XII: 4×; οὖν in XII: 12×, in XIII: 24×; τοίνυν in XII: 6×, in XIII: 16×.

est, quod ea verba, quae peculiari loco sub unum conspectum subieci, vere attica et nativo sensu usurpata nec prisca sunt.¹⁾ Tertius est locus, qui ducitur ex proprietate orationum Lysiacarum. Neque enim eum, qui huic rei operam navarit, effugiet Lysiam neque orationem suam tantas in angustias compulisse, ut de ea structura, qua plerisque vel omnibus reliquis locis uteretur, non uno duobusve locis recederet²⁾ neque id curavisse, num ea verba, quae adhiberet, apud se ipsum aut alium scriptorem repeterentur.³⁾ Facile autem cognoscitur inter orationum suspectarum ἀπαξ λεγόμενα quid a Lysia profectum sit, quid non, certo dici nequire.

His igitur omnibus consideratis eo deducor, ut censeam discrepantias illas, si praeterea in or. XIV. et XV. nihil offensionis inveniatur, tolerari posse, sin autem alia accedant, quae a Lysiae usu loquendi abhorreant, opus esse suspicionem, si forte de authentia suscitetur, confirmari et augeri.

1) Cum id aut statim per se intellegatur aut a F^o exemplis demonstratum sit, ipse similes locos non protuli. Ceteroquin, ut hoc interponam, utilissimum est de his quae praecedunt et quae sequuntur rebus inspicere Rehdantzii indices locupletissimos (Dem. 9 *phil. Red.* 3 1874 p. 155 sqq.).

2) Sescenta sunt exempla; ut paucis acquiescam XVII, 4: παντὶ ἐγγνωστόν; ceteris locis, qui similes sunt, pluralis πᾶσι; XVII, 10: ἀποδείκνυμι ὅτι, alioquin ὡς; I, 17. XII, 70: ἐνθυμέομαι ὡς, alioquin ὅτι; X, 1 de δοκῶ μοι aptus est inf. c. acc.; XXVI, 2 ἐξελαύνειν praepos. ἐκ caret, cum reliquis locis sicut apud cetera huiusmodi composita ἐκ iteretur; XIII, 44 genet. partit. more Herodoti et imprimis Thucydidis attributi instar collocatur (cf. ODiener diss. Lips. 1889); XXV, 8 pro sollemni oppositione ὀλιγαρχικός et δημοτικός (XXVI, 15) ponitur δημοκρατικός; XIII, 12 ἐν προφάσει, XXIV, 1 ἐπὶ προφάσεως, ceteris locis ἐπὶ προφάσει; XIII, 58 τὸ ἐπ' ἐκείνον εἶναι, ἐπ' ἐκείνῳ VII, 16. XII, 26, 33. XIII, 46.

3) Aliquot exempla enumerant Gleiniger: p. 172 et B: p. 409. Adde πρᾶττειν περὶ πραγμάτων XIII, 18, νομινησιστής et κακοδαμομιστής fr. 53, 2, ἀγῶνα συναγείρειν XXXIII, 1, ἀγαθόν τι πράξει τῇ πόλει XIII, 48, τοιαῦτα τὸ μέγεθος XII, 1 (τηλικαῦτα τ. μ. XXVI, 23), multa alia.

CAPUT ALTERUM.

De compositione verborum.

De periodorum structura.¹⁾

Quam partem nunc eo aptius sequi propterea credo, quod eis rebus, quas modo explanavi de verborum singulorum usu et significatione atque de elocutionum natura et ratione, aliquid demonstratur enuntiatorum compositionem in or. XIV. et XV. similem esse atque in ceteris orationibus (cf. B: p. 493). Hanc ratiocinationem nunc paulo accuratius comprobabo.

Ac primum quidem scriptor or. XIV. miscuit sicut Lysias dictionem *εἰρομένην* et *κατεστραμμένην*. Exemplo sit prooemium. Primum enuntiatum quamquam caret rhythmico, quod inter singula membra nulla est ratio, particula *μέν* cum alio coniungitur. Sed priusquam id sequatur, ea quae praecedunt, confirmantur enuntiato periodico. Est autem circuitus trimembris. Verum ne nunc quidem adseritur supplementum illud, immo quae dixit orator, eis denno argumentum opus est. Iterum igitur particula *γάρ* enuntiatum introducit, cuius finis continet ambitum simplicem. Tum tandem ea sequuntur, quae primo enuntiato respondent (cf. X, 1 sq.: *μέν—γάρ—γάρ—δέ*; XXV, 15: *τοίνυν—γάρ, ὥστε, εἰ—γάρ*). Simili modo § 3 composita est: *περὶ μὲν—καὶ γάρ—ὅσα δέ*. Et sic porrigitur oratio. Constat autem id ipsum Lysiae proprium esse miscere inter se enuntiatia periodis conclusa et quae non certa verborum descriptione determinantur. Quod etiam in or. XIV. cadere optime apparebit, si § 25—28 cum § 12 sq. contulerimus. Ut enim Lysias adamat in narratione, ubi fieri potest, parvulis enuntiatibus dissolutis uti, ita in illa parte or. XIV., quam narrationem quandam duxeris, verba sic comparata videmus, ut aut singulae sententiae, singulis enuntiatibus expressae iuxta se ponantur et simplicissimis particulis conectantur, aut si

1) cf. Bernhardtus *Begr. u. Grdf. d. gr. Per.* 1854, Disenius in *Dem. de corona or. ed. praef.*, Bellingius de *period. Antiph. symm.* 1868, B: p. 133 sqq., 416 sqq.

compluria incisa exstant, ea laxè coniungantur et rhythmo certo careant (cf. B: p. 420 sq., Gevers p. 37). Contra epichirema illud magna cum arte compositum est. Primum legitur periodus bimembris, cuius membrum prius superatur alterius longitudine (*ἀλλ' ἵνα* . .); sequitur deinde ambitus simplex, qui tamen, tanquam consulto periodorum cumulatio primo evitetur, enuntiato causali segregatur ab altero tripartito. Cum his particula *τοίνυν* enuntiatum coniungitur, quod dividitur in duos circuitus ita quidem, ut membra posteriora bipartita ideoque longiora sint (*ἐὰν—οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ—καὶ ἡγίσονται—ἐὰν ὀρθῶσιν ὀργιζόμενους—τυγχάνοντας*).

Sed quamquam omnes periodi ad Lysiacam construendi rationem accommodatae et inter eas perinde atque in genuinis orationibus frequentissime bipartitae usurpatae sunt, tamen unum notandum est, quod non minus ab arte Lysiae disiunctum quam indoli or. XIV., quae infra magis apparebit, congruum est: magna, ne dicam nimia comprehensionum copia. Nam continetur in omni fere paragrapho unus, in permultis duo tresve circuitus, qui saepius inter se conectuntur, ut si quis omnia huiusmodi exempla proferre velit, ei tota oratio laudanda sit. Qua re or. XIV. exit e numero earum, quibus propter genus litis attribuenda est, privatarum et transit ad eas, quas solas Lysias tot et tam accurate descriptis periodis adornavit: orationes dico in causis publicis habitas. (cf. Carel. p. 23). Est autem conspicua, huius discrepantiae natura; procreatur enim studio splendorem quandam ac nobilitatem adsciscendi.

In or. XV., de qua nunc agam, toto caelo periodorum structura differt. Longe enim plurimis locis scriptor incisum ad incisum, enuntiatum ad enuntiatum adponit neque ullam rationem habet subtilioris singularum partium copulationis. Nisi quater argumentatio ex contrario adhiberetur, in duodecim paragraphis sex comprehensiones legerentur atque eae simplicissimi generis. Is igitur, qui hanc orationem composuit, artis sententias in orbem redigendi et cum elegantia disponendi plane ignarus fuisse videtur. Atque ea suspicio augetur, si

initium orationis contemplamur. Tantum enim abest, ut id more Lysiae maiore cum diligentia compositum sit, ut cumulus praedicatorum, subiectorum, obiectorum, participiorum extruatur et uno tenore per duas paragraphos porrigatur. Quid mirum, quod etiam perspicuitas ideo perit? (v. i.) Hoc vitium nonne facile evitatum esset, si auctor scripsisset: ἐν-
θυμῆσαι γὰρ χρῆ, ὅτι, εἰ . . ἐδέοντο, σφόδρ' ἂν ἡγανακτεῖτε, ἡγούμενοι. . .

Videmus igitur or. XV. ab altera valde discrepare periodorum constructione et elaborare nimia subsidiorum rhetoricorum abstinentia, quae non simplicitas, sed egestas nuncupanda sit.

Adiungenda sunt hic tria, quae ad periodorum structuram pertinent. Quorum primum est

ratio, qua sententiae inter se conectuntur.

Cum autem scriptores eisdem particulis utantur quibus Lysias et de plerisque earum iam in capite primo actum sit, nunc breviter eos locos enumerabo, quibus nexus efficitur pronomine relativo vel particula *δέ* vel *καί*.

a) pron. relat. ὃν χρῆ μνησθέντος XIV, 15. VII, 42—III, 47. X, 32. XVIII, 25. XXV, 13. cf. FG: ad XXV, 13; ἦς ἄξιον XIV, 23. XII, 85. ἂν δ' ὃν XIV, 30. cf. Leb: p. 80, Th: p. 28.

b) part. *καί* XIV, 29 (cum indignatione cf. G: de arg. p. 265), 38 (bis; *κ. οὕτω* etiam I, 31; ceteris locis *οὕτω δέ* cf. ibd. p. 333), 47; apud Lysiam sescentiens; v. etiam p. 68.

Memorabilis est transitus in XIV, 30: ὑβρίζειν πειρᾶται καὶ ταῦθ' εἶδος ὄν. Legitur haec formula c. ptep. praeter [VIII], 3, 6, 14. ([IX], 8) (cf. Kirchn. p. 14) etiam XXX, 22. Mihi igitur, quippe qui or. XXX. Lysiae attribuendam esse arbitrer, hic locus satisfacit; sed ne ei quidem qui contra me faciunt, eis verbis authentiam impugnare debent. Etenim haec ratio transeundi, satis simplex et idonea, probe accommodata est ad Lysiae indolem nec potest negari eam locutionem hic elegantiae cuiusdam speciem prae se ferre et suo loco positam comparere. Quod omnes sensuros esse puto, qui or. VIII. locos contulerint.

c) part. δέ α) praemittitur verbum; δοῦναι δ. μοι XIV, 4. XII, 14. XXIV, 9; de ἐνθυμεισθε δ. XIV, 14 et ἐνθυμ. δ. χρεῖ XIV, 11 v. s. ἐνθυμέομαι; σκέψασθε δ. XIV, 6. XV, 5. I, 39, 43. σκέψασθαι δ. χρεῖ XIV, 41. XXV, 28. προσήκει δ. XIV, 24. XIII, 92. fr. 89 (rara est formula). χρεῖ δ. XV, 10. XXII, 20. XXV, 24. — De XIV, 11, 16, 17, 20, 23, 31. XV, 7. v. p. 68. — Participium praegreditur particulae δέ XIV, 16 et 27. Constat Lysiam hoc vinculum sententiarum valde adamavisse. E. gr. in or. XIII. id adhibuit in 19 §§. cf. Gevers: p. 39. — β) aliud verbum; XIV, 26, 27 (ὁ δέ). — Tertio loco haec particula collocatur, quia duo prima verba tanquam in unum coaluerunt XIV, 26: μετὰ Θεοτίμου δ., 27: οὐ πολλῶν δ. χρ. Quod saepe fit apud Lysiam 1) X, 4 ἐξ ὅτου δ., XII, 74 μετ' ἐκείνον δ., VII, 7 οὐ θαναμαστόν δ., XII, 59. fr. 75, 6: οὐ δυνάμενος δ. — De XIV, 5, 19, 26, 27, 28. XV, 3 nihil est, quod moneam.²⁾

Non minus quam in fronte Lysias in calce enuntiatorum participia ponere solet, atque id ut causas et cogitata personarum melius describat³⁾ et periodum sententia secundaria affixa elegantius absolvat (cf. St 1 p. 506, Th: p. 32). In eis orationibus, de quibus agitur, idem studium apparet: XIV, 4. XV, 9 εὖ εἰδότες, XIV, 10 δεδιότες, XIV, 25 μιμούμενος καὶ ἡγούμενος, 28 φάσκων, XV, 1, 4 ἐνθυμουμένους, XV, 2 ἡγούμενοι. — In XIV, 42 coacervantur quattuor participia: πολιτενοῦμενοι — διακείμενοι — ἀπεχόμενοι — γεγενημένοι. Sed hoc

1) Propter oppositionis aequabilitatem haec inversio, ut ita dicam, usurpatur: VII, 4. XXII, 4 (Heldmanno p. 2 uterque locus ideo offensionis est). XII, 6. XVI, 18. XXV, 17, 22. fr. 53, 2—I, 42. XIII, 85. XVI, 10. Erot. 232^d.

2) Desunt igitur sicut in aliis orationibus haec transeundi formulae: ἀλλὰ γάρ: FG: ad XXV, 17, ἀλλὰ καί: id. ad XII, 86, ἔτι δέ: Leb: p. 74 (adde XXI, 2), Pretsch: p. 32, ἔτι τοίνυν: FG: ad. XXV, 15, Roed: p. 11, ἀλλὰ μὴν: Schep. p. 15 (adde [XX], 11), καὶ γάρ τοι: St 2 p. 119, Karlowa p. 4.

3) Ingeniose Otrfr. Müller (*Litgsch.* 2 II p. 378 adn. 1): 'die Begründungssätze und Participien pflegt L. anders wie bei Thucyd. dem Hauptsätze teils voraus, teils nachzuschicken; z. B. die äussern Umstände voran, die subjektiven Gründe nach.'

offensioni non esse ex eis exemplis elucet, quae Ri: p. 19 sq. conegessit 1): XVIII, 19. XXXI, 2—VII, 41. XIII, 15.

Iam me converto ad consuetudinem vere Lysiacam, quam etiam in XIV. et XV. orationibus observamus. Foe. enim animadvertit (obs. p. 8 sqq. et comm. crit. p. 27) Lysiam multis locis, ut orbem quendam verborum et concinnitatem enuntiati membrorum efficeret, non acquievisse in una voce, cuius notio ad omnia incisa pariter pertineret, sed cumulavisse synonyma, ut membro cuique attribueret praedicatum proprium, licet eadem significatione praeditum sit.

Qua de re post Foe. tam multi 2) egerunt, ut exempla ex orationibus aliis proferre supersedeam. Praebeo igitur or. XIV. et XV. locos; XIV, 13: οἱ σύμμαχοι αἰσθήσονται καὶ οἱ πολέμιοι πεύσονται, 14: οἱ μὲν . . ἐθεραπεύοντο, οἱ δὲ . . ἐπεμέλοντο, οἱ δὲ . . ἐστρατεύοντο, οἱ δ' . . ἐκινδύνεον, 35: ἂν εἰσηγήσαιτο — δηλώσειε δ' ἂν — διδάξειε δ' ἂν — μηνύσειε δ' ἂν, 36: οἴος τ' ἦν — ἐδύνατο, 39: ἐλεεῖ — αἰσχύνεται — ἀγανακτεῖ — μισεῖ — ὀργίζεται, 42: ἡσεβήκασι — ἡμαρτήκασι — διακείμενοι — πολιτευόμενοι, 43: εἴσεσθε — ἡσθησθε — XV, 1: αἰτοῦμαι — δέομαι, 8: γνώσεσθαι — ψηφιεῖσθαι.

Simili ratione Lysias identidem duo vel tria verba, quae idem exprimunt, composuit ad unumque conexuit. Cuius usus, qui latius patet, cum in fragmentis (fr. 1, 2; 43, 89, 102), tum in orationibus multa exempla invenias. In illis haec exempla XIV, 4: πολίτου χρηστοῦ καὶ δικαστοῦ δικαίου ἔργον, 9: καὶ ἄτιμος εἶναι καὶ πάσαις ταῖς κειμέναις ζημίαις ἔνοχος γενέσθαι μᾶλλον ἢ μετὰ τῶν πολιτῶν εἶναι καὶ ὀπλίτης γενέσθαι, 10: v. p. 51, 11: οὐδὲν ὄφελος νόμους κείσθαι ἢ ὑμᾶς σὺλ-

1) 'XIV, 10, ait, nil miri habet; nam etiamsi enuntiatum primum appositum multo superant ambitu, tamen concedendum est ea quamquam *πίρισα*, non ex solo illo ornandi studio nata, sed etiam ad rem satis apta esse, quia scriptor participiis consulto coacervatis Alcibiadis audaciam quam maximam esse audientibus ostendere volebat. Accedit quod membra ipsa sunt brevia et exigua.'

2) Sch: vind. p. 69, Leb: p. 26, Fra: p. 179, G et Fu: ad XXV, 22, G: de arg. p. 141 sq., in ed. proleg. § 13 et ad XII, 7; B: p. 410 sq., Th: p. 24.

λέγεσθαι ἢ στρατηγούς αἰρεῖσθαι, 19: καίτοι πολλαὶ καὶ μεγάλαι καὶ ὑπὲρ ἀπάντων τῶν Ἑλλήνων γεγόνασι¹⁾, 22: οἱ λέγοντες καὶ αἰτούμενοι ὑπὲρ Ἀλκιβ. et διδάσκουσιν ἡμᾶς ἐπιτοκεῖν καὶ τοῖς νόμοις μὴ πείθεσθαι, 38: λέγειν δυνάμενος καὶ φίλων ὄντων καὶ χρήματα κεκτημένος, 40: μήτε ἔλεον μήτε συγγνώμην μήτε χάριν μηδεμίαν περὶ πλείονος ποιήσασθαι, 42: ἀδίκως καὶ παρανόμως—XV, 1: οἱ τιθέντες τὸν ἀγῶνα καὶ τὴν ψῆφον διδόντες, 3: τί δ' ἂν αἴσχιον ἔθος ἢ δεινότερον πρᾶγμα . . γένοιτο, 9: εἴ τῳ δοκεῖ μεγάλη ἢ ζημία εἶναι καὶ ἰσχυρὸς ὁ νόμος. — Si ad eos locos adiungimus illos, quibus oppositio fit verbis οὐκ — ἀλλά, habemus in or. XIV. viginti, in XV. sex exempla. Quem numerum non parvum esse, luculentissime apparet comparata or. XIII. Ea enim quamquam duplo maior est et inter Lysiacas maxime verbotitate laborat (cf. B: p. 560), tamen, nisi forte locus me effugit, duodeviginti exempla praebet. Congruit autem haec res cum eis, quae disseram et de polysyndetorum in or. XIV. usu, quibus multi loci similes sunt et de similitudine or. XV. Cognoscitur enim utrumque scriptorem primum fuisse ad verbotitatem.

Denique magis instar adpendiculae adseram, quae habeam

de argumentationis ex contrario forma

in utraque oratione adhibita. Namque quamvis haec etiam in quarto dissertationis meae capite exponi queant, tamen cum de varia oppositione et compositione enuntiatorum duorum agatur, ea non minore iure huc referri posse conspicuum est. Eorum autem enthymematum, quae huc spectant, numerum plenum accuratissime, ut solet, congessit Gebauer in libro illo, cuius multis locis iam mentionem feci: de hypotact. et paratact. arg. ex contr. formis, quae reperiuntur apud or. att. Zwick. 1877. Quae quoniam G^o diversis locis tractanda erant, nunc eius

1) Rectius fortasse hic gradationis figuram accipias velut § 10: καὶ ἔτεροι μὲν οὐδεπώποτε ὀπλιτεύσαντες, ἰππεύσαντες δὲ καὶ τὸν ἄλλον χρόνον καὶ πολλὰ κακὰ τοὺς πολεμίους πεποιηκότες.

opera grato animo usus in brevi conspectu ponam, ut quid forte discedat a Lysiae usu loquendi, cognoscatur.

1) paratactica forma adhibita efficiuntur contraria particulis μέν — δέ: XIV, (10), 11, 17 (bis), 18, 20, 23, 31 (bis), 36. XV, 6, 7 — apud Lys. sescentiens. 2) hypotactica forma XIV, 21: ὅταν = XXVI, 12. (ὁπόταν XXVII, 3; ἐπειδάν XXII, 21); XIV, 26. XV, 10: pron. relat. cf. XXII, 10. XXV, 17. XXXI, 23; XIV, 16 (ἀλλ' οὐ = XXVI, 1), 33: ὡς c. ptep. Notandum est Lysiam non ὡς, sed ὥσπερ usurpavisse: III, 34. XII, 64. XXIV, 15. XXVII, 11, 16. cf. G: de arg. p. 283 sqq., 324 sqq., supplementa in ed. I p. 212.

Eae particulae, quibus haec enuntiata cum aliis copulantur, sunt: a) γάρ, τίς γ. ἐλπὶς XIV, 21. cf. XXII, 10. XXV, 17 (τίς et subst. XXII, 21. XXVII, 3). οὐ γ. δήπου XIV, 36 = X, 8. XXIV, 13. XXXI, 28. (XII, 27. XIII, 18, 51, 87) cf. XV, 10. (XII, 38, 57, ubi codicis δι' sensu caret). — b) δέ, ἀξιῶ δ. XIV, 20 = XXV, 4. δεινὸν δ. μοι δοκεῖ εἶναι XIV, 17 (1). XV, 7 = VII, 29. XXII, 13. XXX, 8, 32. [XX], 10. — cf. V, 5. XXXI, 31. [XX], 36. ἐμοὶ δ. δοκεῖ δεινὸν εἶναι XIV, 31 (2) = VII, 35 cf. XIII, 91 (cf. G: ed. p. 452). v. s. δεινός p. 41. ἤγοῦμαι δ. XIV, 16. cf. XXI, 16. XXV, 29 (v. etiam G: ad XXV, 18). θαυμάζω δ. XIV, 11, 23; in genuinis Lysiae orationibus nullum exemplum; sed idem in contr. hypotact: XXV, 30. XXX, 9. fr. 78 et e paratact. comparanda sunt: XXX, 17. fr. 53, 1 (XII, 34. XIII, 49. XXXIII, 7). — c) καί, cum interrogatione XIV, 17 (2) = III, 33. XVIII, 15. [XX], 10, sine int. XIV, 10; apud Lysiam saepius. — d) καίτοι, c. interrog. XIV, 26 = XXXII, 27. cf. XIII, 77 — XXVII, 3. XXIV, 2. XIX, 17; sine int. XIV, 31. XV, 6. cf. XVIII, 12. XXIX, 4 — III, 25. XVIII, 8. XXIV, 12. XXVIII, 2. — e) οὐ̄ν, οὐ̄κ οὐ̄ν δεινόν: XIV, 18 = X, 13. XII, 36, 88 etc. cf. G: de arg. p. XI, 19, 85. δεινόν c. inf. in contr. XVIII, 12.

Denique haec singula addenda sunt a) XIV, 10 α) chiasmus: IV, 13. XVIII, 8. XXX, 29. XXXI, 28 (de ommissa part. μέν egi p. 49). β) in utroque membro eadem vox, cum alterum membrum affirmativum, alterum negativum sit. XV, 6, 7. XXIX, 11. XXXI, 28. cf. G: p. 138. (Extra contr. IV, 1. fr. 11.

[VI], 15. [XX], 19, 36.) — b) XIV, 11 et in eo membro, quod a μέν, et in eo, quod a δέ aptum est, τις—ούτος sibi respondent, cum XIII, 54. XXXII, 22. [VI], 15. [XX], 30 in priore tantum, XXII, 13. [XX], 10 in posteriore tantum pronomen ponatur. — c) XIV, 17 α) ἀξιοῦν in posteriore membro: X, 13; β) in priore membro ind. praet., in posteriore ind. fut.=XIV, 31. XV, 8. — XII, 88. XXX, 32. XXIV, 11—XXX, 16; γ) inest verbum, quod 'impunitatem' significat: XIV, 31. XXII, 17. d) XIV, 18 exemplum fictum eiusmodi, ut fictio ipsius contrarii terminis contineatur: IV, 13. VII, 23. XXVI, 10. XXX, 8. XXXI, 26. e) XIV, 23 obiectum utriusque membri commune, praemisum est: XIV, 36. III, 25. XXIV, 12. [VIII], 5. — f) XIV, 31 εἰ in priore membro = ἐπεὶ, in posteriore particula vere condicionalis: XV, 7. XXII, 13. XXX, 32. XXXI, 29, 31. [XX], 36. — g) XIV, 36 negatio in principio posita ad utrumque membrum spectat, in secundo autem repetitur: VII, 26. (De synonymis οἷός τ' ἦν—ἐδύνατο v. p. 66; in contr. IV, 13. VII, 26. XII, 87. XXIX, 9.) — h) XV, 3 'Inest anacoluthia quaedam, maxime contrariorum propria, qua membrum a μέν incipiens aliter quam exspectas suppletur; apud or. non rara est; apud Lysiam non invenitur' (G: p. 129).

Congruunt igitur omnia cum Lysiaca dictione exceptis XIV, 11, 16, 33. XV, 3. Unde fortasse quispiam, imprimis commotus dissimilitudine locorum XIV, 16, 33, causam suspicionis sibi sumat, praesertim cum alias discrepantias pro certo iam statuerim; sed ne ego faciam impedior, quod multae huius argumentationis formae apud Lysiam ipsum singulares sunt. Testes sint hi loci III, 39 ptep. c. artic. coniunctum pro rel. enunt. (G: p. 41), IV, 1 θανμαστόν γε τὸ διαμάχεσθαι (p. 94), XIX, 17 transitus a sing. ad pluralem (p. 9), XXIV, 8 νῦν δ' ἐπειδή—τότε (p. 112, 202), XXIV, 9 εἰ—νῦν (p. 253), XXVI, 1 ὡσπερ—ἀλλ' οὐκ (p. 97, 283).

CAPUT TERTIUM.

De ornatu.

A. tropi.¹⁾

1) translatio (μεταφορά). cf. Roschattus: *d. Metaph. b. d. att. Redn.* 1886, FG: prol. p. 11 adn. 73.

Nihil crebrius usu venit quam ut verba de re militari sumpta ad litem transferantur: ἀλλοκεσθαι XIV, 7, διώκειν XV, 1, λαμβάνειν XIV, 16, 18, 30, παρασκευάζειν XIV, 10, XV, 5 (cf. XXVIII, 7—XIII, 26), φεύγειν XIV, 24, 33 (bis), 36, XV, 1. — cf. F: ad I, 47. XIII, 76, Gleiniger: *Herm.* IX p. 171. — Paulo audacior ea metaphora est, qua scriptor or. XV. usus est in § 2. Nuncupat enim thesmothetas τοὺς τιθέντας τὸν ἀγῶνα ([II], 80 proprio sensu). Sed superatur haec audacia manifesto eo, quod legitur fr. 90: τ. τάξιν λιπεῖν τῆς αἰδοῦς. In illa igitur elocutione non haereo.²⁾

2) antonomasia XIV, 16 τοῦ Ἀλκιβ. νέος τοσαύτην δειλίαν³⁾ καταγνῶναι. Etiam si in ceteris orationibus eius figurae exempla non invenirentur (cf. Bb: p. xv), tamen anton. loco illo nihil suspecti haberet. Nam ut omittam cum de Alcibiadis filio agatur, eam satis promptam esse, illa verba sunt synegororum, qui quin sic locuti sint, eo minus dubium sit, quod actor § 30 ea cum incisione perstringit.

3) illusio. Praeter id exemplum, quod modo laudavi XIV, 10: οὔτε πρότερον ἱππεύσας οὔτε νῦν ἐπιστάμενος, 21: εἰ πάντες Ἀλκιβιάδῃ ὅμοιοι ἐγένοντο, οὐδὲν ἂν ἔδει τῶν στρατηγῶν (οὐδὲ γὰρ εἶχον, ὅτου ἠγοῦντο), 25: ἠγούμενος οὐκ ἂν δύνασθαι πρεσβύτερος ὢν λαμπρὸς γενέσθαι, εἰ μὴ νέος ὢν

1) In universum sequar ordinem eum, quem instituit Volkmannus *Rhet. d. Grch. u. Rdm.* 21885 p. 415 sqq.

2) Translatio inest etiam in voce προπηλακίζω XV, 6 (cf. Rosch. p. 29). Sed hoc verbum semper fere usurpatur sensu tralaticio. — v. p. 54.

3) Post Hirschigium verba τοσ. δειλ. deleri iterum iussit Halbertsma p. 33. Sed eius sententia explosa est a F^o: *phil. Anz.* II p. 139 (καταγνῶναι = aliquem suspectum habere de aliqua re, saepius; cf. XXVI, 2).

πονηρότατος δόξει εἶναι, 34: ὥστ' οὐχ ὁμοίων τῶν ἔργων ἀμφοτέροις γεγενημένων τοὺς λόγους ποιεῖται. — Apud Lysiam saepenumero; potissimum in or. X. XIII. XXIV.

4) euphemismus XIV, 18: ..τούτους οὕτως εὐτυχεῖς εἶναι, ὥστε .. σώζεσθαι, ἡμᾶς δέ, εἰ ἐδυστυχήσαμεν .., μηδένα .. ἐξαιτήσασθαι cf. Erot. 233^b (δυστυχ. μέν — εὐτυχ. δέ). XVI, 15. XVIII, 5. XIV, 41 de vita publica: δ. πρὸς τὴν πόλιν (v. s. πρὸς). cf. XII, 35, 98. XXVIII, 15. cf. F: index C. s. hac v.

5) litotes. Exempla communis generis: XIV, 19, 23, 25, 27, 31, 34, 37. XV, 8. cf. FG: ad XII, 63. XIII, 23.

6) circumlocutio (περίφρασις) Bb: p. xv. — Gleiniger p. 172. XIV, 2: ἀμαρτήματα εἰς τοσοῦτο κακίας ἀφιγμένα v. p. 40 sq.; 38: ὑπερβολὴν ποιησάμενος v. p. 56; XV, 1: πᾶσαν προθυμίαν ἔχει v. p. 83 (cf. F: ad hunc locum).

7) superlatio (ὑπερβολή) cf. Bb: p. xv, F: multis locis (v. index s. v. Hyperbel), St 1 p. 520, Morawskius ll. — XIV, 2: οὐ γὰρ μικρὰ τὰ ἀμαρτήματα et quae sqq. — Adamat etiam Lysias prooemii vim exaggerare veritatis traiectione; cf. B: p. 410. — § 7: ὄλω τ. νόμῳ μόνον αὐτὸν τῶν πολιτῶν ἔνοχον εἶναι. Hoc est genus non rarum exsuperationis, qua reus solus, quod leges violaverit, accusatur (cf. F.). XIV, 33: τιμὴν παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις κτήσασθαι. Lenis est hyperbole et usitatissima¹⁾; locos collegit F: ad hunc locum et XII, 60. — Omnino haec vox πᾶς in deliciis habebatur, ut alicuius criminis magnitudo augetur. In XIV. et XV. his quoque locis XIV, 9: πάσαις τ. κειμέναις ζημίαις ἔνοχος γενέσθαι μᾶλλον ἢ, 35: τῇ πόλει πάντων τῶν (v. p. 40) κακῶν αἴτιος γεγένηται, 38: Θράκης καὶ πάσης πόλεως ἐβούλετο πολίτης γενέσθαι, 39: εἴ τις ὑμῶν ... τούτων ἀπάντων χρεή, 42: περὶ πάντας τοὺς θεοὺς ἡσεβήκασι καὶ εἰς ἅπασαν τ. πόλιν ἡμαρτήκασι et πεπόνθασι τε ἅπαντα καὶ πεποιήκασι.²⁾ — Praeterea tropus superlationis

1) Similis est superlativi exaggeratio adiecto genetivo πάντων; cf. St 2 p. 112, Schultz. p. 40.

2) Quid restituendum sit, certo dici nequit; cf. F, cuius emendatio-

usurpatus est 42: ἀδίκως καὶ παρανόμως καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους πολιτευόμενοι καὶ πρὸς σφᾶς αὐτοὺς διακείμενοι οὐδεμιάς τόλμης ἀπεχόμενοι οὐδὲ ἔργου δεινοῦ ἄπειροι γεγεν. 1) οὕτω γὰρ διάκεινται, ὥστ' ἐπὶ μὲν τοῖς καλοῖς αἰσχύνεσθαι, ἐπὶ δὲ τοῖς κακοῖς φιλοτιμείσθαι, 46: οὗτος δέ μου καταγελαῖ, ὅτι οὐδὲ πολλοστὸν μέρος εἴρηκα τῶν τούτοις ὑπαρχόντων κακῶν (cf. XXV, 2); XV, 10: περὶ Ἀλκιβιάδου . . , ὃς ἂν ὑμᾶς ἔξαπατήσῃ, καταγελῶν τῆς πόλεως ἄπεισιν et τῶν φίλων τοὺς φανερωῶς αὐτὸν εὖ ποιήσαντας κακῶς ποιεῖ. Haec exempla considerantes omnia excepta conviciorum exaggeratione (XIV, 42) ex ingenio et indole Lysiae dicta esse concedemus. At tamen quod attinet ad or. XIV., unum est, quo suspicio suscitatur: est magna eorum multitudo. Profecto non memini me in genuina oratione tantam copiam coacervatam videre.

8) similitudo (παραβολή) cf. Gleiniger p. 171. — XV, 2: σφόδρ' ἂν ἠγανακτεῖτε, εἰ ἐν τῇ ὑμετέρᾳ δοκιμασίᾳ οἱ θεσμοθέται ἀναβάντες ὑμῶν ἐδέοντο καταψηφίσασθαι, ἠγούμενοι et quae sqq. Tentat igitur actor praetores commovere, admonens quid ipsi sentirent, si thesmothetae in docimasia contra se pugnarent. Sed quadrat nec comparatio ipsa, quod praetores reo favent, thesmothetae autem accusatori adfuisse putandi essent, nec vox καταψηφίεσθαι²⁾, quod is, qui in examine illo repulsam tulerat, ullum detrimentum bonorum aut capitis non fecit. Atque num ea sollertia laude digna haberi potest, secundum quam eadem sententia, cuius vis iam exhausta sit, per duas §§ (3, 4) continuatur et bis etiam repetitur? An eo modo argumenti illius auctoritas augetur? Haec sane ista est copia sententiarum et verborum, qua Lysiam abstinuisse Dionysius docet.

9) transgressio verborum (ὑπέρβατον) cf. Sch: obs.

nem secutus sum. Cum K: JJ. CV p. 255 obsistat, adsentiuntur censor F¹ (lit. Centrbl.) et Roe: Z. f. G. 1877, 7.

1) Iure opinor F. in altero membro desiderat οὐδενός. Fortasse si tolerabile est asyndeton, pro οὐδέ illud οὐδενός scribi potest. Concinnitatem hoc modo augeri nemo non videt.

2) Vox propria est ἀποδοκιμάζειν XXVI, 6, 10, 13, 14, 15 (bis).

p. 29 sq., Foe: p. 33 sq., Leb: p. 77, 81, F: ad XII, 94. XIV, 35, St 1 p. 545. — In universum verborum collocatio simplex et iusta est.¹⁾ Nec tamen desunt hyperbata.²⁾ Ut autem omittam, quae sescentiens leguntur velut XIV, 15: ὦν χρὴ μεμνημένους, 16: εἰς ὑμᾶς ἐλάβετε ἑξαμαρτάνοντα, 23: ἧς ἄξιον ὑμᾶς ἀκοῦσαι, 36: κακῶς οἷός τ' ἦν ποιεῖν τὴν πόλιν, XV, 8: ὥστε οὐδένα χρὴ τῶν δεομένων saepissime ea verba, quae coniungenda sunt, discinduntur pronomine personali atque id maxime ita, ut οὕτως a sua voce separetur XIV, 35: οὕτως αὐτῷ μεγάλων ὑπαρχουσῶν et λέγει, ὡς οὕτως ἐκεῖνος μέγα ἐδύνατο. Huc referenda est etiam XIV § 27: ὁ πατὴρ αὐτὸν οὕτω ἐμίσει σφόδρα. — Ex aliis orationibus multa congegesserunt ei vv. dd., quos commemoravi. — Alterum genus transgressionis illustratur his exemplis XIV, 13: τοὺς ἀκοσμοῦντας ἐν τῷ πολέμῳ, 39: τοὺς τεθνεῶντας ἐν τῇ ναυμαχίᾳ et ὑπὲρ τῶν δουλευσάντων τοῖς πολεμίοις. Ea igitur, quae inter articulum et substantivum (ptep., adiect.) ponenda erant, cum neglegentia quadam laxe adnectuntur; similes loci sunt: I, 18: τὰ γιγνόμενα ἐν τῇ οἰκίᾳ, XII, 77: τοῖς εἰρημένοισι τρόποις ὑπ' ἐμοῦ (cf. FG: p. 280), 82: τοὺς ἀπολέσαντας τὴν πόλιν, XIII, 43: τὰς γεγενημένας συμφορὰς τῇ πόλει.

Peculiari loco collocationem vocis πόλις paucis tractabo. Iam Leb: p. 87 observavit a Lysia hoc vocabulum saepius ut efferatur, in fine vel enuntiati vel membri poni. Praeter eos, quos modo exhibui locos (XII, 82. XIII, 43) laudo hosce XII, 49: ὦν οὐχ οἶον τ' ἦν μεῖζω κακὰ γενέσθαι τῇ πόλει, XIII, 36: οὐ ἦν κακῶν ἢ πόλις, XXV, 6: οἱ ὑπάρχοντες ἐχθροὶ τῇ πόλει, fr. 99: λητουργῆσαι μὲν οὐδὲν πώποτε ἐτόλμ. τῇ πόλει. Eadem consuetudo in or. XIV. conspicua est; § 13: ἡγήσονται πολὺ πλείονος ἀξίαν εἶναι τ. πόλιν, § 16: οὐκ ἂν ἐγένοντο συμφορὰι τοσαῦται τῇ πόλει, § 36: κακῶς οἷός τ' ἦν ποιεῖν τὴν πόλιν, § 40: ἡγησαμένους πατρικὸν ἐχθρὸν τοῦτον εἶναι τ. πόλει (!),

1) Non frustra tentavit Roerenus (*Bem. üb. grch. Wort- u. Satzgliederstellung.*) certis legibus circumscribere, quemadmodum Graecorum scriptores verba collocare consueverint.

2) De particulis δέ, ἔνεκα, μέν, μᾶλλον iam supra dictum est.

§ 43: ὑπὸ τούτου τι ἀγαθὸν πείσασθαι τὴν πόλιν.¹⁾ Videmus igitur auctori hanc collocationem pergratam fuisse. Atque haec est causa, cur in § 47: μεγάλη δ' εὐτυχία τὸ τοιούτων πολιτῶν ἀπαλλαγῆναι πόλει (sic X) tuear vocem πόλει addito nimirum articulo τῆ.²⁾

Restat, ut indicem, quam turpem transgressionem admiserit scriptor or. XV. in § 2: εἰ ἐν τῇ ὑμετέρᾳ δοκιμασίᾳ etc. (verba scripsi p. 72). Etenim unusquisque, qui primum legit haec verba, ὑμῶν de ἐδέοντο dependere arbitratur, cum sententiae contextu flagitetur, ut ad καταψηφίζεσθαι referatur. Omni mehercle caret elegantia et venustate.

Proprium genus verborum collocationis est

chiasmus XIV, 4: ὅπως ἂν ὑμεῖς νυνὶ περὶ αὐτῶν γνῶτε, οὕτω καὶ τὸν ἄλλον χρόνον ἢ πόλις χρήσεται, 10: οὐδέποτε ὀπλιτεύσαντες, ἱππεύσαντες δὲ καὶ τὸν ἄλλον χρόνον (v. p. 49, 68), 30: ὃς ἔπεισε Δεκέλειαν Λακεδαιμονίους ἐπιτείχισαι (cum transpositione eorum verborum, quae consocianda sunt). 43: ἀδικεῖν μὲν νομίσαντες, οἰόμενοι δ' εἰς τὸ λοιπὸν χρησίμους ἔσεσθαι (cf. I, 25: ἀδικεῖν μὲν ὠμολόγει, ἠντιβόλει δὲ.. μὴ ἀποκτεῖναι cf. F: ad X, 11), XV, 2: οἱ τιθέντες τὸν ἀγῶνα καὶ τὴν ψῆφον διδόντες.

De chiasmo uberius egit G: de arg. p. 346 sqq.

B. figurae.

a) verborum.

1) de iteratione (ἐπανάληψις) disputavi p. 49, 52 cum voculas ἄν, δέ, μέν tractarem.

2) repetitio (ἐπαναφορά) XIV, 6: οὐχ οὔτινες ἄν —; οὐχ οὖς ἄν cf. fr. 53, 1 sq., § 16: ὡς ἐκεῖνον πολλῶν ἀγαθῶν, ἀλλ'

1) § 4, 8, 10 (bis), 33, 44 nolim premere; in § 4, 13, 15, 19, 20, 30, 37, 38, 41 cur haec transgressio existere non potuerit, manifestum est. Quare solum § 31 et 35 excipiuntur.

2) St 2 p. 116 corrigit τὴν πόλιν, quam lectionem recte postulari a Marklando XXVII, 3 concedo (minus eleganter Heldm. p. 21 sq.: τὸ σωθῆναι καὶ μὴ ἐν τ. πόλει cf. Roe: Z. f. G. 1877, 2). Ceteri quid sentiant, F: in adp. enumerat.

οὐχὶ πολλῶν κακῶν αἴτιον γεγενημένον¹⁾ cf. Bb²⁾: p. xv sq., Carel p. 19. § 23: διὰ μὲν — διὰ δέ in contr. cf. XII, 47. XVIII, 8, 12.³⁾ § 42: ἐπὶ μὲν — ἐπὶ δέ: XII, 24. XXII, 16.

3) congeries (συναθροισμός), α) asyndeton. Haec ut nascatur figura, non adhibitum est; ceterum v. s. ἀναγινώσκω. β) polysyndeton XIV, 2: οὐ—οὐδέ—οὐδέ—καί, 10: οὔτε—οὔτε—οὔτε—οὔτε cf. I, 44. VII, 14; 28: ἢ εἰς—ἢ εἰς—ἢ περὶ—ἢ περὶ, 29: καί—καί—καί—οὔτε—οὔτε, 30: μὲν—δέ—δέ—δέ—καί cf. VII, 28; 39: ἢ—ἢ—ἢ—ἢ—ἢ cf. XXII, 14; 42: μὲν—δέ—δέ—δέ—καί—καί—καί (—καί—καί—καί), 44: καί—καί—καί—καί, XV, 11: —καί—καί—καί—οὔτε—οὔτε—οὔτε. Quorum locorum quamquam aliquot ea specie sunt, ut e genuinis orationibus confirmari possint, tamen iterum offendo in cumulatione. Nam si exempla a Bb^o: p. xvi collecta perlustramus, videmus ipsis in or. XII. et XIII., quae ceteras ambitu longe superant, non plus ter adhibitam esse hanc figuram.

4) zeugma. v. p. 18, 20.

5) annominatio (παρονομασία) Bb: p. xvii, FG: ad XXV, 24, Schultz. p. 38. Nisi forte huc spectare existimas XIV, 10: οὐδὲ πώποτ' ὀπλιτεύσαντες, ἱππεύσαντες δέ, 23: ἀποψηφ.—καταψηφ., 42: ἐπὶ μὲν τοῖς καλοῖς αἰσχύνεσθαι, ἐπὶ δὲ τοῖς κακοῖς φιλοτιμειῖσθαι eius figurae nihil reperitur.

6) παρομοίωσις XIV, 34: τοὺς μὲν πολεμίους ἐξήλασε, τῶν δὲ πολιτῶν. Hoc ipsum a Lysia saepenumero adhibetur; cf. FG: ad XII, 38, Th: p. 34.

1) Quod adnotat RFu: ad XXV, 6 in priore membro, ut concinnitas exoreretur plena, omissam esse particulam καί, quod idem fecisset Lysias XXV, 6, non verum est. Nam etiamsi sollemnis formula est πολλὰ καὶ ἀγαθὰ (XIII, 93. XXV, 4, 11 etc.), tamen etiam deest alibi particula illa: V, 3. XII, 64.

2) Typographi culpa legitur in hoc capite XXX, 3 pro XXXIII, 3. Liceat cetera menda corrigere, quae notavi; p. XVI adn. 4 l. XXIII, 27 (pr. XVIII, 27); adn. 7 l. XXIX, 6 (pr. XVIII, 6) et XXVI, 14 (pr. 4); praeterea p. XI in priore sect. 1: 'In d. Rede XXIX findet sich' (pr. XVIII) et in altera l: 'noch XXXIV (pr. XXXIII) aufs würdigste an.'

3) cf. etiam XII, 26: ὅτι μὲν—ὅτι δέ. Quod contrarium si Madvigii (adv. crit. I p. 175) opinione probata οἴει deletur, eadem forma est ac XIV, 23. Sed v. Fu: ad XII, 26 p. 145 sq.

7) *similiter desinentia* (ὁμοιοτέλευτα) XIV, 2: *πραγμένα*—*ἀφιγμένα*, 9: *κατεφρόνησε*—*ἔδεισε*—*ἐπεθύμησε*—*ἐφρόντισε*—*ὥστε*—*ἐμέλησε*, 10: *ἀπολουμένης*—*σωθησομένης*—*ἔσομένης*—*τιμωρησομένης*, 11: *κεῖσθαι*—*συλλέγεσθαι*—*αἰρεῖσθαι*, 13: *εἴσονται*—*αἰσθήσονται*—*πέυσονται*—*ἡγήσονται*, 14: *ἐθεραπεύοντο*—*ἐπεμέλοντο*—*ἔστρατεύοντο*, 33: *καταλαβεῖν*—*τεμεῖν*—*προσβαλεῖν*—*καταλιπεῖν*, 35: *χωρίων*, *δηλώσειε δ' ἄν*—*φρουρίων*, *διδάξειε δ' ἄν*—*πραγμάτων*, *μηνύσειε δ' ἄν*, 41 sq.: *δεδυστυχήκασιν*—*βεβιώκασιν*—*ἡταιρήκασιν*—*συγγεγόνασι*—*γεγόνασι*—*πεποιήκασιν*—*περικεκόρασι*—*ἤσεβήκασιν*—*ἤμαρτήκασιν*—*πολιτευόμενοι*—*διακέλιμενοι*—*ἀπεχόμενοι*—*γεγεννημένοι*—*πεπόνθασιν*—*πεποιήκασιν*—*αἰσχύνεσθαι*—*φιλοτιμεισθαι*, 44: *ἀδύνατος*—*διάφορος*—*μισούμενος*, 45: *ἄλλοις*—*φίλοις*—*ἐθέλουσι*—*ἐπιθυμοῦσι*—*δημηγοροῦσι*, 47: *εἰρημένα*—*παραλελειμμένα*. XV, 1: *αἰτοῦμαι*—*δέομαι*, 8: *γνώσεσθαι*—*ψηφιεῖσθαι*—*ποιεῖσθαι*, 9: *νομοθετήσontes*—*ψηφιοῦμενοι*—*ἐλεήσontes*—*ὀργιούμενοι*—*βοηθήσontes*. Quae exempla non numero, sed singulorum amplitudine et artificiosa compositione discrepare a Lysiae consuetudine iam B. monuit. Missum facio minima membra saepius specie saltem huius figurae coniungi (v. XIV, 42, 44, 45, 47); quid vero? novem verba in § 42 eandem in determinationem (-ασιν) exire et eis adseri duo paria, quorum prius duo in -ως, alterum quattuor in -μενοι determinantia continet, num minoris artis testimonium est quam quod in § 35 homoeoteleuton ita comparatum est, ut ultimae in secundo enuntiato vocis terminationes additis primis verbis primarii sibi respondeant?

8) *contrapositiona* (ἀντιθέσεις). Nihil est, quod Lysias magis in deliciis habuerit quam antitheses. Nec non in or. XIV. et XV. frequentissime adhibentur. Efficiuntur autem particulis: *μέν*—*δέ* in XIV. or. triciens quinquiens, in XV. quinquiens; *οὐ*—*ἀλλά* in XIV. noviens, in XV. ter; *οὔτε*—*οὔτε* in XIV. deciens, in XV. semel; *μᾶλλον ἢ* in XIV. bis; (*οὐ μόνον*—*ἀλλά καί* v. p. 42).

Praeterea his locis contentiones leguntur XIV, 1: *καὶ εἰ*—*οὐδὲν ἤττον*, 2: *φιλοτιμεισθαι*—*αἰσχύνεσθαι*, 7: *καταλεγείς*

— οὐ συνεξήληθε — δέον — εἴλετο, 11: πρώτης — δευτέρας —
— δπλίταις — ἰππεῦσιν, 25: πρεσβύτερος, λαμπρός — νέος,
πονηρότατος, 30: πλεονάκις — ἦ, 31: ὡς οὐ — ὡς, 34: δου-
λεύειν — ἐλευθεροῦν, XV, 10: εὖ — κακῶς ποιεῖν, 12: βοηθεῖν,
φίλος — τιμωρεῖσθαι, ἐχθρός. — Verba, non sententiae oppo-
nuntur: XIV, 21, 25, 30, 43. — XV, 3, 5. cf. Th: p. 24.

9) comparia (ἰσόκωλα) XIV, 13, 19, 35, 42. — XV, 8. Has
autem duas figuras cum nec numerus nec ratio talis sit, ut
suspicionis ansam praebeant (cf. B: p. 412 sq.), fusius tractari
non opus est.

β) sententiarum.

1) interrogatio rhetorica cf. Fritzs. p. 4. — XIV, 6:
οὐχ οἵτινες ἄν — οὐχ οὖς ἄν. Deest particula interrogativa;
cf. A: p. 55; adde fr. 1, 3 et 5. — XIV, 21, 43 (τίς ἐλπὶς), 35
(τίς), 41 (πότερον), XV, 3 (τί... αἴσχιον ἔθος ἦ...).

2) subiectio (ὑποφορά) Leb: p. 81, Gleiniger II. p. 170,
G: ed. I p. 287, B: p. 415, Th: p. 28. Unum quod exstat
exemplum XIV, 41: πότερον ὡς δεδυστυχήμασιν καὶ βεβιώ-
μασιν; οὐχ... γεγενημένοι; ἀλλά — καὶ μὲν δῆ — ἀλλὰ μὲν δῆ
ideo notandum est, quod non more Lysiae (cf. M: p. 13) conti-
nuatur sola particula ἀλλά, identidem posita, sed particulis
καὶ μὲν δῆ et ἀλλὰ μὲν δῆ. Nam cum Lysias hanc figuram
adamarit et permultis locis usurparit, mirum est, quod ne uno
quidem loco eius orationum simile quid legitur.¹⁾

3) praesumptio (προκατάληψις).²⁾ Scriptor or. XIV.
usus est hac argumenta refellendi ratione in § 8: καίτοι φασὶν
αὐτὸν ταύτην τὴν ἀπολογίαν ποιήσασθαι³⁾, ὡς — ἐγὼ δ' ἠγοῦ-

1) Hoc stat, etiamsi cum F^o: ed. min. II pro οὐχ... γεγεν. emendatur
ἀλλ' οὐχ... γ., quae coniectura admodum blanda est; cf. Roe: Z. f. G.
1877, 7.

2) De hac figura optime meriti sunt F et G, qui in ed. I p. 380 sqq.
ingentem exemplorum copiam congesserunt, ut quomodo anteoccupatio in-
coharetur, continuaretur, redargueretur, manifestum esset.

3) Ut infinitivum aor., qui in cod. traditur, secutus opinionem Roederi
(p. 47 sq.) defendam contra G: p. 381, consequens est eis, quae disputavi

μαι, 16: ἡγοῦμαι δὲ οὐχ ἔξωιν αὐτούς, ὅ,τι λέξουσιν. ἀναβαί-
νοντες δ' ὑμᾶς ἐξαιτήσονται καὶ ἀντιβολήσουσιν. ., οὐκ ἀξι-
οῦντες. . ὡς ἐκείνον πολλῶν ἀγαθῶν, ἀλλ' οὐχὶ πολλῶν κακῶν
αἴτιον γεγενημένον nec video, quid obstet, quominus huc re-
feramus 31: καίτοι σφόδρα εἴθιστα λέγειν, ὡς. . ἐμοὶ δὲ δοκεῖ,
32: τολμᾷ λέγειν, ὡς. . ὡς τῶν αὐτῶν ὄντας ἀξίους, 35: φιλο-
τιμεῖται καὶ λέγει, ὡς. . καίτοι τίς οὕτως ἄπειρος. Particula
καίτοι incohari praesumptionem excepta § 8 (v. § 31) praecise
negat Schepius p. 17 et G. dumtaxat Aeschinis locum (III, 189)
affert. Attamen nisi vehementissime fallor, etiam apud Ly-
siam exempla leguntur XII, 89: καίτοι λέγουσιν, ὡς Ἐρατο-
σθένει ἐλάχιστα. . εἴργασται, XXVI, 16: καίτοι γε¹⁾ αὐτὸν
ἀκούω λέγειν, ὡς ἐστίν. . ὡς ἐκ τούτων προσληψόμενον αὐ-
τόν. . Multo nempe usitatior est particula δέ, quae in § 16
adhibetur. — Illud exemplum, quod posteriore loco exscripsi,
cum § 16 (§ 32) simul propter parem refutationis formam (ὡς
c. acc. ptep. absol.) comparari potest. Similes loci sunt X, 6.
XII, 64. XXII, 11. Neque altera ratio (in §§ 8, 31) a Lysia
abhorret. Nam X, 30. XXVI, 4, 16. XXVIII, 12. XXX, 17
perinde praemittitur pron. pers. ἐγώ et cum XII, 63 et XXVI, 4
οἶμαι sit verbum incohativum, ἡγοῦμαι usurpatur XXX, 17.
Particula autem καίτοι introducitur sicut in § 35 argumentorum
refutatio XII, 63. Denique verbum defendendi (§ 8) etiam inest
in XII, 62. XIII, 77. XXVI, 3. XXVIII, 12 (ἀπολογεῖσθαι),
eadem sententia, quae in XIV, 16 etiam in X, 6 et XXII, 11.
Nihilo setius aliqua discrepantia inter XIV, 8 et Lysiae exem-
pla statuenda est. Neque enim quotcunque formis praesum-
ptionis Lysias usus est, unquam verbum primum φασί ad-
hibuit et quamquam alia verba dicendi exstant: εἰπεῖν XII, 50,
ἔρεῖν X, 6. XXII, 11. XXVIII, 12, tamen nunquam ita con-
formata sunt, ut ad quemlibet pertineant, sed vel reus vel eius
synegori intellegendi sint. Quod discrimen nullius momenti

p. 21 s. v. μέλλω. Perspicuum autem est hic eadem cautione opus esse,
ne eum pro argumento in ullam partem sumamus.

1) Additum illud γέ nihil efficit discriminis; e. gr. in eadem argu-
mentationis forma I, 42 καίτοιγε, XIII, 53 καίτοι (G: ed. p. 394).

esse propterea non existimo, quod anteoccupationis specie frequentissime a Lysia adversariorum argumenta impugnantur, ut maxima esset occasio locutiones variandi.

4) omissio (*παράλειψις*)¹⁾ XIV, 28: ὅσα μὲν οὖν . . ἡμάρτηκε, μακρὸν ἂν εἶη λέγειν. Conveniunt cum Lysiae ratione duo: unum quod transitus fit particula οὖν (= XXXII, 26), alterum quod praemittitur interrogativum enuntiatum secundarium (cf. Sachsius *üb. d. 30. Rede d. Lys.* p. 37 sq.). Formula autem ipsa, in qua occultatio inest: μακρὸν ἂν εἶη λέγειν apud Lysiam non redit. Sed sunt etiam aliae huius modi locutiones, quae non plus semel leguntur: οὐδὲν δέομαι λέγειν (XII, 42), τὸν μεταξὺ βίον . . παρήσω (XII, 43—XXXI, 20), πολὺς ἂν μοι εἶη λόγος διηγείσθαι (XXIII, 11). Illam igitur transitionis formam Lysiae vindicari posse iudico.

5) fictio personarum (*προσωποποιΐα*)²⁾ XIV, 18 cur hanc figuram non statuerem, exposui p. 16 sq. — Ceterum invenitur solum id genus simplicissimum et apud Lysiam quoque frequentissimum (cf. Gleiniger p. 171), quo νόμος tanquam ipse imperet vel prohibeat aliquid: XIV, 5, 8 ὁ νόμος κελεύει. Similiter nonnunquam πόλις ut persona mente ac voluntate afficitur XIV, 10: οὐχ ὡς ἀπολουμένης τῆς πόλεως, ἀλλ' ὡς σωθησομένης καὶ μεγάλης ἔσομένης καὶ τιμωρησομένης τοὺς ἀδικούντας et ὡς οὐκ ἐξεσόμενον τῇ πόλει δίκην λαμβ. Cetera apud M: p. 15.

6) anacoluthia. Tria exempla unius generis XIV, 16, (quem locum exhibui p. 78); 21: ἀξιῶ εἰάν μὲν . . , ὀργίζεσθαι· εἰάν δέ . . ὑμᾶς δὲ χρη . . , 22: ἀξιῶ ἂν μὲν . . , ἀποψηφίσασθαι, εἰάν δέ . . , χρη . .

Prius igitur membrum aptum est a verbo principali, cum posterius mutata structura ex hoc complexu solvatur et per se constet. Locos gemellos e G¹: de arg. p. 262 et M¹: p. 29 sq. dissertationibus repetere supersedeo; cf. etiam Sch: vind. p. 44.³⁾

1) In G¹ de praeterit. formis apud or. att. dissert. v. imprimis p. 19 et 38 (supplementum in ed. p. 417).

2) cf. Rosch: p. 40 sq., FG: prol. adn. 74, Bb: p. xvi, Fritzsck: p. 7.

3) Pluygersium (Mnemos. 1862 p. 84) hic usus frequentissimus fugisse videtur. Poscit enim, ut XXII, 19 infin. ἔσεσθαι scribatur.

Haec de ornatu. Restat, ut ea quae disputavi, complectar. Atque in or. XIV. ut inde ordiar, cum cetera a Lysiae usu dicendi haud aliena sint, duplex differentia statuenda videtur. Primum enim ad eas, quas p. 57 sqq. exposui sermonis discrepantias, accedunt duae, quae cur praecipue premendae sint, iam dixi (p. 77, 79): in § 13 subiectionis continuatio et in § 8 praesumptionis introductio. Insignior autem et ad nostram quaestionem absolvendam gravior est ea dissimilitudo, quae in cultu et ornatu orationis posita est; non quo scriptor or. XIV. tropis et figuris usus sit, quibus Lysias abstineret, sed quod et omnia fere ornamenta, quae ille diversis in orationibus adhibuit, in unam or. coegit et inter haec eis ornamentis intemperantius usus est, quae potissimum in usu Lysiae sunt et maxime speciem rhetoricam prae se ferunt, superlatione, congerie, homoeoteleutis. Ne repetam, quam artificiosa ac putida ratione similiter desinentia composita sint, si quidem id orationem figuris ornantis est, ut audientium aures magis oblectet et animos facilius captet, unusquisque intellegit nec hoc nec illud effici tanta exaggeratione verborum similiter desinentium, quanta inest in § 42. Haec profecto multum abest ab illa simplicitate et moderatione vere attica, quam Lysias nulla in oratione neglexit ac ne in Erotico quidem, in quo nonnullas comprehensiones maiore artificio quam ille solet compositas inesse constat (cf. Gevers. p. 19 sqq., 24, Carel. p. 21). Quid? quod scriptor reum quam plurimis criminibus atque eis quam immodestissime coacervat — consulto enim factum esse puto, ut polysyndeton solis eis locis usurparetur, quibus reo obtrectatur — et eo studio perducitur, ut verbis et sententiis ea, quae Alcibiades egerit et deliquerit, ultra modum et veritatem augeat et extollat? Ipsa haec intemperantia et figurarum et maledictorum nota quasi et signum est or. XIV. et tantopere sub oculos cadit, ut taedio quodam implearis. Quantum autem id distet a Lysiae ratione et consuetudine, eminebit, si or. XIII. contuleris. Quae et ipsa deuterologia et gravissimis in Agoratum conviciis conferta num unum locum praebet, quo tanta multitudo contumeliarum deinceps effunditur? Immo haec mihi ars

Lysiae videtur esse, ut multis locis reo maledicat, singulis autem breviter et vehementer. In natura igitur ipsa et indole inest discrimen inter Lysiacas orationes et or. XIV.

Secus, iudicandum est de or. XV. Insignis enim est duabus potissimum rebus: inopia ornatus et argumentorum amplitudine. Habemus enim praeter tritissimum genus translationis (§§ 1, 5) et duas lenes superlationes (§ 10) duo homoeoteleuta, satis mira scilicet intra hanc ieiunitatem, praesertim cum alterum minus excultum, alterum nimis exornatum sit. Polysyndeton autem (§ 11) in enumeratione suo loco est. Quid multa? penuria illa nonne offensioni est propterea, quoniam id quod orator sibi proposuit, deprecantium refutationem ornamenta quaedam non modo non dedecuisse, sed potius adiuvissent et auxissent? Argumenta vero iusto longius deduci iam Fa (p. 195) observavit et ipse p. 72 commemoravi. Hoc loco addam etiam ea, quae in §§ 9 et 10 disputantur, pro orationis ambitu nimis longa mihi videri et plane carere vi et acumine. Desideratur igitur brevitatis non tam verborum quam sententiarum.

Denique e re est ea comparare, quae de utraque oratione diximus. Iterum enim — cum discesseris a constructione verborum *καταλέγειν* et *τιμωρεῖσθαι* (cf. p. 58 sq.) — videmus has duas orationes luculenter inter se differre; nam qua re or. XIV. redundat, ea or. XV. eget: ornamentis.

Verborum delectu, compositione, ornatu accuratius examinatis non parvam partem earum rerum, quae sub

CAPUT QUARTUM

De virtutibus vitiisque Lysiae et scriptorum or. XIV. et XV. Dionysio teste inter se comparatis

subiungenda erant, iam expeditam esse consentaneum est. Ac primum quidem, quod attinet

1) ad sinceritatem sermonis

praecipue primo capite apparebat etiam scriptores illos purum genus dicendi affectavisse ac nomina et verba genuino nati-

voque sensu adhibuisse (B: p. 493). Neque igitur mirum est, quod longe plurimae voces eodem sensu usurpari et eisdem cum verbis atque a Lysia consociari solent. — Aliud iudicandum erat

2) de simplicitate.

Nam quamquam ea nomina verbaque et composita et derivata, quae in orationibus duabus inveniuntur, paucis exceptis aut a Lysia ipso usurpata sunt aut ita defendi potuerunt, ut suspicionem non susciterent et quamquam praeterea ratio enuntiata inter se conectendi et periodorum structura simplicissima sunt et cum Lysiae consuetudine congruunt, tamen propter ea quae, quamvis inter se diversa, de ornatu utriusque orationis dicta sunt, fieri non potest, ut orationi XIV. vel XV. laus Lysiacae simplicitatis tribuatur. — Transeo igitur

3) ad perspicuitatem.¹⁾

In or. XIV. etsi verba librariorum culpa multis locis non sana sunt, sententias planas et dilucas esse nemo non videbit. Statim intellegitur cur, in quem, a quo lis intenta sit; iam ex prooemio cognoscitur hanc orationem habitam esse, ut actor primarius adiuvaretur; perspicue discernuntur tres illae partes: exordium, refutatio, peroratio. Ac ne argumenta quidem, quibus orator utitur, obscura sunt aut parum explicita. Primum enim breviter, quoniam Arcestratides hunc locum iam absolvit, leges tractantur, deinde quid valeant preces eorum, qui reo aderant, explanatur, tum mores rei ipsius, denique vita patris describuntur. Eos autem locos, quibus sententiarum progressus impeditus videtur, pravitati codicis crimini dari oportet. Quare orationem XIV. perspicuitate verborum et sententiarum insignem esse censeo.

Contrarium vero de altera oratione statui necesse est; non quo offendendum sit, quod ea exordio caret (cf. Schaefer *Dem. u. s. Zeit.* 1858. Beil. IV p. 122, B: p. 495) aut manifestum non

1) Negari nequit Dionysium hanc virtutem nimis praedicavisse. Sed Frai opprobria (p. 16 sqq.) recte me iudice diminuit Hentschelius: p. 43 sq.

sit, cur et in quem habita sit, sed velim ad haec animum attendas. 'Alloquitur orator initio', ut Fraⁱ verba (p. 112) mea faciam, 'iudices, de praesidibus iudicii in tertia persona verba faciens (γεγόνασι, βούλωνται), tum ἐνθυμουμένους proferens subito se ad ipsos convertit strategos (ἡγανακτεῖτε). Porro in verbis ἐμῖν ἐδέοντο καταψηφ. genitivus pendet non ab ἐδέοντο, sed a καταψηφ., ἡγούμενοι accommodatum est ad ἡγανακτεῖτε. Constructio est et contorta et dura.¹⁾ Nam πᾶσαν προθυμίαν ἔχειν mire iungitur c. inf. subiecto diverso et ἡγούμενοι postquam novum subiectum interpositum est, aegre ad ἡγανακτεῖτε refertur.' Et si quis illud hyperbatum tollere audeat ἐμῶν transponendo, restat tamen cumulatio participiorum addi versas personas spectantium, restat subita allocutionis conversio. Non ignoro etiam in Lysiae orationibus tales locos inveniri quales hi sunt: XII, 97 ὅσοι . . διέφυγον . . , ἤλθετε εἰς τὸν Πειραιᾶ vel XIII, 75: εἰ μὲν οὖν μὴ ἀποκτείνας προσποιεῖται, ἀδικεῖ· εἰ δ' ἀμφισβητεῖς καὶ φήσ . . .²⁾

Sed quantum eius generis loci ab illo differant, primo obtutu perspicitur. An quemquam effugit illic planis verbis conversionem effici, hic eam tanquam irrepere participio ἐνθυμουμένους occultam? At verba, cum pronuntiarentur, tanto facilius ab audientibus intellegebantur, quod actor certis gestibus certoque corporis motu eos, quos appellabat, significabat (cf. Wolfius ed. Dem. Lept. 1789 p. 365). Audio; sed haec ipsa est Lysiae perspicuitas, ut etiam legentibus, quid verba sibi velint et quomodo conectenda sint, statim intellegatur. — Nec maiore perspicuitate sunt, quae in sequentibus paragraphis disputantur. Sententiarum contextus hic est: 'vos, praetores, rogo, ut pari benevolentia et reum et accusatorem audiatis (§ 1).

1) Durior mehercule Kⁱ coniectura probata. Is enim (*Heidelb. Jahrb.* 1866 p. 296 et denuo *JJ. CV* p. 255) post ἔχειν (et in § 6 post ταχθῆναι) inseri iussit αἰτεῖσθαι. At praetores non id operam dant, ut orent et rogent — hoc enim nulla opera adhibita fieri potest — sed ut iudices eo modo rem disceptent, quo vehementissime cupiant.

2) Egerunt de hac ἐκβολῆς figura, a [Long.] de sublimitate 27 commemorata Foe: obs. p. 34 et Sch: vind. p. 52, 81.

Nam considerate vos aegerrime laturos esse, si thesmothetae, cum vos in docimasia probarent, eis faverent, qui vos munere indignos esse contenderent (§ 2); praeterea autem turpissimum est iudiciorum praesides aut reum aut actorem adiuvare conari (§ 3). His duabus causis (τοίνυν § 4) permoti mecum facite, deliberantes — sed iam de codicis scriptura dubitatur. Praebet enim Palatinus haec: *ὅτι οὐδὲν δεήσει ἰδίᾳ περὶ τῆς ἀστρατείας βοηθεῖν ἢ τούτου ὧν τινὰς δεῖσθαι αὐτοῖς τὴν ψῆφον διδόντας*. Ac Sluiter (lect. And. p. 263) existimans corruptellam τούτουων inde natam esse, quod duae in codice lectiones exstarent, τούτων τινὰς et τούτους, sic ratiocinatur: 'utrumvis eligas, locus erit persanus: cogitantes non oportere vos privatim pro Alc. in hoc iudicio intercedere neque hos etiam strategos oportere, iudices, quos in suffragia mittunt, exorare'. Videtur igitur, sicut ante eum Reiskius, illud ὑμᾶς referre ad iudices. Quod non credo, quia pro certissimo habeo ὑμᾶς ad eosdem spectare ad quos ὑμῶν αὐτῶν. Qui autem sunt? Ex verbis καὶ et αὐτῶν, quibus dicitur: 'non solum mea (accusatoris vel reipublicae), sed etiam vestra interest non ferre reo auxilium', apparet et particulae τοίνυν vim esse conclusivam et ὑμῶν ad duces pertinere. Ergo ὑμεῖς intellegendi sunt praetores. Idem cum sensisset Bk., correxit διοίσει pro δεήσει et τούτων pro τούτουων, quod suo iure omnes editores nunc amplexi sunt. Cum autem Fraⁱ sententiam eadem causa qua Sluiteri concidere oporteret, F. novam significationem vocis ἰδίᾳ statuendam esse putavit; referri enim eam non ad subiectum, sed ad obiectum, ut opponatur voculae κοινῇ (= einseitig).¹⁾ Profecto quamquam haec notio singularis est et abhorret a sermonis simplicitate, cui huius orationis scriptorem in universum operam dedisse vidimus, tamen non intellego, quid aliud relinquatur. — Inde a § 5 orator singula tractat. Sed ne ea quidem ut dilucide exponeret, ei contigit. Vide enim haec. Eius probationis quae in § 5 incipit, exitus (§ 6 καίτοι

1) R: *JJ.* XCVII p. 602 vocem in sensum vulgarem accipit, cum praetores antea iudices adierint et oraverint. Sed hoc fieri potuisse non credit is, qui rationis Atheniensium iudiciorum meminerit.

δεινόν) recte incohatur uno antithesis dimidio: attamen, ait orator, horribile est praetores, cum ipsi tum demum munera subire audeant, cum examinati sunt, Alcibiadem contra leges — en, non pergit in equitum numero collocari iubere, sed se collocare audere. Vis igitur opprobrii infringitur et in Alcibiadem convertitur, quamquam ab initio orationis usque ad § 9 non Alcibiadis audacia, sed praetorum mores impugnantur et id quod requiritur, paulo ante dictum est (*ὑπ' αὐτῶν τεράχθαι*). Quae offensio nec Fraⁱ nec Kⁱ (v. p. 83) coniecturis minuitur. Nam sive *ὑπ' αὐτῶν* exterminatur e textu sive *αἰτεῖσθαι* inseritur, quo inserto impedita fit verborum structura, violatio legum non praetoribus, sed Alcibiadi crimini datur. Halbertsmæe autem ratione — eici iussit p. 36 vocem *τολμᾶν* — non modo deletur oppositionis concinnitas, sed id ipsum verbum expellitur, quod cum vi et gravitate dictum est. Huc accedit, quod cum idem subiectum ad utrumque infinitivum referendum esset, activum *τάξαι* desideraretur. Denique quid sibi vellent verba *ὑπὸ τ. δήμου χειροτονηθέντας*? Immo si cui medela opus videtur esse, textum ea sola coniectura sanari posse arbitror, quam Lipsius, praeceptor meus illustrissimus, quondam in societate sua proposuit. Inserit enim ante *τολμᾶν* verbum *ὁμολογῆσαι* et commutat *ὑπὸ αὐτῶν* in *ὑφ' αὐτῶν*. Quaecunque autem sentis, id concedes hunc quoque locum non ea virtute ornatum esse, qua Lysias maxime animos audientium commovebat. Nam licet a legentibus haec verba intellegantur, audientibus ea obscura fuisse vixdum negaveris.

Etiam quae sequuntur argumenta magis indicantur quam explicantur. Inde enim, quod praetoribus non licebat ex eis equitibus, qui probati erant, quemlibet in hoplitarum numero collocare, colligit orator ne contrarium quidem eis licuisse. Huic autem sententiae verba ita non respondere videntur, ut ea corrupta esse existimem. Is enim, qui integro animo hanc paragraphum perlegerit, in fine desiderabit non vocabulum *ἰππεύειν* (= equitem esse), sed equitem efficere vel tale quid, quod ad alteram vocem *ὄντινα* pariter adponatur, atque ad priorem *ὄντινα* illud *καταλέξαι*. Quae concinnitas ut resti-

tuatur, periculum facio addendi $\acute{\epsilon}\tilde{\alpha}\nu$, quod idem in § 8 ($\acute{\epsilon}\pi\text{-}\pi\acute{\epsilon}\nu\epsilon\iota\nu\ \acute{\epsilon}\acute{\iota}\alpha\sigma\alpha\nu$) invenitur et inter $\text{-}\acute{\epsilon}\iota\nu$ et $\text{-}\acute{\epsilon}\iota\mu\epsilon\nu$ facillime ex-cidere potuit.

Sed cum hic mihi ipsi coniectura opus esse videatur, quod verba, non sententiarum cohaerentia impedimento erat, in proxima paragrapho non comprobo Foeⁱ correcturam $\acute{\delta}\rho\gamma\acute{\iota}\zeta\omicron\iota\sigma\theta\acute{\epsilon}$ (pro $\chi\alpha\rho\acute{\iota}\zeta\omicron\iota\sigma\theta\acute{\epsilon}$, comm. cr. p. 12 sq.), quamvis lenem. Sic enim puto oratorem disserere: 'sed, inquit, fac ea, quae dixi, nihil valere et fuisse penes praetores, ut e magno numero eorum, qui equites fieri cupiebant, neminem nisi Alcibiadem admit-terent: ne tum quidem vos, iudices, obsequamini; nam eo modo lege quasi sanciretur, ut magistratus aequitatis ratione non habita id solum agerent et perficerent, quod sibi placeret.' Multo igitur maiore cum odio et acerbitate hoc dicitur quam illud. Nam iudices admonentur, ne id tanquam si iustum sit, permittant, quod praetores perpetraverint curantes verba, non sententiam legum. Quare Fⁱ monitu codicis scriptura non cor-ruit. Concedo haec magnam partem divinanda esse; sed est huius oratoris res indicare, non exponere.¹⁾ In sequentis para-graphi enuntiato primo: $\acute{\epsilon}\acute{\iota}\ \delta'\ \acute{\alpha}\kappa\omega\rho\omicron\iota\ \acute{\delta}\nu\tau\epsilon\varsigma$ etc. argumentatio propter insolentem brachylogiam aliquantum implicata est. Nam illud $\acute{\delta}\mu\omicron\lambda\omicron\gamma\acute{\eta}\sigma\omicron\upsilon\sigma\iota\ \tau\acute{\alpha}\xi\alpha\iota$ dicitur pro $\acute{\epsilon}\acute{\iota}\ \acute{\epsilon}\tau\alpha\xi\alpha\nu$, $\acute{\delta}\ \acute{\delta}\mu\omicron\lambda\omicron\gamma\acute{\eta}\sigma\omicron\upsilon\sigma\iota$ (= $\acute{\delta}\mu\omicron\lambda\omicron\gamma\acute{\epsilon}\iota\nu\ \acute{\alpha}\nu\tau\omicron\upsilon\varsigma\ \delta\epsilon\acute{\iota}$). Ceteroquin non adversor Blassio, qui et huius et proximae paragraphi argumenta non ita dilucida vel subtilia esse asseverat.

Inde a § 9 tandem omnia bene fluunt.

Et quid consequitur? orationem XV. propter obscuritatem verborum et sententiarum ex aequo distare a genuinis oratio-nibus atque ab or. XIV., cuius perspicuitas Lysiaca omni parte propria est.

Iam agendum est

4) de brevitate et

5) de periodorum structura.

Quoniam autem omnia, quae huc pertinent, in praecedenti

1) Memoratu dignum est F^{um} adnotationes nullius orationis aequae ac decimae quintae complevisse expositione sententiarum contextus.

capite explanavi, restant quinque virtutes; sed cum eas excepta pithanotete uno capite comprehendere et cum summa iudicii consociare melius sit, antea loquar

6) De rerum inventione et dispositione.¹⁾

1) or. XIV. in tres partes: prooemium (§ 1—3), argumentationem (§ 4—45), perorationem (§ 46 sq.) dividi facile cognoscitur.

A) Atque exordium quidem est *προοίμιον ἐκ διαβολῆς (ἐκ τοῦ ὀργίζειν)*, a quo plerasque orationes Lysiae incohari inter omnes constat²⁾; v. e. gr. III, 1. XII, 2. XIII, 1 sqq. XXIV, 1 sqq. (cf. I, 43).

Perstringit igitur actor Alcibiadem et traducit eius pravitatem; postulat, ut poena facinorum magnitudini respondeat (§ 1—XXV, 13), excusat accusationem inimicitii a patre hereditate acceptis (§ 2), sicut actor or. V. defensionem rei amicitia, quae ipsum cum patre coniunxerit, explicat, denique addit etiam iudicum interesse reum ulcisci (§ 2—I, 47. XXXII, 2). Excipitur prooemium brevi propositione, quae rei plane apta est (§ 3). — B) Deinde sequitur argumentatio. Quam cum per tantum paragraphorum numerum pertineat, ab oratore ipso in partes quasdam secari non miramur. — a) Primum igitur in § 4—15 de eis legibus agitur, quas Alcibiades laeserat. Viola-
verat autem duas: unam, quod quamquam inter pedites conscriptus erat, inter eos stipendia non fecit, alteram quod examine non superato equo meruit (v. § 22. XVI, 13. L: att. Proc. p. 465). Tractatur ideo priore parte (§ 4—7) illa, in altera (§ 8—11) haec lex. Est igitur status definitivus (v. § 8. — Cum

1) Praeclara est dissertatio Ottseni: de rer. inv. ac disp., quae est in Lys. atque Antiph. orat. progr. 1847. — Ceterum manifestum est multa, quae de tropis et figuris velut de superlatione et praesumptione exposui, huc quoque spectare. Nec vero est, cur haec repetam.

2) Dionysium Lysiae propter varietatem exordiorum nimiam laudem tribuisse imprimis Fra: p. 2 ostendit. Cf. praeterea Otts. p. 11, Sch: vind. p. 65, Th: p. 20. — De ratione ipsa, quae cohaeret cum iure talionis (XV, 10—XII, 60. XIII, 4, 92) disputat L. Schmidtus: *Ethik d. alten Grch.* II p. 359 sqq.

§ 9 comparandae sunt: XII, 84. XIII, 73. XXX, 5). Quaecumque expositione laxè consociatur locus communis, qui apud oratores saepissime redit. Admonentur enim iudices longiore epichiremate¹⁾, ut reus, qua sit nominis auctoritate et generis nobilitate, eo consilio puniatur, ne alii hoc exemplo usi similia facinora committant, sed poenae magnitudine deterreantur. Eadem sententia, in brevius redacta, in altera oratione (§ 9) exprimitur et a Lysia permultis locis. cf. A: p. 25. Simillimus eorum est XXVII, 7. — Postremis denique paragraphis laudatur, quemadmodum ceteri in bello se gesserint ([II], 25). — b) In altera argumentationis parte, quae incipit a § 16 et finitur § 22, continetur *συνηγόρων ἐκβολή*, quae dicitur. cf. XII, 85. XXVII, 12. XXX, 31 sqq. XXXI, 22. Studet autem orator preces eorum, qui reo adsunt, infirmare exponens, quid pater, quid filius peccaverit (§ 17—XII, 65. cf. § 30—XII, 36. [VI], 20), castigans eorum arrogantiam (§ 18—XVIII, 12. [XX], 34), praedicans Atheniensium de tota Graecia merita (§ 19—XXXIII, 6. XXXIV, 11. [II], 20, 42). Praetores vero ipsos nihil appetere quam ut ostentent, quantopere in republica valeant (§ 21—XII, 86. XVIII, 13. (VII, 21. XXVII, 6)), cum eorum sit demonstrare Alcibiadem aut in peditum numero militasse, aut examen equitum superavisse (§ 22—XXVII, 13—eadem oppositionis forma: XII, 34. XIII, 49, 51, 83—XVIII, 13 etiam simulat actor iudices ab adversariis ad perierandum impelli).

c) Tum actor (§ 23)²⁾ transit ad rem omnium gravissimam et docet Alcibiadem propter suam nequitiam, qui condemnetur, dignissimum esse et perperam gloriari maiorum, praecipue erga civitatem beneficii. Haec autem pars nihil est nisi maxima amplificatio, qua deprecatio praetorum ad irritum cadat. Atque § 23 sq. instar sunt compensationis peccatorum (XXVI, 4. XXX, 33), qua simul, cur de pravitate rei dicendum

1) Lysias ut est brevitatis studiosus et cotidiani sermonis imitator, enthymematis uti solet; nec tamen epichiremata prorsus vitabat. cf. B: p. 403 adn. 5.

2) Simillimum huius dispositionis exemplum XII, 38 sqq. esse adnotat B: p. 544.

sit, explicatur (*α*). Describitur deinde reus, qualem se puerum praebuerit (§ 25—28).¹⁾ Habemus igitur probabile ex vita, quod a Lysia saepius usurpatur (I, 37. XVI, 5. XIX, 55 sq. [XX], 23—29) et eodem modo in deuterologia inseritur XIII, 62—82 (*β*). Quam ad egressionem magna cum sollertia verbis καὶ ταῦθ' υἱὸς ὧν Ἀλκιβιάδου (§ 30) adnectitur altera, in qua acerbissime vita patris roditur et conatus filii, quibus memoriam eius defendat, redarguuntur (§ 31—32 usque ad 34. cf. XII, 94, 97. XXVI, 2. [II], 61, 64). Concluditur haec egressio superlacione non rara. Crimini enim reo datur, quod totius calamitatis reipublicae auctor fuerit (I, 7. III, 20. XIII, 30, 34, 43, 48, 95. XXV, 31) (*γ*).

d) Postremo subiectionis forma adhibita in § 41—45 demonstratur Alcibiadem, qui liberetur, prorsus indignum esse eumque ex urbe eici civibus utilissimum fore (ad § 42 (fin.) cf. fr. 90).

C) Peroratio est brevis et vivax; confitetur actor se minimam quidem partem facinorum ab Alcibiade perpetratorum detexisse (§ 46—XXV, 2), sed iudices omnia computantes reum condemnent. Priusquam autem descendat, leges, iura iuranda, libellum iterum recitari iubet. (Non ita dissimilis X, 32.)

Sed quamvis dilucide has partes et particulas segregare possis, erraveris, si intra eas omnia iusto ordine tractari arbitris. Immo actori duo vitio vertas: quod neque omnia argumenta sententiarum necessitate coniunxit neque cavet, ne res ad unum idemque spectantes repeterentur vel diversis locis disputarentur. Quis enim, ut exemplo utar, affirmet adhortationem illam (§ 12—15) ullo vinculo cum eis cohaerere, quae antecedunt et si minus maiore, at eodem certe iure adiungi potuisse ad § 45, in qua idem brevius exprimitur? Aut quis id artifice dignum esse putet, ut de sceleribus ab Alcibiade patre in patriam perpetratis duobus locis (§ 16, 17 et inde a § 30) agatur atque altero loco ita, ut cum filii facinoribus con-

1) § 25 Archedemus accusatur, quod pecunias publicas arripuerit. Idem frequentissime rempublicam administrantibus exprobratur. Cf. FG: ad XII, 93. XIV, 25. XXV, 19. cf. p. 27.

fundantur? Similem in modum id, quod initio § 11 in univ-
 ersum dictum est, in § 21 de praetoribus solis iteratur et
 amplius exponitur.¹⁾ Ac quo casu commotus orator argumenta
 agglutinet, satis apparet e § 13. Nam voce πόλεμος usus
 subito, quemadmodum ceteri in expeditione se gesserint me-
 minit et eo perducitur, ut de ea re uberius disserat. Hiare
 autem sententiae conexus mihi videtur inter primum et alterum
 enuntiatum § 11 (Θαυμάζω δέ). Hoc enim ita separatum est,
 ut tantum propterea defendi possit, quod hac tota parte ora-
 tor in legibus interpretandis versatur. Perspicuum igitur est
 argumentorum dispositionem non modo simplicissimam esse,
 sed omni arte carere. Namque eadem neglegentia qua Lysias,
 i. e. non certo consilio, sed arbitrio libero scriptor ille singula
 adsuit nec curat, num quod argumentum alio loco melius po-
 natur vel idem diversis locis iteretur.

Tali autem dispositione vim argumentorum non augeri
 facile intellegitur. Atque de hac quaestione, unde consequa-
 tur, utrum oratio persuasibilis (Quint. II, 15, 13) sit necne,
 breviter nunc agam. Multa argumenta scriptorem communia
 habere cum Lysia iam vidimus; multa ex causa ipsa petita
 apud Lysiam non redire rationi conveniens est. Inter quae
 pleraque ita disputata sunt, ut re proposita digna appareant.
 Nam ea ratio, qua in primis paragraphis leges explicantur, in
 sequentibus praetorum deprecatio repellitur, in posterioribus
 ea, quae reus e rebus a Piraeensibus gestis ad patrem defen-
 dendum sibi sumpserat, reiciuntur, etiamsi non difficilis in-
 ventu erat, tamen recte et probabiliter adhibita est. Uno loco
 etiam admiratione et laude actor dignus est. Namque in § 19
 Atheniensium erga totam Graeciam beneficia tam sollerter tam-
 que callide subducuntur, ut quam non ad rem spectent, non
 modo non animadvertatur, sed etiam indicum animi contra
 Alcibiadem origine illustri gloriantem occupentur. Quid? exor-
 dium et peroratio num languida vel aliena sunt? nonne res et
 forma tam aptae comparent, ut ne Lysia quidem indignae sint?

1) Leviores repetitiones velut in §§ 7, 17 et §§ 17, 23 omisi.

Nihilo setius orationem ad animis persuadendum non accommodatam esse B^o: p. 494 concedo; non quo scriptori crimini vertam, quod sophistarum versutia usus res gestas detorquebat et depravabat alias silentio praetermittens, alias falso interpretans (§ 31, 38, 39. cf. F.) — hoc omnes oratores nec minimum Demosthenes in se admiserunt — nec quo argumenta proferat, quae proferenda non erant, sed quod quibuscunque rebus contra Alc. pugnat, omnem modum excedit et tanta intemperantia adversus reum saevit, ut ipso eo momento, quo verbum eloquitur, fide audientium destituatur. Quid e. gr. foedissimorum scelerum excogitari potest, quod in § 41 et 42 Alcibiadi eiusque asseclis non obiciatur? (cf. p. 80). Quam exsuperationem si orator facultate magnifice loquendi praeditus esset, multo tolerabiliorem futuram esse quis est, qui neget? At quam non eis locis, quibus simplicitatem reliquit et altiora petivit, id successerit, p. 76 novimus. Quo saepius hanc orationem perlego, eo magis actor id egisse mihi videtur, ut maximo odio in nobiles inflammatus, virus acerbitalis suae effunderet in eum, quem deprehendere poterat ex illis et qui quin principem locum inter eos obtinuerit, dubitari nequit.¹⁾ Quid? crimen exiguum²⁾ et aegre ab oblivione vindicatum (§ 4. XV, 12) nonne auget et in maius extollit proinde quasi perduellio ipsa sit? ut iudices istos homines, τοὺς ἐπιφανεστάτους τῶν ἑξαμαρτανόντων puniant et exemplum severitatis in eos statuunt, nonne identidem postulat (v. p. 89)? Maiores eorum unquam de populo Atheniensium meritos esse nonne prae fracte negat (§ 18, 24, 39 sq.)? Atque si haec omnia pro nihilo habeas, cur oratorem cum filii tum patris facinora tam accurate tamque diligenter describere credas, ut

1) Similiter Teichmueller *literar. Fehden* II p. 266. Sed ego inde, si aliquid, contrarium potius efficiam. Etenim quamquam non ignoro Lysiam causam popularem adeo suscepisse, ut etiam Thrasybulum Stiriensem impugnaret (v. p. 2 adn. 2), tamen eum, qui or. XVIII, XIX, XXV composuit, tanta in optimates ira impletum fuisse non existimo.

2) cf. § 8 et XV, 9, quo loco quamvis tectis verbis conceditur poenam, quae lege praescribatur, graviorem esse.

quasi ad digitum computata videantur? (Ott. p. 21.) Cum autem non in argumentis ipsis, sed in eorum abusu offendam, ne id quidem contra me facit, quod or. XIV. deuterologia est, quippe in qua plerumque rebus non e causa, sed aliunde petitis pugnetur. Praeterea haec deuterologia tanto ambitu est, ut eam esse orationem principalem non iniuria suspiceris, praesertim cum etiam leges iterum pertractentur. Edepol desideratur consuetudo illa Lysiae inter eas res, quae pro argumentis usurpari possunt, idoneas eligendi et ea ratione componendi, ut quodammodo effigies morum exoriatur, qua audientes cetera, quae silentio praetermittuntur ab oratore, dimetiantur.

2) or. XV. Archestratides cum intellexisset deprecationem praetorum firmissimum praesidium Alcibiadis fore, prudenter fecit, quod ultimo loco praetores peculiari oratione impugnabat eorumque preces ad irritum redigere conabatur. Inquiramus igitur in hanc tritologiam. In prima parte (§ 1—4) actor qua par est modestia iudices et praetores ipsos orat, ut sine ira ac studio et accusatorem et reum audiant (cf. XIX, 2, 11. fr. 88) et comparatione amplificata (v. p. 72) periculosum esse monet praesides iudicii alteri eorum adesse. Deinde contra praetores se convertit (v. p. 84 sq.). Cum autem fortuito voce *νόμος* utitur, meminit eius legis, qua nititur, et commovetur, ut eorum opinionem refutet, qui poenam maiorem esse censeant (X, 31. XIX, 11. XXII, 7). Tum (§ 10) iudices adhortatur, ut reum qui leges urbis irrideat (fr. 53, 2) et si liberaretur ut in amicos benevolos, ita in urbem, non gratus foret (XXVIII, 16)¹⁾ salutis civitatis memores ulciscantur (ius talionis; v. adn. 2 in p. 87). Sequitur in § 11 iusto loco enumeratio earum rerum, quas singuli oratores demonstraturi erant (similiter XIII, 95) et brevis peroratio (§ 12), qua orator, cur Archestratidae adsit, explicat et iudices rogat, ut si suffragia

1) Est τόπος ἐκ τοῦ μᾶλλον καὶ ἧττον: I, 31. III, 38. XII, 34, 63. XIX, 33. XXII, 16. XXV, 30. [IX], 16. [XX], 20. XXXI, 10, 31. cf. G: de arg. p. 301 sq., 311.

dent, de priorum temporum calamitate recordentur (XII, 96. XXI, 19. XXIV, 21).

Explanavi haec, ut ostenderem neque sententias ullo vinculo inter se cohaerere et locos communes cum Lysiis convenire. Ceteroquin inventionem ea laude dignam esse, qua Lysiam Dionysius afficit, agnosco. Verum enim vero hanc orationem non magis idoneam esse ad audientium animis persuadendum quam eam, quae praegreditur, eos mihi largituros esse arbitror, quibus eam perspicuitate argumentorum nimis carere demonstravisse videor. Atque id est, quod scriptori iure obiciamus. Considerandum enim est quoniam duabus orationibus res exhausta erat, difficillimum esse quicquam novi vel efficacius proferre. Huc accedit, quod deprecantium refutatio minus moderati (ἤΨει) quam gravioris animi affectu (πάΨει) efficitur; hanc autem artem propter summae simplicitatis studium, per quod certis tantum subsidiis uti licebat, et Lysiae ipsi et eius imitatori plane defuisse in aperto est.

Ut igitur quid sentiam, paucis dicam, argumenta orationum XIV. et XV. more Lysiae inventa et disposita sunt nec tamen sic comparata, ut oratiunculae persuasibiles evadant.

Sed ex disputatione mea huc deducta, maximam partem eminere, quae de reliquis virtutibus — nam restant:

evidentia (ἐνάργεια), ethopoeia,
decorum (πρέπον), venustas (χάρις) —

orationibus XIV. et XV. attribuendae sint, quae non, facile cognoscitur.

Atque in oratione XV., ut eam priorem ad tractandum mihi proponam, propter argumenti naturam evidentiam (B: p. 394) locum non habuisse omnes concedent neque si quis id etiam ad decorum et ethopoeiam cadere contendat, refragari audeam. Namque oratio est nimis brevis et id, quod scriptori tractandum erat, parum proprium, quam ut hae artes iuste explicari possent. Inter Lysiacas orationes e. gr. idem sentio de or. XVII., in qua praeter locum communem prooemii nihil

insigne inest.¹⁾ Eo maioris autem gravitatis et auctoritatis id est, quod de venustate statuendum puto. Quam virtutem tum demum in censum venire, cum omnes illae virtutes reperiantur neque una desit, si Dionysius iure autumat (cf. B: p. 398), orationi XV. propter eam ipsam causam esse abiudicandam manifestum est. Deteximus enim suis locis, quid scriptor, cum a simplicissima ratione dicendi recederet, deliquerit (homoeoteleuta § 8, 9, hyperbatum § 2, anacoluthia § 3), quantum careat facultate et studio sententias periodis describendi, quam non brevis, dilucida, ad animis persuadendum accommodata sit rerum tractatio. Atque iam adici oportet scriptori egestatem quandam verborum opprobrio tribuendam esse. Nimirum ut Lysias eorundem verborum repetitiones semper fugerit, longe abesse vv. dd. dudum cognoverunt (cf. Foe: com. p. 3, A: p. 57 sq., St 1 p. 527, Ri: p. 32, Th: p. 34); sed scriptor or. XV. tam exiguam et angustam copiam verborum complectitur, ut eadem etiam atque etiam adhibeat et nonnunquam in uno enuntiato vel in duobus deinceps insequentibus semel, bis, ter vel saepius repetat. En exempla: *βοηθεῖν* 4× § 1, 4, 9, 12; *βούλομαι* 5× § 1, 3, 7(2×), 8; *δέομαι* 5× § 1, 2, 3, 8, 12; *ποιεῖν* 7× § 5, 6, 8, 9, 10(2×), 11²⁾; *ψηφίζομαι* 8× § 1(2×), 8, 9, 10(2×), 11, 12; *χρῆ* 7× § 4, 5, 8, 9, 10, 12 (*δεῖ* 1× § 6); *οὗτος* 11×; *ὑμεῖς* 12×; *δίκαιος* 6× § 1(2×), 8(2×), 11, 12; *ὑπό* in § 6 4×; *καί* 24× (in § 1 6×). Adiunge, quod iam p. 49, 65 commemoravi, sententias quinquens part. *δέ*, semel locutione *καὶ μὲν δὴ* copulari et omnino numerum particularum mirum quantum exiguum esse (v. s. contraposita). Ac ne id quidem orator cavet, ne duo eiusdem conformationis enuntiatia iteraret; namque in § 10 duo enuntiatia concluduntur adpositis enuntiativis relativis, quae ad rei nequitiam spectant; in § 6, 7, 8 tres ex contrario argumentationes sese excipiunt, quarum duae dependent a voce *δεινόν*;

1) Secus nempe iudicat B: p. 617 sq.

2) Id consulto, sicut paulo ante *ἀμελεῖν*, § 6 *κατὰ—παρά τοὺς νόμονες* et *τολμᾶν*, § 7 *ἐπὶ τούτοις* (*ἔστιν—ἔσται*) et *ὄντινα βούλονται*, § 8 (*κύριοι—ἄκυροι*) *ὄντες*. cf. Foe: ll. p. 19 sq.

in § 9 ratio argumentandi eadem est atque in § 8: *εὶ* c. indic. et in enuntiato primario *χαρή* c. verbo deliberandi coniunctum. Haec omnia computans si usquam magis disputatione quam sensu gratiam abesse diiudicari potest, eam non convenire or. XV. aliquantum me aperuisse credo.

Iam si omnia ea, quae de hac oratione diversis locis statuimus, sub unum conspectum subicimus, communes sunt Lysiae et or. XV. scriptori dictionis integritas et simplicitas, inventionis ratio, dispositionis neglegentia; deficiunt autem scriptorem sententiarum brevitates, argumentorum perspicuitas et *πιθανότης*, periodorum elegantia, orationis venustas et suavitas. Adde etiam verba quaedam et locutiones discrepare: iam intelleges orationem XV. non a Lysia scriptam, sed suppositiciam esse.

Transeo ad or. XIV., de qua iudicare non tam facile est. Atque primum quidem si id, quod p. 91 ex orationis indole collegi oratorem ingenti in optimates odio impletum esse, conceditur, hanc orationem aliquid decori habere apparet. Attamen locos, quibus laetius oratio sese effundat et lautius exornetur, et faces illas, unde orationibus a Lysia compositis obtingat blanda suavitas et gratia, frustra quaeri quis est, quin sentiat? Insignis est or. I. actoris recti conscientia, III. pudicitia, VII. morum simplicitate, X. indignatione, XII. irae sanctitate, XVI. superbia, XIX. modestia, XXIV. facetia, aliae aliis rebus — qua virtute excellit or. XIV? — intemperantia ornatus et maledictorum! Ubi igitur exstat *ῥῆθος*? Et praeterea estne ullus locus, quo paucis lineis imago tantae efficacitatis adumbretur quantae XII, 8 sqq., XIII, 39 sqq., XXXII, 12 sqq.? Minime gentium. Agitur multum de Alcibiadis filii et patris maioribus; at singula num comprehenduntur et ad eam componuntur effigiem, quae tanquam ex descriptionis planitie excedat et plenas corporis formas prae se ferat? (v. p. 92). Optimo igitur iure B: p. 494 decorum, ethopoeiam, evidentiam in or. XIV. desideravit. Verum hac sola inopia protinus ad authentiam impugnamdam abuti audacius esse duco. Respiciendum enim est or. XIV. destitutam esse narratione, cuius potissimum virtutes

illae propriae sint, neque in omnibus orationibus Lysiae pari modo cum ceteras tum has tres artes conspicuas esse. —

Venustam autem or. XIV. esse planis verbis denego. Quod utrum perficiatur eo, quod singularum virtutum concentus hic quoque desit an potius aliis causis, discernere non audeo; totius autem oratiunculae indolem eam esse, ut dilucida rerum tractatione et eleganti periodorum structura multis locis is, qui legit, delectetur, multo tamen pluribus ornamentorum abusu et odii saevitiae detrudatur, hoc, inquam, sentiendum, non demonstrandum est. Atque hac re sola permoveor, ut etiam or. XIV. spuriam esse maiore fiducia contendam. Neque enim pauca consentiunt cum genere dic. Lysiaci: pura et simplex est elocutio, perspicua et expedita tractatio, ex eisdem locis prompta et eadem negligentia disposita argumenta; ac ne ardor quidem animi, quem scriptor prae se fert, suspiciosum me redderet, cum Lysiae oratio contra Mnesiptoleum scripta Photio teste non absimili indole fuerit (cf. B: p. 400). Sed cum ad alias dissimilitudines supra commemoratas accedat inopia venustatis, B. huic quoque or. nomen Lysiae suo iure eripuisse mihi quidem videtur.

Una tamen est res, qua cum eo dissentio. Etenim supra (v. p. 64, 81) discrimen non ita exiguum interesse inter or. XIV. et XV. iam monui; nunc id adiungere liceat, quod in copia verborum positum est. Scriptori enim or. XIV. tam ampla verborum multitudo suppeditat, ut quinta fere quaeque vox nova existat. Cum autem hac quoque differentia duarum orationum natura diversam se praebeat, eas ab eodem scriptore profectas non esse persuasum habeo. Concedo utrumque Lysiae genus dicendi imitatum esse; sed alter sive natura sive indole simplicitatem adeo affectat, ut propter egestatem et ieunitatem molestus sit, alter licentia, qua Lysias ornamentis quibusdam indulset, intemperantius usus est et quamvis dictio simplex sit, tamen colorem quandam rhetoricum cum verbis adscivit.

Excursus ad XIV, 7 (v. p. 5, 14).

Titulum καὶ Ἀλκ. ἀστρατείας a grammatico aliquo ut duae c. Alc. orationes internoscerentur, e XV, 1 sumptum esse elucet cf. Bergkii *grch. Litysch.* IV p. 355. Nam crimina illa una eademque lege comprehensa esse e XIV, 7 intellegitur. Sane ea paragraphus valde conclamata est. Praebet enim cod. X haec: ἀστρατείας μὲν γὰρ... ἂν αὐτὸν ἀλῶναι, ὅτι ὁ καταλέγεις ὁ πατήρ οὐκ ἐπεξήλθε μεθ' ὑμῶν στρατοπέδῳ μόνος οὐ παρέσχε μετὰ τ. ἄλλων ἑαυτὸν τάξαι, δειλίας δέ, ὅτι δεῖ ἕκαστον μετὰ τ. πολιτῶν κινδυνεύειν ἱππεύειν εἴλετο. Illud ὁ πατήρ Emperius opusc. 1847 p. 87, 314 scribae oscitantia natum esse putavit ex οὐ παρῆν, eo potissimum commotus, quod in antecedentibus paragraphis praecipue id vituperatur, quod Alcibiades non adfuerit in exercitu pedestri. Sed idem significari verbis οὐ παρέσχε — τάξαι recte sensit K., hoc enuntiatum transponens et particula οὐ in οὐδέ commutata voci παρῆν adserens. Nec tamen ei assentiri possum, cum praeterea οὐτ' pro οὐκ scribendum sit et addubitandum mihi videatur, num οὐ — οὐδέ — οὐτε apud scriptorem simplicitatis studiosum sese excipere possint. Qua re perductus praefero Stephani correcturam satis lenem (cf. Fra: p. 102) ὀπλίτης, quamquam illud ὅ, quod ante καταλέγεις legitur, ne sic quidem explicatur. Summa autem inter vv. dd. controversia suborta est, num vetus coniectura cod. Laur. C probanda sit. Eius enim librarius textum ita constituit, ut scriberet κατελέγη et deinde inculcaret verba λιποταξίου δ' ὅτι.¹⁾ Qua in lite ut nova afferantur, fieri non potest. Ne igitur longus sim, ego quidem cum ex aliis locis, tum ex Aesch. III, 175 et And. I, 74 efficiendum esse credo tria crimina lege militari distincta esse ἀστρατ., λιποταξ., δειλ. et ideo in ea paragrapho, de qua agitur, quoniam Alcibiades contra totam legem peccavisse dicitur, illas voces inserendas esse. Circumspicienti autem, ubi exciderint, ante οὐ παρέσχεν ea aptissime iniungi posse mihi per-

1) λιποταξίου formam vere atticam esse demonstrat L: att. Proc. p. 464 adn. 779.

suasit L: quaest. p. 11 et denuo att. Proc. p. 463. Etenim non modo hoc enuntiatum nulla mutatione facta cum praecedentibus paragraphis scite conectitur, sed etiam crimen λιποσ. verbis οὐ — τάξαι optime confirmatur. — Sed restant, quibus medicina opus est. Ac primum illud δεῖ ἕκαστον absonum esse unusquisque videt. Deinde autem verbis ἕκαστον et πολιωτῶν oppositionis vim infringi manifestum est. Optimo igitur iure Stephanus scribi iussit ὀπλιτῶν, quod nunc omnibus probatur. ¹⁾ Minore autem probabilitate, id quod exponit K: *Heid. Jahrb.* 1866 p. 292, Fra: δεῖ ἕκ. depravatam esse putavit e δείσας participio. Verum enim vidit Schottius, qui δεῖν αὐτόν coniecit. Nam quoniam testimonia veterum grammaticorum, qui uno consensu δεῖν pro δέον perinde ac πλεῖν pro πλέον ab Atticis dictum esse docent ²⁾, Hertleinius *JJ.* XCV p. 474 et denuo Usener *ibid.* CV p. 741 sq. contra huius aetatis nimis anxios et grammaticos (PhButtmannum *Ausf. Gramm.* I 492) et editores (F.) in honores restituerunt et locos illos, quibus δεῖν traditur, magis tuendos quam mutandos esse mihi persuaserunt, non dubito ibi hanc formam quamvis raram restituere. Cetera denique felicissime sanavit Thalheimius *JJ.* CXV p. 269 sqq., cuius coniecturam L^o: *Burs. Jber.* 1880 p. 345, Roe^o: *Z. f. G.* 1878 p. 40 sqq., Hauvette Besnaultio: *les stratèges Athéniens* 1884 p. 141 valde placuisse non miror. Eius igitur ratiocinatione probata haec oratoris verba fuisse credo: ἀστρατείας μὲν γὰρ διὰ τὸν αὐτὸν ἀλῶναι, οὐ καταλεγείσθαι ὀπλίτης οὐ συνεξήληθε (v. p. 25 sq.) μεθ' ἑμῶν στρατευσόμενος, λιποταξίου δ' ὅτι ἐν τ. πεζῶν στρατοπέδῳ μόνος οὐ παρῆν μ. τ. ἀλλ. ἑαυτὸν τάξαι, δειλίας δ' ὅτι δεῖν αὐτὸν μ. τ. ὀπλιτῶν κινδ. ὑπερέειν εἴλετο. Sed si quis quae ceteri vv. dd. de hac paragrapho disseruerint, accuratius cognoscere cupiat, is inspiciat velim Schⁱ et Fⁱ editiones, Roeⁱ disputationem (*Z. f. G.* 1878, 6),

1) Has voces saepius confusas esse ostendit Schaefer ad Greg. Cor. de dial. lib. p. 141. Sed eam ipsam commutationem exstitisse XXIX, 3 Bakio (*Mnemos.* 1860 p. 190) non concedo.

2) Locos congesserunt Lobeckius *path. elem.* I p. 475 et AButtmannus ad Apoll. *Dysc. vers.* p. 298.

Bⁱ adn. 5 p. 486. Recentissima quod sciam coniectura est Bartelti in emend. Lys. 1882 p. 20 sq.

Adpendicula.

Hanc adpendiculam ut adsuerem, duplici causa commotus sum. Primum enim opus esse mihi videbatur paucis explanare, cur inter eas orationes, quarum authentia a vv. dd. in suspicionem vocata est, alias iure, alias iniuria a Lysia abiudicatas esse arbitrer. Deinde autem omnibus, qui Lysiae orationibus operam suam studiumque navant, me gratum facturum esse existimabam, si quantum possum recentissimas de singulis orationibus monographias congeram et ne alii haec subsidia neglegant, efficiam.

Atque initio ut, quo usque nostrae aetatis criticorum furor grassatus sit, ostendam, sub unum conspectum omnes eas orationes adducam, quas aut spurias aut epitomas esse vel hic vel ille quondam contendit. Subditiciae igitur hae habitae sunt: II. IV. VI. VIII. IX. X. XI. XII. XIV. XV. XVI. XIX. XX. XXII. XXIV. XXV. XXVIII. XXIX. XXX. XXXI. XXXIII.

Ex genuinis autem excerptas vel posterioribus temporibus retractatas esse vv. dd. censuerunt hasce IV. VIII. IX. XI. XII. XV. XVII. XVIII. XX. XXIII. XXVII. XXX. XXXI.

Illa igitur classis viginti et unam, haec tertiam fere partem omnium orationum complectitur et si ambarum summa computatur, ex XXXIV, quae nunc in editionibus Lysiae continentur, orationum numero ipsae novem relinquuntur, quae quin genuinae essent, nemo adhuc dubitavit. Quae ratio adeo caret probabilitate, ut facere non possim, quin id studium, quod his potissimum diebus floret, studium dico ubique epitomatoris manum indagandi, non minus quam Thalheimius *JJ.* CXVII p. 549, B: *Burs. Jber.* 1882 p. 185, Sittlius p. 151 sq. sat dubium et periculosum esse existimem. Immo ullam or. excepta XI. excerptam esse e genuina tantum abest, ut mihi persuaserim, ut omnes eiusmodi ratiocinationes reici posse credam argumentis tantae auctoritatis quantae attulit ad or. VIII.

Buermannus Herm. X p. 347 contra Gleinigerum p. 150 sqq.; cf. B: ll. 1874/5 p. 479 sq. et 1877 p. 262 et *att. Beredsk.* p. 640 sq. Neque vero St 1 p. 529 sqq. Buermanno multum eripere potuit, quamquam tulit assensum Roeⁱ: *Z. f. G.* 1875, 1 et 1877, 8. — Sed accedamus ad singulas orationes. Quas eo ordine recensebo, ut primum genuinas, deinde spurias, postremo dubias pertractem.

1) Genuinae.

Incipio ab Erotico, qui dicitur (Pl. Phaedr. 230^e—234^e). 'Eum Lysiae tribuendum esse satis mihi probasse videntur Haenischius L. amat. 1827 et LSchmidtus *Verh. d. 18. Vers. deutsch. Phil.* 1853 p. 93 sqq.' Sic rectissime A: p. 42. Viro- rum dd. sententias enumeravit Landweerus de epit. qui L. vulgo trib. p. 53, 1. Sed fugit eum Constantinidis in Athenaei vol. IV p. 32 sqq. commentatio, in qua aliorum de hac re scripta non pauca inveniuntur. His addantur W: praef. ed. L. p. XI, 46; Leb: p. 21; Eckertus de epit. L. or. falso trib. p. 14 sqq.; Pluntkius p. 8 sq.; G: ed. p. 5 adn. 34; Pretzschius p. 17 sqq.; Sittlius p. 143.

De or. IV. quae B: p. 585 sqq. et Fra: p. 37 sq. explicuerunt, ut Taylori, Dobrei (p. 198), Faⁱ (p. 54 sq.), offensiones tollantur, sufficiunt. Sch. quae disputaverat *JJ. XXXI* p. 363, postea ipse abiecit: *ibid. Suppl.* 1855/6 p. 301. Temere AHofmeister *üb. Gebr. u. Bed. d. i dem.* p. 23, quod nomina accusatoris et rei desiderat, hanc orationem subditivam esse asseverat. St 1 p. 521 eam ex parte contractam esse posthac demonstraturus est. Interim in arte critica factitanda acquievit cf. 2 p. 100 sqq. Sed eum operam perdidisse A: *Z. f. G.* 1882, 9 explanavit.

or. X. a Lysia non scriptam esse et Alfons Hecker (progr. gymn. Leyd. 1847/8 p. 15 sq.) et Sch: *JJ. XXXI* p. 365 affirmaverunt, Harpocratonis suspicionem comprobantes. Absurdum enim esse statuere trigintaviros quinto demum anno postquam eiecti essent, eius criminis, de quo in § 31 ageretur, ab actore accusatos esse. Quae res, in qua etiam Fra: p. 78 offendit, explicata est a F^o et B^o: p. 605. Denuo autem hanc

quaestionem tractavit CHermannus: *Z. Echtheitsfrage v. L. X. R. üb. d. Verh. zw. R. X. u. XI.* Cui et genus dicendi et compositio a Lysia abhorrere, verba autem et sententiae cum locis quibusdam Demosthenicis adeo congruere videbantur, ut orationem illam a sophista nescio quo suppositam esse existimaret. Attamen nec Roe^o: *Z. f. G.* 1879, 5 nec B^o (p. 607 adn. 5) persuasit. Optimo iure opinor. Etenim ut missum faciam eum et illas et alias similitudines ex aequitate argumenti ortas nimis pressisse, narrationem propter criminis naturam supervacaneam iniuria desideravisse, nonnullas res Lysiae proprias frustra denegasse velut consuetudinem, qua praepositio post particulas quasdam non repetitur et alia, ut igitur omnia haec missa faciam, or. X. ea virtute perspicue ornata est, qua Lysias summam gloriam sibi paravit: ἡθροποιία. An quemquam effugit, quanta pietate et superbia actor patris memoriam celebret (§§ 21, 22, 26, 27) et rebus ab eo optime gestis gloriatur, quanta irrisione et contemptione in reum invehatur eumque iterum atque saepius ignaviae insimulet (§ 15, 20, 22), quanta indignatione et acerbitate Dionysii supplicium conqueratur et iudicum sententiam reprehendat (§ 24, 25, 30). Profecto 'omnino altius insurgit oratio habetque saepe eundem colorem atque XII.' (Fra: p. 73). Quare satis mirari non possum, quod Sittlius p. 155, 4 or. X. spuriam esse pro explorato habet. Authentiam defendunt etiam Hoelscher: p. 76, Fa: p. 114, St 2 p. 97 sq.

or. XII. Ut quam maxime plenus sim, temeritati Heckeri, qui ll. Lysiam hac or. privare studebat, cum severitate, id quod vix opus erat, restitit R: *Zschr. f. A W.* 1849 p. 348 sqq., cf. W: praef. ed. p. xviii sq. — Gleinigero p. 168, 1 videntur et haec or. et XVIII. XX. XXX. plus minusve retractatae esse.

or. XVI. Errorem Benseleri p. 184 sq., qui XVI. XXII. XXIV. XXV. XXVIII. XIX. XXXIII. or. propter 'hiatum magis solito evitatum' dubitationi iustae obnoxias esse dixit, commemorasse satis habeo; cf. p. 3.

or. XVII. et XXIII. epitomas esse sicut XI. (Fra: p. 123, 238 et 164, 238) tantum abest, ut concedam, ut eas pro luculentissimis exemplis brevitatis Lysiae habeam. Quid? quae

ad causam pertinent, nonne omnia enarrantur? *πίστεις ἀτέχνους* ad iudicium animis persuadendum accommodatissimas confirmare et augere *ἐντέχνους* num opus aut commodum erat? Idem B: p. 618, 620; St 1 p. 499.

or. XVIII. Sachsii (quaest. Lys. spec. 1873) artificiosam argumentationem redarguit Schoellius: *Jen. Litztg.* 1874 p. 678. cf. L: *Burs. Jber.* 1876 p. 1378 et B: *ibid.* p. 273.

or. XIX. suspectam esse praecipiti iudicio Sittlius p. 153 inde colligit, quod in § 34 orator non modo iudices solis verbis ὡς *δικασταί* alloquitur, sed etiam ad iurandi formulam *πρὸς θεῶν Ὀλυμπίων* adponit *φέρε*; utrumque enim a consuetudine Lysiae abhorrere. Maximae mihi est admirationi talia urgeri ab eodem, qui p. 152 difficillimum esse autumat generis dicendi pervestigatione eiusmodi quaestiones dirimere. Sed nugae sunt. De priore argumento disseram ad or. XXVIII., de hoc autem id dico: carere ratione certam consuetudinem statuere, quoniam tribus tantum locis iusiurandum illud apud Lysiam legitur uno loco (XIX, 34) voce *φέρε* addita, duobus omissa (XIII, 95. XIX, 54). Aliud enim est IV, 20. [VI, 7, 32, 38. VIII, 18. XX, 36.] cf. FG: ad XIII, 95 et Kuehnleinius: de vi et usu precandi et iurandi formul. ap. X or. att. p. 3sq., quo Fⁱ et Siggii commentationes supplementur. (Apuđ alios oratores non raro *φέρε* adponi monent FG: ed. I p. 229.)

or. XXII. Olim tres erant, qui hanc or. genuinam esse negarent: Jacobsius add. animadv. in Athen. p. 262; Bremius in ed. p. 444, Benseler (v. ad or. XVI.). Sed nemo dum eorum partes suscepit. Iusto iure.

or. XXIV. Boeckhius quondam (Sth. ³I p. 309 adn. d) e sylloge Lysiaca exterminabat. Cuius sententiam quis secutus sit, non video, nisi forte Benseleri iudicium (ad or. XVI.) vel Rosenbergi verba *phil. Anz.* V p. 456 '*wenn die Rede überhaupt mehr als eine blosse Uebungsrede ist*', sic intellegis. Planis verbis ei refragantur: Bremius p. 245, Fa: p. 277, Bergkius, censor Boeckhii *JJ.* LXV p. 392 sq., Gleiniger II. p. 169, Fraenkelius ad Boeckhii locum (in vol. II. 1886 p. 68* n. 453), B: p. 637 sqq.

or. XXVII. contra Schoemanni (Altm. ³1873 p. 584) et Fraⁱ (p. 204) suspiciones non frustra patrocinator est Hentschellius in diss. p. 26 sqq. Idem hanc orationem continuam neque e variis orationibus confusam esse docet contra Hamakerum p. 73 sqq. et eius asseclam Parowium: de or., quae inter Lys. loc. obtin. XX., forma et auct. p. 42 sqq. Aliud profitetur Thalheimius *J.J.* CXVII p. 553 sq.

or. XXVIII. Me non assentiri Sittlio, qui p. 153 or. XXVIII. Lysiae non esse contendit propterea, quod contra Thrasybuli Stiriensis (erravit F: *Philol.* XVII p. 450) amicum quendam composita sit, is non ignorabit, qui legerit p. 3 adn. 1. Quod autem hac in oratione iudices ubique appellantur ω^3 ἄνδρες Ἀθηναῖοι (§§ 1, 3, 6, 8, 10, 11, 12 (bis), 16, 17), id mihi nulli offensionem est, quod idem legitur XII, 69. XIII, 3, 8, 15, 18, 43, 93 (bis). XXVII, 1, 8. XXXIV, 1, 3, 9, 11 (Useneri probabiliter ex correctura: *J.J.* CVII p. 158), fr. 96. Praeterea considerandum est allocutionis formularum apud Lysiam usum certis legibus definiiri non posse. Inveniuntur enim ω^3 ἄνδρες in or. I. viciens quater (alio modo XXXIII, 1), ω^3 Ἀθηναῖοι fr. 75, 1. I, 6, 7 (cf. F.)¹⁾, ω^3 ἄ. Ἀθ. locis modo laudatis, ω^3 ἄ. δ. ceteris. Librarium oscitantia XIII, 3. fr. 1, 1 (v. paulo post et § 2) ω^3 , XXXII, 24, 26, 28 (cf. F. et R.) et XIX, 34 ἄνδρες omissum est, ω^3 ἄ. βουλευταί XXVI, 21, ω^3 βουλῆ reliquis locis. Quomodo res se habeat in fr. 76 (ω^3 δίκ.), non audeo diiudicare. Breviter haec complexus sum, quod Rockelius in diss. nec plenus est nec errores vitavit nec fragmenta curavit (v. etiam p. 31 sq. et 105).

or. XXXIII. Quae olim Sch: *J.J.* XXXI p. 373 Lysia indigna esse putabat — in ed. ea non repetivit — expedita sunt a B^o: p. 434 sq. Aliud offendit Benseler, v. ad or. XVI.

1) Weidner in ed. nulla explicatione addita ω^3 ἄ. recepit. Legitne in X? An est coniectura illa Wⁱ? Optimo enim iure censors conquerruntur eum saepius incuria quadam textum constituisse. cf. A: *Z. f. G.* 1888 p. 201, Kocksius *Ph. Rdsch.* 1888 p. 354 sqq., Slameczka *Ztschr. f. östr. G.* 1888 p. 877 sqq.

2) Spuriae.

or. II. suppositam esse ne nunc quidem omnes sibi persuasisse testes sunt Th. et EMAasius censor Bⁱ, *deutsch. Litztg.* 1887 p. 1546 sq. Verum horum disputationibus multa ea, quae ab adversariis proferebantur, prorsus non refutata sunt, quamquam Th. nova attulit (v. A: II.). Qui virorum dd. opiniones vult cognoscere, eum remitto ad Leb: p. 4 sqq., cuius indicem librorum supplet Eckertus de epit. L. or. falso trib. p. 2, 7. Adicio hosce: Sluit. p. 281; Fa: p. XIV, 18 sq., Hentsch: p. 5 sq., M: p. 3, CHermann: p. 5, Landweer: p. 27 sq., G: ed. p. 7 adn. 50, Erdm: (v. p. 4 adn. 2), Ri: in diss. (cf. Erdm: *Ph. Rdsch.* 1882 p. 1353 sqq., A: *Z. f. G.* 1882, 11, 12, B: *Burs. Jber.* 1882 p. 228), Reuss: Rh. Mus. XXXVIII p. 148 sqq., Keilium anal. Isoer. p. 98, Sittl: p. 145, B: p. 436 sqq., Weidn: ed. p. 6, Christium *grch. Litgsch.* p. 291. Qui omnes epitaphium a Lysia non compositum esse consenserunt. Alterum pro certo habent Perrotus: *rev. des deux mondes* 1871 p. 852, Girardus: *rev. archéol.* n. s. 1872 p. 373 et 1873 p. 4 sqq., Kluegmannus: *d. Amaz. in d. att. Lit. u. Kunst* p. 67—70 cf. Bureschius *Leipz. Stud.* IX p. 90.

or. VI. In hanc orationem quoniam inquisiverunt Ruhnkenus hist. crit. p. 50 (= opusc. I 1823 p. 324) et Hoelscher p. 57 sqq. non est, quod addatur, quamquam Franzius editor (p. 279) patronus authenticæ exstitit. Vix opus est assentientium nomina afferre: Dobreus p. 196, Foe: in ed., Bremius p. XVIII, Sch: *JJ.* p. 364 et in ed. p. LXXX, Fa: p. XIV, 68 sqq., Pertz: p. 13, Goetzius: *JJ. Suppl.* VIII p. 540 sq., FG: p. 7 adn. 50, M: p. 3, Sittlius p. 153, B: p. 562 sqq., Weidner p. 6, Christius II. — Orationem centonem esse ut demonstraret, non contigit Parowio p. 40 sqq. Denique cf. L: in edit. Andoc. 1888 p. V. Is sui iudicii rationes alibi se expositurum esse pollicetur.

or. VIII. Lysiae esse qui credat, praeter Perrotum (II.) et Bergkium (II. p. 353) neminem esse arbitror. Quae vv. dd. adhuc ratiocinati sunt, Hallenslebenus in progr. nullius pretii (de or. quae inter L. fertur VIII. rat. et temp.) collegit et examinavit. Pauca quae iam Fritzschius in diss. p. 2 enumeraverat, omisit.

Ego praeterea hoc noto. Cum Roe: *Z. f. G.* 1877, 2, A: p. 29, Pretzschius p. 38 diserte, Weidner p. 6 dubitanter Gleinigero adstipulentur, Hermannus (v. or. X) p. 5 et Thalh: *JJ.* CXVII p. 549 or. epitomen esse negant. M: p. 3 et Sittlius p. 151 eam a Lysia abiudicant. Wilckii libellum: *d. 8. R. d. L.* 1870 acquirendi facultas non erat.

or. IX. spuriam esse existimo. Primum enim eorum, quae cum alii, tum St 1 p. 500 sqq. — aliud sane demonstraturus — congegisset, permulta concedo. Deinde autem id nolim parvi facere, quod allocutio iudicum semel inseritur neque id, sicut est mos Lysiae, primo, sed quinto demum enuntiato. Ante omnia vero sub verbis *οἱ μετὰ Κτησικλέους τοῦ ἀρχοντος* (§ 6) et propter linguae graecae leges et propter sententiae cohaerentiam Ctesiclem non praetorem, sed archontem eponymum intellegendum esse, quamvis Gilbertus *Beitr. z. inn. Gesch. Ath.* p. 27 adn. 16 contrarium statuatur, cum Fra^o: p. 66 consentio. Sed idem errat, cum dicit in hac oratione inesse, quae cum iure attico pugnent. Immo omnia cum legibus Atheniensibus adeo congruunt, ut orationem a scriptore iuris attici satis perito compositam esse nullo modo infitari queas. Quod amicissimum quendam mox demonstraturum esse spero. — Idem atque St. statuunt Halbertsma p. 17 sq., A: p. 29, Weidner p. 6 ('fortasse'); contra eos Herm. p. 6. Originem Lysiacam profitetur Fa: p. 108, negant M: p. 3, G: de arg. p. 376 et in ed. p. 7 adn. 50.

or. XI. est antecedentis X. epitome. Cuius de ratione et consilio egerunt Hermannus p. 17 sqq. et A: p. 1 sqq.

or. XX. Velim in unaquaque oratione, quae in suspectis sit, quaestio ad tam certum finem deduci possit quam in hac XX. Ad eos, quos B. nominat, vv. dd. adiungo hosce: Bakium schol. h. III p. 245, Fa: p. xiv, 243 sq., Sch: lect. L. p. 342, Pertzium p. 13, FG: p. 7 adn. 50, Halbertsmam p. 44, Hugium *Jen. Litztg.* 1876 p. 635 sq., Roe: *Z. f. G.* 1877, 13, Hentsch: p. 5, M: p. 3, R: *phil. Anz.* IX p. 452, Landw: p. 70, St: *ph. Rdsch.* 1882 p. 8 sqq., Bergkium ll. p. 357 sq., Sittlium p. 149, 152. Simile atque Gleiniger (v. ad or. XII.) credit Pretzschius p. 38.

3) Dubiae.

Huic generi duae mihi videntur adscribendae esse orationes XXX et XXXI.

or. XXX. quantas praebeat difficultates, inter eos, qui paulisper in Lysiae scriptis aut in iure attico versati sunt, nemo erit, qui nesciat. Nam etiamsi, quod nunc enucleaverunt viri legum Atheniensium scientia ornati, verisimillimum est Nicomachum *εισαγγελία* in iudicium vocatum esse (cf. F: III p. 28 adn. 51; Fu: II p. 61, B: p. 463 adn. 3), tamen multae quae insunt res tam perturbatae tamque implicatae sunt, ut quid verum sit, diiudicari nequeat. Quam ob causam non mirum est controversiam, quae ad nos pertineat, vv. dd. triplici ratione tollere tentavisse. Putaverunt enim alii genuinam, alii spuriam, alii excerptam vel retractatam esse orationem. Authentiam autem nonnulli accipi non posse arbitrantur, nisi simul sumatur orationem esse deuterologiam. Hanc sententiam, cuius auctor est S., receperunt F: ll. p. 29 et ed. min. II p. 249 et Fu: ll. Contra eos pugnat Gueldius quaest. de L. or. in Nic. p. 43, qui orationem protologiam esse e § 7 conclusit nec tamen Sittlio p. 152 adn. 1 vel B^o: p. 466 persuasit. Hic porro nominandus est A: *Z. f. G.* 1883, 9, 10 et 1888 p. 215. Qui quidem eam a Lysia scriptam, sed temporum iniquitate valde mutilatam esse contendit. Adde Fraⁱ sententiam: p. 222 (cf. 238): 'subductis rationibus nihil video equidem, quod Lysiae stilum dedeceat' et p. 221: 'fuisse videtur declamatio e ludo'. — Excerptam esse or. XXX. Gleinigero ll. et ut solet Stutzer 1 p. 521 censuerunt, Schultzius de L. or. XXX. diss. Berl. 1883 etiam confirmare studuit, quamquam Gueldius antea intercesse- rat. Schoemannus denique ll. p. 584 eam a Lysia abrogavit ratus sophistae exercitationem esse. Quod cum nemini adhuc probaretur, nuper Sachsius in progr. supra laudato idem protulit, perspicuitatis potissimum inopia commotus, discrepantiis nonnullis elocutionis, consensu quodam dictionis, qui inter XXX. et XIV. et XXVII. exstaret. Sed eius argumentorum unam partem reiecit A: *Z. f. G.* 1888 p. 213, alteram non minus red-

argui posse apprime confido, praesertim cum Schultzius inde a p. 37 diligentissima disquisitione usum dicendi huius auctoris convenire cum Lysiaco ostenderit. Quam ob rem authentiam teneo, quamquam eam extra omnem dubitationem non positam esse concedo.

or. XXXI. Lysiae non esse primus, nisi fallor, Sch: *JJ.* p. 372 autumavit propter annominationum, antithetorum, locorum communium cumulationem. Quam dissimilitudinem generis dicendi multis aliis exemplis confirmavit F: in ed. III p. 61. Singula denique attulit Wagner: de inf. ap. or. att. p. 4 (v. p. 31), qui idcirco facit cum Sch°. Atque revera hoc discrimen tam manifestum est, ut omnes, qui orationem Lysiae vindicant (F: ll., Fu: I p. 131, B: p. 485, Hussius de L. c. Phil. or. (cf. F: *phil. Anz.* II p. 290)) id uno testentur ore. Perquam autem haesito, num ei recte faciant, qui hanc discrepantiam ethopoeia, satis praeclara scilicet hac in oratione, excusare aut sicut Fra: p. 231 sqq., eo remove studeant, ut interpolatoris manu non ita pauca irrepsisse sumant. Nam notanda sunt praeter elocutionem duo, quae ad rem spectant: neque id foedus, quo pace a. 403 facta exsules revocabantur, neque Solonis legem, qua unusquisque tumultu exorto alicuius partes sequi iubebatur, uno verbo commemorari. Interpretes etiam id explanare conati sunt; illud Luebbertus de amn. a. 403 ab Ath. decr. p. 91, hoc Luedersius *JJ.* XCVII p. 54 adnuente Fu: ll. Verum scrupulos mihi non potuerunt evellere.

Ut igitur quid sentiam, paucis dicam, istuc potius me inclinare confiteor, ut or. XXXI. suppositam esse credam. Velim autem inveniatur is, qui in eius elocutionem, inventionem, dispositionem quam accuratissime inquirat et utrum suspicio iusta sit necne, exponat. Multo enim magis id mihi in rem esse videtur quam ingenii acumine ita abuti, ut quam plurimas orationes nihil esse nisi epitomas demonstrare tentetur.

INDEX RERUM

(QUAE IN TABULA ARGUMENTI SATIS INDICATA SUNT, EA HOC
LOCO REPETERE NOLUI.)

<p>adiectiva verbalia 56 — personaliter dicta 41 attractio pron. relativi 38 allocutionis formulae 31 sq. 102 sq. 105 aoristus incohativus 15 — gnomicus 44 bicomposita 25 sq. codicum memoria 4 sq. 12. 25. 33. 52 compensatio peccatorum 89 composita et simplicia promiscue usurpantur 55 constructionis commutatio 58 Dionysius Halicarn. 8. 82. 87 discrepant genera dicendi Lysiae et scriptorum 57 sqq. 63 sq. 69. 80. 86. 92. 94 sqq. — scriptorum inter se 58 sq. 64. 81. 86 ellipsis 28 enumerationis formae 43 hiatus 3 imperfectum de conatu 16 — pro aoristo 30</p>	<p>infinitivus intentionis 22 — c. articulo coniunctus 31 infinitivo excipitur enuntiatum ab <i>ὧς</i> incipiens 30 infinitivi praes. et aor. sibi respon- dent 30 — duo tresve sese excipiunt 30 iurandi formulae 102 ius talionis 87 Lysiae or. XIV. deuterologia } 5 sqq. or. XV. tritologia } c. Aesch. Socrat. or. 19 participia absoluta 14 sq. 30. 50 sq. — duo ad unum verbum referenda 31 — quomodo collocentur 65 sq. pluralis pro singulari numero 35 probabile ex vita 88 <i>προοιμιον ἐκ διαβολῆς</i> 87 <i>συνηγόρων ἐκβολή</i> 88 <i>τόπος ἐκ τοῦ μᾶλλον καὶ ἥττον</i> 92 transeundi formulae 65 verba propria 35. 53 sq. — quaedam quotiens in orationibus XII. et XIII. usurpentur 60</p>
---	---

INDEX LOCORUM

QUI TRACTANTUR

	pagina		pagina
I 20	24	XII 35	59
V 1	12	XIII 2	34
X 3	26	17	26

	pagina		pagina
XIII 27	57	XIV 37	36
59	27	42	23. 71 sq.
XIV 2	9 sq. 26. 46	43	9
3	11 sq.	46	33
4	29	47	74
5	12	XV 1	83
8	51. 77 sq.	2	15. 83
9	45	3	40. 48. 69. 83
10	66	4	83 sq.
16	17. 70	5	51. 54. 85
17	32	6	48. 85
18	16 sq.	7	85 sq.
20	15	8	86
21	14. 18. 24	9	20 sq.
23	25	10	21. 25
25	19. 52. 89	11	23
26	21. 35 sq.	XVI 16	24
28	11. 37	XIX 3-6	13
29	20. 24	52	3 sq.
30	64. 89	XXI 25	23
32	46	XXV 18	27. 57
35	40	XXXIII 9	29
36	32. 48	fr. 78, 4	12

Nomina virorum dd. per notas scripsi haec:

A = Albrechtius	Leb = Lebaus
(nisi quid additur, intellegenda est eius diss., v. p. 4 adn. 1.)	M = Fr A Mueller (diss., v. p. 4 adn. 1)
B = Blassius	R = Rauchensteinius
Bb = Berbigius	Ri = RRichter (diss., v. p. 4 adn. 1)
Bk = Bekker	Roe = Roehlius
F = Frohberger	S = Sauppis
Fa = Falkius	Sch = Scheibius
Foe = Foertschius	St = Stutzer
Fra = Franckenus	St 1 = Hermes XIV p. 501 sqq.
Fu = Fuhrius	St 2 = „ XVI p. 92sqq.
G = Gebauer	Th = Thomaschikus (diss., v. p. 7)
K = Kayser	W = Westermannus
L = Lipsius	

TABULA ARGUMENTI

	pagina
Praefatio	3—8
I De delectu verborum	9—61
Verba	9—31
Substantiva	31—35
Articulus	35—36
Pronomina	36—41
Adiectiva	41—44
Adverbia	44—45
Praepositiones	45—47
Coniunctiones	47—52
Particulae	52—53
<i>Ἄπαξ εἰρημένα</i>	53—61
II De compositione verborum	62—69
Periodorum structura	62—64
Ratio, qua sententiae inter se conectuntur	64—66
Cumulatio synonymorum	66—67
Argumentatio ex contrario	67—69
III De ornatu	70—81
Tropi	70—74
Figurae	74—81
verborum	74—77
sententiarum	77—79
IV De virtutibus vitiisque Lysiae et scriptorum or. XIV. et XV. Dionysio teste inter se comparatis	81—96
Sinceritas sermonis	81—82
Simplicitas	82
Perspicuitas	82—87
Rerum inventio et dispositio	87—93
<i>Πεθανότης</i>	91—93
Evidentia, ethopoeia, decorum, venustas	93—96
Excursus ad XIV, 7	97—99
Adpendicula	99—107
Indices	108—109

DE REBUS PRIENENSIIUM

SCRIPSIT

THOMAS LENSCHAU.

U. 102.0 (70112) 1-8 24 10 101

CAPUT PRIMUM.

De urbe Prienensium.

Ubi saltus Mycalensis meridiem versus abruptis rupibus ad oram maritimam descendit, e regione Mileti collis ab ipsis montis radicibus in planitiem procurrit leniter undique declivis, in quo antiquitus sita erat Priene una ex duodecim Ionum coloniis.¹⁾ Sed ex tota urbe nihil reliquit iniquitas temporum hominumque barbaries nisi vastum fragmentorum acervum, prope quem hodie vicus quidam Turcarum exstat cui nomen est Sampsun Kalesi.²⁾ Diu ille neglectus iacuit vix ab uno alterove eorum visitatus, qui antiquitatis studio commoti Asiam minorem peragrabant, quoad anno 1765 primus Riccardus Chandler omnem hanc regionem diligentius pervestigavit et descripsit. Opus a Chandlero intermissum plus saeculo post Pullan ad finem perduxit, eiusque non minus quam Rayeti et Thomae opera nunc factum est, ut accuratiorem fingere liceat veteris urbís imaginem.³⁾

1) Priènè is situated on a low spur of Mount Mycalè some two hundred feet above the level of the plain. . . Here (scil. in templi fundamentis) and in the Agora beneath it, are the only level spots of ground within the city walls. The remainder of the city was built on the side of the hill and approached by flights of steps cut in the solid rock. Pullan Ion. Ant. IV, 28 b.

2) Ruinarum conspectum praebent Ion. Ant. I. tab. 1. IV, tabb. 14—17. Rayet tabb. 5—8. De situ urbis cf. Chandler, travels in Asia Minor vers. Germ. p. 205. Choiseul-Gouffier, voyage pittoresque en Grèce I, 183. W. M. Leake, journal of a tour in Asia Minor p. 239. „the undoubted landmarks afforded by the fine ruins of Priènè at Samsun.“ Rayeti tab. 2.

3) Anno 1765 a societate Dilettantium (The Society of Dilettanti), quae Londinii habitat, missi sunt Chandler Revett Pars ad explorandas

Etenim Strabonis temporibus Priene ab ora maritima quadraginta stadiorum intervallo separabatur (Strab. p. 579). Hodie autem vicus ille Turcarum, qui paene in ipsis urbis ruinis exstructus est, octoginta stadia a mari distat. Tantum spatii per undeviginti saecula littori addiderunt continuae Gaesonis et Maeandri fluminum alluviones.¹⁾ Unde sequitur saeculo ante Christum undecimo vel decimo cum urbs conderetur, multo etiam propius quam Strabonis aetate oram maritimam ad montes accessisse portumque urbis tunc ipsis moenibus fuisse subiectum. Labentibus autem annis litus processit et paulatim portum alluvie explere coepit. Attamen initio etiam saeculi quinti in usu eum fuisse docet testimonium Herodoti (VI 8), qui in classi Ionica apud Laden coacta duodecim Priensium naves enumerat. Neque adsentior Rayeto, qui sub finem eiusdem saeculi quinti portum iam repletum fuisse existimat. Cuius sententia eo potissimum argumento nititur, quod Thucydides in describendis rebus bellicis anni 412, quae in sinu Latmico gerebantur, inter varias classis Atheniensium stationes Laden Glaucen Samum enumerat, ne verbo quidem commemorat Prienen, quae satis opportuna fuit Atheniensibus.²⁾ Sed longe aliter rem explicat Newton (Ion. Ant. IV p. 21 not. 4), qui propterea portum Priensium non usos esse censet Athenienses, quod erat statio male fida carinis et repentinis illis tempestatibus subiecta, quae eius regionis propriae sunt. Quae sententia si cui probatur, ego non repugnaverim, etsi facilius mihi videtur rem inde explanare,

Asiae minoris regiones. Quae inventa sunt, Chandler descripsit in Antiquitatum Ionicarum volumine primo, quod 1769 prodiit. Eadem societas Pullanum delegavit, qui 1868 et 1869 ruinas Prienes pervestigabat unaque cum viris doctis Newton et Fergusson quartum condidit Antiquitatum Ionicarum volumen, quod anno 1881 publici iuris factum est. Tertium vero omnes illae regiones accurate descriptae sunt a Rayeto et Thoma, qui annis 1872 et 1873 vallem Maeandri peragrabant, in opere quod inscribitur 'Milet et le golfe Latmique' nondum absoluto.

1) De alluvionibus Maeandri et Gaesonis dixit Rayetus I. p. 24—32. cf. inprimis p. 31 sq. et tabulam 2.

2) Rayet. I, 26.

quod Lacedaemonii totam oram occupaverant eodemque artificio Athenienses terra prohibebant, quo postea usus Alexander cum Miletum oppugnaret, Persarum classi terrae aditum ademit (Arr. I 19, 8). Ut hoc est, medio saeculo quarto Priene duos habebat portus, quorum alter aggere clausus erat¹⁾ haud dubie, ut naves defenderet a repentinis illis procellis quarum vim Pullanus ipse cum Prienes degeret, expertus est (Ion. Ant. IV p. 28^b fin.). Utrum vero Naulochum illud, quod in decreto quodam Alexandri IMB 400 et apud Plinium n. h. 5, 27 commemoratur, alter urbis portus fuerit,²⁾ incertum manet neque magis constat quid posterioribus saeculis de portibus factum sit, cum magis magisque crescerent fluviorum alluviones.

Haec de portibus: alteri urbis parti, quae septentrionem spectat, mons imminet mille circiter pedes in altitudinem elatus tribusque ex partibus admodum abruptus.³⁾ In hac rupe posita erat arx Priensium undique muris cineta. Inde urbis moenia exorsa et montis declivia secuta totum fere collem rupi subiectum includebant, in quo urbs collocata erat. Quando haec moenia aedificata sint, accurate dici nequit. Nam quae Chandleri etiam temporibus stabant murorum reliquiae,⁴⁾ eae nunc paene evanuerunt, neque quicquam de eorum structura vel de lapidum forma et magnitudine adnotavit Chandler, unde aliquid de tempore concludi possit. In universum tamen hoc dicere licet. Antiquissimis temporibus arces tantum urbium Ionicarum munitae erant, urbes ipsae moenibus carebant solique

1) (Scylax) peripl. § 81. Fabr. *Ἐπὶ τῆς Μυκάλης ἐστὶ πόλις Πριήνη λιμένας ἔχουσα δύο ὧν τὸν ἓνα κλειστόν.* De tempore peripli Ungero ad-sentior Philol. 33, 29—45, qui eam quam nunc habemus libri recensionem anno 347 tribuit.

2) Naulochum prope ostium Maeandri situm fuisse dicit Waddington Leb. Asie mineure 186. Unde hoc habeat, nescio.

3) . . . the north, where a grand precipice rises to a height of a thousand feet Pullan Ion. Ant. IV, 28^b. cf. Chandler Travels p. 228. Arduam montis naturam bene demonstrant Ion. Ant. I, tab. 1. IV, tab. 1. Rayet. tab. 5.

4) cf. Chandler Ion. Ant. I p. 14. Tractum moenium urbisque ipsius fundamenta delineavit E. A. Falkener Ion. Ant. IV, tab. 2. 3.

Phocaeenses Arganthonii regis munificentia adiuti urbem quoque muro circumdederant.¹⁾ Ceteros autem Iones periculum, quod post Sardium expugnationem a Persis minabatur, coegit urbes suas muris defendere;²⁾ sed quae tunc exstructae sunt munitiones, eae rursus deletae esse videntur a Persis post Ionum seditionem repressam. Quo factum est, ut anno 427 Ionia esset ἀτειχιστος (Thuc. III 33, 2) ultimisque etiam belli Peloponnesiaci annis Chius Erythrae Clazomenae Phocaea muris carerent.³⁾ Et omnino maius fuisse videtur opus illud, quam quod sustinere possent minores illarum regionum urbes velut Priene. Itaque verisimile est moenia urbis non ante Alexandri aetatem aedificata esse et hoc unum constat medio fere altero ante Christum saeculo ea iam stetisse, quia tunc urbs ipsa acerrima petita est oppugnatione (cf. infra caput sextum). Ceterum moenium tractus diligenter iam a Chandlero detectus artem demonstrat architecti qui id semper egit, ut quam plurimos efficeret angulos murumque turribus defenderet. Portis murum tribus tantum locis interrumpi voluit, quarum prima ad occidentem fert, altera in ea parte urbis sita est, quae est infima et in orientem maxime et meridiem vergit. De tertiae portae situ dubitatur.⁴⁾

In medio fere moenium circuitu, ubi ex superioribus oppidi regionibus latissimus in omnes partes patet prospectus, templum surgebat Minervae Poliadis non tam magnitudine insigne quam pulchritudine structurae et singularum partium conciinnitate praeclarum.⁵⁾ Fundamenta eius in saxo per se declivi, sed

1) Recte hoc conclusit Steinius ex Herod. I 141. coll. 14 et 163.

2) Her. I 141.

3) De Clazomenis cf. Thuc. VIII 31, 3. προσβολὴν ποιησάμενος τῇ πόλει οὐσῆ ἀτειχιστῶν. De Phocaea Xen. hist. graec. I 5, 11. Ἀλκιβιάδης . . . τειχιζεῖν Φώκαιαν ἐκέλευσεν. de Chio Erythris Clazomenis Thuc. VIII 14, 3. καὶ οἱ μὲν ἀφροστῶτες ἐν τειχισμῶν τε πάντες ἦσαν. Chii utpote homines ditissimi murum exstruxerant, sed hieme 425/4 iussu Atheniensium rursus deleverant. Thuc. IV 51, 1.

4) cf. Falkeneri tabulam Ion. Ant. IV, tab. 2. Chandler, trav. p. 229.

5) A peu près exactement au milieu de l'enceinte de Priène existe un ressaut de rocher dont le sommet affecte, malgré nombreuses irrégula-

variis artificii aequato posita meridiem versus muro sustentabantur, cuius vestigia etiam hodie supersunt.¹⁾ Ipsa aedes hexastylus erat Ionico genere exstructus a Pythio, secundum Vitruvium eodem qui cum Satyro Mausoleum Halicarnassi aedificavit.²⁾ Et omnino eosdem in utroque monumento elabo-

rités la forme générale d'une ellipse très allongée de l'est à l'ouest. . . . Cette éminence, visible de tous les points de la ville, reconnaissable de loin, et de laquelle la vue s'étend sur un horizon immense, a été choisi par les Priéniens pour devenir le sanctuaire de la divinité protectrice de la cité, Athéna Poliade Rayet. II, 1. cf. praescripta Vitruvii I 7, quae bene adfert Chandler Ion. Ant. I, 16. — De pulchritudine templi Vitruv. I 1, 12. qui Prienae aedem Minervae nobiliter est architectatus. cf. Pullan. Ion. Ant. IV, 30 a. Fergusson ib. p. 16. Malum artis antiquae arbitrum se praestat Pausanias, cum sic dicit VII 5, 3. Ἡσθεῖης δ' ἂν καὶ τῶ ἐν Ἐρωθραῖς Ἡρακλείῳ καὶ Ἀθηνᾶς τῶ ἐν Πριήνῃ ναῶ· τούτῳ μὲν τοῦ ἀγάλματος ἕνεκεν . . . quod minoris pretii est secundum Rayet. II, 8. — De magnitudine templi stylobaten eius 37, 20^m longum esse 19, 55^m latum Thomas adnotat Rayet. II, 9 unde corrigendi sunt Hultschii calculi Arch. Zeit. 38, 93. cf. etiam Wittich, Arch. Zeit. 20, 277 sq.

1) En fermant par des murs de soutènement les brèches que le rocher présente du côté sud, en abattant quelques saillies et remblayant quelques depressions ils formèrent une platform assez vaste Rayet. II, 1. . . a platform of rock bounded by terrace walls. Pullan. Ant. Ion. IV, 28 b. cf. Thomas Ray. II, 9.

2) De templo egerunt praeter Chandlerum Ion. Ant. I, 16 sqq. Pullan, Newton, Fergusson Ion. Ant. IV, passim, Thomam apud Rayet. II, 9—24. Ot. Müller, Archaeol. d. Kunst. § 109, 16. Overbeck, griech. Plastik II, 101 ff. Jos. Durm, Baukunst der Griechen p. 191. — De architecto Vitruv. I 1, 12. VII praef. 12. Nomen eius incertum est, codices enim Vitruvii, qui in censum veniunt, Gudianus et Harleianus diversas nominis formas praebent. Sic I 1, 12 G habet Pithios H Pythios, I 1, 15 Pythius GH, IV 3, 1 Pytheus GH et mox phiteus GH, VII praef. 12 Phileos G Phyleos H. Accedit Plin. 36, 31 ubi in R pytis F pitis legitur. Omnibus autem his locis et apud Vitruvium et apud Plinium intellegendum esse artificem nemo negavit post Raoul-Rochettium, Lettre à M. Schorn p. 381 n. 287. cf. Brunn, Griechische Künstler II, 377. Quenam vera nominis forma sit, dictu difficile est. Certe cur Rosius Phyleos ubique restituerit, nemo intellet. Rectius Rayetus haud dubie formam Pythius elegit, Rayet. II, 7, cui ego assentior maxime ea de re, quod sic etiam Plinianorum codicum scriptura Pythis bene explicatur. Nomina enim propria in -ios et in -is terminantia saepissime iuxtim inveniri docet Lobeck pathol. serm. graec. elem. p. 500 sqq.

rasse artifices melius quam Vitruvii testimonium docet similitudo quae inter artis quaedam opera Prienes et Halicarnassi inventa intercedit.¹⁾ Hinc etiam verisimile fit aedem Minervae vel eodem tempore aedificatam esse quo Mausoleum vel etiam paulo priore, si fidem Rayeto tribuere licet, qui hoc argumentis e structurae genere petitis probari posse dicit.²⁾ Quod si verum est recteque templi constructio annis 355 circiter et sequentibus tribuitur, sat multum temporis in ea consumptum est. Nam ab Alexandro demum aestate ut videtur anni 334 aedem consecratam esse testatur inscriptio in summo antae lapide insculpta *Βασιλεὺς Ἀλέξανδρος ἀνέθρηκε τὸν ναὸν Ἀθηναίῃ Πολιάδι.*³⁾ Cetera aedificiorum quae prope templum inventa sunt fragmenta posterioris originis indicia prae se ferunt.⁴⁾

E regione templi orientem versus gymnasii fundamenta detecta sunt, supra quae exstant ruinae theatri radicibus montis qui urbi imminet inclinatae. Infra gymnasium meridiem versus urbis forum extendebatur compluribus monumentis ornatum, ex quibus quae restant non semper accuratam explicationem admittunt. Denique in ea oppidi parte quae maxime ad meridiem vergit, stadium intra ipsa urbis moenia situm erat, ex quo undecim gradus adhuc servantur.⁵⁾

Haec sunt aedificia, quorum etiamnunc manent vestigia.

Praeterea apud Laertium Diogenem Teutameum commemoratur, in quo Bias, Teutamis filius, clarissimus urbis civis heroicis colebatur honoribus, idemque ut videtur in inscriptione

1) De similitudine, quae inter Mausoleum et templum Minervae intercedit cf. Overbeck II, 101. Newton. Ion. Ant. IV, 34. Maxime apparet in duobus feminarum capitibus Ion. Ant. IV, tab. 20 et Newton, a history of Discoveries etc. II 1, 104 pl. 2.

2) cf. quae de tempore exposuit Rayet. II, 5—8.

3) titulum ediderunt Chandler Ion. Ant. I, 15. Choiseul-Gouffier, voy. pitt. I, 183. Boeckh CIG. 2904. Lebas-Waddingt. pt. V, 187. Wittich, Arch. Zeit. 20, 277. Hicks, Greek. hist. inscr. 124. Dittenb. syll. 117. cf. Ion. Ant. IV, 23.

4) cf. Pullan Ion. Ant. IV, 30 b, Thomam apud Rayet. II, 9.

5) de his omnibus conferendae sunt tabulae Falkeneri Ion. Ant. IV, 2 et 3; de stadio cf. tab. 4.

quadam serioris aetatis Biantium vel Biantis sacrum appellatur.¹⁾ Difficilior quaestio est de templo Apollinis, quod Prienes fuisse Boeckhius ex inscriptione leporis aenei conclusit, qui Sami emptus est; in quo haec leguntur τῶι Ἀπόλλωνι τῶι Πριηνῆϊ μ' ἀνέθηκεν Ἡφαιστίων.²⁾ Quartum enim vocabulum Πριηνῆϊ legebat Boeckhius, cum suspicaretur in ipso monumento Λ et Η litteras fuisse coniunctas. Sed quod Boeckhio tunc putare licebat, qui malo ectypo usus est, id nobis non licet Roehlii testimonio edoctis, qui perspicue Πριηνῆϊ exaratum esse confirmat. Aut igitur Πριηνλεὺς Dei cognomen a nomine substantivo velut ἀγρεὺς ἀγριεὺς vel ab urbis nomine ut Γουνεὺς derivandum est, — sed neque substantivum neque urbis nomen περιήλη cognoscitur. Aut cum Roehlio error lapicidae statuendus est, qui unam hastam omisit et Λ pro Ν exaravit; et re vera Apollinem Prienes celebratum esse nummi docent, in quibus tripus invenitur.³⁾

Haec de ipsa urbe sufficiunt. Ab orientali parte Prienes praeterfluit Gaeson vel Gessus amnis⁴⁾ qui ex Mycale monte ortus non multum ab urbe distans in sinum Latmicum effunditur. Ephori iam temporibus fluvius, haud dubie quia ostium

1) Heraclitus apud Diog. Laert. I 88. Ἐν Πριηνῆϊ Βίης ἐγένετο ὁ Τεντάμω οὗ πλείων λόγος ἢ τῶν ἄλλων. καὶ οἱ Πριηνεῖς δὲ αὐτῷ τέμενος καθιέρωσαν τὸ Τενταμῆϊον λεγόμενον. Contra Cobetum et Dunckerum VI², 307 ultima verba ab Heraclito abiudicaverunt Schuster Herakl. v. Ephesos. Acta soc. phil. Lips. III, p. 45 not. et Bywater recentissimus Heracliti editor fr. 112, sed causam non addiderunt. Ultima verba ἀπεφθέγγετο οἱ πλείστοι κακοὶ Diogenis non sunt, qui idem dictum iam supra rettulit (vs. 22 Cob.), itaque fortasse a lectore addita, sed recte. Aliter censet Schuster l. l. — Ceterum Βιάντ(ειον) vel Βιαντος ἱερὸν haud dubie recte supplevit Cumanudes in titulo Priensi, quem edidit Ephem. Arch. III. 1886. p. 222 vs. 7.

2) CIG. 2247 = IGA. 385. De tempore inscriptionis, quod a Boeckhio et Broendstedtio non recte definitum est, cf. Kirchhoff, Alphabet⁴ p. 30 sq.

3) cf. Mionn. Ionie 895. Supplém. (VI) 1380. Sestini lettere (di continuazione) 3, 28, 10 et 11.

4) De nomine fluminis cf. Her. IX 97 et Athenaei codices VII 311^a, qui formam Γαίσιων exhibent. Γαῖσος invenitur apud Hesych. s. v., Gaesus apud Melam 1, 87, Gessus in libris Plinianis n. h. 5, 113.

et suis et Maeandri alluvionibus clausum erat, paludem in litore effecerat, quae angusto introitu cum mari coniuncta fuit.¹⁾ Haec palus piscium quodam genere satis celebris erat, de quibus multa apud Arcestratum.²⁾ Ceterum haec ipsa regio notissima erat clarissima illa victoria, quam anno 479 Graeci duce Leotychide de Persis reportaverunt. Hic secundum Herodoti descriptionem situm erat templum Cereris Eleusinae Persarumque munimentum *Σκολοπόεις* vocatum, quod nomen etiamnunc conservatur in vici cuiusdam Turcarum Kelebesch denominatione. Contra dominarum sacrum, quod et ipsum ab Herodoto nominatur, ubi fuerit non constat.³⁾ Ceterum finium urbis ambitus accurate definiri nequit nec semper idem fuisse videtur. Prienes territorium num a Maeandri ostio inceperit, incertum manet⁴⁾ solumque id Strabonis ex verbis discimus Panionium antiquitus fuisse Priensium, penes quos Neptuni Heliconii sacerdotium erat. Atqui Panionium in septentrionali Mycales latere erat, tria stadia a litore remotum,⁵⁾ unde

1) cf. Ephorum apud Ath. VII 311^e *ἐν τῇ πέμπτῃ ποταμὸν εἶναι φησι τὸν Γαίωνα περὶ Πριήνην ὃν εἰσεῖν εἰς λίμνην*. Neanthes Cyz. ibid. *ὁ δὲ Γαίωv . . . ἡ Γαίωvις λίμνη ἐστὶ μεταξὺ Πριήνης καὶ Μιλήτου ἠνωμένη τῇ θαλάσῃ*.

2) Arcestrat. apud Ath. VII 311^a = fr. 53 Ribb.

3) A l'est de Priène le ruisseau Gaeson avait formé une petite plaine, où s'élevait un temple de Déméter Eleusinienne et un village dont le nom *Σκολοπόεις* est encore aujourd'hui reconnaissable dans celui de Kélébeche. Rayet. I, 26. — Herod. IX 97 *ἀπικόμενοι δὲ* (sc. Persae Samo venientes) *παρὰ τὸ τῶν Ποτνιέων ἱερὸν τῆς Μυκάλης ἐς Γαίωvά τε καὶ Σκολοπόειν τῇ Δήμητρος Ἐλεουσίνης ἱερὸν . . .* Ex verbis *παρὰ τ. τ. Π. ἰ.* „praeter Dominarum sacrum“ facile quis concludere possit, hoc templum a Gaesone occidentem versus collocatum fuisse. Ceterum Graecos ab oriente impetum in Persas fecisse, ut eos intra Mycalen et mare coactos intercluderent, puto cum Steinio (ad cap. 102). *τὰς διόδους ἰgitur τὰς ἐς τὰς κορυφὰς τῆς Μυκάλης φερούσας* quae Milesiis custodiendae traduntur Her. IX 99 a Gaesone et planitie, in qua dimicatum est, occidentem versus fuisse necesse est. cf. caput IV.

4) Strab. p. 636. *μετὰ δὲ τὰς ἐκβολὰς τοῦ Μαιάνδρου ὁ κατὰ Πριήνην ἐστὶν αἰγιαλός*.

5) Her. I 148. Strab. p. 639. *πρῶτον δ' ἐστὶν ἐν τῇ παραλίᾳ τὸ Πανιώνιον ὅπου τὰ Πανιώνια κοινῇ πανήγυρις τῶν Ἰώνων συντελεῖται τῷ*

apparet antiquissimis temporibus Priensium fines non solum meridionalem Mycales partem, sed totum montem complexos fuisse. Medio autem saeculo quarto tota ora inde ab Anaea usque ad Trogilium promuntorium Samiorum erat.¹⁾ Rursus tamen in possessionem Priensium revenisse agrum a Samiis ademptum Strabo testatur sua aetate Panionia in terra Priensium celebrari dicens.²⁾ Certiora adferri vix poterunt. Nam etiamsi in gravissimo illo decreto, quo Rhodii arbitri acciti vetustissimam Samiorum et Priensium de agris quibusdam litem componunt, fines accurate constituuntur, tamen omnium quae ibi et in aliis ad eandem rem pertinentibus titulis commemorantur locorum velut Heraclei, Sanideae, Maemalopis fluvii, Carii, Dryussae situs plane ignoratur.³⁾ Conicere fortasse hoc licet. Ex ipso titulo elucet Carium et Dryussam, de quibus lis est, et Pygela Samiorum partes quondam fuisse urbis antiquae, cui nomen Melia erat. Hanc satis remoto tempore Samii et Prienses deleverant agrosque ita secundum rerum scriptores, qui in titulo nominantur, inter se partiti erant, ut Samiis Pygela, cetera Priensibus obvenirent.⁴⁾ Unde apparet

Ἐλικωνίῳ Ποσειδῶνι, ἱερῶνται δὲ Πριηνεῖς. cf. p. 384. *τῆς Πανιωνικῆς θυσίας, ἣν ἐν τῇ Πριηνέων χώρᾳ συντελοῦσιν Ἴωνες.* — Locum veteris Panionii prope vicum esse qui hodie dicitur Tchangli primus vidit Chandler Travels 1, 223 (vers. Germ.). cf. Texier, descript. de l'Asie mineure II, 291 sq.

1) Ps. Scylax. § 81. *Ἄναια Πανιόνιον Ἐρασιστράτιος Χαραδρῶς Φώκαια Ἀκαδαμῖς Μυκάλη· ἐν τῇ Σαμίων χώρᾳ ταῦτά ἐστιν.*

2) cf. not. 5, p. 120.

3) Rhodiorum decretum, cuius singula frustula Boeckhii iam CIG. 2905 et Waddingtonius edidit Wadd.-Lebas. 190—194. 205, nunc melius restitutum et in ordinem redactum est ab Hicksio IMB. 403. — *οἱ κατὰ Σανίδειαν τόποι* ibid. vs. 159. Heracleum 407, 2. *Μαιμαλώπης* fluvius, quem Prienses *ἐπὶ Λαισμαγορείας* vocant 407, 7. Andrecas collis 406, 2.

4) cf. maxime IMB. 403 vs. 118 sqq. *ἀμὲς δὲ θεωροῦντες τοὺς γράφαντας (τὸν πόλεμον) τὸν Μελιακὸν καὶ τὰν διαιρέσιν τῆς χώρας τοὺς μὲν ἄλλους πάντας φαιμένους ἐκ τῆς διαιρέσεως (λαχόντας Σαμίους) Φύγελα καίπερ ὄντας τέσσαρας μὲν Σαμίους Οὐλιάδην καὶ Ὀλύμπιχον καὶ Δούριν καὶ Εὐάγωνα δύο δὲ Ἐρφέσιους Κρεώφυλον καὶ Εὐάλην, Χίον δὲ Θεύπομπον, οὓς πάντας ἐν ταῖς ἱστορίαις εὐρίσκομεν κατακεχωρικότας διότι ἔλαχον (Σάμιοι) Φύγελα, μόνον δὲ ἐν ταῖς ἐπιγεγραμμέναις Μαιανδρίου τοῦ Μιλησίου*

tria illa loca inter se fuisse vicina, quippe quae unius urbis fines conformaverint. Atqui Pygelorum situs satis certe definiri potest; prope Ephesum enim sita erant.¹⁾ Itaque verisimile est Carium quoque et Dryussam a Mycale septentrionem versus collocata fuisse, ut comprobetur quod supra vidimus, septentrionale quoque montis latus paruisse Prienensibus. Quae si non falso disputata sunt, unum intellegitur parum apte coniungi a Waddingtono²⁾ τοὺς κατὰ Σανίδειαν τόπους in titulo commemoratos a quibus exordiuntur Rhodiorum termini, et τὸν Σάνδιον λόφον, de quo Thucydides dixit III 19. Is enim in planitie Maeandri situs ab urbe Myunte non multum aberat secundum Rayeti sententiam, qui longe omnium diligentissime eam regionem perscrutatus est.³⁾ Et sponte concidit Hicksii coniectura ceteroquin ingeniosa, qui inde quod collis ille Σανίδεια apud Samios, apud Prienenses Θίνιχος πάγος clueret, Thucydides autem Samiorum denominatione uteretur, scriptorem de ea re conclusit a Samiorum exulibus edoctum esse, qui tunc in oppido Anaeis conederant.⁴⁾

ἱστορίαις κατακεχωρισμένον διότι ἔλαχον Σάμιοι Κάριον καὶ Δρυοῦσαν. De his, Cario et Dryussa, lis est vs. 6 sqq. Ceterum utrum ager ille Batinetus, de quo Samii et Prienenses ambigunt CIG. 2254, in eadem regione fuerit necne, incertum est. Hoc solum constat eum a Cario et Dryussa diversum esse, quod rectissime statuit Dittenberger sylloge 241 not. 3, non falso, ut Sonnio videbatur (de arbitris publicis Gott. 1888. p. 13 not. 9). Contra falso Sonnius putat Carium et Dryussam partes fuisse Batineti. cf. IMB. 403 vs. 101 sqq. οἱ δὲ Σάμιοι τὰ τε (τῶν ἱστοριογράφων μαρτύρια ὑφαγήσαντο) (in hac causa, quae est de Cario et Dryussa) καθὰ καὶ ἐπὶ τῆς κρίσεως τῆς ὑπὲρ τοῦ Βατινήτου. Supplementa fere certa sunt ex Waddingtonis apographo lapidis postea deleti. cf. etiam Ion. Ant. IV, 23.

1) Chandler, Travels 1, 200 vers. Germ.

2) Waddington ad Lebas part. V no. 194, vs. 2.

3) Rayet. I, 27. Aucun autre texte ne mentionne cette colline de Sandios et nous sommes réduits aux conjectures pour en déterminer l'emplacement. Mais la nature des lieux parle ici plus clairement que ne sauraient le faire tous les témoignages: il n'y a qu'une seule colline dans la vallée, celle qui s'élève à environ 3 kilomètres et demi au nord de l'emplacement de Myonte et sur laquelle est bâti le hameau turc de Euz Bachi.

4) cf. Hicks ad IMB. 403. p. 19. col. b.

CAPUT ALTERUM.

De Priensium rebus gestis usque ad Sardinum expugnationem 546.

Priene secundum Pausaniae testimonium ab Aepyto Nelei filio et Philota Thebanorum duce condita est vel, si maior est Strabonis auctoritas qui accuratius rem tradit, ab Aepyto solo, cui postea demum cum nova colonorum manu Philotas accessit.¹⁾ Utrum vero urbs iam antea quam Graecorum coloni ibi considerent, ab alia quadam gente habitata sit an a Graecis demum aedificata, nunc in medio relinquendum erit.²⁾ Incrementum autem quod urbi addidit Thebanorum adventus, satis magnum fuisse videtur: inde enim incolae cognomen traxerunt Cadmeorum, quod ex Hellanico servavit Hesychius. Et urbem ipsam a nonnullis Cadmen vocatam esse non solum Strabo tradit cum Eustathio, sed idem nomen occurrit in nummis quoque Priensium alteri ut videtur ante Christum saeculo attribuendis.³⁾ Ceterum ut aliarum Asiae urbium ita etiam Prienes originem ab Amazonibus repetunt veteres quaedam fabulae: quas iure omittere licet, postquam a Dunckero unde omnes illae de Amazonibus narrationes ortae essent, demonstratum est.⁴⁾

1) Paus. VII 2, 10. Strabo p. 633. cf. 636. *Φιλωτᾶς ὁ ἐπικτίσας αὐτήν.*

2) Priene iam antea habitatam esse putaverim non tam Pausaniae verbis VII 3, 8 nixus quam similitudine nominum commotus, quae inter *Πριήνην* et nomen urbis Creticae *Πριανσος* intercedit. Ubique fere in hac Asiae ora Cretensium vestigia deprehenduntur, de quibus alio fortasse loco postea disputandum erit.

3) Hesych. s. v. *Καδμεῖοι* = Hellan. fr. 95. (FHG. I). Strabo p. 636. *λέγεται δ' ἰπὸ τινῶν ἢ Πριήνη Κάδμη.* cf. Eustath. ad Dionys. perieg. 823. — Mionnet, Ionie 888. Suppl. 1363. Tempus determinavit Barclay V. Head, historia numorum p. 508, Second century or later.

4) Duncker V³, 202 sq. cf. etiam I⁵ 473. Rem nondum explicatam esse censet Eduardus Meyer, Gesch. d. Alterthums I § 253 not. — Ephesum Smyrnam Cymen Myrinam ab Amazonibus conditas esse censet Ephorus fr. 87 (FHG. I), Pitanen et Prienen addit Diodorus 3, 55, alias quae ab Amazonibus nomen traxisse perhibentur, urbes enumerat Arrianus fr. 58 (FHG. III).

Sed Graecorum coloniae ut vi plerumque in barbarorum fines deductae erant, ita etiam vi et armis defendendae erant contra veteres terrae dominos. Quinam hi fuerint, ne antiquis quidem scriptoribus satis exploratum erat. Omnia autem eorum testimonia,¹⁾ quae saepissime inter se pugnant, adferri inutile duxi praesertim in ea quaestione, quae non veterum scriptorum auctoritate, sed argumentis ex ipsorum populorum religione lingua arte petitis diiudicatur. Neque a me quemquam spero postulaturum esse, ut certam in hac re profitear sententiam, in qua ne doctissimis quidem viris contigit, ut certi aliquid et quod ab omni parte tutum esset invenirent.²⁾ Itaque quoad meliora reperta erunt, hoc consensui antiquitatis tribuendum est inde a Mycale monte meridiem versus Cares incoluisse.³⁾

Cum his igitur Priensibus gerendum erat longum ut videtur bellum et fortuna varium: bellicosissima enim erat Carum natio et haud dubie acerrime sedes suas defendit. Cuius certaminis vestigia deprehenduntur apud Valerium Maximum, qui Prienses cum bello a Caribus pressi a Samiis auxilium peterent, ludibrio habitos esse narrat, et apud Pausaniam, secundum quem Prienses in summo rerum discrimine Ephesiis arcessitis Cares magno proelio vicerunt, in quo cecidit Androclus Ephesiorum rex.⁴⁾

Tempus retardavit barbarorum impetus, sed novus Ionibus multoque terribilior hostis extitit, postquam sub finem saeculi

1) Pleraque collecta sunt a Deimlingio, die Leleger p. 9 sqq.

2) Quaestionis epicrisin instituit Thraemer Pergamos p. 339—363.

3) Ut gravissimos testes afferam, II. II 867—870. Herod. I 142. Pherecyd. apud Strab. 642. Pausan. VII 2, 3 et 7. Solus Ephorus Lelegas circa Miletum incoluisse dixit apud Strab. p. 634.

4) Val. Max. I 5 ext. 1. ed. Kempf, qui recte ut videtur lectionem ‚sibullam‘ revocavit. Ceterum haec narratio fabulae illi de Tyrtaeo notissimae (de qua cf. Duncker VI², 105 sq.) tam similis est, ut suspicio moveri possit. Pausan. VII 2. 9. Πριηνέσιν ἤμυνε (scil. ὁ Ἄνδροκλος) ἐπὶ τοὺς Κᾶρας καὶ νικᾶντος τοῦ Ἑλληνικοῦ ἔπεσεν ἐν τῇ μάχῃ. Duo bella distinguere studet Raoul-Rochette hist. des colonies grecques III, 82 sq. falsa interpretatione perductus loci Isocratei Panath. c. 76, quo non de bello coloniis Asiaticis, sed Atticae ipsi illato agitur.

octavi Mermnadae regno Lydiae potiti sunt. Quorum statim primus Gyges Graecas urbes adortus Smyrnam et Miletum frustra oppugnavit, Colophoniorum urbem cepit. Eius filius, qui a Xantho Alyattes, ab Herodoto Ardys vocatur, redintegrato bello Milesiorum fines devastavit et Prienses in potestatem suam redegit.¹⁾ Urbem tamen non diu in ditione Lydorum mansisse Herodotus testatur, cum neminem ante Croesum Lydiae regem Graecis urbibus imperasse dicit. Et Laertii Diogenis constat testimonio iam temporibus Alyattis, Sadyattis filii, iterum urbem a Lydis esse obsessam.²⁾ Quando autem primum capta sit Priene, accurate definiri nequit. Tabula regum Lydiae, quam Herodotus secutus est, Ardyi annos tribuit inde ab 678 usque ad 630; altera, qua usi sunt Iulius Africanus et chronographi, Ardyn regnasse tradit ab anno 663 usque ad annum 625. Sed utramque falsam esse demonstrat ipsa annorum, qui singulis regibus assignantur, artificiosa dispositio et Assurbanipalis regis Assyriorum inscriptio, ex qua Gygen post annum 660 etiam vixisse et fortasse circa annum 648 demum a Cimмериis regno vitaeque privatum esse elucet.³⁾ Recte autem Meyer non prius Ardyn se contra Graecos convertisse censet, quam repulsis Cimмериis. Itaque hoc solum dicere licet Prienes expugnationem evenisse altero saeculi septimi dimidio.

Eidem fere tempori vel etiam antiquiori duo bella attribuenda sunt a Priensibus gesta, Samium et Meliacum, de quibus veterum scriptores aut nihil aut admodum pauca tradunt,

1) Herod. I, 14 *ἔσέβαλε μὲν νῦν στρατιῶν καὶ οὗτος* (cf. Steinii adn.) *ἐπεὶ τε ἴρξε, ἐς τε Μίλητον καὶ ἐς Σμύρνην καὶ Κολοφῶνος τὸ ἄστυ εἶλε* (cf. Pertz, Colophonica p. 33. Schubert, Könige v. Lydien p. 36). c. 15 *οὗτος δὲ* (sc. Ardys) *Πριηνέας τε εἶλε ἐς Μίλητόν τε ἐσέβαλε.*

2) Haec secundum Schubertum, Könige v. Lydien p. 40. Herod. I 6. Diog. Laert. I 83.

3) De regum Lydorum chronologia. Duncker, G. d. A. II, 571 n. Gelzer, d. Zeitalter d. Gyges Rh. M. 30, 241—243. Schubert, Könige v. Lydien p. 8—18. Edu. Meyer, G. d. A. I. § 413. Busolt, Gr. Gesch. I, 332 not. 3. Artificiosam dispositionem annorum detexit de Gutschmid apud Schubertum l. l. Titulum Assurbanipalis vide apud Smith, history of Assurbanipal. p. 64 sqq.

plura in inscriptionibus inveniuntur quibusdam tertii ante Christum saeculi.¹⁾ Atque causa utriusque tituli eadem fuit. Nam antiquissimis iam temporibus inter Samios et Prienenses lis orta erat de agris quibusdam in confinio urbium sitis, quae per saecula producta compluribus deinceps regibus vel civitatibus diiudicanda evenit. In his etiam fuere Lysimachus rex et Rhodiorum res publica, quorum arbitria titulis illis continentur. Res autem in eiusmodi iudiciis fieri ita solet, ut primum litigantium afferantur argumenta, dein lis ab arbitro discernatur. Sed iam satis de inscriptionum causa et indole: res ipsa, de qua agitur, haec est.

In priore titulo, qui Lysimachi epistulam ad Samios datam continet, Priensium legati hoc dicunt. Agrum Batinetum, de quo lis esset, antiquitus Priensium fuisse. Tempore autem quodam Samios et Prienses eiectos esse possessionibus a Lygdami, qui postea agrum Priensibus reddidisset. Annis vero nonnullis interiectis Samios, qui tunc sua publice non repetivissent, cum Prienses calamitate adfectos vidissent, in terram illam invasisse, donec urbes a Biante reconciliarentur.²⁾

1) Epistula Lysimachi in CIG. 2254. Quaedam emendavit Roehlius, Schedae epigraphicae p. 7. Multo accuratius titulum edidit Hicks, Greek. hist. inscr. 152, ipso lapide inspecto, quem secutus sum. — Decretum Rhodiorum nunc recte restituit idem Hicks IMB. 403 (cf. p. 121 not. 3).

2) οἱ μὲν οὖν Πριηνεῖς τὴν μὲν ἐξ ἀρχῆς γεγενημένην ἀ(ὕ)τ(οῖς | κτῆσι)ν τῆς Βατινητίδος χώρας ἐπεδείκνυον ἕκ τε τῶν ἱστοριῶν κ(αὶ ἐκ | τῶν ἄλλ)ων μαρτυριῶν καὶ δικαιωμάτων <με>τὰ τῶν ἐξετῶν <σπονδῶν? | πρό- τερον δὲ συνωμολόγουν Λυγδάμεως ἐπελθόντος ἐπὶ <τὴν χώραν μετὰ 1 δυ>νάμεως τοῖς τε λοιποῖς ἐγλιπεῖν τὴν χώραν αὐτ(οῖς? τε Σαμί|ους εἰς τὴν ν)ῆσον ἀποχωρῆσαι· τὸν δὲ Λύγδαμ(ιν κ)ατασχέντα <τὴν χά|ραν τῆνδε π>άλιν ἀποδιδόναι τὰς αὐτὰς κ(τ)ήσεις, τοὺς δὲ <Πριηνεῖας ἀπὸ | τοῦτου νέμεσθ)αι· Σαμίων δὲ οὐθέντα παραγενέσθαι παρ(ὰ τοῦτοῖς πλὴν εἴ τις ἐ)τύγχανεν παρ' αὐτοῖς κατοικῶν τούτο(ν δὲ ἔ)νεκα ἀεὶ τὸν βουλόμ)ενον 2 προσενέγκασθαι Πριηνεῦσιν. ὑποστ(άν)των? δὲ τὰς μετέπειτα πάθ)ας Σαμίους παρελῆσθαι τὴν χώραν ἀ(ὕ)τῶν | <πεμφθῆναι οὖν παρὰ Πριηνεῶν Βιάντα περὶ διαλίσεων τοῖς Σαμίοις | ὑπὲρ τῆς χά)ρας· τὸν δ)ὲ διαλύσαι τε τὰς πόλεις καὶ τοὺς οἰκοῦντας ἐκεῖ... Supplementa sunt Hicksii, quorum gravissima sunt versuum 15 et 16, in quibus sane quae Hicksius invenit, certiora sunt, quam Boeckhii coniecturae.

Haec optime illustrantur iis, quae Plutarchus adfert ex Aristotelis 'Samiorum republica'. „Samii Priensibus bellum intulere, sed mille civibus amissis repulsi sunt. Septimo autem anno post Prienses a Milesiis prope Quercum ita devicti sunt, ut ab hoc tempore ὁ παρὰ Δρυὶ σκότος apud eos in proverbium abiret. Bias autem Samum missus magnam in legatione sibi paravit gloriam.“¹⁾ Inde quod post cladem a Milesiis acceptam Bias Samum mittitur, apparet Samios quoque tunc cum Priensibus pugnasse et cum Milesiis fuisse coniunctos. Quod confirmatur alterius inscriptionis testimonio; ibi enim Samiorum legati gloriantur ipsos Samios cladem illam Priensibus parasse agrumque sibi vindicasse.²⁾

Haec omnia si inter se coniunguntur, talem fere rerum seriem constituere licet. Remoto quodam tempore Samii et Prienses agrum quendam communiter possedere. Controversiae non ortae esse videntur, donec Lygdamis utrosque terra privavit. Nam cum paulo post Lygdamis pristinis possessoribus agrum reddidisset, Prienses soli eum occupasse videntur.³⁾ Qua re exacerbati Samii Prienses bello petiverunt, sed mille civibus amissis repulsi sex annorum impetraverunt indutias. Septimo anno post redintegrato bello una cum Milesiis Priensibus terribilem cladem inflixere prope Quercum. Pugna fracti Prienses Biantem ad Samios miserunt, qui urbes reconciliavit.

1) Plut. quaest. Graec. 20. *Τίς ὁ λεγόμενος ἐν Πριήνῃ παρὰ δρυὶ σκότος; Σάμιοι καὶ Πριηνεῖς πολεμοῦντες ἀλλήλοις τὰ μὲν ἄλλα μετρίως ἐβλάπτοντο καὶ ἐβλαπτον· μόχθῃ δὲ μεγάλης γενομένης χιλίους Σαμίων οἱ Πριηνεῖς ἀπέκτειναν: ἐβδόμῳ δ' ὕστερον ἔτει (cf. Hicks. Greek. inscr. 152 vs. 13. τῶν ἐξέτιῶν (σπονδῶν!) Μιλησίοις ξυμβalόντες παρὰ τὴν καλουμένην δρυὶν, τοὺς ἀρίστους ὁμοῦ καὶ πρώτους | τῶν πολιτῶν | ἀπέβαλον ||. ὅτε καὶ Βίαιος ὁ σοφὸς εἰς Σάμον ἐκ Πριήνης πρεσβεύσας εὐδοκίμησεν.* Haec ex Aristotele excerpta esse docet Zenob. VI 12 (paroemiogr. edd. Schneid. et Leutsch). cf. Rose, Ar. pseudepigr. 527.

2) IMB. 403, 105. *μετὰ δὲ τὴν παράταξιν τὴν γενομένην αὐτοῖς (sc. τοῖς Σαμίοις) ποτὶ Πριανεῖς ἐπὶ Δρυὶ καὶ νίκας κρίσιμ ἔχειν (καὶ) ταύταν τὴν χώραν ἐν ταῖς συνθήκαις αὐτῶν γενέσθαι.*

3) ita quidem ut Samii metoecorum loco haberentur cf. Hicks. 152 vs. 18 (= p. 126 not. 2).

Si autem quaeritur quando haec omnia facta sint, proficiscendum est a nominibus virorum illorum qui satis noti sunt Biantis et Lygdamis. Et ultimum, quod de Biante commemoratur, consilium est, quod Ionibus dedit iam ab Harpago subactis anno 545 vel 544. Cetera omnia, quae de eo narrantur, indicant eum Alyattis fere fuisse aequalem.¹⁾ Sic igitur non multum lucramur hac in quaestione, accuratiora autem concludi posse videntur e nomine Lygdamis. Hunc Boeckhius eumque secutus Hicksius Naxiorum tyrannum intellegunt, qui a Pisistrato iterum in patriam reverso institutus mox ipse Polycratem, cum tyrannide potiretur, supportavit.²⁾ Omnia igitur quae in titulis commemorantur, intra annos fere 538 et 500 facta esse existimant.

Sed difficultas huius sententiae apparet, si quis intra illud annorum spatium tempus diligentius definire conatur. Polycratis enim temporibus bellum illud tribuere non licet propter notissimum Herodoti testimonium de felicitate, qua semper usus est tyrannus. Neque Samiorum cum Milesiis foedus quadrat ad aetatem tyranni, qui cum Milesiis acerrimas agebat inimicitias.³⁾ Mortem vero Polycratis graves illae turbae inter successores eius secuntur, quoad insula Persarum dicionis facta Sylosonti traditur incolis paene nudata, ut proverbium nasci potuerit *ἐκρητι Συλοσῶντος ἐβρυχωτή*. Haec facta sunt circa annum 516. Quattuor annis post Iones omnes Darei contra Scythas expeditioni adsunt.⁴⁾ Itaque si omnino intra temporis spatium a Boeckhio constitutum bellum gestum est, intra annos 510—500

1) Consilium Biantis Her. I 170. Cetera omnia quae ad Biantis aetatem definiendam pertinent, collegit E. Bobren, de septem sapientibus 1867. p. 43 sqq.

2) de Lygdamis institutione cf. Busolt, Gr. Gesch. I, 553. 563.

3) Her. III 39. *ὄκον γὰρ ἰδίσει στρατεύεσθαι* (sc. Polycrates) *πάντα οἱ ἐχώρει εὐτυχίως*. cf. c. 40. Eius bellum cum Milesiis Her. III 39. — De tempore Polycratis dubitatur cf. Duncker. VI³, 512. Busolt, Gr. Gesch. I, 602 not. 3. Quod nostram non attinet quaestionem.

4) Samiorum bella civilia Her. III 142 sqq. cf. Duncker VI³, 550 not. 2. Busolt I, 606, qui finem tumultuum factum esse anno 516 constituunt. De Scythica Darei expeditione Busolt, Gr. Gesch. II, p. 12 not. 4.

cadere debet. Sed hoc non bene convenit cum aetate Biantis, qui Alyattis aequalis fuit. Accedit autem argumentum gravissimum, quod meo quidem iudicio unum ad illam sententiam evertendam valet. Anno enim 545 vel 544 Priene a Mazare Persarum duce¹⁾ funditus deleta est et omnes cives sub corona venierunt iamque ab omni probabilitate abhorret triginta annis urbem tantum recuperasse virium, ut duabus potentissimis civitatibus Samo et Mileto bellum inferre posset. — Haec omnia evincunt bellum Samium gestum esse antequam Priensium urbs a Persis diruta esset, hoc est ante annum 545 vel 544.²⁾ Sed quid tunc fiet de Lygdami, quem postea demum Naxo praefectum esse constat? Nihil restat nisi ut alius intellegatur Lygdamis, neque alius relinquitur nisi is qui per annos quosdam totam Asiam terrore nominis sui implevit, donec procul in Cilicia devictus occidit,³⁾ Lygdamis, rex Cimmericorum.

Cimmericorum impetum Herodotus factum esse censet dum Lydiae Ardys imperaret,⁴⁾ hoc est secundum ipsius calculos post annum 678, secundum Assurbanipalis inscriptionem aliquanto post 660. At iam dudum recentiores viri docti intellexerunt illam quam Herodotus dicit irruptionem non unam fuisse, sed saepius Asiam a Cimmericis devastatam esse. Expeditio autem, cui Lygdamis praefuit, nunc a plerisque paulo post annum 646 accidisse putatur.⁵⁾ Tunc igitur Lygdamis Sardinibus captis Dianaeque Ephesiae templo concremato⁶⁾ etiam in regiones illas Priensium et Samiorum communes pervenit et utrosque terra eiecit. Verum non mos erat barbarorum illorum,

1) Herod. I 161.

2) Idem iam Dunckerus statuit VI³, 296 not. 2. aliis commotus causis.

3) Strabo. I 61.

4) Herod. I 15.

5) De tempore impetus Cimmericorum quaestio est difficillima; egerunt de hac re Duncker II⁵, 465 sqq., qui primus Herodoti narrationem falsam esse docuit; Gelzer Rh. Mus. 30, 259, qui luculenter duas Sardinum expugnationes Callisthenis inventum esse demonstravit, Rohde Rh. Mus. 36, 560 not. 1, denique Meyer, G. d. A. I, § 452—455. Busolt, Gr. Gesch. I, p. 329. 335 sq. et not. 8, qui Assyrias adhibebant inscriptiones.

6) cf. etiam Callim. hymn. Dian. 251—258.

ut diutius uno loco considerent,¹⁾ quo factum est, ut Lygdamis agrum mox veteribus possessoribus restitueret. Aliquanto post bellum illud Samiorum cum Priensibus evenit. Quot anni intercesserint, suspicari vix licet: nam quae sane in promptu est coniectura bellum Samium et expugnationem urbis ab Ardye factam coniungenda esse urbemque clade debilitatam terribili facilem Lydis evenisse praedam, eam vetant rationes e Biantis aetate ductae, quae ultra annum 600 recedere vix permittunt. Quae cum ita sint, fortasse non multum a vero aberrabit qui bellum Samium primis saeculi sexti tribuet lustris.

Sed iam narratio quaedam inserenda est, quae si omnino ad Priensium historiam pertinet, optime sane quadrat ad aetatem illam, qua inter Prienses Milesios Samios agebantur inimicitiae: fabulam dico de Cilliconte proditore. Res autem haec est. Apud Aristophanem in Pace Mercurius in Trygaeum, qui lapides a specu remove vult, his verbis invehitur

ὦ μισρὲ καὶ τολμηρὲ τί ποιεῖν διανοεῖ;

et respondet Trygaeus

οὐδὲν πονηρόν· ἀλλ' ὅπερ καὶ Κιλλικῶν.²⁾

Haec ut expediant, scholiastae magnam explicationum e diversis scriptoribus petitarum copiam adferunt nec minorem testimoniorum acervum ex Suida et paroemiographis colligere licet. Quibus fere omnibus hoc commune est, quod Cillicontem quendam cum patriam proditurus esset, interrogantibus quid faceret, respondisse ferunt ἀγαθὰ Κιλλικῶν. In singulis autem rebus maxime inter se discrepant, ut sex fere in illa farragine diversae eiusdem rei narrationes discernantur. Et primus quidem Theopompus — sic enim cum Prellero pro Θεόφραστος legendum est — Cillicontem Syrium fuisse patriamque Samiis

1) τὸ γὰρ Κιμμερίων στράτευμα . . . οὐ καταστροφή ἐγένετο τῶν πολιῶν ἀλλ' ἐξ ἐπιδρομῆς ἀρπαγῆ. Her. I 6.

2) Ar. pax 362. Pro lectione codicum optimorum Κιλλικῶν Blaydesius ex Suidae et aliorum quorundam libris Καλλικῶν restituere vult. Dicit enim formam Κιλλικῶν librariis deberi, qui de appellativo Κίλιξ cogitaverint; quomodo autem etymologia librariis in mentem venire poterit, si Καλλικῶν scriptum invenere, hoc non dicit Blaydesius.

tradidisse narrat, postea autem Theageni Syrio, qui Sami degeret, poenas dedisse.¹⁾ Huic repugnant ceteri omnes. Leander Milesius²⁾ in altero Milesiacorum libro Miletum a Cilliconte hostibus proditam esse testatur. Apollonius, idem fortasse qui de Caria scripsit, verum nomen Cillicontis Achaeum fuisse enotavit Miletumque culpa eius a Priensibus captam esse.³⁾

1) Ceterum iam is, qui Theopompum excerpsit, aliorum sententias novit, qui Miletum vel Samum a Cilliconte proditam esse censuere. Verba haec sunt sec. Duebn. ed. 182 a 28. ὁ γὰρ τοι Κιλλικῶν ἐπὶ πονηρίᾳ διαβότης ἐστὶ. φασὶ γὰρ αὐτὸν οἱ μὲν Σάμον ἢ Μίλητον προδοῦναι Πριηνεῦσι. Θεόφραστος δὲ ἐν τῷ ἰγ' τῶν ἱστοριῶν τῶν ἑαυτοῦ Σύρον φησὶν αὐτὸν τὴν νῆσον προδεδωκέναι Σαμίσι. πνυθανομένων δὲ πολλὰς αὐτοῦ τινῶν τί μέλλοι ποιεῖν ἔλεγε πάντα ἀγαθὰ. πάντα οὖν ἀγαθὰ φησι ποιῶν ὡς ἔφη καὶ Κιλλικῶν. τῆς δὲ προδοσίας τοιαύτην ὑποσχέιν τιμωρίαν. Θεαγένην τινὰ ἄνδρα Σύριον, τῆς νῆσον τῆς ὑπὸ τοῦ Κιλλικῶντος προδοθείσης πολίτην, πρὸ πολλοῦ μετοικήσαντα εἰς τὴν Σάμον κρεωπωλεῖν καὶ οὕτως ἀπάγειν τὸν ἑαυτοῦ βίον. ἀνανακτήσαντα δὲ ἐπὶ τῇ προδοσίᾳ τῆς πατρίδος ἐπιστάντος τοῦ Κιλλικῶντος ἀνήσασθαι κρέας, παρ' αὐτοῦ δοῦναι κρατεῖν αὐτῷ, ἵνα ἀποκόψῃ τὸ περιττόν. τοῦ δὲ πεισθέντος καὶ κρατοῦντος τοῦ Κιλλικῶντος προφάσει τοῦ πλεονάζον ἀποκόψαι τὸ κρέας, ἐπανατεινόμενον τὴν κοπίδα κόψαι τὴν χεῖρα τοῦ Κιλλικῶντος. καὶ εἰπεῖν ὡς ταύτῃ τῇ χειρὶ ἑτέραν οὐ προδώσεις πύλιν'. μέμνηται δὲ Καλλιμάχος (fr. 227) „μὴ σύ γε, Θειόγενες, κόψῃς χεῖρα Κιλλικῶντος“. Ineptum ex hoc scholio excerptum est adnotatio scholiastae dett. codd. p. 182 a 16 sqq. Ceterum is quoque, qui sextam versionem conscripsit Theopompi verba adhibuit, sed mirum in modum decurtata et obscurata. — Theopompo fragmentum restituit Preller ad Polem. 59.

2) de Leandro cf. Mueller FHG. II, 334. Mihi quoque persuasum est Leandrum sive Leandrium, cuius nomen apud scriptores invenitur, eundem esse atque Maeandrium illum tituli Rhodiorum cf. infra p. 134 not. 1. — Verba haec sunt.

Schol. Ar. p. 182a 47 (Duebn.) Suid. s. v. πονηροῖς 358 b 13. (Bernh.)
 ἱστορεῖ δὲ καὶ Λέανδρος ἐν δευτέρῳ
 Μιλησιακῶν προδοῦναι Μίλητον, καὶ
 ὅτε ἀνέφξῃ τὰς πύλας τοῖς πολεμίοις,*) προδοὺς δὲ Μίλητον τοῖς πολεμίοις
 πνυθανομένον τινὸς ὅτι τοῦτο ἐποίησεν, ἀποκρίνασθαι ἀγαθὰ Κιλλικῶν. πνυθανομένον τινὸς ὅτι τοῦτο ἐποίησεν, ἀποκρίνασθαι ἀγαθὰ Καλλικῶν.

*) codd. τῶν πολεμίων.

Narrationis huius proprium est, quod hostes nomine non significantur.

3) de Apollonio Aphrodisiensi eiusque libro Καρικὰ cf. Mueller FHG. IV, 310 sqq. Eius verba Schol. Ar. p. 182a 50. Ἄλλως παρὰ τὴν πο-

His alius quidam rerum scriptor, cuius nomen ignoratur, ineptam cognominis etymologiam de suo addidit.¹⁾ Ultimus denique scholiasta, qui ad Ammonium quendam provocat, nec utrum Cillicon nomen sit an cognomen, nec utrum Samum an Miletum tradiderit, diiudicat.²⁾ Sexta autem et ab his diversissima

νηρίαν. ἐπὶ γὰρ πονηρία διαβάλλεται. Ἀπολλώνιος δὲ ὄνομα μὲν αὐτῶν φησὶν εἶναι Ἀχαιοὺν, παρωνύμιος Κιλλικῶντα τὸ γένος Μιλήσιον. οὗτος ἐστὶν ὁ προδοὺς Μίλητον Πριηνεῦσιν.

1) Huius narrationis testimonia sunt

Ar. schol. 182 a 54—b 3.	Suid. s. v. Κιλ- κων.	Phot. lex. Κιλί- κων.	Hesych. Κιλλι- κῶν.
<i>Ἄλλως. οὗτος Ἀχαιὸς ἐκαλεῖτο Μέροπος υἱός, Μιλήσιος γένος, προδοὺς τὴν πατρίδα Πριηνεῦσι. Κιλλικῶν δ' ἐκλήθη ἀπὸ Κιλίσσης τροφῶν.</i>	<i>ἐπώνυμον Ἀχαιοῦ τοῦ Μέροπος, ἀπὸ τροφῶν Κιλίσσης· ὃς τὴν πατρίδα Μίλητον προδεδωκεν τοῖς Πριηνεῦσι. (καὶ τὸν βασιλέως στρατηγόν. παρόσον Κίλικες διεβέβληντο ἐπὶ πονηρία καὶ ἀμότητι, διὰ τοῦτο ἐκλήθη Κιλλικων. Φερεκράτης eqs.</i>	<i>ἐπώνυμον Ἀχαιοῦ τοῦ Μέροπος ἀπὸ τροφῶν Κιλίσσης· ὃς τὴν πατρίδα Μίλητον προῦδωκε τοῖς Πριηνεῦσι. (καὶ τὸν βασιλέως στρατηγῶν. ἧ παρόσον Κίλικες διεβέβληντο ἐπὶ πονηρία καὶ ἀμότητι· διὰ τοῦτο ἐκλήθη Κιλλικων. Φερεκράτης secuntur verba Ph. ut apud Suid.</i>	<i>προδότης οὗτος ἐπωνομάζετο, Ἀχαιὸς μὲν τοῦ ὀνόματος, Κιλλικῶν δ' ἐπικαλούμενος, ὃς Μίλητον προέδωκε (τοῖς βασιλέως στρατηγοῖς</i>

apud Photium Suidam Hesychium alia quaedam explicatio annexa est, quae τὸν βασιλέως στρατηγὸν appellat.

2) Hanc versionem habent

Schol. Ar. 182 b 3. cf. adn. Duebn.	Suid. s. v. Κιλλικῶν.	Suid. s. v. πονηροῖς 348 a 17.
<i>RV. ὅτι πονηρός. ἄθλον δὲ πότερον κύριον ὄνομα ἢ ἐπώνυμον. Ἀμμόνιος δὲ ὄνομα ἀναγράφει καὶ φησὶν ὅτι Λάκων καὶ Κιλλικῶν ἐκαλεῖτο ὃς προδεδάκε Σάμον οἱ δὲ Μίλητον. εἰπὼν δὲ οὐδὲν πονηρόν,</i>	<i>οὗτος παρέδωκε τὴν Σάμον· ὡσεὶ εἶπεν· οὐδὲν κακὸν ποιῶ, ἀλλ'</i>	<i>ὁ Καλλικῶν οὗτος προῦδωκε Σάμον· οἱ δὲ Μίλητον. ὡσεὶ εἶπεν· οὐδὲν κακὸν ποιῶ, ἀλλ'</i>

narratio apud paroemiographos invenitur, qui ad unum omnes non ποιεῖ sed ἔχει ad verba ἀγαθὰ Κιλλικῶν suppleant et multa de Cillicontis divitiis confabulantur proditione paratis.¹⁾

παρὶ προσδοκίαν ἐπήγαγε τὸ ἄλλ' ὅπερ καὶ Κιλλικῶν, ὡς εἰ εἶπεν· οὐδὲν κακὸν ποιῶ ἄλλ' ἱεροσυλῶ. — R. ὕστερον μὲν οὖν παρὰ Θεαγένους εἰσηλθὲν ἀνησόμενος κρέα κἀκείνος ὑποδείξει ἐκέλευσεν πόθεν κόψαι θέλει. προτεῖνας δὲ τῇ χειρὶ ἀπέκοψε τὴν αὐτοῦ (Duebn. εἰαυτοῦ lib.) χεῖρα καὶ εἶπεν· ταύτη σου τῇ χειρὶ οὐ μὴ προδώσῃς πόλιν ἐτέραν. μέμνηται δὲ καὶ Καλλίμαχος· μὴ σύγε Θειόγενες κόψῃς χεῖρα Κιλλικῶντος.

ἱεροσυλῶ. ἐπὶ πονηρίᾳ γὰρ ἐτεθρύλλητο ὁ Κιλλικῶν ὃς προῦδωκε Μίλητον Πριηνεῦσι. πυνθανομένων δὲ πολλάκις αὐτοῦ τινῶν τί μέλλει ποιεῖν, ἔλεγε· πάντα ἀγαθὰ. καὶ ἐστὶ παροιμία πάντα ἀγαθὰ ὡς ἔφη Κιλλικῶν. ὕστερον μέντοι παρὰ Θεαγένους τινὸς εἰσηλθὲν ἀνησόμενος κρέα· κἀκείνος ὑποδείξει ἐκέλευσε, πόθεν κόψαι θέλει· προτεῖναντος δὲ τὴν χεῖρα ἀπέκοψε καὶ εἶπε· ταύτη τῇ χειρὶ οὐ προδώσεις πόλιν ἐτέραν.

ἱεροσυλῶ. ἐπὶ πονηρίᾳ γὰρ τεθρύλληται ὁ Καλλικῶν οὗτος ὃς προῦδωκεν Μίλητον Πριηνεῦσι. πυνθανομένων δὲ πολλάκις αὐτοῦ τινῶν τί μέλλει ποιεῖν, ἔλεγε πάντα ἀγαθὰ. πάντα οὖν ἀγαθὰ φησι ποιῶ ὡς ἔλεγε Καλλικῶν. ὕστερον μέντοι παρὰ Θεαγένους τινὸς εἰσηλθὲν ἀνησόμενος κρέα. κἀκείνος ὑποδείξει ἐκέλευσε πόθεν κόψαι θέλει. προτεῖναντος δὲ τὴν χεῖρα ἀπέκοψε καὶ εἶπε· ταύτη τῇ χειρὶ οὐ προδώσεις πόλιν ἐτέραν. μέμνηται δὲ καὶ Καλλίμαχος· μὴ σύγε Θειόγενες κόψῃς χεῖρα Κιλλικῶντος.

Fortasse etiam haec rursus dividenda sunt, ut prior explicatio (usque ad ἱεροσυλῶ) pro se stet in codd. R et V et apud Suidam servata, posterior, in R et apud Suidam exhibita, maxime ea re conspicua sit, quod Theopompi verba scite in suum usum converterit omissis, quae Syrum insulam attingant.

1) Haec forma deprehenditur apud Suidam bis et apud paroemiographos, quorum unum instar omnium exscripsi, nam ad verbum consentiunt.

Zenob. I 3 = Diog. I 9
= Greg. Cypr. I 5 =

(Suid. s. v. ἀγαθὰ).

ἀγαθὰ Κιλλικῶν, λείπει τὸ ἔχει. προδότης γὰρ γέγονεν οὗτος ὁ Κιλλικῶν, Μιλήσιος τὸ γένος, ὃς προδοὺς Μίλητον εὐπόρησεν.

Suid. Κιλλικῶν 255 a 7.

Suid. s. v. ἀγαθὰ.

ὥστε καὶ παροιμίαν ἐπ' αὐτῷ εἰρησθαι· ἀγαθὰ Κ. λείπει τὸ ἔχει.

καὶ Ἀγαθὰ Κ. λείπει τὸ ἔχει. Κ. δὲ ὄνομα κύριον, εὐπορος δ' ἦν.

Ex his omnibus solum in censum venire apparet ea quae Theopompi Leandri Apollonii nituntur auctoritate. Haec autem aperte inter se discrepant nec iuvat interpretandi artificii consensus quendam extorquere. Sed in eiusmodi quaestione, in qua testimonium oppositum est testimonio nec aliunde suppetunt argumenta quibus lis dissolvatur, res in medio relinquenda est.

Haec adferenda erant, ne quid deesse videretur disputationi quod Priensium attingeret historiam: redeat nunc unde aberravit narratio ad bellum Meliacum. Multi de eo egerunt rerum scriptores, quorum nomina in decreto Rhodiorum commemorantur, Uliades Olympichus Duris Euagon Samii, Creophylus Eualces Ephesii, Theopompus Chius, Maeandrius Milesius,¹⁾ sed nullum eorum de hac re testimonium servatur: immo Uliadis nomen ex hac demum inscriptione innotuit. E titulo autem haec fere elucent. Bellum, quod satis remoto tempore exarsit, nomen traxit ab urbe Melia, quae in eo videtur deleta esse; ager enim urbis inter Samios et Prienses divisus est.²⁾ In hac partitione, quid utrique acceperint, non constat inter rerum scriptores: nam cum ceteri omnes Samiis Phygela, Priensibus Carium et Dryussam obvenisse adnotarent, solum in historiis, quae Maeandrii Milesii esse dicebantur, traditum erat Carium quoque et Dryussam cum ager divideretur, Samiis adiudicata esse.³⁾ Inde postea controversiae natae sunt, quae bellum Samium procreaverunt. Ceterum de situ Meliae etsi nihil traditur, tamen intra Ephesum et Mycalen urbem collocatam fuisse verisimile est,⁴⁾ de tempore autem hoc solum

1) IMB. 403, 109. 120 sqq. De scriptoribus vide quae enotavit Mueller FHG. II, 16. 466. IV, 371. 406. 466.

2) IMB. 403, 103 sqq. Samii dicunt <καθ' ὃν καιρὸν διαιροῦντο τὰν τᾶν Μελιῶν | χώραν λαχεῖν αὐτοὶ Κάριον καὶ Δρυοῦσσαν. vs. 118 sq. Rhodii dicunt ἀμὲς δὲ θεωροῦντες τοὺς γράψαντας <τὸμ πόλεμον> τὸμ Μελιακὸν καὶ τὰν διαίρεσιν τῆς χώρας. . .

3) Sic Rhodiorum arbitri verba scriptorum intellexerunt IMB. 403, 118 sqq. Samii prava fortasse interpretatione nixi Duris quoque et Olympichum et Euagona suae causae favere dixisse videntur vs. 109 sqq. Etiam Maeandrii historiarum fides vulgo addubitabatur cf. vs. 123.

4) cf. caput I, p. 121 sq.

dicere licet bellum ante Lygdamis irruptionem gestum esse. Accuratiore coniectura tantum inveniri possunt, quae tamen incertior est, quam ut in textu proferatur.¹⁾

Quae omnia si coniunguntur, hanc rerum seriem statuere licet. Primis urbis temporibus bella Carica tribuenda sunt. Secutum est bellum Meliacum, in quo ex agro Meliae deletae Priensibus Carium et Dryussa, Samiis Phygela addicta sunt. Utrosque terra expulit Lygdamis Cimmeriorum dux circa annum 640. Non multo post Priensium, qui post Lygdamis discessum agrum rursus occupaverant, urbs ab Ardye capta est (anno ca. 620?). Lydorum dominatione mox liberati Prienses cum Samiis de agro illo bello congressi sunt primumque victores septimo anno post a Samiis et Milesiis prope Quereum

1) Quoniam res poscere videtur, ut certam profitear sententiam, haec addam. Cum tota antiquitas duodecim tantum urbes Ionicas noverit, solus Vitruvius ubi de Ionica migratione loquitur (IV 1) tredecim olim eas fuisse narrat, tertiam autem decimam mox a ceteris communi consilio esse deletam. Tale quid ementiri sane nemo potest. Nomen autem tertiae decimae urbis Melite apud Vitruvium legitur. Quodsi reputatur nomen urbis in titulo commemoratae Ionica dialecto *Μελίη* scriptum esse, nasci sane potest coniectura, Meliten Vitruvii eandem esse urbem atque Meliam, cuius ager secundum titulum inter Samios et Prienses divisus est. Nec solum inter hos: nam si vera est coniectura, id quoque explicatur, quod ceteroquin obscurum manet, Marathesium Milesiorum olim, Anaea Colophoniorum fuisse. Hoc etsi a tota antiquitatis memoria recedit, quae Marathesium Samiis dein Ephesiis, Anaea Samiis adscribit (cf. Strabo p. 639. de Anaeis Panofka, res Sam. 21 sq.), tamen recte ab Hicksio viro sagacissimo conclusum est ex vss. 57—60 tituli quamvis laceratis (cf. IMB. p. 3. col. b sup.). Nempe bello contra Melienses gesto aderant Milesii quoque et Colophonii, communi enim consilio, ut ait Vitruvius, Melia deleta est. — Hicksius Hecataei testimonium ex Steph. Byz. *Μελία· πόλις Καρίας* adfert et hanc Carum urbem cum Priensium civitate initio unitam fuisse suspicatur collatis praesertim frustulis vss. 45 sqq. Quod mihi minus verisimile videtur, quia Graeci advenae crudelissime se contra veteres terrae gesserunt incolae. Soli Ephesii templi Dianae accolae recepisse videntur. Ceterum illud Hecataei *Καρίας* nostrae de situ urbis sententiae opponi non debet, quia Hecataei temporibus fines Cariae et Lydiae nondum certi erant cf. infra caput III. — Quae conieci ego pro veritate vendere nolim, nata est coniectura ex studio duas res, de quarum explicatione desperandum foret, si singulae respicerentur, coniunctas interpretandi.

devicti pace, quam Bias conciliavit, Carium et Dryussam amiserunt,¹⁾ id quod accidit initio saeculi sexti. Eodem fere tempore urbs ab Alyatte, rege Lydorum, oppugnata, sed Biantis ut fama fert, consilio servata est.²⁾ Praeterea nihil de urbe traditur nisi pariter atque ceteras urbes Graecas in Croesidicionem eam venisse.³⁾

Ceterum ea aetate, qua Bias florebat et adversarius eius Salaris,⁴⁾ etiam urbs Priene ad summum felicitatis fastigium evecta est. Finibus enim gaudebat ante infelix illud bellum Samium, quo magna pars territorii Prienensibus adempta est, satis amplis⁵⁾ eamque civium valuisse et numero et virtute ipsum illud docet, quod cum duabus potentissimis civitatibus Samiis et Milesiis urbs bellum inire non verebatur. Et divitiarum, quas cives sibi parabant, exemplum praebet Pamphaes ille Theocharidis filius, qui Croesum magna pecuniae vi adiuvit.⁶⁾ Iustitia autem, quae ceteris accedere debet rei publicae virtutibus, ita colebatur a Prienensibus Biantis maxime ut videtur opera, ut *Πριηνίη δίκη* apud aequales paene in proverbium abiret.⁷⁾

1) cf. IMB. 403, 107 *ταύταν τὰν χώραν ἐν ταῖς συνθήκαις αὐτῶν* (Samii locuntur) *γενέθαι*.

2) Diog. Laert. I 83. — de fide consilii Biantis historica Duncker, G. d. A. VI³, 305 not. 6.

3) Herod. I 6.

4) Rose, Ar. pseudopigr. 59 = Laert. Diog. II 46.

5) Mycalen totam *ὄρος εὐθηρον καὶ εὐδενδρον* Strab. p. 636 iis paruisse supra demonstrare studui p. 121 sq.

6) Xanthi fr. 19 = Nic. Damasc. p. 50 (FHG. I, p. 40^b sq.). Quocum cf. Ael. var. hist. IV 17. *Παμφάης ὁ Πριηνεὺς* eqs.

7) Hipponax fr. 79 (Bggk.⁴) = Strab. p. 636 = Diog. I 84 et Demodocus fr. 6 (ibid) = Diog. I 84.

CAPUT TERTIUM.

De Asiae minoris administratione qualis fuerit regni Persici temporibus 546—334.

Antecedenti capite historiae Priensium descriptio usque ad annum 546 deducta est, quo Cyrus Lydorum regnum delevit. Priusquam autem ad ea illustranda pergat disputatio, quae urbs gesserit cum in Persarum esset ditione, nonnulla in universum de ratione praemittenda sunt, qua Persarum sub dominatione Asia cis Halyn sit administrata. Ac velut ceterae regiones a Persis subiectae, ita etiam Asia cis Halyn sita in complures divisa erat provincias sive satrapias, quibus singuli praeerant administratores regii sive satrapae. Sed de munere et auctoritate satraparum, de provinciarum cis Halyn numero et ambitu, de finibus denique, qui inter Cariam et Lydiam maxime intercedunt, quoniam adhuc a viris doctis dubitatur, breviter hoc loco exponendum est.

De munere et auctoritate satraparum¹⁾ si quis disserere vult, ei proficiscendum erit a Xenophontis verbis, quae in Cyropaedia inveniuntur.²⁾ Quodsi recte scriptor suae ipsius

1) De munere satraparum egerunt Heeren, Ideen zur Geschichte etc. I³, 525 sqq., quem in multis secutus sum, Grote, hist. of Greece II², 493 (vers. Germ), Duncker, G. d. A. IV⁵, 542, Krumbholz, de satrapis Persicis Diss. inaug. 1883, cui assensi sunt Th. Noeldeke in censura libri Krumbholziani Goett. Gel. Anz. 1884 p. 290 et Busolt, Gr. Gesch. II, p. 5, denique Th. Noeldeke, Aufsätze zur pers. Gesch. p. 33 sq.

2) Xen. Cyrop. VIII 6, 3. *Εἰσὶν ἡμῖν* (Cyrus loquitur ad amicos) *ἐν ταῖς κατεστραμμέναις πόλεσι φρουροὶ καὶ φρούραρχοι οὓς τότε κατελίπομεν καὶ τοῦτοις ἐγὼ προστάξας ἀπῆλθον ἄλλο μὲν μηδὲν πολυπραγμανεῖν, τὰ δὲ τελεῖν διασάξαι. τοῦτοις μὲν οὖν οὐ παύσω τῆς ἀρχῆς... ἄλλους δὲ σατραπίας πέμπαι μοι δοκεῖ, οἵτινες ἀρξουσιν τῶν ἐνοικούντων καὶ τὸν δασμὸν λαμβάνοντες τοῖς τε φρουροῖς δάσουσι μισθὸν καὶ ἄλλο τελοῦσι ὅ,τι ἂν δέη.* Alter qui in censum venire potest locus Xenophonteus exstat in Oecon. c. 4, § 5—11. Sed hunc non Xenophontem esse in tractanda quaestione cognovi iamque plura, quae verba illa insiticia esse probarent, adlaturus eram, cum a Lipsio praeceptore monitus haec omnia vidi multo melius et uberius quam ego potui exposita esse a Carolo Lincke, Xenophons Dialog *περὶ οἰκονομίας*. Ienae 1879, p. 50 sqq.

aetatis mores et instituta ad remotiora illa saecula transtulisse putatur in hoc libro, status fere rerum describitur, qui fuit circa annum 400. Hoc igitur tempore singularum regni Persici provinciarum administratio ita distributa erat inter praefectos regios et satrapas, ut illi praeesent praesidiis, hi incolas tributa cetera curarent simulque militibus victum praeberent et stipendia, utrique autem per singulos annos aut a rege ipso aut a missis dominicis¹⁾ inspicerentur. Haec fere Xenophon; quaerendum autem est, utrum haec duplex munerum divisio quam statuit vir rerum Persicarum peritissimus, cum ipsa rerum gestarum memoria conveniat necne.

Croeso rege devicto Cyrus cum in superiores regni partes contenderet, Sardibus reliquit Tabalum Persam, qui arcem custodiret et Pactyam Lydum gazae regiae administratorem. Statim post regis discessum Pactyas deficit Tabalumque Sardibus obsidet. Seditio autem non satrapis vicinarum regionum sed Mazari opprimenda obvenit, regii exercitus duci, cuius in praefecturam postea succedit Harpagus.²⁾ — Triginta fere annis post Dareus rex cum Sylosonti fratri Polyeratis patriae dominationem promiserit, curam belli quo reducatur Syloson non satrapae orae maritimae, sed Otani Persae committit, cui pars regii exercitus conceditur.³⁾ — Denique Ionica seditione coorta Iones Sardes et Artaphrenem petunt. Artaphrenes autem satrapa, etsi non parva manu instructus, arcem Sardium custodire

1) Hoc nomine quod Caroli Magni demum temporibus divulgatum est, liceat mihi uti, quia rem accurate significat.

2) Her. I 153. μετὰ ταῦτα ἐπιτρέψας (sc. Cyrus) μὲν Σάρδεις Ταβάλω ἀνδρὶ Πέρσῃ, τὸν δὲ χρυσὸν τὸν τε Κροίσου καὶ τὸν τῶν ἄλλων Ἀνδῶν Πακτίῃ ἀνδρὶ Ἀνδῶ κομίζειν (cf. 155. Πακτίης . . . τῷ σὺ ἐπέτρεψας Σάρδεις) cap. 154. ὡς δὲ ἀπῆλθε ὁ Κῆρος ἐκ τῶν Σαρδίων τοὺς Ἀνδοὺς ἀπέστειλεν ὁ Πακτίης . . . ἐλίψας δ' ἐπὶ Σάρδεις ἐπολιόρκει Τάβαλον. c. 156. καλέσας (sc. Cyrus) Μαζάρεια ἄνδρα Μῆδον ταῦτά τε οἱ ἐνετείλατο . . . c. 157. Μαζάρης δὲ ὁ Μῆδος ἐλίψας ἐπὶ Σάρδεις τοῦ Κύρου στρατοῦ μοῖραν ὄσην δῆκότε ἔχων . . . c. 162. ἀποθανόντος δὲ αὐτοῦ Ἀρπαγος κατέβη διάδοχος τῆς στρατηγίης.

3) cf. Her. III 139—140. Dein c. 141 . . . Δαρεῖος ἀπέστειλε στρατιήν τε καὶ στρατηγὸν Ὅτάνεια τῶν ἐπτὰ γενόμενον.

satis habet, dum Persarum duces Daurises Hymeas Otanes appropinquant Sardesque oppugnatione liberant. Omnino vero satrapae in illa seditione comprimenda primo nullae sunt partes, postea demum mortuis Daurise et Hymea exercitui cum Otane praeficitur per novum aliquod regis decretum Ionibusque bellum infert.¹⁾

Haec tria tanquam in fronte disputationis posita volui, ut statim inter se separata esse eluceret munera ducis et satrapae. Sed nonnulla accuratiore egent demonstratione; sunt enim qui Otanem non modo ducem, verum etiam Dascylei satrapam fuisse putent.²⁾ Quod fieri nequit. Nam si ex Herodoti verbis iure concluditur Daurisem Hymeam Otanem munere pares fuisse,³⁾ omnes satrapae esse non potuerunt — tres enim erant cis Halyn satrapiae, quarum Sardonianae praefuit Artaphrenes — sane non est, cur in unum Otanem duplex et ducis et satrapae munus deferatur. Neque hoc cum scriptoris verbis convenit, qui Otanem diserte ducem incolarum orae maritimae et Megabazi successorem nominat.⁴⁾ Megabazus autem exercitus

1) Her. V 100—102. τότε δὲ οἱ Πέρσαι οἱ ἐντὸς Ἄλκως ποταμοῦ νομοῖς ἔχοντες . . . ἐβοήθηον τοῖσι Ἀνδοῖσι. καὶ πως ἐν μὲν Σάρδισι οὐκ ἐτι ἔόντας τοὺς Ἴωνας ἐνὶ οὐρανῷ, ἐπόμενοι δὲ κατὰ στίβον αἰρέουσι αὐτοὺς ἐν Ἐφέσῳ. cum his confer cap. 116. Δαυρίσης δὲ . . . καὶ Ὑμαίης καὶ Ὀτάνης ἄλλοι Περσῶν στρατηγοὶ ἐπιδιώξαντες τοὺς ἐς Σάρδεις στρατευσαμένους Ἴώνων τῇ μάχῃ ὡς ἐπεκράτησαν. . . Denique de Artaphrene duce facto c. 123. Ἀρταφρένης δὲ ὁ Σαρδίων ἴπαρχος καὶ Ὀτάνης ὁ τρίτος στρατηγὸς ἐτάχθησαν ἐπὶ τὴν Ἰωνίην.

2) Stein ad Her. V 102. Krumbholz p. 23 sq. Aliter censet Busolt, Gr. Gesch. II, 32 not. 4.

3) Her. V 123 (vide supra not. 1). Ceteri duo nimirum sunt Hymeas et Daurises, quorum mors c. 121 et 122 narratur. Apparet autem, id quod Busoltius quoque l. l. putat, tres illos pares inter se fuisse et certo numero finitos. Itaque qui cum Daurise interficiuntur, Amorges et Sisamaces ἵπποστρατηγοὶ erant. Et cap. 116, ubi in verbis Δαυρίσης καὶ Ὑμαίης τε καὶ Ὀτάνης καὶ ἄλλοι στρατηγοὶ Steinius ultimum καὶ sola alterius familiae codicum auctoritate defensum recte secluserit, scribendum potius videtur Ὑ. τε καὶ Ὀ. οἱ ἄλλοι Πέρσαι στρατηγοὶ.

4) de Megabazo Her. IV 143, ubi ἐν Εὐρώπῃ ad λείπει trahendum videtur. Eodem modo in fine cap. 144 sic distinguo ὁ Μεγάβαζος στρατηγὸς λειψθεῖς ἐν τῇ χώρῃ et Ἑλλησποντιῶν τοὺς μὴ μηδίζοντας κατεστρέφετο. ἐν

solo imperio instructus erat, successorem igitur eius utroque munere functum esse non prius putare licebit, quam certis probatum erit argumentis. Haec sibi invenisse visus est Krumbholz: sed cum Otanem Dascylii satrapam fuisse inde concludit, quod in hac provincia sola Asiae bellum gessisse videtur, primum respondere licebit, quod iam a Posseldtio monitum est,¹⁾ has solas urbes tunc nondum pacatas fuisse, dein interrogare Krumbholzium, cur non statim post Ionum cladem in suam provinciam reverterit Otanes, sed Hymae eam subigendam reliquerit.²⁾ Neque ceterae viri docti rationes multum valent, praesertim cum unum locum, quo cum specie quadam iuris niti potuit eius sententia, ipse subtili disputatione sibi subtraxerit.³⁾

Altera ex parte non desunt qui Artaphreni Sardium satrapae⁴⁾ et belli praefecturam vindicent et maiorem inter ce-

τῆ χάρη absolute dictum est velut nos 'im Lande zurücklassen'. De Otane Her. V 25. Ὀτάνεα δὲ ἀποδέξας στρατηγὸν εἶναι τῶν παραθαλασσίων ἀνδρῶν... c. 26. οὗτος οὖν ἐ Ὀτάνης... τίτε διάδοχος γενόμενος Μεγαβάζω τῆς στρατηγίης. Ut Otanem sic etiam Megabazum in Europa et Asia imperasse puto.

1) cf. Posseldt, quae Asiae orae occidentalis sub Dareo Hystaspis filio fuerit condicio. Regim. 1879. p. 72 not. 324.

2) et Daurisi cf. Her. V 117. 122.

3) Verba Herodoti dico V 102. τότε δὲ οἱ Πέρσαι οἱ ἐντὸς Ἄλνος νομοὺς ἔχοντες... ἐβοήθειον τοῖσι Ἀνδοῖσι. Venerunt Daurises Hymaeas Otanes-c. 116. satrapia est νόμος cf. Her. III 89 sqq. Sed Krumbholzium cum Schweighaeusero νομοὺς generali sensu pro 'sedes' dictum esse putat coll. Her. V 92^a. Hoc crederem, si hic idem quod illic νομὸν scriptum esset; pluralis vero aliam explicationem non habet nisi 'satrapias'. Neque tamen cum Steinio satrapas illos duces fuisse colligendum est. Nam eodem iure de duce, qui regionem aliquam defendit, ἔχειν dici potest atque de eo qui regionem administrat. Exemplo sunt I c. 153 et 158, ubi de utroque Pactya et Tabalo verba adhibentur τῷ σὺ ἐπέτρεψας Σάρδις. At alter est arcis praefectus, alter thesauro regio praest. Quamquam haec quoque difficultatem moverunt; miror Wesselingium virum doctissimum in tales argutias incidisse, quales legi apud Baehrium ad I 155. Quid Schweighaeuser voluerit, non assequor (cf. ibid.). Optime alter locus alterum explicare mihi videtur.

4) Krumbholz 20. 21. 25. Posseldt p. 70—74, 92 sqq.

teros satrapas auctoritatem. Et quamquam ab Herodoto ne verbo quidem maiorem Artaphrenis potestatem significatam esse concedere debent, primum rem eo demonstrari putant, quod Artaphreni Sardibus obsesso omnes undique auxilio veniunt. At in aperto est neque eget demonstratione, si cui administratio belli tradita est velut Daurisi Hymeae Otani, ei illuc maxime succurrendum esse ubi bellum infertur.¹⁾ Dein quod Iones belli initio Sardis et Artaphrenem unum petunt, inde facile explicatur, quod Sardes caput regionis quasi domicilium erat dominationis Persicae atque hoc loco facillimus Ionibus per viam regiam patebat aditus Epheso ex foco seditionis proficiscentibus. Denique cur Aristagoras Atheniensium legati Hippias²⁾ unum Artaphrenem adierint, in Aristagora ex ipsius verbis elucet, in ceteris rei natura ferebat, si quid a rege adipisci vellent, ut fratrem regis paene sibi vicinum non neglegerent.

Restat igitur unus locus, quo maior quaedam Artaphreni potestas adscribi videtur, in oratione Aristagorae ad exules Naxios habita.³⁾ Sed quoniam verba illa non ab omni parte vera esse ex aliis Herodoti locis apparet⁴⁾, omnino cavendum est, ne nimium credatur iactationibus miseri hominis, qui omnia polliceri, nihil praestare solebat.⁵⁾ Sane de militari quodam imperio Artaphrenis ex verbis scriptoris nihil colligi potest. Immo vero si quod bellum exardescit, Artaphrenes ei non interest, sed ut Naxiae expeditioni Megabatem praeficit, ita Ionum seditionem non prius opprimendam suscipit quam proprio regis decreto dux nominatus est.⁶⁾ Ducis igitur munus

1) cf. narrationem Herodoti V 99—101.

2) de Aristagora Her. V 31. de legatis Ath. V 73. 96. de Hippia V 96.

3) Her. V 30.

4) Otanem *στρατηγὸν τῶν παραθαλασσίων* fuisse vidimus. Nullo autem loco eum Artaphreni subditum fuisse discimus.

5) Vide quae de Aristagora leguntur, cum Sparta Cleomenem convenisset Her. V 49, eius mendacia si res poscebat c. 50, promissa immodica c. 97. cf. adn. seq.

6) Her. V 32. Idem si in Aryande recurrit, qui ducem expeditionis Barcensis nominat Maraphium IV 167, casui vix tribuere licet. Ceterum

ab Artaphrene abiudicandum videtur; dubitari potest de auctoritate illa qua ceteris praecellit satrapis, unde profluxerit. Perpensis tamen argumentis, quae utrimque afferuntur — loco nimirum Herodoteo propter Aristagorae iactationem suspecto et quod nusquam scriptor commemorat illam si vere erat maiorem potestatem¹⁾ — his igitur perpensis ad eam deferor sententiam quam Posseldt profitetur, auctoritatem Artaphrenis non maiore munere niti diserte ei tradito, sed rei natura si quidem regis frater erat.

Apparet igitur primis regni Persici temporibus bene distinguendum esse inter duces et satrapas. Duces erant Mazares Harpagus Otanes (Pharnaspis f.) Megabazus Otanes (Sisamnis f.) Daurises Hymeas, satrapa Artaphrenes; et singulari causa²⁾ factum est, ut hic per tempus aliquod postea etiam belli praefectura fungeretur. Idem discrimen post seditionem Ionicam invenitur. Vere enim anni 492 dimissis ceteris ducibus — de satrapis nihil dicitur — Mardonius cum magna parte regii exercitus ad mare descendit, ut solus totum bellum administraret.³⁾ Primum hoc loco carani munus occurrit, de quo

cum Dunckero VII, 34 not. summum in expeditione Naxia imperatorem Megabaten fuisse censeo. Narratio tamen illa Herodoti si non vera, at bene inventa est novumque iactationis Aristagoreae exemplum adfert. — De Artaphrene duce nominato cf. Her. V 123.

1) Recte Posseldtius p. 73 dixit Herodotum non tacere potuisse de maiore illo si erat munere cum verba V 25 scriberet.

2) morte scilicet Daurisis et Hymeae.

3) Herod. VI 43. ἄμα δὲ τῷ ἔαρι τῶν ἄλλων καταλελυμένων στρατηγῶν ἐκ βασιλέως, Μαρδόνιος ὁ Γωβρίεω κατέβαινε ἐπὶ θάλασσαν στρατὸν πολλὸν μὲν κάρτα πεζὸν ἄμα ἀγόμενος, πολλὸν δὲ καὶ ναυτικὸν et paulo infra τοὺς γὰρ τυράννοισι τῶν Ἰώνων καταπαύσας πάντας ὁ Μαρδόνιος δημοκρατίας κατίστα ἐς τὰς πόλεις. Recte Posseldt sola praefectura se abdicasse Artaphrenem ex verbis illis concludit. Satrapia quoque eum privatum esse mera est coniectura Krumbholzii p. 25, quae eo nititur, quod summum quoque militare imperium penes Artaphrenem fuisse sibi persuasit v. d. Unde Curtii de controversia quadam inter regem et Artaphrenem orta narratio desumpta sit, nescio. Curtius, Griech. Gesch. I⁶, 618. — Ceterum carani nomen ab Herodoto Mardonio non datur, potestas vero eadem est.

infra dicendum erit. Cuius muneris ex auctoritate Mardonius Iones a tyrannis liberat: provinciae eum praefuisse nusquam dicit Herodotus.¹⁾ Duobus annis post, cum Mardonius rem male gesserit, iterum dividitur imperium militare inter Datin et Artaphrenem, qui Graeciae bellum inferunt. Satrapas eos fuisse ne verbo quidem indicatur.²⁾ Neque aliter res se habet in Hydarne, qui intra annos 490 et 480 dux est maris accolarum, in Tigrane Mardonte aliis Persarum ducibus, qui post Xerxis cladem bellum in Asia gerunt, semper *στρατηγοὶ* ab Herodoto, nusquam *σατράπαι* vel *ὑπαρχοὶ* vocantur.³⁾

Quae secuntur regni Persici tempora minus nota sunt, quam ut certi aliquid statuere liceat: certiora autem rursus omnia fiunt inde ab anno 413 a Thucydide octavo libro enarrata. Hoc igitur anno belli imperium in tota Asia minore habuit Tissaphernes, quem eundem satrapam fuisse docent verba Thucydidis et Ctesiae.⁴⁾ Sic in uno homine coniunguntur munera antea diu separata primumque id factum est,

1) Hoc fatetur etiam Krumbholz p. 26.

2) Her. VI 94. *Μαρδόνιον μὲν δὴ φλαίρωσ προήξαντα τῶ στόλῳ παραλύει τῆς στρατηγίης· ἄλλους δὲ στρατηγοὺς ἀποδέξας ἀπέστειλε ἐπὶ τὴν Ἐρετριάν καὶ Ἀθήνας, Δατὴν τε ἔόντα Μηδῶν γένος καὶ Ἀρταφρένεα τὸν Ἀρταφρένεος παῖδα... ὡς δὲ οἱ στρατηγοὶ οὗτοι οἱ ἀποδειχθέντες ἀπίκοντο... ἐς τὸ Ἀλγίον πεδῖον, ἅμα ἀγόμενοι πεζὸν στρατὸν πολλὸν τε καὶ εὖ ἐσκευασμένον... Artaphrenem pariter atque patrem satrapiae Lydiae praefuisse Krumbh. dicit p. 30. Et quid Datis? Coniectura inde nascitur, quod anno 492 Artaphrenem patrem satrapia spoliatum esse opinatur et quod Artaphrenes 480 Lydorum copiis in exercitu Xerxis praestitit Her. VII 74. De hoc argumento quod nullum est cf. infra.*

3) de Hydarne Her. VII 135. *ὁ δὲ Ἰθάρωνος ἦν μὲν γένος Πέρσης, στρατηγὸς δὲ τῶν παραθαλασσίων ἀνδρῶν τῶν ἐν τῇ Ἀσίῃ.* Inde quod Hydarnis munus eodem nomine significatur, quo Otanis V 25, Krumbh. p. 24 hunc quoque Dascylii satrapam fuisse credit. Error igitur etiam hoc loco errore progenit. — de Tigrane aliisque cf. Her. IX 96. 102.

4) Hoc inde elucet, quod rex ab eo tributa postulat Thuc. VIII 5, 4. *Erat στρατηγὸς τῶν κάτω.* cf. *ibid.* Accuratius rem tradit Ctesias apud Photium = fr. 52 (Muell.). Secundum eum Tissaphernes cum duobus aliis dux electus erat contra Pissuthnem, qui defecerat. Pissuthne capto Tissaphernes Lydiam accepit. Postea igitur solus *στρατηγὸς τῶν κάτω* videtur factus esse.

quod postea fere in consuetudinem regis abiit, ut curam belli non duci proprie nominato, sed satrapae cuidam committeret. De Cyro res notior est, quam ut demonstrari opus sit, etiam ex iis qui Cyro deinceps in praefectura belli succedunt, Tissaphernes Tithraustes Tiribazus et Pharnabazus Struthas Tiribazus iterum et Orontas, nonnullos velut Tissaphernem Pharnabazum et fortasse Tithraustem et Orontam¹⁾ satrapas fuisse probare licet. Tamen hanc consuetudinem semper observatam esse ne quis credat, Pharnabazi verba impediunt, quibus apud Xenophontem Agesilao respondet.²⁾ Et satis memorabile est numquam haec duo munera in eodem homine a scriptoribus confundi, sed semper accurate distingui. Diserte hoc facit Xenophon cum Cyri minoris potestatem delineat,³⁾ sed ne posterioribus quidem temporibus facile quis invenitur satrapa extra suam provinciam belligerans, cui non proprio regis decreto imperium militare traditum sit.⁴⁾ Pluribus etiam locis

1) Tithraustem Tissaphernis satrapia donatum esse recte Krumbh. p. 62 ex Xen. hell. III 4, 26 collegit. — Strutham satrapam fuisse (Krumbh. p. 64 et 66) nulla alia re indicatur nisi verbis Harpocratonis s. v. *Στρούθας* et Suidae s. v. *Στρούθας*, vetat autem gravissimum Theopompi testimonium fr. 111 (FHG. I), ex quo tunc Autophradates Lydiae praefuit. Theopompi auctoritatem frustra debilitare studet Krumbh. p. 66. — De Oronta res admodum dubia est. Exstant nummi Clazomenii et Lampsaceni, quibus nomen *ΟΡΟΝΤΑ* impressum est, sed incertum manet, utrum Orontas ille, qui cum aliis a rege defecit, postea vero proditis seditionis sociis in gratiam regis rediit, nummos incuderit, postquam satrapia orae maritimae donatus est — ut vult Droysen fil. in Salleti Ztschr. f. Numismatik II, 312 — an ille de quo sermo est Orontas intellegendus sit, qui Tiribazo per dolum remoto imperium belli Cyprii accepit Diod. XV 8, 3 sq. cf. Noeldeke, Aufs. z. pers. Gesch. p. 73.

2) Xen. hist. Graec. IV 1, 37 *ἐὰν βασιλεὺς ἄλλον μὲν στρατηγὸν πέμπῃ, ἐμὲ δὲ ὑπὲρκοον ἐκείνου τάττῃ, βουλῆσομαι ὑμῖν καὶ φίλος καὶ σύμμαχος εἶναι, ἐὰν μέντοι μοι τὴν ἀρχὴν προστάτῃ...*

3) Xen. anab. I 1, 2. I 9, 7.

4) E re videtur hoc loco eos enumerare qui post Tissaphernis mortem imperium militare gerebant in Asia cis Halyn sita. Ex his satrapae fuerunt et regis decreto duces nominati Tithraustes cf. not. 1, Pharnabazus Xen. hist. graec. IV 1, 37 coll. IV 3, 11, Autophradates Lydiae praefectus, qui primum bello Cyprio praefuit Theop. fr. 111 una cum Heca-

duces et satrapae aperte separantur.¹⁾ Elucet igitur per se imperium non coniunctum fuisse cum munere satrapae, sed proprio semper regis decreto opus fuisse, si uni eidemque utrumque munus deferendum esset.

Haec omnia enarrare necesse erat, ut haberet quo niteretur disputatio: nunc revertendum erit ad quaestionem primariam quaenam fuerit satraparum potestas. Id autem ex iis intellegitur quae antecedunt, plane separandum esse ducis munus a munere satrapae. Duces igitur ii erant, quos rex bello cuidam praefecerat et parte regii exercitus instruxerat ad belli negotia conficienda.²⁾ Numerus eorum non constabat, modo tres modo duo commemorantur, modo unus; qui si tota quadam regni parte velut in Asia bellum administrabat, carani nomine ap-

tomno — quem (scil. Autophr.) omittit Diod. XIV 98, 3 — dein contra seditiosos dux nominatus est (iussu regis bellum gessit Nep. Dat. 2, 1), tertium contra Datamem missus est ibid. c. 7, 1; Hecatomnus Cariae dynastes a rege curam belli Cyprii accepit Diod. XIV 98, 3; Idrieus, qui ex regis voluntate alterum bellum Cyprium administravit Diod. XVI 42, 6; Mentor (satrapa secundum Diod. XVI 52, 2) contra seditiosos a rege mittitur Diod. XVI 50, 7. 52, 2, satrapae denique, qui iussu regis Perintho auxiliatur Diod. XVI 75, 2. — Duces solum fuisse videntur Tiribazus Xen. hist. Graec. IV 8, 11 et Diod. XV 2, Struthas Xen. hist. Gr. IV 8, 17, Orontas Diod. XV 2 (sed cf. p. 144 not. 1), Artabazus XV 91, 2, Memnon Arr. anab. I 23, 1. Diod. XVII 23, 6. Hunc Thraciae satrapam fuisse Sintenis aliique ex Arr. an. I 17, 8 cl. I 25, 3 concludunt. Iniuria ut videtur: primum enim num Thracia tunc Persis subdita fuerit, dubium est Arr. an. VII 9, 3 coll. II 14, 5. Dein ex verbis Arr. I 25, 3 apparet Thracicam expeditionem factam esse antequam Calas Phrygiam acciperet I 17, 1. Illam autem ἐπὶ τὴν χώραν τοῦ Μένωνος impetum Calas fecit cum iam satrapa esset I 17, 8. Χώρα igitur Memnonis privata erat.

1) Diod. XVI 41, 2. XVII 18, 2. Arr. I 12, 8. 16, 3.

2) Partem regii exercitus, qui numquam dimittebatur (cf. Duncker G. d. A. IV, 565) acceperant Mazares Her. I 157 et ab hoc Harpagus; Otanes Her. III 141 Pharnaspis f.; Megabazus IV 143 (octoginta milia) cui successerat Otanes, Sisamnis filius Her. V 25. Novum exercitum rex tradit Mardonio VI 43, Dati et Artaphreni VI 94 et 95, Megabyzo Thuc. I 109, 3, Tissapherni Xen. hist. graec. III 4, 6. 11 = Ages. I 11—13. Ab hoc fortasse Tithraustes exercitum sumpsit, cum descenderet Xen. hell. III 4, 25. Postea Tiribazo et Orontae traditur Diod. XV 2.

pellabatur.¹⁾ Quae ad sustinendum exercitum opus erant cibaria stipendia alia, satrapae vicinarum regionum ducibus praestare iuebantur.²⁾ Ius paciscendi ducibus non fuisse videtur.

Contra satrapis ab initio nihil mandatum erat nisi civilis quam dicunt administratio. Cuius maxima pars tributorum erat exactio, in qua quanta calliditate versati sint satrapae, testis est alterum caput libri Aristotelici, qui *Oeconomicus* inscribitur. Redituum autem, quos collegerant, alteram partem regi tradebant, altera ipsis obveniebat, ex qua praesidiis urbium et provinciae victus et stipendia praebenda simulque aula satrapae, aedificia publica, viae, cetera quae opus fuerunt sustentanda erant. Militare imperium cum satrapia non coniunctum erat, nam quae saepius ab iis gerebatur praefectura belli non ex ipsa satrapiae natura profluxit, sed cumulatione quam dicunt officiorum satrapae tradita est; praesidiorum autem et custodiarum imperium ab initio penes alios fuit, ut docet Xenophontis testimonium. Attamen in hac re aliquid mutatum esse videtur. Paulatim enim factum est, ut satrapae illis praesi-

1) Tres nominantur in Asia Her. V 116, contra Pissuthnem Ctes. c. 52 (Mueller), contra Aegyptum bis Isocr. paneg. 140 Diod. XVI 47. Duobus imperium traditur contra Iones Her. V 123, Athenienses VI 94. 95, postea plerumque sic, ut alter rei navali, alter terrestribus copiis praesit cf. Pharnabazum et Tiribazum Xen. hell. IV 3, 11 et IV 8, 11, Hecatomnum et Autophradatem Theop. fr. 111, Tiribazum et Orontam Diod. XV 2, 1, Autophradatem et Maussollum (Xen.) Ages. II 26. — Singuli passim commemorantur duces, ex quibus carani fuisse videntur Mardonius, Tissaphernes bis, Cyrus, Tithraustes, Tiribazus, Struthas, Orontas (post Tirib. remotum) Mentor, Memnon (sed is postea demum cf. Arr. I 20, 3 cum I 12, 8).

2) Compluribus locis epistula regis commemoratur duci data, qua satrapae duci oboedire iubentur (quod nunc fere 'Accreditive' dicitur), cf. de Tithrauste Diod. XIV 80, 7 cum Polyaen. VII 16, 1, de Memnone Diod. XVII 23, 6. Item regia epistula invenitur Diod. XVI 42, 6. XVI 75, 2. — Sic Pharnabazus subditus est Cyro Xen. hist. Gr. I 4, 5 et Tissapherni III 2, 13 cf. ipsius verba IV 1, 37 et III 1, 13 ubi ceteroquin non intelleges, cur Phrygiae minoris satrapa Pisidis bellum intulerit. Eodem muneris iure Hecatomnus ex ceteris provinciis copias colligit Diod. XIV 98, 2. et satrapae ducibus frumentum suppeditant. XVI 41, 5.

diorum praefectis auctoritate praecellerent, unde explicandum est quod compluribus locis satrapa velut dux commemoratur, ubi sermo est de bello intra fines provinciae gesto.¹⁾ Mendum autem est hanc Xenophontis aetate nondum regulam fuisse, quia sic non intellegitur cur Xenophon discrimen illud statuerit, neque Alexandri temporibus hanc diversitatem primariam plane evanuisse, quia ab Alexandro in quibusdam provinciis retenta est.²⁾

Quae si recte disputata sunt, certo fundamento caret Krumbholzii sententia, qui id maxime egit, ut ducibus, qui apud scriptores Graecos commemorantur, satrapias quasdam tribueret. Quod si prioribus regni temporibus nunquam factum esse vidimus, ne credamus viro docto citius quam verius asserenti omnes, qui in exercitu Xerxis duces fuerint, satrapas quoque habendos esse.³⁾ Nec si demonstratum est posterioribus temporibus illam munerum cumulationem proprio semper regis decreto ortam esse, suam cuique imperatori satrapiam tribuere licebit, nisi tale quod regis decretum exstat. Omnino autem verisimile non est, provincias tam saepe dominos mutasse

1) Primum quantum scio Pharnabazi exemplum est, qui 411 et 410 Lacedaemonios adiuvit Xen. hist. Gr. I 1, 14 cf. III 2, 13. Aliis occasionibus copiis suis non ipse praeest Xen. anab. VI 5, 7. Adde quod Mania in Aeolide bellum gerit Xen. hist. Gr. III 1, 10. Sic Belesys Syriae et Mazaeus Ciliciae satrapa Phoenicum urbes in provinciis suis sitas subigere student Diod. XVI 42, 1. Ultimis regni temporibus saepius satrapae copiis praesunt, commemorantur in pugna apud Granicum facta, ubi eandem quam duces auctoritatem habent in consilio militari Arr. I 12, 8 cf. II 11, 8. VII 10, 7, in proelio Issico Arr. II 11, 8. Diod. XVII 33, 5. 36, 4.

2) Sic in Lydia custodia urbis tributorum exactio exercitus praefectura Pausaniae Niciae Asandro datur Arr. an. I 17, 7; in Susiana Mazari Abulitae Archelao III 16, 9. in Babylonia Mazaeo Asclepiodoro Apollodoro III 16, 4. In aliis provinciis dux solum exercitus et satrapa distinguuntur, ut in Caria I 23, 6, Parthya III 25, 2 et aliis.

3) Quaerere licet, quisnam rex, cum gravissimum bellum initurus est, omnibus provinciis novos administratores praeficere velit. Ceterum ex tam multis copiarum ducibus unus est, quem satrapam fuisse ex Her. VII 7 constat, Achaemenes VII 97. Quamquam secundum Krumbh. p. 30 idem de compluribus aliis suspicari licet, sed cur liceat, sane non dicit.

quam tabula Krumbholziana vult. Nam si re vera satrapae erant tamquam reguli — et fuisse videntur secundum Xenophontis in Cyrupaedia verba¹⁾ —, frequens dominorum mutatio admodum debilitare debebat provincias. Immo contrarium factum est; complures enim satrapias constat per nonnullas hominum aetates ab eiusdem familiae viris administratas fuisse.²⁾

Ex tabula igitur satraparum, quam Krumbholzius adiecit, nomina nonnulla removeantur necesse est. Neque hoc admirationem movere debet. Quae enim scripta veterum regni Persici institutiones descripserunt, ea praeter Cyrupaediam omnia aetatem non tulere. Qui vero nunc exstant scriptores Herodotus Thucydides Xenophon Ephorus (apud Diodorum) res Persicas ut cum Graecorum quam describunt historia coniunctae sunt, ita tantum commemorant. Sic fit, ut de iis quae

1) *Cyrup.* VIII 6, 10—14.

2) Hoc de Syria valet, nisi forte iidem erant Belesys ille, de quo dicit Xenophon *anab.* I 4, 11 et is qui quinquaginta annis post eiusdem satrapiae praefectus erat *Diod.* XVI 42, 1. — Nota est res de Phrygia minore, quae a viris ex Pharnacis familia ortis administrabatur. Stemma eorum sic fere constituitur.

Pharnaces I. *Thuc.* I 129, 1

Pharnabazus I.
Thuc. II 67, 1

Artabazus (qui Dascylum
accipit *Thuc.* I 129, 1)

Pharnaces II, Dascylii
satrapa cf. *Krumbh.* p. 34

Pharnabazus II.
notissimus ille satrapa

x (cf. *Thuc.* VIII 58, 1)

Utrum etiam ii, qui Phrygiae postea praesunt, Ariobarzanes Artabazus, eiusdem familiae fuerint, incertum est. Sed cf. Noeldeke, *Goett. gel. Anzeigen* 1884 p. 294 sq. — Etiam Lydia his adiungenda erit, si fides Kruegero, qui *Dionys. Historiogr.* p. 352 not. 11. Pissuthnem Artaphrenis nepotem fuisse affirmat. — Cariam omitto, quod Hecatombi stirpis dominatio regiae potestati similis est. — Ceterum ex hac re facile explicatur quomodo factum sit, ut satrapae praefectos praesidiorum paulatim auctoritate superarent. Fortasse non casui tribuendum est, quod prima eius rei indicia in provincia Pharnacidarum apparent cf. p. 147 not. 1.

ad bellum pertinent, multo plura tradantur quam de civili regni administratione.

His fere perpensis paulo infra novam satraparum tabulam addere conatus sum. Recte enim tunc demum de hac re iudicabitur, si antea satrapiarum quae cis Halyn sitae erant, numerus constitutus erit et ambitus.¹⁾

Sardibus captis cum anno 546 omne Lydorum regnum Persarum dicioni esset subiectum, duas Cyrus cis Halyn constituit satrapias, alteram Dascylitidem, quae Phrygiam maiorem minoremque et Paphlagoniam videtur complexa esse, alteram Sardoniam, cui cetera pars Asiae occidentalis addicta erat. Nam quod Herodotus de Oroeta Sardium satrapa, qui totum Croesi imperium iterum coniunxit, III c. 127 dicit *εἶχε δὲ νομὸν τὸν τε Φρύγιον καὶ Λυδικὸν καὶ Ἴωνικὸν*, id aperte scriptor ex suae ipsius aetatis consuetudine locutus est, quae tres iam exstabant illae cis Halyn satrapiae. Ceterum ipse Herodotus ante Darei divisionem duas tantum provincias distinguit Ionicasque urbes et oram maritimam Sardonianae adnumerat.²⁾ Quod si statuitur, neque cum Steinio Posseldtioque putare necesse est Oroetam vi Ionia potitum esse, de qua re nihil traditur, neque cum Baehrio Dunckero Krumbholzio utramque ei provinciam a Cyro esse commissam.³⁾

1) cf. Heeren, Ideen I³ 181 sqq., qui in hac re minus feliciter versatus est, et post eum maxime Posseldt p. 50 sqq., p. 65 sqq. et Krumbholz p. 54 sqq., qui de posteriore provinciarum statu diligenter, uti solet, plurima collegit.

2) Herod. III 120. Mitrobates Oroetae haec exprobrat *Σὺ γὰρ ἐν ἀνδρῶν λόγῳ ὅς βασιλεῖ νῆσον Σάμον πρὸς τῷ νόμῳ προσκειμένην οὐ προσεκτήσας*; Samus igitur e regione terrae erat, quae ad Oroetae provinciam pertinebat. At Lydia satrapia omnino Herodoti aetate mare non attigit.

3) Stein ad Her. III 122. *νόμος Ἴωνικός*, in dessen Besitz sich Oroetes damals schon gesetzt haben muss. Posseldt p. 68 not. 312, qui alio loco p. 69 proxime abest a vera sententia. — Baehr ad Her. III 127. Duncker IV³ 469. Krumbholz p. 18 infra. Postea cum gaudio vidi eandem sententiam atque mihi probari Eduardo Meyer viro doctissimo G. d. Alt. I, § 503 fin., qui breviter quid sentiat, significat, nescio an iisdem rationibus perductus.

Post mortem vero Oroetae¹⁾ nova provinciarum distributione facta tres eis Halyn Dareus instituit satrapias, quarum fines accurate ab Herodoto describuntur, Daseylitidem Sardiniam Ionicam. Ex quibus Sardiniam et Ionicam statim ab uno satrapa Artaphrene administratas esse qui putant,²⁾ regi prudentissimo id sane imputant, ut quod modo sapientissime instituisset, id statim ipse inane reddiderit. Nititur autem, ut supra p. 141 ostendere studui, illa sententia uno tantum loco Herodoti, qui propter iactationis Aristagoreae suspicionem satis dubius videtur esse.³⁾ Sed utrum revera Artaphrenes regis vicarius idemque Ioniae et Lydiae satrapa fuerit, nunc in medio relinquo: gravius est, id quod probari posse spero, ne tum quidem provincias coniunctim administratas esse credi oportere. Quid omnino sibi volebat illa satrapiarum divisio nisi hoc, ut singulae provinciae et facilius et melius administrarentur et sua cuique esset tributorum pars? Per se igitur verisimile est viros illos, qui a rege complures provincias acceperunt, ita tantum illarum satrapis fuisse praepositos, ut in ipsa territorii administratione nihil fere mutaretur, satrapa autem non tam regi ipsi quam regis vicario oboediret.

Et quamquam tale quid magis suspicari licet quam demonstrare, restant pauca tamen, quae rem ita fuisse indicent. Cyrus enim a Xenophonte satrapa vocatur Lydiae Phrygiae Cappadociae.⁴⁾ At extrema anabasis paragrapho satrapae harum regionum commemorantur Artimas Artacamas Mithridates, quibus ex Diodoro Tamon addere licet Ioniae, quae tunc Cyri

1) Fortasse non solum post, sed etiam propter Oroetae defectionem Sardiniana provincia divisa est. Haec enim maxime causa fuisse videtur, cur postea in locum magnarum Darei satrapiarum minores succederent. Posseldt p. 70 et not. 319, qui confert Nicolai, Politik d. Tissaphernes Progr. Bernburgense 1863 p. 5 sq. Hoc impugnatur, non refutatur a Krumbholzio p. 22, nam quod contra adfert, Ioniam et Lydiam numquam separatas fuisse, id demonstrare debet.

2) Krumbholz p. 22. 27.

3) Her. V 30.

4) Xen. anab. I 9, 7.

erat, praefectum.¹⁾ Idem Diodori locus probat non de legatis Cyri, sed de satrapis proprie dicendis sermonem esse.²⁾ Neque aliter res se habet in Tissapherne; nam dum ipse omnem quam Cyrus habuerat, suamque ipsius provinciam administrat, inveniuntur tamen Phrygiae maioris et Cariae satrapae Ariaeus et Idrieus.³⁾ Inde igitur verisimile fit Artaphrenis quoque

1) Paragraphum hanc a Xenophonte non scriptam esse primus demonstravit Krueger, de authenticitate Xenoph. Anabases p. 7 sq. = Krit. Analect. p. 121 sq., compluribus usus argumentis, quibus hoc adiciam, quod anab. I 2, 19 Lycaonia a Cyro militibus diripienda traditur, hoc autem loco pars est dominationis Mithridatis illius Cyri amicissimi anab. II 5, 35. III 3, 1 sqq. IV 2 sq. — Tamen ex optimo et satis antiquo fonte verba illa profecta esse ego quoque cum Krumbh. p. 38 censeo. Et quamquam de aetate fontis certi aliquid afferri nequit, tamen in illud tempus incidere videtur, quo Thracia ab Asia nondum disiuncta fuit, quod post mortem Seleuci Nicatoris factum est et Bithynorum fines a regibus eorum ita amplificati erant, ut maximam Dascylitidis satrapiae partem complecterentur cf. Memn. c. 20 (FHG. III). Utrumque finem quarti aut initium tertii saeculi indicare videtur.

2) Diod. XIV 35, 2 sq. Tamos Tissaphernis iam temporibus Ioniam habebat Thuc. VIII 31, 2. Ceterum apud Diodorum satrapas proprio sensu, non legatos alius satrapae intellegendos esse inde colligo, quod in iis bibliothecae partibus, in quibus Diodorus Ephorum sequitur (cf. Volquardsen, die Quellen Diodors) *σατράπης* non adhibetur, nisi propria vocabuli significatione. Unum locum contra adfert Krumbholz p. 74 not. 1, nimirum Diod. XVI 52, 2. Sed etiam hoc loco satrapam proprio sensu dictum esse docet eiusdem muneris commemoratio Diod. XV 91, 1 Orontae promissi. Omnino vero in hac voce adhibenda scriptores differunt. Herodoto idem esse *ὑπάρχον* et satrapam recte Krumbholz cognovit p. 4 not.; Thucydides accurate hyparchos a satrapis separat cf. Krumbholz ibid.; Xenophon et ipse munera distinguit excepto uno loco Hist. Graec. III 1, 10 sqq., quo Zenidi et Maniae uxori eius, qui deinceps Pharnabazo Aeolidem administrabant, nomen satrapae inditur. Attamen § 12 Mania diserte inter legatos *ὑπάρχους* refertur. Arrianus ut in aliis rebus Herodoti sectator, ita etiam *σατράπης* et *ὑπάρχος* promiscue usurpat cf. I 12, 8. (Aliter censet Sintenis ib. At Phrygia utique satrapia erat.)

3) Ariaeum Phrygiae scil. maioris satrapam vocant Diod. XIV 80, 8. Polyæn. VII 16, 1. — De Idrieo res difficilior est. CIG. 2919 Idrieus commemoratur septimo Artaxerxis anno. Hunc cum Boeckhius Ochum intellexerit, nunc plerique priorem Rochettii sententiam secuti de Mnemone sermonem esse putant et tituli archetypum anno 399/8 tribuunt. Schaefer,

temporibus Ionicae provinciae proprium praefuisse satrapam. Is autem cur nusquam ab Herodoto commemoretur, variae excogitari possunt causae; mihi prae ceteris placet quod supra breviter significavi p. 148 sq.

Initio igitur provincia Ionica totam oram maritumam complectebatur inde ab Abydo usque ad Pamphyliam et in terra mediterranea Troadem Magnetes Cariam Lyciam Milyadem.¹⁾ Sed exitus bellorum Persicorum et pugna apud Mycalen facta magnam in his rebus effecere mutationem. Paulo enim post proelium Mycalense omnes fere orae maritimae civitates Graecae a rege defecerunt seque Atheniensium foederi adiunxerunt. Quo factum est, ut maior pars eaque ditior Ionicae provinciae adimeretur. Quae restabat pars, tributa, quae antea toti satrapiae imposita erant, sane praestare non potuit. Et hac de causa tunc, ut videtur, provincia Ionica per se exstare desiit et divisa est inter Dascylitidem et Sardoniam ita, ut quae inde ab Adramytio septentrionem versus spectarent, Dascylii satrapae, cetera Lydiae praefecto obvenirent.²⁾ Hic

Dem. u. seine Zeit III² p. 342, cui recte assensus est Krumbholz p. 79 sq, Noeldeke, Goett. Gel. Anz. p. 297. Ceterum circa annum 400 Cariam suum habuisse satrapam docet Xen. Cyrop. VIII 6, 7. cf. infra p. 153.

1) Her. III 90, ubi id solum dubium est, qui sint *Aiolois*. Nam I 149—151. tres partes Aeolidis scriptor distinguit, hendecapolin in terra continenti sitam, Troadis urbes 'quae separatae sunt', insulas Lesbum Tenedum Hecatonnesum. Hoc autem loco III 90 quoniam id agit Dareus, ut integros provincia populos complectatur, omnes Aeoles, qui regis in potestatem pervenerunt, intellegendi sunt. Erant autem ei, qui Abydo meridiem versus habitabant. Quae enim in litore Hellesponti erant Aeolensium civitates, eas Hellespontias vocat Herodotus IV 138. — Itaque Her. V 122 *ἡ προσεχὴς Αἰολίς* non est 'Aeolis Ioniae vicina', quod cur diserte adderetur non erat, sed Aeolidis ea pars, quae Ioniam attingit. Cetera Aeolis iam ab Hymea subacta erat c. 122.

2) Hoc mihi recte demonstrasse videtur Krumbh. p. 32 sq. et maxime 55 sqq. Unus obstat locus Diodori, qui XIV 19, 6 Aeolidem Cyri provinciae adscribit. Scimus autem Ephoro, ex quo Diodorus sua hausit, Aeolidem audivisse omnia quae pertineant inde ab Abydo usque ad Cymen Strabo p. 583. 600. Aut igitur Diodorum negligenter exscripsisse putabimus aut ipsi Ephoro non satis constitisse de Cyri satrapiae ambitu.

rerum status mansisse videtur, dum Cyrus a patre carani munus in Asia minore accepit anno 408/7 secundum Diodorum. Tunc enim Tissapherni, cui et carani munus et maior provinciarum pars a rege adempta erant, nihil reliqui fuisset praeter Cariam Lyciam¹⁾ Pamphyliam, nisi forte fortuna eodem tempore factum esset, ut civitates Graecae, quae ex iure trium illorum foederum anni 412 regi iam concessae erant, tunc etiam re vera sub dicionem eius redirent. Itaque cum causa cur olim aboleretur provincia, esset remota, restituta est vetus illa satrapia Ionica a Dareo definita et Tissapherni tradita, ita tamen ut pars septentrionalis, quae Dascylei satrapae addicta erat, non reposceretur.

Sed hanc rerum condicionem paucis annis post iterum turbavit Ionicarum urbium defectio,²⁾ quae relicto Tissapherne Cyri partes amplexae sunt. Tempus defectionis accurate describi nequit; id certum est post Darei mortem eam factam esse fortasse in ipsa Tissaphernis absentia.³⁾ Defecerunt autem omnes praeter Miletum, quam ob id ipsum Cyrus terra marique adortus est.⁴⁾ Eodem tempore per Parysatim matrem precibus regem adiit, ut sibi Ioniae possessio concederetur, nec repulsam videtur tulisse. Sic regis ipsius auctoritate tum antiqua illa satrapia sublata est.⁵⁾ Nam cum pars

Idem Cappadociam in enumerandis Cyri provinciis omittit Diod. XIV 19. 6. — Tributa Ionica tunc rex a Tissapherne postulabat Thuc. VIII 5, 5 et Krueger, histor. philol. Stud. I, 96. Utrum vero etiam tum separatim administrata sit vetus illa provincia quamvis diminuta, propterea diiudicari nequit, quia non satis constat, num Thuc. VIII 31, 2. Ioniam latiore an angustiore vocabuli sensu adhibuerit, vide Steup, Rh. Mus. 35, 327 not. 1.

1) Lycia postea pars Caricae fuit satrapiae cf. p. 154 not. 2.

2) Xen. anab. I 1, 6 cl. 9, 9.

3) Cyrus enim cum ad patrem aegrotantem contenderet, comitem sibi elegit Tissaphernem *ὡς φίλον* anab. I 1, 2. Tunc igitur apertae inter eos nondum intercesserant inimicitiae. Mortuus est Dareus Ol. 93, 4 405/4 secundum Diod. XIII 108, 1.

4) Xen. anab. I 1, 7 et al.

5) Xen. anab. I 1, 8. Sane ex verbis scriptoris non apparet regem fratri obtemperasse (Krumbh. p. 42 infra). Attamen si Cyrus repulsam tulisset, non bene intellegitur, quomodo bellum continuare potuerit. Contra

septentrionalis iam pridem Dascylei satrapae addita esset, tunc etiam Ionia cum Lydia coniuncta est, ut restarent Caria Lycia Milyas Pamphylia, quae in unam satrapiam Cariam reductae et domesticae dynastiarum stirpi traditae sunt.¹⁾ Ab hoc igitur tempore²⁾ Asiae ora occidentalis inter tres divisa erat provincias Phrygiam Lydiam Cariam. Primum illa Ioniae et Lydiae coniunctio in Rhoesace invenitur, qui utriusque regionis satrapa bellum Aegyptiacum suscepit.³⁾ Eidem tempori attribuendus est personatus Scylax, qui tres tantum illas novit provincias, Ioniae omnino non facit mentionem.⁴⁾ Ultimis denique regni Persici temporibus utriusque provinciae praefectus occurrit Spithridates.⁵⁾

si rex Cyro obsecutus esset, non erat Tissapherni, cur ex civitatibus Ionicis tributa penderet. Difficultatem aliter solvere nequeo nisi sic, ut aperte regem fratri et matri morem gessisse putem, secreto Tissapherni imperasse, ne Mileto cederet. Hoc ut statuam eo maxime commoveor, quod iam 399/8 Cariae satrapa commemoratur cf. p. 151 not. 3. Et anno 400 circiter Cariam iam per se satrapiam fuisse inde concluditur, quod a Xenophonte Cyrop. VIII 6, 7 inter ceteras provincias recensetur. Ea autem quae scriptor ibi tradit, statum provinciarum qualis fuerit cum Xenophon in Asia degeret describunt.

1) Cariam deinceps administrabant Idrieus, Hecatomnus, Maussollus, Artemisia, Idrieus II, Ada, Pixodarus, Othontopates. Lyciam cum Caria coniunctam fuisse docent Ar. oec. 1348 a 18—34, ubi Condalus Maussolli procurator Lyciae commemoratur, et decretum Phaselitarum Collitz, Griech. Dialektinschr. 1269. — Milyas omittenda erit, quia Arr. I 24, 5. Phrygiae partem eam fuisse tradit, quae postea demum Lyciae addita est.

2) Coniunctam iam invenis provinciam utramque Xen. Cyrop. VIII 6, 7. cf. not. 1.

3) Diod. XVI 47.

4) Scyl. § 79 ed Fabr. *παράπλους Φρυγίας ἀπὸ Μυσίας μέχρι Ἀντάνδρον.* § 81. *ἀπὸ δὲ Ἀντάνδρον καὶ τῆς Αἰολικῆς τὰ κάτω πρότερον μὲν δι' αὐτὴν ἢ χώρα Μυσία μέχρι Τευθρανίας, νῦν δὲ Ἀνδία...* § 81 fin. *παράπλους δὲ Μυσίας καὶ Ἀνδίας ἀπὸ Ἀστύρων μέχρι Μαιάνδρον ποταμοῦ...* § 82. *μετὰ δὲ Ἀνδιαν Καρία ἐστὶν ἔθνος.* De tempore Periplus vide p. 115 not. 1.

5) Arrian. anab. I 12, 8 coll. 17, 7. A Diodoro Spithrobatas Ioniae tantum satrapa vocatur XVII 19, 4. XX 2; nam Lydiae Mithrenem praefuisse narrat XVII 21, 7. Hunc tamen arci solum fuisse praefectum verbis Arriani I 17, 3 probatur.

A Sardinum expugnacione usque ad Darei distributionem 546—ca. 516		Sardiana provincia		Daseylitis provincia	
Pactyes 546 Oroctas — 529—521		Mirobates			
Darei divisio ca. 516		Daseylitis satrapia			
Ionica satrapia		Sardiana satrapia		Oebares	
?		Artaphrenes pater		Megabates — 476 ca. Artabazus ca. 476— Pharnaces — 430—414—	
?		ca. 511—493— Pissuthnes — 440—424— Tissaphernes — 413—408 Cyrus 408—401		(Epixyes ca. 463)	
Tissaphernes 408—401 (Idrieus I)		(Tamos <i>ταμοσ</i> .) (Artimas)		(Artacamas)	
Hecatomnus		Tissaphernes 401—395 Tithranstes 395— Antophradates 391—362— Orontas post 362/1 Rhoesaces ante 351/0		Pharnabazus	
Maussollus		Mentor 349—		Ariobarzanes — 387— Thyrs — ca. 380—	
Artemisia				Artabazus	
(Idrieus II)				Mentor 349—	
Ada Pixodarus Othontopates		Spithriades		Ariates	
Caria		Ionia		Phrygia maior Phrygia ad Halican	
		Lydia		Raphlagontia	

Status anni 334

Tertia provincia Dascylitis quando in Phrygiam magnam Phrygiamque ad Hellespontum sitam divisa sit, nescitur. Primum illa distributio anno 408/7 deprehenditur, quo Cyrus ad mare descendit.¹⁾ Non multo post etiam Paphlagonia suo satrapae vel dynastae subdita esse coepit.²⁾ Sic factum est, ut divisio illa a Dareo instituta paulatim aboleretur et ex tribus satrapiis a Dareo factis quinque illae evaderent, quas noverunt suprema regni Persici tempora, Phrygia ad Hellespontum, Phrygia maior, Paphlagonia, Lydia, Caria. Hoc breviter in illa quae appicta est tabula describere studui.

Restat quaestio quae erat de finibus Cariae et Lydiae. Quos si quis ex veterum testimoniis constituere voluerit, ei incipiendum erit ab Hecataeo Milesio.³⁾ Nec tamen ex eius verbis multum utilitatis percipiet. Urbes enim, quas Hecataeus aut Lydiae Ioniaeve aut Cariae attribuit, certum terminum describere non permittunt, quia aut ubi sitae fuerint, plane ignoratur, aut si non ignoratur, dubitatio exoriri omnino nequit utri provinciae adnumerandae sint. Hoc solum memorabile est Miletum urbem Ionicam ab Hecataeo Cariae addictam esse. Contra — id quod multo gravius esset, si apertis verbis diceretur — utrum Myntem in ipsa sinistra Maeandri ripa sitam Ioniae an Cariae urbem fuisse scriptor dixerit, non apparet.

1) Cyrus vocatur Xen. an. I 9, 7 *Λυδίας καὶ Φρυγίας καὶ Καππαδοκίας σατράπης*, sed quoniam durare videmus Pharnabazum Phrygiae satrapam, illam Phrygiam magnam intellegi necesse est. Huic postea accessit Milyas, quam Dareus Ioniae adiunxerat Her. III 90, sed non multo ante 334 iterum Phrygiae adempta et Cariae attributa est Arr. I 24, 5. — Ceterum recte a Krumbh. p. 60 not. 2 puto verba Plut. Them. XXX explicata esse, qui iam anno 463 Epixyam Phrygiae superioris satrapam commemorat.

2) Paphlagoniam Xenophontis aetate a regibus domesticis gubernatam esse docet Cyrup. VIII 6, 8 et quae passim in anabasi et hellenicis traduntur. Omnia collegit Eduard Meyer, d. *Königreich Pontos*. Lips. 1879 p. 29.

3) cf. Hecataei Asiae fragmenta (FHG. I) 214—239. Geneal. fr. 336. 363. Situs ignoratur Sideles oppidi Ioniae, Cynes Mimnedi oppidorum Lydiae, Hipponesi Cyllandi Laiae Tnyssi Xyli Mygisi Meliae (sed vide supra p. 121 sq.) Cariae urbium.

Nam etiamsi et Boeckhius ex laterculorum forma *Μυήσσιοι* et Forbiger recte censent *Μύητα* Hecataei idem esse oppidum atque *Μυοῦντα* aliorum, tamen ex ipsis scriptoris verbis *Μύης . . . πόλις Ἴωνική* non intellegitur utri provinciae urbem tribuerit. Diserte autem Myuntem Miletum Prienen oppida in Caria sita fuisse tradit Herodotus.¹⁾ At cum idem Mycalen montem Ioniae appellet, fines Ioniae et Cariae scriptori non constitisse elucet.²⁾

Certiora sunt quae de distributione earum urbium scimus, quae in foedus Deliacum receptae erant. Et secundum laterculos tributarios, qui inde ab Ol. 83, 3 445 usque ad Ol. 85, 4 437/6 incisi sunt, a septentrione meridiem versus proficiscenti ultimae Ioniae urbes sunt Myus et Miletus, prima Cariae Latmus. Tunc igitur termini erant inter Myuntem et Latmum, ut quae inde a Latmo in meridiem vergerent orae maritimae partes Cariae adscriberentur praeter Miletum et Milesiorum agros.³⁾ Contra Thucydides Myuntem Cariae adnumerat.⁴⁾ Ex his igitur omnibus id solum concludere licet, fluctuasse per saeculum quintum fines Cariae et Ioniae, quod nemo mirabitur, qui tunc utramque regionem uni satrapae subditam fuisse se cum reputaverit.

1) de Myete sive Myunte cf. Boeckh, *Stb.* II³ 463, Forbiger, *Alte Geogr.* II 213. — Urbes Cariae adnumerat Her. I 142.

2) Steph. Byz. *Μυκάλη· πόλις Καρίας Ἡρόδοτος πρώτη*. Herodoti verba sunt I 148 *ἢ δὲ Μυκάλη ἐστὶ τῆς ἠπειροῦ ἀκρῆ πρὸς ζέφυρον ἀνεμον κατήκουσα Σάμων ἐναντίον κτέ.* At. IX 90. *Μυκάλη τῆς Ἴωνίας*. Unde concluderim verba illa, quia ex Herodoto desumpta esse non possunt, aut suo Marte a Stephano vel quisquis erat qui librum compilavit, qualis nobis traditus est, aut ex alio fonte addita. Et verba *Ἡρόδοτος πρώτη* nihil significant nisi montem etiam ab Herodoto commemoratum esse. Alios eiusmodi errores collegerunt Hollander, de Hec. Milesii terrae descriptione quaestio critica p. 9 et 11 et B. Niese, de Stephani Byzantii auctoribus p. 47 sqq.

3) Koehler, *Urkunden und Untersuchungen zur Geschichte d. del.-att. Seebundes* p. 124. 125, qui de tempore disputat quo provinciarum distributio adhibita sit. cf. indicem civitatum foederatarum tabulamque geographicam CIA. I.

4) Thuc. III 19, 3. De situ collis Sandii cf. p. 122.

Initio demum saeculi quarti postquam Caria per se ipsa provincia esse coepit, accuratius fines eius circumscribere licet ex compluribus locis Xenophonteis.¹⁾ Scriptor enim cum res enarrat a Dercylida et Agesilao in Asia gestas, saepius de ducibus qui e Lydia in Cariam proficiscuntur vel e Caria in Lydiam, vocabula adhibet *διαβαίνειν*, *διαβιβάζειν* scilicet fluvium quendam, quod necessario suppletur. Apertius alio loco Xenophon loquitur, ubi Tissaphernem et Pharnabazum rursus in Ioniam transgressos esse tradit. Pergit enim *ὡς δ' ἤκουσεν ὁ Δερκυλίδας ὅτι πάλιν πεπερακότες εἰσὶν τὸν Μαίανδρον*, ut plane eluceat Maeandro Ioniam a Caria separatam fuisse. Accedit tertium.²⁾ Tissaphernes enim cum ipse equitatu valeret, Agesilaus pedite, exercitum in planitiem Maeandri duxit, 'quod Caria equitibus non esset apta'. Quod scriptor dicere non potuit, si tunc Maeandri planities Cariae pars fuisset. Sed ne tota vallis Maeandri Cariae abiudicaretur, impediunt et Xenophontis testimonium, ex quo Tralles urbs Cariae erat, et inscriptio illa Idriei satrapae Trallibus inventa.³⁾ Altera ex parte non omnis terra, quae a Maeandro meridiem versus extenditur Caria fuit. Inde enim quod postea Maussollus Latmum et Miletum bello petivit,⁴⁾ intellegitur utramque urbem tunc non Cariae, sed Lydiae fuisse, cui sub annum 400 omnis Ionia adiuncta est. Omnia igitur si coniunguntur, fines sic constituere licet, ut vallis Maeandri superior ad Cariam pertinerit, inferior in utraque ripa planities pars Lydiae fuerit satrapiae.

Prolati sunt Cariae fines a Maussollo, qui Latmum vi cepit Miletumque aggressus est. Hanc quoque urbem in potestatem eius pervenisse iam Brandisius ex nummis quibusdam Milesiis conclusit.⁵⁾ Sed tamen in ora maritima eius dominationem

1) Xen. hist. Gr. III 2, 12—14. IV 12, 21. Ages. I 15.

2) Xen. hist. Gr. III 4, 12 = Ages. I 15.

3) CIG. 2919 cf. Boeckh, Kl. Schriften VI, 327. — Xen. hist. Gr. III 2, 19.

4) Polyæn. VI 8, 1. VII 23, 2.

5) De Latmo Polyæn. VII 23, 2. de Mileto VI 8, 1 et Brandis, d. Münz-, Maass- und Gewichtssystem in Vorderasien p. 328. Recte igitur gloriari potuit Maussollus, quae gloriatur Luc. Dial. mort. 24, 1.

ultra Maeandrum non processisse testatur auctor Peripli, cui Caria ab ostio Maeandri incipit.¹⁾ Postea antiquus rerum status videtur revocatus esse. Alexandrum enim Mileto capta ἐπὶ Καρίας profectum esse tradit Arrianus,²⁾ unde sequitur Miletum tunc Cariae non fuisse.

Primis quae secuntur temporibus mutatio vix facta est.³⁾ Nam quod Arrianus Maeandri planitiem Cariae tribuit, id non de Alexandri verum de sua ipsius aetate intellegi vult.⁴⁾ Anno demum 188 illa pars Cariae quae a Maeandro in septentrionem spectat, a decem legatis Romanorum, qui Apameam convene- rant, Eumeni regi adiudicata est, nominatim Trallis urbs; cetera omnia, quae trans Maeandrum meridiem versus sita erant, Rhodiis obvenere.⁵⁾ Quibus iterum adempta sui iuris Caria facta est, ita tamen ut regiones a Maeandro in meridiem ver- gentes solas complecteretur. Hoc Artemidori probatur testimonio, secundum quem cippi terminales Cariae et Ioniae in ipsa Maeandri ripa collocati erant eo loco, quo via Alabandis Tralles ferens flumen transgrediebatur.⁶⁾

Strabo autem quid in determinandis Lydiae Cariae Phry- giae finibus voluerit, libere elocutus est.⁷⁾ Conquestus enim

1) (Scyl.) peripl. § 81 sq.

2) Arr. I 20, 2. ταῦτα δὲ διαπραξάμενος ἐπὶ Καρίας ἐστέλλετο κτέ.

3) Eratosthenis aetate Hydrela urbs in dextra Maeandri ripa Cariae fuit Steph. Byz. Ἰδρηλα. — Polybii temporibus rei statum eundem fuisse docet Liv. XXXVIII 13, 7.

4) Arr. V 6, 4.

5) Pol. XXI 48, 9. 10 (Hu) = Liv. XXXIX 38, 14—16. καὶ τότε μὲν τῆς Εὐρώπης ἀντῶ (sc. Eumeni) προσέθηκαν . . . τῆς δ' Ἀσίας Φρυγίαν τὴν ἐφ' Ἑλλησπόντου . . . alia . . . Μιλήδα Λυδίαν Τράλλεις Ἐφεσον Τελμισσόν. ib § 8. Μετὰ δὲ ταῦτα Ῥοδίοις ἐχορημάτισαν διδόντες Λυδίαν καὶ Καρίας τὰ μέχρι Μαϊάνδρου ποταμοῦ πλὴν Τελμισσοῦ = Liv. XXXIX 18, 13. Paulo accuratius pars Eumeni data significatur decreto Liv. XXXVII 56, 3. "et Cariam, quae Hydrela appellatur, agrumque Hydrelatanum et castella vicosque ad Maeandrum amnem et oppida." Haec postea non mutata sunt Liv. XXXIX 38, 13.

6) Polyb. XXX 5, 12 = Liv. XLV 25, 6. ἡ σύγκλητος ἐξέβαλε δόγμα, διότι δεῖ Κᾶρας καὶ Λυκίους ἐλευθέρους εἶναι πάντας a. 167 a. Chr. — De finibus Cariae Artemid. apud Strab. p. 663.

7) Strab. p. 628.

maximam singulas regiones discernendi difficultatem, quae etiam augetur Romanorum consuetudine, qua iurisdictionum terminos populorumque fines congruere nolissent, ipse ea conscribere constituit quae iam ab antiquioribus geographis esse tradita. In universum autem eam sequitur sententiam ex qua Caria omnem terram complectitur, quae a Maeandro meridie versus patet usque ad Rhodiorum Peraeam exceptis Myunte et Mileto oppidis.¹⁾ Nullam enim Cariae urbem Strabo adnumerat, quae in septentrionali Maeandri ripa sita est. Ex parte cum eo consentit Plinius,²⁾ qui fines Cariae et Lydiae sic constituisse videtur, ut primum designarentur Maeandro, dein flumen transgressi inclusis Nysa et Tralibus intra hanc urbem et Magnesiam rursus ad flumen reverterentur. Ora maritima Cariae Plinio finitur in Posideo Milesiorum promuntorio, excludit igitur Miletum et Myuntem.³⁾

Nihil omnino promovetur haec quaestio iis, quae praebet Stephanus Byzantius. Nam quae certis quibusdam auctoribus assignare licet velut Alexandro Polyhistori et Apollonio Aphrodisiensi,⁴⁾

1) Strab. p. 651. ἀρχὴ μὲν οὖν τῆς Καρίας ἐστὶν ἡ τῶν Ῥοδίων περὶ τὴν πρὸς Θαλάσσης, τέλος δὲ τὸ Ποσειδίων τῶν Μιλησίων, ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ τὰ ἄκρα τοῦ Ταύρου μέχρι Μαιάνδρου. — p. 647. ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ τῆς Ἰωνικῆς παραλίας λοιπὰ ἐστὶ τὰ περὶ τὴν ὁδὸν τὴν ἐξ Ἐφέσου μέχρι Ἀντιοχείας (in sinistra fluminis ripa). Hanc igitur regionem a Lydis Caribus Graecis habitatam (p. 648 fin.) Ioniae ascribit. Urbes in ea nominantur Magnesia p. 647, Tralles p. 649, Nysa p. 649 sq., Briula Mastaura Acharaca p. 650. Dein pergit p. 651. τὰ δὲ πέραν ἤδη τοῦ Μαιάνδρου τὰ λειπόμενα τῆς περιουσίας πάντ' ἐστὶ Καρικά. Non pugnant cum his, quae suo videtur Marte Strabo p. 577 scribit Maeandrum postremo per Cariam incedere cf. tamen Plin. n. h. V 113 postremo Cariam pervagatur.

2) Plin. n. h. V 108. Caria interiorum fama praenitet. . . Est Eumonia . . . Bercynthus tractus Nysa Tralles. § 112 Ionia ab Iasio sinu incipiens. . . § 114. Supra haec Magnesia Maeandri cognomine insignis. . . et § 110. Lydia autem perfusa flexuosis Maeandri amnis recursibus. § 111 Tripolitani, iidem et Antonipolitani, Maeandro adluuntur. Recte igitur Lydia § 110 "meridiana parte Cariam amplectens" dicitur.

3) Plin. n. h. V 112. Ionia . . . in ea primus sinus Basilicus, Posideum promuntorium etc.

4) Alexandri frgm. apud Muell. FHG. III p. 234 fr. 53—64, Apollonio Aphrodisiensis IV, 310 fr. 1—14.

ea nihil de terminis Ioniae Lydiae Cariae docent: cetera autem saepius inter se pugnant neque id mirum in tam rudi tamque indigesta mole ex diversis diversorum temporum scriptoribus temere collecta, ex qua certum erui nequit.¹⁾ Certum est ultimum testimonium Claudii Ptolemaei. Cuius in enumeratione urbium apparet oram maritimam Cariae tunc pertinuisse usque ad Maeandri ostium; terram autem interiorem terminatam fuisse monte Messogide.²⁾ Quocum convenit locus ille qui supra ex Arriano allatus est.³⁾

Caria igitur, si complecti licet quae disputata sunt, inde ab initio saeculi quarti omnis illa vocabatur regio trans Maeandrum sita quae iugis et collibus Tauri completur, quaecum coniuncta erat Maeandri vallis pars superior. Ab anno 188 a. Chr. usque ad Strabonis et Plinii tempora ripae Maeandri septentrionalis pars ea, quae antea Cariae assignata fuerat, nondum Cariae erat. Postea factum est, ut omnis Maeandri ripa septentrionalis cum Caria coniungeretur.

CAPUT QUARTUM.

De rebus Priensium quas gesserint inde a Sardibus captis usque ad occasum regni Persici 546—334.

Sardium expugnatione exterriti omnes Iones praeter Milesios in Panionium convenerunt, ut communiter quid contra

1) De iis, quae in censum veniunt urbes, haec apud St. Byz. commemorantur. *Ἀθρυμβρα* Cariae adnumeratur, *Ἡράκλεια θ'* (Latmus cf. *ιθ'*) *Μαραθῆσιον Μίλητος Μυκάλη* (cf. *Φώκαια*) *Νύση Τράλλεις* (s. v. *Χάραξ*) cf. etiam *Σάμος ἐπιφανῆς πρὸς τῆς Καρίης νῆσος*. Termini appellantur Dascyleum Ephesum versus, *Ἀφροδισιάς πέμπτη* inter Cariam et Lydiam, Stratonicea contra Mysiam cf. etiam *Ἰλλουάλα*. Contra Lydiae tribuuntur oppida in dextra Maeandri ripa sita *Μάστιανρα Τράλλεις* (s. v. *Τράλλεις*).

2) Claud. Ptol. Geogr. 5 cap. 2 Ioniae tribuit in ora maritima omnia usque ad Maeandri ostium, inde secuntur Cariae urbes Pyrrha Heraclea sub Latmo Miletus Iasus eqs., interioris terrae Tripolis Nyssa Trallis Magnesia a/M. Priene § 18. Prienes commemoratio non pugnat cum § 9, tunc enim Priene non iam in litore sita erat cf. p. 114.

3) Arr. V 6, 4.

Persas faciendum esset consulerent.¹⁾ Periculum autem, quod modo imminebat, aversum esse videbatur, cum Cyrus relictis Tabalo et Pactya in Babyloniam contenderet, tantumque elati sunt Ionum animi, ut Pactyae seditioni se adiungerent Tabalumque Sardibus oppugnarent.²⁾ Sed exspectatione celerius venit ultio, cum Mazares Medus a Cyro missus est, qui Pactyam ducem seditionis persequeretur et a Graecis, qui eum adiuvisent, poenas repeteret. Atque prima Priensium civitas exercitui Persarum succubuit.³⁾ Urbs diruta est, cives sub corona venire, qua in re si recte Pausaniae verba huc referuntur, Tabalus, Sardium ille praefectus, crudelissime se gessit.⁴⁾

Paulatim urbs vires, quas illa tempestas fregerat, recepit et cum anno 499 seditionem movissent Ionum civitates, Prienses communi re non relicta ab initio expeditioni intererant et ad classem, quae apud Laden decertavit, duodecim naves miserunt. Sed cum ceteris Ionibus victi victoris saevitiam experti sunt denuoque Priene deleta est anno 494 vel 493.⁵⁾

Iterum igitur Ionia dominationis Persicae iugum subiit sub eoque permansit, donec quinto decimo anno post proelium, quo liberatae sunt Graecae civitates Asiae, commissum est in ipso Priensium territorio. Exercitus enim Persarum, cui praeerant Tigranes aliique duces castris prope Gaësonem flumen munitis, ut urbem a tergo haberent, hostem opperiebantur.⁶⁾ Graecos autem ab oriente invasisse cum Steinio ex Herodoti verbis concludendum est, qui Athenienses per litus maritimum processisse narrat, Lacedaemonios per vallem et montem, quos

1) Her. I 141.

2) Her. I 153. 154. Mazares missus 157. 158.

3) Her. I 160. Hoc factum est anno 545.

4) Paus. VII 3, 10. Eidem tempori rem attribuit Newton Ion. Ant. p. 22. Hicks IMB. III 1 addenda.

5) Duodecim apud Laden naves Her. VI 8. — cf. VI 32. *ταῦτα γὰρ δὴ ἐποίησαν* Persae in urbibus Ionicis *καὶ τὰς πόλεις ἐνεπίμψασαν ἀντοῖσι τοῖσι ἰροῖσι.* — De tempore cf. 31. *ὁ δὲ ναυτικὸς στρατὸς ὁ Περσέων χειμερίας περὶ Μίλητον τῷ δευτέρῳ ἔτει ὡς ἀνέπλωσεν κτέ.* Tamen Priene nescio an capta sit, dum ipsa Miletus oppugnatur.

6) Her. IX 97.

consentaneum est in dextro cornu pugnasse.¹⁾ Idem alio loco comprobatur, ex quo apparet solam viam, qua se reciperent, Persis patuisse per montem Mycalen; quod non evenisset, si in pugnando planitiem Maeandri a tergo habuissent.²⁾ Ceterum num hoc tempore Priene denuo aedificari iam coepta sit, valde dubium est, quia Herodotus, qui regionem pugnae satis accurate describit, ne verbo quidem urbem commemorat.³⁾

Secuntur tempora dominationis Atheniensium, quorum foederi Priene quoque adscripta erat. Primum civitatis nomen apparet in laterculis tributariis anni 450/49 Ol. 82, 3, ultimum anno 443/2 Ol. 84, 1.⁴⁾ Tributum quod pendebant Prienses talentum erat, sed Ol. 88, 4. 425/4 haud dubie amplificatum est.⁵⁾ Inde autem elucet satis parvam tunc fuisse Priensium civitatem, si omnino suae ipsius erat dicionis. Contrarium potius produnt verba Thucydidis, qui in initiis describendis belli Samii Miletum et Samum *περὶ Πριήνης* bellum gessisse dicit.⁶⁾ Quod Hicksius sic interpretatur, ut dicat, renovatam esse antiquam illam de agris inter Prienses et Samios controversiam Priensesque a Milesiis tunc adiutos esse et sic Prienen causam fuisse, cur Samus et Miletus bello congregarentur.⁷⁾ At Thucydides si in tali enuntiato velut *πόλεμος ἐγένετο* praepositionem *περὶ* adhibet, semper id indicat, quod inter pugnantem quasi in medio positum est et inter utrumque disceptatur; si causam certaminis significare vult, *διὰ* praepositione utitur.⁸⁾ Unde verisimile fit Prienen tunc Milesiis

1) Her. IX 102.

2) Her. IX 99. cf. cap. 104.

3) cf. imprimis cap. 97.

4) cf. CIA. I, 230, 16^b (Ol. 82, 3), 231, 17 (Ol. 82, 4), 232, 12 (Ol. 83, 1), 234, 22 (Ol. 83, 3), ubi semper forma *Πριανῆς* legitur, 237, 29 (Ol. 84, 2) *Πριηνῆς*.

5) Koehler, Urkunden und Untersuchungen p. 149. Es kann keinem Zweifel unterliegen, dass die Tribute der übrigen Provinzen (ausser dem Inseltribut) gleichzeitig in analoger Weise erhöht worden seien.

6) Thuc. I 115, 2.

7) Hicks IMB. III, 1 p. 1^b.

8) Loci Thucydidei, e quibus hoc meo iudicio apparet hi sunt I 140, 4 *ἑμῶν δὲ μηδεὶς νομίση περὶ βραχέος ἂν πολεμεῖν, εἰ τὸ Μεγαρέων*

subditam fuisse et sic melius explicantur alii quoque quidam veterum scriptorum loci, quibus quae Prienenses potius attingunt, ad Milesios referuntur.¹⁾

Denuo sub Persarum imperium urbes Ionicas revocavit Tissaphernes, qui usque ad annum 408 Ioniam et Lydiam, deinde Ioniam solam administravit. Sed cum Cyrus advenisset, ad eum omnes praeter Miletum urbes defecerunt.²⁾ Itaque post mortem Cyri Tissaphernis metu commotae civitates a Lacedaemoniis auxilium petivere, eorumque praetores adiuvabant.³⁾ Missi sunt deinceps Thibro Dereylidas Agesilaus iterum Thibro, qui cum Priene exorsus terram regiam popularetur, a Strutha duce regio insidiis circumventus et cum exercitu occisus est,⁴⁾ Graecasque urbes quae per quattuordecim annos libertate fruebantur Persis reddidit pax regia initio anni 386 facta.⁵⁾

ψήφισμα μὴ καθέλοιμεν ὅπερ μάλιστα προύχονται, εἰ καθαιρεθείη μὴ ἂν γίνεσθαι τὸν πόλεμον· μηδ' ἐν ἡμῖν αὐτοῖς αἰτίαν ὑπολλησθε ὡς διὰ μικρὸν ἐπολεμήσατε. et V 53, 1. *Ἐπιδαυριοὶ καὶ Ἀργείοις πόλεμος ἐγένετο, προφάσει μὲν περὶ τοῦ θύματος τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Πυθαῶς, ὃ δέον ἀπαγαγεῖν οὐκ ἀπέπεμπον ὑπὲρ βοταμίων Ἐπιδαυριοὶ . . . παρσκευάζοντο οἱ οἱ Ἀργεῖοι ὡς αὐτοὶ ἐς τὴν Ἐπίδαυρον διὰ τοῦ θύματος τὴν ἔσπραξιν ἐσβαλοῦντες.* Priore loco *βραχὺν* est parva res, *μικρὸν* causa parva, altero non *θύμα* est causa, sed sacri exactio. Sic etiam aliis locis et *περὶ* et *διὰ* praepositio propria significatione usurpatur, illud I 103, 4. V 65, 4, hoc I 127, 2. V 115, 2 (ubi *δι'* αὐτὸ ad *ἐπολέμονν* trahendum esse, non ad *ἀφέντες*, docet οὐδ' ὡς huic adiunctum). Non plane quadrare videtur VI 6, 2 *ὄμοροι γὰρ ὄντες τοῖς Σελινουντίοις ἐς πόλεμον καθέστασαν περὶ τε γαμικῶν τιῶν καὶ περὶ γῆς ἀμφισβητήτου.* An in hac quoque re Antiochus apparet, quo in hac parte historiae conscribenda usus est Thucydides?

1) Velut quod Milesiis iter trans Mycalen ferens custodiendum traditum quia regionis peritissimi sunt Her. IX 99. Et paullo plus lucis adfertur versui Aristophanis Eq. 361

ἀλλ' οὐ λάβρακας καταφαγὰν Μιλησίους κλονήσεις.

Lupi enim in Gaesone maxime et in palude, quam Gaeson effecerat, exstant cf. supra p. 120.

2) Xen. anab. I 1, 6. Tuncne Priene libertatem recuperavit?

3) Xen. hist. Graec. III 2, 17.

4) Xen. hist. Graec. IV 8, 17.

5) cf. pacis documentum Xen. hist. Graec. V 1, 31. De tempore Swoboda, Mittheil. VII, 174 sqq.

Qui secuntur duo et quinquaginta anni usque ad occasum regni Persici, urbi occasionem dederunt partem pristinarum divitiarum recuperandi. Quamquam hoc quoque tempore infirmam fuisse Priensium civitatem docent verba Aeschinis, qui ut demonstret in concilio Amphictyónico eandem esse auctoritatem minimae urbis atque maximae, inter Dorienses Lacedaemoniis opponit Dorii et Cytinii incolas, inter Iones Atheniensibus Eretrienses et Prienses.¹⁾ Tamen sub finem regni Persici opes urbis non mediocriter crevisse inde apparet, quod hoc ipso tempore templum Minervae Poliadis magnificentissimum aedificari coeptum est.²⁾ Pecunia, quae ad exstructionem opus erat, decumis fortasse a civibus parata est, si quidem huc pertinent ea quae Demo de Syracusanorum et Priensium decuma memoriae prodidit.³⁾ Sed aedes nondum confecta erat, cum proelium ad Granicum commissum est, quod Persarum in Asia dominationem delevit et Graecarum urbium condicionem admodum commutavit.

CAPUT QUINTUM.

De Graecarum Asiae urbium condicione, qua usae sint sub Alexandro eiusque successoribus.⁴⁾

Duos et quinquaginta annos imperium Persarum, quod in urbes Graecas exercebant, duraverat, cum vindex amissae libertatis exstitit Alexander Magnus. Devictis enim ad Granicum satraparum copiis anno iam 334 totam sibi Asiam subiecit. Novis autem provinciis Macedonum imperio additis novam adhibuit administrationis rationem, quae in multis pristinae simillima, in aliis admodum ab ea recedebat, ut in tractatione urbium Graecarum.

1) Aesch. de falsa leg. 116.

2) cf. supra p. 118.

3) Paroemiogr. Append. IV 88 (edd. Gotting.) = Dem. fr. 14 (FHG. I) cf. Strabo p. 269.

4) cf. maxime Droysen, Geschichte des Hellenismus² I, 1, 230 sqq.

Quid rex voluerit, cum iura et privilegia civitatum Graecarum constitueret, facile ex Arriani verbis deprehenditur.¹⁾ Narrat enim scriptor Alcimacho, cui Ioniae et Aeolidis urbes liberandae evenissent, regem imperasse, ut ubique paucorum dominationem aboleret, populi arbitrium restitueret, proprias civibus leges redderet, tributa remitteret, quae regi Persarum pendere soliti essent. Quam rem Diodorus quoque testatur²⁾ et bene cum his consentiunt quae de singularum urbium velut Mileti Amisi Ilii Erythrarum sorte traduntur.³⁾ Urbes autem quae acerbiorum tulerunt fortunam, victoris animum aut pertinacia exacerbaverant, qua condiciones eius repudiabant velut Halicarnassus, aut perfidia usae erant contra Macedonum exercitum velut Aspendus.⁴⁾ In universum igitur dubitare non licet, quin consilium Alexandri ut Graecae urbes liberae essent suisque fruerentur legibus, plerumque effectum sit.

Paulo accuratius Graecarum urbium condicionem describere permittunt verba tituli Prienes reperti, quo ipsius Alexandri decretum continetur.⁵⁾ In posteriore enim huius inscriptionis parte — prior valde mutila est — haec leguntur *τοὺς δὲ κατοικοῦντας ἐν ταῖς κώμαις ταύταις φέρειν τοὺς φόρους τῆς | διὰ συντάξεως ἀφήμι τῆμ Πριηνέωμ πόλιν καὶ τῆμ φρου(ρὰ)ν*.. Duae res ex his verbis concludi possunt: primum ceteris urbibus certam quandam solvendam fuisse pecuniam, quae Priensibus remissa est, dein hanc pecuniam *σύνταξιν* appellatam esse. Vocis autem *σύνταξις* singularis est significatio

1) Arr. I 18, 2 sq. Initio codd. *Ἀλκίμαχον* et *Ἀντίμαχον* praebent Sintonis *Ἀνσίμαχον* coniecit collato VI 28, 4. *Ἀλκίμαχον* veram nominis formam esse ex titulo apparet, quem infra tractabimus in epimetro huius capituli

2) Diod. XVII 24, 1.

3) De Mileto cf. Arr. I 19, 6 Diod. XVII 22, 4. 5, de Amiso Appian. Mithrid. 8, de Ilio Strab. p. 593, de Erythris tituli verba apud Dittenbergerum 166, 23 (= E. Curtius, Monatsber. d. Berl. Akad. 1876 p. 554 sqq.).

4) De Halicarnasso Arr. I 23, 6. de Aspendo I 27, 4.

5) Primum ab Hicksio editus Greek hist. inscr. 123, accuratius ab eodem IMB. 400. Partem posteriorem iam publici iuris fecerant Wadd. Leb. Asie min. 188.

Inventa est a Callistrato Atheniensi alterius foederis maritimi conditore, ut vitaretur odiosum illud nomen tributorum *φόρος* et optime significat immutatam novi foederis condicionem, in quo civitates foederatae non uni urbi subiectae, sed pari inter se erant auctoritate.¹⁾ Etiam in hoc titulo opponitur tributo, quod solvunt regiae terrae incolae, urbium *σύνταξις*. Diverso nomini diversa res respondet: iure igitur ex his inscriptionis verbis colligitur Graecas Asiae urbes Alexandro non fuisse subiectas, sed aequabili foedere cum eo coniunctas. Et unum saltem huius rei vestigium servatur apud Diodorum, qui Cyzicum *πόλιν σύμμαχον* vocat et ipsum id, quod Arrhabaeus urbem aggressus esset causam praebuisse narrat Antigono, cur in eum animadverteret tanquam in hostem, qui regni fundamenta labefactaret.²⁾ Unde iam Droysenus sagaciter conclusit, quod nunc tituli verbis confirmatur, Graecas urbes foederatas fuisse idemque apte aliam inscriptionem attulit, in qua Antiochus rex de Ilio Scepsi aliis urbibus dicit *αἱ πόλεις αἱ ἐν τῇ ἡμετέρῃ συμμάχῃαι*.³⁾

Apparet igitur verba illa Diodori Arriani tituli Erythraei *ἀφορολογήτους* et *ἀνεῖναι* accuratissime ita interpretanda esse, ut solum tributum regium urbibus remissum sit et in eius locum successerit *σύνταξις* i. e. pecunia, quae ex foederis iure pendenda erat. Hoc quoque munere exempti fuerunt Prienses: omnes autem tributo vacasse civitates Graecas foederatas nec per tituli verba putare licet, in quo immunitas velut privilegium Priensibus datur, neque per se veri est simile. Alexander enim cum ad bellum proficisceretur, 1300 talenta aeris alieni contraxerat, ex quibus 500^t a patre ei relicta

1) cf. Schaefer, Dem. I¹ S. 27 secundum Harpocrat. s. v. *σύνταξις*. Plut. Sol. 15. Beloch, Att. Pol. 141 not. 2.

2) Diod. XVIII 52, 3.

3) Dittenb. 158, 46. 73 = Schliemann, Trojan. Alterthümer p. 201 = Droysen, Hellenismus² II 2, 377 n. 4. Quod recentior titulus a Droyseno ad Alexandri aetatem refertur, ea de re offensionem non habet, quia si quid sub diadochorum potestate commodi restat urbibus Graecis, id sane non horum clementiae debetur, cum constet praeter Antigonom et Demetrium neminem favisse Graecis civitatibus.

erant.¹⁾ Multa postea insuper bello consumpta sunt et gaza regia, qua Sardibus Alexander potitus est,²⁾ tam parvum ei subsidium attulit, ut paulo post propter pecuniarum inopiam classis dimittenda esset.³⁾ Quae cum ita essent, regem tanto subsidio, quantum redundare potuit ex civitatum foederatarum stipendiis, se ipsum privasse vix credibile est.

Sed si eadem condicione utebantur Graeci Asiatici atque Graeci patriam terram incolentes, quaerere licet, utrum communi quoque Graecorum concilio, quod Corinthum conveniebat, ascripti fuerint necne. Recte puto rem negavit Droysenus, neque enim unum illud Tenediorum exemplum quidquam contra valet,⁴⁾ quia nihil obstat, quominus Tenedum antequam ceterae urbes reciperentur, fortasse ante Alexandri adventum iam a Parmenione foederi adiunctam esse putemus.⁵⁾ Immo vero inter se coniunctae erant Graecae Asiae civitates. Quorum foederum nunc de duobus maxime Iliensi et Ionico constat ex inscriptionibus quibusdam Alexandri aetate recentioribus.⁶⁾ Ipsa tamen foedera iam Alexandri temporibus condita esse inde quis colligat, quod rex Iliensibus *ἔερον ἄγωννα* promisit et quod Iones regis in memoriam et honorem Alexandria celebrabant.⁷⁾ Sed de Ionico foedere infra dicendum erit.

Primis post Alexandri mortem annis civitatum Graecarum condicio immutata esse non videtur. Quamquam certum huius

1) Arr. VII 9, 6.

2) Arr. I 17, 3. Diod. XVII 21, 7.

3) Arr. I 20, 1.

4) Arr. II 2, 2.

5) Parmenio et Attalus iam a Philippo in Asiam praemissi erant Diod. XVI 91, 1. XVII 2, 4. cf. inprimis XVII c. 7.

6) De foedere Iliensi vide inscriptionem circa annum 307/6 incisam apud Hirschfeldium, *Archaeol. Zeitung* 32, 153 (1875) = Droysen, *Hellenismus*² II 2, p. 382 n. 5 = Ditt. 125. — Foederis Ionici duo exstant decreta alterum Lysimachi temporibus factum E. Curtius, *Arch. Zeit.* 29, 188 (1872) = O. Lueders, *Bullett. dell' inst. arch.* 1872 p. 248 = Ditt. 137, alterum sub Antiocho Sotere *Bull. de corr. hell.* 9, 387.

7) Strab. p. 593. Alexandria de quibus confer Strab. p. 644 instituta erant fortasse ad diem regis natalem celebrandum. *Bull.* 9, 387.

rei testimonium vix adferri potest praeter locum illum Diodori, qui Cyzicum anno 319/8 urbem foederatam fuisse tradit. Inscriptiones enim, quae huic tempori attribuendae sunt, sat multae interiorem potius urbium statum attingunt restitutionemque exulum, quae secundum Alexandri decretum (*διάγραμμα* vel *διαγραφή*)¹⁾ effecta est. Hoc solum ex decreto Nasiotarum in honorem Thersippi facto certum est, anno 319, quo contra Perdiccanos bellum gerendum erat, Graecis urbibus ab Antipatro, qui tunc regnum administravit, belli stipendia esse imposita.²⁾ Utrum vero hoc regi vel regis vicario ex iure foederis licuerit praeter solitam pecuniam extraordinarias quoque pensiones exigere, an Antipater tributa imperaverit acerba temporum necessitate coactus, id propter testimoniorum penuriam diiudicari nequit.

Sed mors Antipatri, quae anni 318 initio accidit, ut recte Diodorus ait³⁾ *ἀρχὴ ἐγένετο πραγμάτων καινῶν καὶ κινήσις τῶν ἐν ἐξουσίαις ὄντων ἰδιοπραγεῖν βουλομένων*. Maxime autem in hoc rerum tumultu Graeciae laborabant Asiae civitates. Satrapae enim non iam Antipatri vel regis auctoritate coerciti urbes, quae in territorio eorum sitae erant, arbitrio suo subicere coeperunt et primus eorum Arrhabaeus Phrygiae satrapa urbes suas praesidiis firmavit, Cyzicum, quae milites eius moenibus recipere noluerat, obsidione cinxit.⁴⁾ Eius exemplum secutus Clitus quoque, qui tunc Lydiam obtinebat, Ionicas urbes in potestatem suam redegit eodemque fere tempore Asander Cariae oppressisse civitates videtur.⁵⁾ Urbes autem regni praesidio destitutae et pleraeque non satis validae, quae pro-

1) *διάγραμμα* cf. Hicks, Greek. hist. inscr. 130, 45 *διαγραφή* Hicks 125, 144.

2) CIG. 2166^e = Earinos, *Μουσείον καὶ βιβλιοθήκη τῆς εὐαγγελικῆς σχολῆς* Smyrna 1876 = Droysen, *Hellenismus*² II, 2 p. 374 = Hicks. 138 cf. vs. 9 sqq. De tempore huius expeditionis vide epimetrum huius capituli.

3) Diod. XVIII 50, 1.

4) Diod. XVIII 51.

5) Diod. XVIII 52, 6. de Caria et Asandro cf. Diod. XIX 62, 2 et 75, 1. 4. 6.

priis viribus¹⁾ potenti hosti resistere possent, singulae deinceps provinciarum administratoribus succubuerunt, donec ultor eis exstitit Phrygiae maioris satrapa Antigonus Monophthalmus. Breviter hoc loco describendum est, quomodo paulatim omnes quae in Alexandri foedere fuerant, Graecorum civitates Antigono sese adiunxerint.

Antigonus igitur Perdiccanis devictis statim Cyzicum obsidione liberavit, Arrhabaeum et Clitum ex provinciis expulit, urbes quae invitae satrapis paruerant, sibi associavit.²⁾ Haec facta sunt anno 318. Tribus annis post inter Antigonum et Seleucum Cassandrum Ptolemaeum bellum exarsit, in quo Asiae cis Halyn civitates et insulae quaedam³⁾ fideliter Antigoni partes sustinebant satrapamque qui antea numquam classem paraverat, navibus adiuverunt.⁴⁾ Et quamquam ut Erythrae ita haut dubie aliae quoque urbes ab hostibus oppugnabantur, nulla tamen ab Antigoni foedere defecit: immo novi accesserunt socii Amisus Astacus Chalcedon⁵⁾ urbes denique Cariae,

1) Unum adest indicium urbes inter se auxilium tulisse Cyzicenorum et Byzantium Diod. XVIII 51, 6.

2) Diod. XVIII 52.

3) cf. Diod. XIX 62, 9 Antigonus Dioscoridem iubet περιπλεῖν τοῖς τε συμμάχοις παρεχόμενον τὴν ἀσφάλειαν καὶ τῶν νήσων τὰς μήπω μετεχούσας προσαγόμενον. Eodem consilio paulo ante Polemaeus, Demetrii filius Antigoni fratris (de nominis forma vide Dittenb. 133 not. 2), cum terrestribus copiis missus est. Is Erythras obsidione liberavit cf. Diod. XIX 60, 3. — Ex insulans Rhodii maxime, qui Antigono Rhodi naves aedificare permiserunt XIX 58, 5 et Lemnii XIX 68, 3. 4 satrapae partibus favebant.

4) Ante 315 Antigonus classem non habebat Diod. XIX 58, 1. Itaque a Rhodiis et Hellespontiis navibus adiutus est. cf. Diod. XIX 61, 5. *παρὰ Ῥοδίων μεταπεμφόμενος ναῦς*. Has enim naves Rhodiorum, non Antigoni in navalibus aedificatas esse docent ipsa Diodori verba, qui si hoc dicere volebat, ἀπὸ Ῥόδου debebat scribere. Omnino autem naves, quae in navalibus extruebantur, nondum confectae erant; postea demum inde truncae naves adveniunt cf. 62, 7 et 8. Hellespontiorum classem adduxit Themiso XIX 62, 7. Naves truncae in Hellespontiis navalibus exstructae una cum Rhodiis a Dioscoride postea advectae sunt ibid. De navalibus regis Hellespontiis, quae etiam Seleucidarum temporibus erant cf. Ditt. 158, 54.

5) Diod. XIX 60, 3.

quae eiecto Asandro libertatem receperant.¹⁾ Contra Thraciae urbes a Lysimacho prohibitae sunt Antigoni partes sequi nec Byzantium quamvis satrapae Phrygiae faveret, foederi eius adscriptum est, quia civitas mercaturae studiosissima si posset omnium conservare debebat amicitias.²⁾ Sic sub finem belli primi contra Antigonum gesti omnes Asiae civitates cum Antigono coniunctae erant et ex insulis Rhodus Lemnus Imbrus fortasse Andrus.³⁾ Foedus integrum mansisse videtur usque ad annum 302. Nam quae a Ptolemaeo anno 309 expugnata sunt oppida Cariae, ea paulo post a Demetrio recuperata esse inde elucet, quod, dum bellum Rhodium geritur, tota continentis ora in potestate Demetrii fuisse videtur.⁴⁾ Sola Rhodus bello Rhodio finito etsi diserte non discessit a foedere, tamen ab hoc tempore Antigoni socia esse desiit.

Quaeritur autem quanam condicione usae sint civitates foedere cum Antigono coniunctae. Liberas eas suique arbitrii fuisse censet Droysen, cui alii oblocuti sunt velut Lamprecht et Scheffler, qui solam libertatis speciem urbibus relictam esse putant.⁵⁾ At contra eos primum facit, quod Diodorus civitates semper socias appellat.⁶⁾ Nomi autem veram urbium condicionem respondisse documenta pactorum, quae tunc fere inter satrapas vel reges convenere, docent, in quibus haec velut sollempnis semper recurrit formula "ut Graecae civitates liberae sint et sine custodia suisque fruuntur legi-

1) Diod. XIX 75.

2) De urbibus Thraciae Diod. XIX 73. de Byzantio XIX 77, 2 cl. Polyaen. IV 6, 8.

3) Imbrus XX 46, 4, Andrus XX 37, 1.

4) Diod. XX 19 et 27. Imbrus Atheniensibus reddita XX 46, 4. Rhodiorum condicio XX 99.

5) cf. Droysen, Hellenismus² II, 2, 227. III, 1, 254. Lamprecht, de rebus Erythraeorum publicis p. 40. Scheffler, de rebus Teiorum p. 27.

6) Diod. XIX 58, 5. 60, 3. 62, 9. 77, 3. XX 82, 1 cf. XIX 61, 4. τοὺς μὲν γὰρ Ἑλληνας (Asiaticos dici docent quae secuntur τοὺς δ' ἐν ταῖς ἄνω σατραπείαις στρατηγούς) ὑπελάμβανε διὰ τὴν ἐλπίδα τῆς ἐλευθερίας προθύμως ἔξεν συναγωνιστάς. Quod uno loco XIX 75, 6. ὑπετάγησαν scribitur, nihil contra valet.

bus." 1) Et satis inter cetera memorabile est foedus illud ab Antigono et Asandro anno 313/2 factum, ex quo Caria Asandri provincia pars fieret dominationis Antigoneae. Cuius pacti inter leges cum haec quoque appareat, ut Graecae urbes suae sint dicionis, facile elucet etiam sub Antigoni imperio libertatem eis fuisse concessam. 2) Hanc sententiam ea confirmant, quae de singulis quibusdam civitatibus traduntur. Sic Erythraei in titulo quodam gloriantur se sub Alexandro et Antigono liberos et immunes fuisse 3) et cum inter Rhodios et Demetrium gravissimum exarsisset bellum, Cnidii legationem miserunt ad conciliandos adversarios, id quod nunquam licuisset civitati quae ad regis arbitrium administraretur. 4)

Accedunt alia. Si re vera, ut Lamprecht et Scheffler existimant, urbes Antigono subiectae fuerunt, cur non occasionem excutiendae servitutis datam libenter arripuerunt? At plane contrarium evenit. Primo bello nulla omnino urbs ab Antigono defecit, verum acerrime omnes partes eius tuebantur 5) ac ne altero quidem bello etsi Graecos ad libertatem evocaverat, aliter Ptolemaeo contigit, ut urbes quasdam Antigono eriperet nisi vi et expugnatione. Sola Caunus ei prodita est, 6) sed non ab ipsis civibus, verum — id quod haud parvi aestimandum —

1) cf. decretum quod Antigonus a regio exercitu contra Cassandrum impetravit Diod. XIX 61, 3 *Εἶναι δὲ καὶ τοὺς Ἑλληνας ἅπαντας ἐλευθέρους ἀφρορηήτους αὐτονόμους*. Regium exercitum penes Antigonum tunc fuisse inde concludo, quod eius decretum *δῶγμα τῶν Μακεδόνων* vocatur. Aliter iudicat Droysen, *Hellen.* II, 1, 155 not. 1. — In pace anni 311 apud Diodorum XIX 105, 1 ultimum est *τοὺς δ' Ἑλληνας αὐτονόμους εἶναι*. — Pactum quod ineunt Cassander et Demetrius, Diod. XX 111, 2: *ἐγγέγραπτο γὰρ ἐν ταῖς συνθήκαις· πρὸς τοῖς ἄλλοις (velut ultima condicio cf. pacem anni 311) καὶ τὸ τὰς Ἑλληνίδας πόλεις ἐλευθέρους ὑπάρχειν οὐ τὰς κατὰ τὴν Ἑλλάδα μόνον ἀλλὰ καὶ τὰς κατὰ τὴν Ἀσίαν*.

2) Diod. XIX 75, 1 Paulo post Asandro cum foedus laeisset eiecto Antigonus Milesiis aliisque civitatibus libertatem restituit *ib.* § 3. 4.

3) Dittenb. *syll.* 166, 23.

4) Diod. XX 95, 4.

5) cf. *supra* p. 170.

6) Diod. XX 27, 1. 2. *παραδόντων τῶν στρατιωτῶν*. altera Cauni arx vi capta est.

ab Antigoni mercennariis, qui arcem custodiebant. Ac ne id quidem praetereundum videtur copias Antigoni, quae ter Graeciae liberandae causa emissae sunt, semper ab omnibus libentissime esse receptas.¹⁾ Quod num factum esset, si Antigonus eodem tempore Asiae civitates servitute pressisset, dubitari potest. Et sic denique intellegitur in quem conversa fuerit illa pacis, quae anno 311 convenit, condicio ultima *τοὺς δ' Ἑλλήνας αἰτιονόμους εἶναι.*²⁾ Quae verba in Antigonum maxime dicta esse putavit Lamprecht iisque commotus suam de urbium foederatarum condicione sententiam sibi conformavit. At si vera sunt quae modo disputavimus, haec de Cassandro potius intellegi oportet, qui Graeciae quasdam civitates tunc custodiis tenebat.

Contra adversarii haec fere adferre solent. Rex Ptolemaeus qui anno 309 bellum in Antigonum movit, causam belli professus est, quod Antigonus neglectis illius pacis condicionibus in urbibus quibusdam Graecis custodias aleret. Tale quid ementiri rex non potuit, et demonstrat Diodori de bello relatio Xanthi Cauni Andri Imbri collocata fuisse Antigoni praesidia.³⁾ Regium autem praesidium et urbis libertatem nullo modo conciliari posse et per se intellegitur et multis insuper Diodori locis confirmatur.⁴⁾ At primum cavendum est, ne quod de quibusdam urbibus traditur, ad omnes transferatur; ipse Ptolemaeus de nonnullis tantum loquitur. Dein si in civitate quadam custodia commemoratur, non semper exploratum est, utrum hoc Antigoni fuerit praesidium necne; complures enim tunc civitates mercennarios conduxerunt sui defendendi causa.⁵⁾

1) Primum 312/1 Ptolemaeus missus est Diod. XIX 77, alterum Demetrius 307/6 Diod. XX 45, tertium Demetrius iterum 304/3 Diod. XX 100. 102.

2) Diod. XIX 105, 1.

3) Diod. XX 19, 3. — De praesidiis Xanthi et Cauni locatis Diod. XX 27, 1. 2. Andri c. 37. Imbri. c. 46.

4) cf. Diod. XV 20, 2. 38, 2. XIX 73, 1. 75, 4. 61, 3. XX 19, 3. 45, 5. 99, 3.

5) cf. infra quae in capite sexto de Priensium praesidio disputantur. Priensium autem urbs satis parva erat, quae si mercennariorum custodiam habuit, idem sane de oppidis multo potentioribus Mileto Erythris aliis putare licet.

Denique Imbrus et Andrus non minus Cassandri, quam Xanthus et Caunus Ptolemaei conaminibus expositae erant, ut ipsis fortasse civibus, si Antigoni partibus faverent, optabile videretur firmum eius intra moenia habere praesidium.¹⁾

Alterum quod contra Droysenum Scheffler maxime monet, hoc est, quod Antigonus urbibus tributa ab Alexandro remissa denuo imperaverit. Sed hoc argumentum nititur solo Waddingtonis quodam supplemento inscriptionis illius, quae est de Tei et Lebedi synoecismo. Lacuna autem reiecto Waddingtonis invento nunc melius suppleta est a Dittenbergero; quo fit, ut hoc quoque cadat argumentum adversariorum.²⁾

Graecae igitur Asiae civitates ut sub Alexandri, ita etiam sub Antigoni imperio liberae erant et aequabili foedere cum rege coniunctae.³⁾ De muneribus, quae ex foedere iis prae-

1) Ut Corinthii a Demetrio custodes petiverunt Diod. XX 103, 5.

2) Wadd.-Leb. Asie mineure 86 vs. 81 sqq. ἡμεῖς δὲ (Antigonus loquitur) πρότερον μὲν οὐκ ἐβουλόμεθα οὐδεμιᾷ πόλει δίδοσθαι τὰ σιτηγῆσια μηδὲ σίτον γίνεσθαι παράθε(σιν πρὶν αὐτὰς τὰς | π)όλεις εἰς ταῦτα ἀναλίσκειν χρήματα συχνὰ οὐκ ἀναγκαῖα (εἰς τὸν φόρον καὶ θέλομεν|ο) ἰδὲ νῦν ποιεῖν τοῦτο πλησίον οὐσης τῆς φορολόγου(μένης νεως. . . . Contra quae disputat Dittenb. 126 not. 29—31. Ipse autem tituli verba sic restituit ἡμεῖς δὲ πρότερον κτε. . . μηδὲ σίτον γίνεσθαι παράθε(σιν νομίζοντες τὰς | π)όλεις εἰς ταῦτα ἀναλίσκειν χρήματα συχνὰ οὐκ ἀναγκαῖα (ὄντα ἐβουλόμεθα δὲ ο)ἰδὲ νῦν ποιεῖν τοῦτο πλησίον οὐσης τῆς φορολογου(μένης χώρας. . .

3) Ceterum Schefflero p. 27 "ex unoquoque tituli versu apparere" videtur, "regem omnia ea quae ad urbes pertinebant, ad suum arbitrium rexisset." At causa qua commotum regem instituisse synoecismum putat, non vera est. Censet enim, ut Alexandrum ceterosque diadochos, ita Antigonum quoque magnam et illustrem urbem condere eique nomen Antigoni imponere voluisse. Sed ex vs. 4 apparet urbis nomen Teum mansisse. Dein non gloriae studio, sed urbium ipsarum inopia Antigonum commotum esse, ut consociari urbes iuberet, ipse recte Scheffler monuit p. 26. Ne hoc quidem Antigono exprobrare licet, eum omnia ad libitum instituisse. cf. vs. 30, ubi rex ad ea, quae inter Teios et Lebedios de urbe quadam arbitro eligenda convenerant, respicit; vs. 56—62 ubi aliam urbem invocandam esse censet, quamquam ipsi a Teiis arbitrium permissum est, vs. 85—88 multis verbis exponit se non ex suo, sed ex urbium ipsarum commodo rem quandam instituisse. In his omnibus mihi rex magis arbitri ab utrisque electi quam domini partes agere videtur.

standa erant, hoc solum constat regem ab iis et navalibus et terrestribus copiis adiutum esse.¹⁾ Utrum vero pecuniae quoque iis solvendae fuerint necne, propter penuriam testimoniorum nescitur.

Antigono apud Ipsum interfecto Asiae pars occidentalis Lysimachi dominationi addita est, regis Thraciae, qui Graecorum libertati fuit inimicissimus. Statim enim initio regni sui Graecas Thraciae civitates ut Callatim Istrum Odessum coegerat, ut praesidia sua moenibus reciperent,²⁾ Cardiam vero, cum dicto audiens non fuisset, deleverat locoque urbis dirutae condiderat Lysimachiam.³⁾ Similem in modum etiam contra Asiae urbes Graecas se gessit, quas anno demum 294 Demetrio eripuerat.⁴⁾ Epheso invitis incolis in alium locum translatae nomen imposuit uxoris suae Arsinoes⁵⁾ et, ut urbi splendorem adderet, Colophonios et Lebedios Ephesum transnigrare iussit. Sed cum illi Smyrnaeorum auxilio freti cum rege bellum conserere ausi essent, Lysimachus proelio victor urbem evertit⁶⁾ parique crudelitate in Lebedios quoque animadvertit, qui sedulo imperata erant exsecuti. Eandem sortem

1) cf. supra p. 170 not. 4 de navibus, quas Rhodii et Hellespontii miserunt, et Diod. XIX 5S, 5, ubi in Antigoni exercitu *οἱ ἐκ τῶν συμμαχίδων τόλειον* commemorantur.

2) Quarum seditionem motam et statim oppressam enarrat Diod. XIX 3 cf. XX 25, 1.

3) Paus. I 9, 8.

4) Plut. Demetr. 35. Droysen, *Hell.*² II, 2, 258 et not. 1.

5) Strab. p. 640. Paus. I 9, 7.

6) Paus. I 9, 7. VII 3, 4. Tumulus vel potius tumuli civium, qui in proelio ceciderunt, nuper reperti sunt a Schuchhardtio (Kolophon, Notion und Klaros Mitth. 11 p. 398). Proelium anno 302/1 cum Prepelaus urbem aggrediretur Diod. XX 107, 5 commissum esse censet Schuchhardt p. 415. At primum Pausanias dicit Colophonios cum rege ipso conflixisse, qui anno 302 in Phrygia bellum gessit. Diod. l. l. § 2. 3. Deinde quod utroque loco Ephesi amplificationem causam fuisse Pausanias tradit, cur Colophon et Lebedus delerentur, proelium illud postquam Ephesus locum mutavit accidisse necesse est. Iam quando hoc factum sit, non constat, cum specie tamen verisimilitatis urbs anno 287 denuo condita esse putatur. Ergo illi anno vel insequenti clades Colophoniorum tribuenda erit. cf. Droysen, *Hell.*² II, 2, 258. Dittenb. 137 not. 3.

Astacus quoque tulit urbs Bithyniae.¹⁾ Contra negari non potest alias urbes velut Ephesum Ilium Samothracen a rege beneficiis esse donatas.²⁾ Sed ut in his omnibus non tam ad ipsarum urbium salutem, quam ad immortalium deorum gloriam respexit, ita in aliis urbibus velut Smyrna, Alexandria Troade, Antigoniam Bithyniae aedificandis et adiuvandis aut Alexandri consilia exsequi gestiebat aut sibi ipsi laudem parare studuit.³⁾ Immo vero quod aliae urbes summis auctae sunt beneficiis, aliae extremis punitae suppliciis, luculenter demonstrat civitatum Graecarum tunc non foederis iure constitutam esse conditionem, sed regis clementia moderatam.⁴⁾ In universum igitur Droyseno assentimur, qui urbes Lysimachi libero arbitrio subiectas fuisse existimat,⁵⁾ satisque memorabile est et iure a Dittenbergero notatum, quod in titulo illo Erythraeo ab Alexandro et Antigono urbis libertas et immunitas conservatae esse dicuntur, de Lysimacho altum fit silentium.⁶⁾ Leges tamen urbium ipsas et institutiones rex non mutavisse videtur, — titulus enim Ephesius et verba Strabonis, e quibus coniunctis illud concluderunt nonnulli viri docti, aliter explicanda sunt — sed legatis suis civitates oboedire iussit.⁷⁾ Omnino

1) de Lebedo cf. Paus. I 9, 7 et VII 3, 5. de Astaco Strab. p. 563.

2) Regis in templum Dianae munificentia Ditt. 134 in sacra Samothracia ib. 138 erga Ilienses Strab. p. 593.

3) de Smyrna Strab. p. 646, de Antigoniam Troade et Antigoniam Bithyniae, quarum illa Alexandriam, haec Nicaeam nomen accepit Strab. p. 593. 604 et p. 565. Lysimachum in his Alexandri consilia exsecutum esse post Labahn, de reb. Clazomen. p. 15 not. 52 adnotavit Schuchhardt, Mitth. 13 p. 10. Unde explicatur, cur Plin. h. n. V 29 et Paus. VII 5, 1. Alexandro Smyrnae restitutionem tribuant.

4) Quae quam varia fuerit, Heracleae exemplum demonstrat. Memn. c. 6. 7 (FHG. III).

5) Droysen, Hell.² II, 2, 227. Quod iure confirmari dixit vir doctissimus nummis urbium huic temporis tribuendis, qui semper fere Lysimachi imaginem praebent. (L. Muellerei librum qui inscribitur: 'Münzen des Lysimachos' inspicere non potui.)

6) Ditt. 166 vs. 24.

7) Ditt. 134 et Strabo p. 641 (§ 21 fin. Meineke). De his vide epimetrum. — De Lysimachi legatis cf. infra, ubi de foedere Ionico agit.

utem gravis fuit Lysimachi dominatio et bene intellegitur, cur Demetrio, qui e Macedonia profugus anno 287 Asiae oram attigit, et statim accesserint urbes et Seleucum, cum contra Lysimachum proficisceretur, undique seleucissantes in urbibus adiuverint.¹⁾ Et si Lemnii Seleucum et Antiochum teste Phylarcho templis honoraverunt, quod insulam Lysimachi servitio eripuissent, eidem fortasse tempori tribuenda est Seleuciorum, quae Erythris celebrabantur, institutio.²⁾

Sed proelium Corupediense, quo regnum simul cum vita amisit Lysimachus, Seleucidarum tempora secuta sunt ob testimoniorum defectum admodum ignota. Quenam sub iis urbium Graecarum condicio fuerit, non satis constat. Nonnullas tunc civitates Gallorum maxime mercennariorum ope libertatem obtinuisse Memnon testatur.³⁾ Sed tamen quod de quibusdam adnotatur, id ad omnes referri vetant ipsa scriptoris verba, qui plerosque eius temporis dynastas Graecorum libertati invidisse addit. Seleucum in his fuisse satis verisimile est⁴⁾ ac ne Antiochum quidem filium eius favisse civitatibus inde intellegitur quod post Gallorum in Asiam transitum praeter cetera munera Gallium quoque tributum ab urbibus exegit.⁵⁾ Attamen commune quod a Gallis instabat periculum, regem commovisse videtur, ut prius in urbes animadverteret animosque civium sibi conciliaret. Sic in epistula quadam ad Erythraeos data libertatem, quam cives sibi paraverant, se conservaturum esse pollicetur et civitati ultro tributum, quod ad bellum Gallicum solvendum erat, remittit.⁶⁾

1) Demetrii adventum vide ap. Plut. Dem. 46. *σελευκίζοντες* Polyæn. VIII 57 (Melber) cf. Droysen, Hell.² II, 2, 226.

2) De Lemniis Phyl. hist. XIII ap. Ath. 6, 255^a. Seleucia Erythris in honorem Callinici celebrata esse putant Foucart, rev. archéol. 1865 p. 300, Lamprecht, de reb. Erythr. publicis p. 47 not. 2.

3) Memnon c. 19, 4. cf. Droysen, Hell.² III, 1, 254 sq.

4) cf. Memn. c. 11 qui enarrat, quam imperiose Seleucus Heracleotis responderit. Recte Droysen. l. l. not. 1 inde quod in titulo Erythraeo Ditt. 166, 23 Seleuci nomen non apparet, Seleucum urbi libertatem non concessisse concludit.

5) cf. Ditt. 166, 28.

6) Hic est titulus ille Erythraeus iam saepius adlatus apud Ditt. 166 = Curtius, Monatsber. d. kgl. Akad. in Berlin 1875 p. 554 sqq. Ceterum Leipziger Studien. XII.

Paulo post urbes Ionicae — et de his potissimum agitur — Ptolemaeo Philadelpho sese adiunxisse videntur: tale enim quid concludere licet ex clarissimae illius Philadelphi pompae descriptione a Callixeno Rhodio instituta, in qua praeter alia multa spectacula Corinthi quoque et Ionicarum urbium imagines ducebantur.¹⁾ Quamquam Droysenus pompam illam superstitē adhuc Ptolemaeo Lagi filio a Philadelpho factam esse censet, hoc est intra annos 285 et 283.²⁾ At sic non bene convenit aetas Callixeni, quem spectatorem pompae iam satis adultum fuisse iure, ut mihi quidem videtur, statuit Carolus Muellerus.³⁾ Libros autem de Alexandria composuit Callixenus sub Ptolemaeo Philopatore, id est intra annos 222 et 205, vel dimidio ut paciscar, circa annum 214. Itaque s recte Droysenus pompam annis 285—283 tribuit, admodum senem et nonagenarium fere sua conscripsisse Callixenum necesse est: quod num probabile sit, nescio. Sed si quis annum pompae aetius definire vult, ei proficiscendum erit a notissimis illis Theocriti versibus in encomio Ptolemaei.⁴⁾ Enumera poeta provincias, quas Philadelphus regno patris addit, Pamphyliam Lyciam Cariam Cycladas alias multas, sed omittit Ioniam, unde luculenter apparet tunc Ioniam Ptolemaei nondum fuisse. Atqui carmen Theocriteum scriptum est post nuptias Philadelphi et Arsinoes, quae intra annos 276 et 273 factae esse videntur.⁵⁾ Altera ex parte ante Philadelphi de

secundum Lamprechtium, de rebus Erythr. p. 44, cui assentitur Ditt. 160 not. 1, Antiochus praesidium belli gerendi causa Erythris eduxit. De aetate tituli Ditt. 166 cf. epimetrum huius capituli.

1) Apud Ath. V, 196^a usque ad 203^b, cf. in primis 201^d sq.

2) Droysen, *Hell.*² III, 1, 43. 53.

3) Mueller, *FHG.* III, 55 col. 1. Sub Philopatore scripsisse Callixenum ibidem recte statuit Mueller.

4) *Theocr. carm.* XVII 86 sqq.

5) Quaestio de nuptiarum tempore intricatissima est. Droysen (*Zs. f. Alterthumswiss.* 1843 p. 54 sqq. *Hellen.*² III, 1, 268 not. 3) eas paulo ante annum 266 factas esse demonstrare conatus est. Quam sententiam refutavit Wiedemann, *Rh. M.* 38, 384 sqq., cum Arsinoen iam ante 270 uxorem Philadelphi fuisse inscriptione columnae Bulaquensis probaret. Ipse tamen, si fides Krallio, *Studien zur Geschichte des alten Egypten* II, :

cessum rursus amissam esse Ioniam marmor Adulitanum demonstrat, quod in recensendis provinciis, quas a patre accepit Ptolemaeus Euergetes, Cariam Lyciam Cycladas adfert, de Ionia tacet.¹⁾ Porro cur Corinthus et Ionicae urbes potissimum in pompa ducerentur, causa ea fuisse videtur, quod tunc ipsum eum Ptolemaeo iunxerant amicitiam. Atqui Corinthus postquam intra annos 307—303 Cassandro a Ptolemaeo tradita est, inde ab anno 303 semper in Demetrii et Antigoni Gonatae filii potestate erat, quoad initio belli Chremonidei Alexander Crateri filius, qui Gonatae praesidio praeerat, a patruo defecit.²⁾ Necessario autem Alexander Ptolemaeo se adiungere debebat, qui tunc cum Graecis civitatibus et Alexandro Molosso contra Antigonum bellum conflaverat simulque cum Antiocho rege Syriae et fortasse cum Maga Cyrenaeorum domino pugnabat.³⁾ Facile autem fieri potuit ut eodem tempore Aegyptiorum rex, cuius naves innumerabiles oram Asiaticam omnibus fere locis aggressae erant, Ionicas quoque civitates sibi conciliaret. Anno igitur fere 266 pompa illa tribuenda videtur. Sed felicem Ptolemaei rerum statum mutavit clarissima Antigoni prope Jon victoria, quam paulo post pax insecuta est inter Antigonum Antiochum Ptolemaeum facta.⁴⁾ Periculo autem, quod a Ptolemaeo imminebat, remoto Antiochus contra Graecas Asiae civitates sese convertisse easque suppressisse videtur. Nam sub finem eius urbes Ionicas denuo ei subiectas fuisse decretum docet Antiochi Dei, quo libertatem eis restituit.

Wien 1884, erravit quod eodem tempore Arsinoen nupsisse Philadelpho et Euergetam adoptasse putavit (secundum Suid. s. v. *Καλλιμαχος* Ol. 127, 2 anno 271/0). Qua de re tutius videtur eam profiteri sententiam, quae adumbrata primum a Buechelero Rh. Mus. 30, 55 sqq. et Koeppio ib. 39, 209 sqq. 211 not. nuper melioribus argumentis fulcita est ab Alfredo Gercken, Rh. Mus. 42, 270 sqq., 606, qui nuptias inter annos fere 276—273 incidere arbitrat.

1) CIG. 5127 A 5 = Hicks 173, 5.

2) Corinthus Ptolemaeo traditur Droysen II, 2, 85, Cassandro II, 2, 183. Demetrio expugnatur p. 186. Defectio Alexandri III, 1, 239.

3) cf. de hoc bello maxime Koeppium, die syr. Kriege der ersten Ptolemaier, Rh. Mus. 39 p. 209 sqq.

4) Droysen III, 1, 276. Koepp p. 215.

Nonnullae tamen tunc quoque harum regionum urbes Ptolemaei remanebant in potestate ut Ephesus maxime, Miletus, Magnesia ad Maeandrum sita, fortasse etiam Priene.¹⁾ Milesiorum autem animos Timarcho tyranno eiectione sibi devinxit Antiochus, Antiochi filius, ob id ipsum a Milesiis Deus nominatus, omnibusque Ionum civitatibus libertatem donavit.²⁾ Sola Ephesus ab Aegyptiis retenta est. Sed paulo post urbes rursus Ptolemaei Energetis partes secutae sunt, ut confirmatur Iustini testimonio et marmoris Adulitani, quod in numero provinciarum, quas Energetes paterno regno addidit, Ioniam quoque refert.³⁾ Omnibus autem his Asiae regionibus Antiochum quendam Ptolemaeus praefecit. Paucis deinde annis interiectis urbes Ionicae cum omnes tum maxime Smyrnaeorum civitas Seleuco Callinico auxilium tulerunt.⁴⁾ Omnino vero per totum hoc tempus, quo saevissimis bellis inter Seleucum Callinicum, Antiochum Hieracem, Gallos, Attalum gestis devastabatur Asia, Seleucidarum autem nulla fere erat eis Taurum potentia, urbes libertate ab Antiocho restituta fructae esse videntur.

Seleucidarum eis Taurum dominationem Attalo devicto restituit Achaeus. Qui cum paucis annis post ab Antiocho et Attalo superatus esset, Asiae pars maior Attalo Pergami regi obvenit auxilii praemium, quod Antiocho tulerat. Urbium magna pars tunc stipendiaria erat.⁵⁾ Sed sub finem illius saeculi omnes Asiae regiones occidentales Attalo Rhodiisque ereptae

1) Droysen III, 1, 320.

2) Ioseph. Antiq. Iud. XII, 3, 2. Hunc locum primus recte interpretatus est Droysen III, 1, 330 not. 3. De Epheso retenta cf. Droysen III, 1, 376 not.

3) vs. 14 *κρυεύσας δὲ Κελικίας καὶ Παμφυλίας καὶ Ἰωνίας καὶ . . .*, Iustin. XXVII 1, 5.

4) cf. lapidem Oxoniensem, quo continetur Smyrnaeorum decretum, CIG. 3137 = Ditt. 171. Vide etiam Ditt. 172. Iustinus XXVII 3, 2. Etsi causa qua commotos Seleuco se adiunxisse Iones dicit Iustinus inepta est, tamen de re non dubitandum. Koepf p. 221.

5) cf. Liv. XXXVII 55, 6 civitates Graecae quae Attali stipendiariae fuissent. cf. XXXVIII 39, 7. Quod Polybius XXI 48, 3 ὅσαι δ' Ἀττάλῳ σύνταξιν ἐτέλουν, ταύτας ἐπέταξαν τὸν αὐτὸν Εὐμένει διδόναι φόρον dicit. inde vix concludendum est, urbes cum Attalo foedere coniunctas fuisse.

sunt a Philippo rege Macedonum.¹⁾ Cuius fortunam evertit proelium Cynoscephalense, quo commisso omnem quam Philippus occupaverat terram, rursus dominationi adiunxit suae Antiochus Magnus. Is tunc praeter Smyrnam et Lampsacum omnes civitates Graecas in antiquam imperii formulam redig²⁾ quae a servitute non multum diversa erat.³⁾ Nam ubique in urbibus Ioniae et Aeolidis rex praesidia habebat,⁴⁾ tributa imperabat,⁵⁾ omnia ex suo agebat arbitrio.⁶⁾ Sed apud Magnesianam fracta est Syrorum potentia et omnibus ex provinciis cis Taurum sitis cedere Antiochus coactus est. Terra regi adempta inter socios populi Romani, Eumenem et Rhodios, divisa est, ita quidem, ut maior pars illi, his Caria et Lycia daretur. Graecarum urbium ea pars, quae iam Attalo stipendiaria fuerat et ea, quae ab Antiochi partibus steterat, Eumeni tradita est frustra contra nitentibus Rhodiis, qui his temporibus vindices soli exstiterunt Graecorum Asiaticorum libertatis.⁷⁾ Ceterae omnes libertate donatae et populi Romani sociae factae sunt et in hac condicione mansisse videntur, dum anno 133 cum Attalidarum regno maxima Asiae pars a Romanis in provinciae statum redacta est. Plerisque tunc civitatibus ademptam esse libertatem per se apparet, quam quae retinebant, postea aliae aliis amiserunt de causis.

1) cf. pacem post proelium Cynoscephalense Philippo datam Liv. XXXIII 30, 2 sq.

2) Smyrna et Lampsacus regi resistunt Liv. XXXIII 38, 3. XXXV 42, 1. Diod. XXIX 7, 1. — Liv. XXXIII 38, 1. Eodem anno Antiochus rex omnes Asiae civitates in antiquam imperii formulam redigere est conatus.

3) Liv. XXXVIII 37, 3.

4) Polyb. XXI 14, 2 et maxime § 8 = Liv. XXXVII 35, 9.

5) Polyb. XXI 48, 2 = Liv. XXXVII 55, 6.

6) Polyb. XXI 43, 2.

7) cf. pacis instrumentum quae Apameae convenit Polyb. XXI 48 = Liv. XXXVIII 39. Libertatem acceperunt nominatim praeter eos, qui ab Antiocho defecerant, Colophonii Cymaei Mylaseni Clazomenii Milesii Ilienses Dardanii Chii Smyrnaei Erythraei Phocaeenses. — Eumenis et Rhodiorum coram senatu de libertate Graecorum contentio Liv. XXXVII 53 et 54.

Ultimo huius capituli, quo de condicione urbium Graecarum qualis fuerit sub Alexandro eiusque successoribus agitur, loco breviter enarranda sunt, quae de foedere Ionico ab Alexandro renovato traduntur.¹⁾ Foedus ab Antigono conservatum esse per se veri est simile et insuper confirmatur initio decreti regii, quod est de synoecismo Tei et Lebedi, si quidem ibi iubet Lebediorum legatum, qui missus foret in Panonium, adiungi Teiorum legatis, cum sacra fierent.²⁾ Ceterum synoecismum non perfectum numerumque urbium non imminutum esse suo iure Scheffler censet.³⁾ — Ne Lysimachus quidem foedus delevit, sed praefectum militarem ei praeficere satis habuit, quibus ex praefectis unus honoratus est communi Ionum decreto, quod adhuc servatur.⁴⁾ Idem decretum docet tunc cum perscriptum est, h. e. intra annum 295/4—287/6, societatem tredecim urbes fuisse complexam: unde manifestum fit Smyrnam ab Antigono et Lysimacho denuo conditam foedere receptam esse. Hic tamen civitatum numerus imminutus est anno fere 287 Colophonis et Lebedi excidio.⁵⁾ Quod cum in titulo quodam ad Antiochum Sotera dato rursus appareat tredecim urbium concilium, inde concludere fortasse licet decretum hoc Ionum commune non primis regis Antiochi annis, sed postea demum factum esse: nam quae usque ad annum 281 et finem Lysimachi haud dubie dirutae iacuerant urbes, vix iam initio regni Antiochi restitutae erant.⁶⁾ Ceterum decreto sat magni honores, templum et celebratio nataliciorum in reges Antiochum Sotera et Antiochum filium et reginam Stratonicen conferuntur, ita tamen ut non tam pro acceptis beneficiis, sed

1) cf. Gilbert, Griech. Staatsaltert. II, 155.

2) Lebas, Asie mineure 86 = Hicks 149 = Ditt. 126 vs. 1.

3) Scheffler p. 25 sqq.

4) Curtius, Arch. Zeit. (1872) 29, 188 = O. Lueders, Bulletino dell' Inst. 1872 p. 248 = Ditt. 137 de Hippiostrato Milesio. Alter Ionum dux videtur fuisse ille Σω . . . , qui in inscriptione Priensi commemoratur IMB. 402, 11.

5) de tempore decreti cf. potissimum Dittenbergeri not. 1—3, de urbium excidio supra p. 176.

6) Bull. 9, 387 cf. infra in epimetro.

ad beneficia accipienda eos latos esse appareat.¹⁾ Praeterea aliud quoque Ionum decretum exstat, cuius aetas accurate definiri nequit, sed tertio ante Chr. saeculo assignanda videtur,²⁾ et nummi quidam, qui concilium tredecim urbium usque in Antonini Pii et Aurelii tempora mansisse testantur.³⁾

De institutis foederis pauca tantum nota sunt. Nomen concilii, quo ipsum se significat, est Ἰώνων τὸ κοινὸν τῶν τρεῖςκαίδεκα πόλεων vel τὸ κοινὸν τῶν Ἰώνων vel αἱ πόλεις αἱ Ἰάδες vel οἱ Ἴωνες. Constitit secundum illam aetatis Lysimacheae inscriptionem ex senatoribus (βουλευταῖς), qui a singulis mittebantur urbibus, et bene convenit cum hoc incerti ille temporis titulus, quo aliquid decernitur a senatu Ionum, cui praest prytanis.⁴⁾ Contra in decreto Foucartiano agitur de synedris, quos civitates delegabant, eademque legatorum significatio recurrit in decreto foederis Iliensis, quod paulo prior tempore factum est.⁵⁾ Utroque autem nomine ut apud Aetolos iidem significari videntur.⁶⁾

Difficilior quaestio est de legatorum numero. Nam ex epistulae illius Antigoni, quae est de synoecismo Tei et Lebedi, initio apparet a Lebediis unum, plures a Teiis missos esse.⁷⁾ Illud autem quodammodo probare videtur decreti Foucartiani finis, quo, cum antea constitutum sit, nomina legatorum inscribenda esse patris nomine adiecto, singula tantum a singulis urbibus legatorum enotantur nomina.⁸⁾ Contra maiorem numerum tuetur eiusdem tituli versus octavus, quo si vera sunt, quae supplevit Foucartus, vir rei epigraphicae peritissimus, binos ex singularum urbium synedris eligendos esse de-

1) cf. maxime vss. 14—19.

2) CIG. 2909 de tempore cf. Koehler, Mitth. 10, 36 not. 1.

3) Mionn. Ionie no. 1—5, Suppl. 1—7. Head, hist. num. 490.

4) Ditt. 137, 20. CIG. 2909 vs. 1 sqq.

5) Bull. 9, 390 vs. 26. τοῦ συνεδρίου vs. 30. τοὺς συνέδρους τοὺς ἀπὸ τῶν πόλεων vs. 40. 44 etc. de foedere Iliensi cf. Ditt. 125 vs. 1. 14 etc.

6) de Aetolorum delegatis cf. Gilbert, Staatsaltert. II p. 28 not. 4.

7) cf. p. 182 not. 2.

8) cf. Bull. 9, 390 vs. 45 sq.

cernitur, qui ad regem mittantur.¹⁾ Ita vero, ut putemus sicut in foedere Aetolico legatorum numerum diversum fuisse ex magnitudine urbium foederatarum, res diiudicari nequit, quia ex fine decreti Foucartiani luculenter apparet unum fuisse Ephesiorum, unum Lebediorum legatum, hoc est potentissimae et infirmissimae urbis. Donec igitur novi reperiuntur tituli, ut verisimillimum hoc proponere licet: plures ex unaquaque civitate convenisse homines, sed unum inter eos fuisse iustum synedrum horumque synedrorum nomina exstare in lapide Foucartiano. Quae si vera sunt, versu 8 non *συνέδρων* cum Foucartio sed *ἡζόντων* vel tale quid supplendum est.

Utrum de rebus gerendis deliberaverit concilium necne, nescitur: quae exstant eius decreta, fere honoraria sunt. Honores autem, qui ibi conferuntur, sat magni sunt, ut statua equestris in Panionio ponenda, immunitas tributorum in omnibus urbibus Ionicis, templum, dies festi, alii denique, in quos etiam referenda est cena in Panionio praebenda. Nam quod in titulo quodam Priensensi Laricho cuidam praeter cetera privilegia cena quoque datur in Panionio,²⁾ eam non ex suo arbitrio addidisse videtur Priensium civitas — quod satis mirum esset —, sed ex communi Ionum decreto, quod haud dubie antea impetraverat. Ceterum graviora, quibus honores in aliquem conferebantur, Ionum decreta non solum in ipso Panionio insculpta,³⁾ sed etiam cum singulis civitatibus per synedros communicata et ab iis in tabulas publicas relata sunt.⁴⁾ Sic decreti, quod in honorem Hippostrati¹ factum est, adhuc servatur Smyrnaeorum antigraphum; et inscriptio illa, qua rex Antiochus domusque eius celebratur, in lapide exstat Clazomenio. Contra si qua urbs decretum latius innotescere voluit, id venia synedrii impetrata in Panionio collocandum curavit.⁵⁾

1) *ἐλέσθαι δὲ τῶν συνέδρων δίο ἀφ' ἐκάστης πόλεως κτέ.* vs. 8.

2) IMB. 415 vs. 4 *καὶ στήσιν ἐμ προτανείωι καὶ ἐμ Πανιονίωι.*

3) Decretum quo Hippostratus honoratur, in ipsa basi statueae incisum esse videtur, quae in Panionio ei ponenda erat, vs. 25 cl. vs. 14.

4) vs. 20 Lapis Smyrna Athenas portatus est. — Bull. 9, 390 vs. 42. Decretum Clazomenis inventum est.

5) CIG. 2909.

Sacra Panionia, quae Neptuno Heliconio celebrabantur, secundum Strabonis verba a Priensibus administrata sunt,¹⁾ quo factum est, ut notissimo apud Graecos more sacerdotium Neptuni Prienes publice locaretur. Huius rei documenta quaedam etiamnunc remanent,²⁾ ex quibus apparet iura et privilegia sacerdotis ab Ionibus definita et columnae cuidam incisa fuisse.³⁾ Accedebant peculiare quidam honores a Priensibus sacerdoti concessi velut cena in prytaneo, prima in ludis spectandis cavea, alii denique minores. Ipso munere per vitam fugebatur et sacra Neptuni instituit secundum leges ab Ionibus sancitas.⁴⁾

Epimetrum de inscriptionibus quibusdam quarto et tertio saeculo tribuendis.

1. Decreti Attici, quod edidit Cumanudes *Ἐφημερίς ἀρχαιολογ.* 1886 p. 217 quodque circa medium fere saeculum quartum incisum esse ex litterarum forma arbitratur, paulo pleniorum conatus sum proponere formam.

(ἐπειδὴ κτῆ.
 ἀπο)δεικνύμενοι τ(ὴν ἐαυτῶν οἰκειότητα ἣν ἔχοντες)
 διετ)έλουν καὶ ταῦτα πάντ(α διώκησαν;
 διαφυλάξ-))
 αν)τες τὴν ἐξ ἀρχῆς αὐτοῖς ὑπόρχουσαν ἀρετὴν καὶ εὖνοιαν 5
 πρὸ-)

1) Strabo p. 639 cf. p. 384.

2) IMB. 426. 427. de more Graecorum sacerdotia locandi dixit Hicks. IMB. III, 1, 47 col. b.

3) ἀτελής δ' ἔσται π(άντων) καθάπερ καὶ ἐν τῇ στήλῃ ἀναγέγ(ραπτα)ι IMB. 426, 8 sq. cl. 427, 3 ἀτελής δ' ἔσται καθ' ἅπερ Ἴωνες δὲ δώκασι.

4) 426 a b = 427^b 1. *ἱεράσεται δὲ τὸν βίον τὸν αὐτοῦ καὶ τὴν θυσίαν τῷ Ποσειδῶνι συντελεῖ κατὰ τοὺς νόμους τῶν Ἰώνων.* Quod ex Strabonis verbis p. 384 καθιστᾶσιν ἄνδρα νέον Πριηνέα τὸν τῶν ἱερῶν ἐπιμελησόμενον elucere videtur non per vitam munere fungi Neptuni sacerdotem, Hicksius iam monuit IMB. III, 1, 47^a diversis temporibus diversam fuisse sacerdotii administrationem.

- ς) τὸν δῆμον, δοῦναι αὐτοῖς <πάντα τὰ αὐτὰ ἅπερ τοῖς
 ἄλλοις εὐ->
 εργέταις, ἐπειδὴ καὶ οἱ πα(ρ' ἡμῶν ἀφικόμενοι πρέσβεις
 εἰλήφ->
 ασιν πολιτέαν ἐμ Πριήνει. <ὅπως δὲ φανερόν ἦι πᾶσιν
 τοῖς προς->
 πολιτευομένοις πρὸς τὸν δ(ῆμον τῶν Ἀθηναίων ὅτι χάριτας
 ἐπί->
 10 σταται ἀποδιδόναί ὁ δῆμος τ(ῶν εὐεργεσιῶν ἀξίας· ἀγαθῆι
 τύχ->
 η)ι δεδόχθαι τεῖ βουλευῖ τοὺς προ(οέδρους οἱ ἂν λάχωσι
 προεδρε->
 ὑ)ειν εἰς τὴν πρώτην ἐκκλησίαν τὴν εἰς

 ον γιγνομένην προσαγαγεῖν αὐτοὺς πρὸς τὸν δῆμον . .
 καὶ
 χρηματίσαι ὑπὲρ τῆς δωρεᾶς αὐτῶν, γνώμην δὲ ξυμβάλ-
 λεσθαι τῆς
 15 βουλῆς εἰς τὸν δῆμον ὅτι <δοκεῖ τῆι βουλῆι εὐεργέτας
 εἶναι Μα-
 καρέα Λυκωπάδου Θ
 ελη(ν Η)γησι

Supplementa versus 11, quae propter sollemnem, quae dicitur probuleumatica, formulam satis certa videntur, quinquaginta fere litteras singulos versus esse complexos docent. Decretum in honorem factum videtur Macarei Lycopadis filii et alterius cuiusdam hominis, qui fortasse legati erant Prieniensium. In Lycopadis nomine non offendo, derivatum est a *Λυκώπας* ut *Βορεάδης* a *Βορέας* cf. Lobeck, *pathol. elem.* p. 254. *Λυκώπας* autem eadem ratione natum est, qua *Γοργώπας* nomen satis usitatum. Ceterum singula, quae supplevi, inprimis in vs. 7, incerta esse vix est quod moneam neque haec adferrem nisi decretum spectaret ad Prieniensium historiam.

2. Epistula Alexandri Magni ut videtur ad Chios data, cuius duo frustula primus edidit Blastos *Χιακὰ* p. 224 sq., quorum prius repetivit Boeckhius CIG. 2214^b. Denuo lapidem

examinavit Haussouillier multoque correctius praebuit apographum Bull. 3, 320. Quocum coniungendum est tertium eiusdem, ut videtur, lapidis fragmentum nuper a Studniczka eodem loco repertum cf. Mitth. 13, 165, 2. Nexus sententiarum sic fere restitui posse videtur

A. (Hauss.)

λοσ

δ π)αρέσται

..... αὐτοῦ. ὅσοι δ' ἂν τὸ <τάγ-
μα ὅ ἂν τὰ)ξῆμι ὁ δῆμος μὴ κατα<βάλ-
λωσιν, ἐγ)γύους φυλασσέτω ἢ ἀ<ρχ-
ῆ καὶ δεδ)εμένους. ἂν δ' ἀποδρά<σι-
ι τις, τὰ ἐπ)ίτιμα ἀποτίνειν τ<ῆμ?
βουλῆν? τῶ)ν δ' ἄλλων Χίτων μηδέ<να
ἔτι φεόγει)ν ἐπὶ βαρβαρισμῶ<ι .
..... ων μηδ' Ἀλκίμαχο<ν ἐπ-
ιζῆτεῖν ἐπε)ιδὸν διεμαρτυρ . .
..... οσ ἐξελθεῖν προ . .
.... ὁ δεῖνα) δὲ, ἐμός τε φίλος <ἐὼ-
ν καὶ εὔνοος τ)ῶι πλήθει τῶι ἔ<με-
τέρωι αἰεῖ· — τοῖ)ς μὲν γὰρ φεόγον<σ-
ιν ὑμῶν ὑπηρετε)εῖν, τὴν δὲ πόλ<ιν
ἀπολυθῆναι τῆ)ς ὀλιγαρχίας <ἔσ-
πενδε καὶ πρότε)ρον παρ . . .

C. (Studn.)

μου καὶ σι
ωι περὶ ὑμᾶς
ἢ κατὰ τοῦ πα-

B. (Hauss.)

τρός) ασοι οσα . . . η πόλις ἀποδ-
οῦναι πρώτωι τ . . . των καὶ αὐτό-
ν καὶ τοὺς φιλ . . . ν καὶ πιστεύ-
ειν ὡς ὄντι φι . . . ταῖ)τα γὰρ πο-
ιοῦντες χαρ . . . μ)οι καὶ εἶ <τι
ἐμοῦ δέοισθ<ε καὶ ἔ?)τερον ἂν ὑμ<ι
ν ὑπηρετοί)ην.

A.

ΔΕ ΠΑΡΕΣΤΑΙ
 ΑΥΤΟΥΟΣΟΙΔΑΝΤΟΤΑΓ
 ΜΑΘΑΝΤΑΕΗΙΟΔΗΜΟΣΜΗΚΑΤΑΒΑΛ
 ΛΩΣΙΝΕΓΓΥΟΥΣΦΥΛΑΣΣΕΤΩΗΑΡΧ
 ΗΚΑΙΔΕΔΕΜΕΝΟΥΣΑΝΔΑΠΟΔΡΑΣΗ
 ΙΤΙΣΤΑΕΡΙΤΙΜΑΑΡΟΤΙΝΕΙΝΤ
 ΤΩΝΔΑΛΛΩΝΧΙΩΝΜΗΔΕΝΑ
 ΕΤΙΦΕΟΓΕΙΝΕΡΙΒΑΡΒΑΡΙΣΜΩΙ
 ΩΝΜΗΔΑΛΚΙΜΑΧΟΝΕΡ
 ΙΖΗΤΕΙΝΕΠΕΙΔΗΔΙΕΜΑΡΤΥΡΗ
 ΟΣΕΞΕΛΘΕΙΝΠΡΟ
 ΔΕΕΜΟΣΤΕΦΙΛΟΣΕΩ
 ΝΚΑΙΕΥΝΟΥΣΤΩΙΠΛΗΘΕΙΤΩΙΥΜΕ
 ΤΕΡΩΙΑΕΙΤΟΙΣΜΕΓΓΑΡΦΕΟΓΟΥΣ
 ΙΝΥΜΩΝΥΓΗΡΕΤΕΙΝΤΗΝΔΕΡΟΛΙΝ
 ΑΡΟΥΘΗΝΑΙΤΗΣΟΛΙΓΑΡΧΙΑΣΕΣ
 ΠΕΥΔΕΚΑΙΠΡΟΤΕΡΟΝΓΑΡΑΜ

C.

B.

ΤΡΟΣΑΟΙΟΤΟΣΑ
 ΟΥΝΑΙΠΡΩΤΩΙΤ
 ΝΚΑΙΤΟΥΣΦΙΛ
 ΕΙΝΩΣΟΝΤΙΦΙ
 ΙΟΥΝΤΕΣΧΑΡ
 ΕΜΟΥΔΕΟΙΣΦΕΚΑΙΕΤΕΡΟΝΑΝΥΜ
 ΝΥΓΗΡΕΤΟΙΗΝ

ΙΜΟΥΚΑΙ<Ι
 ΡΙΠΕΡΙΥΜΑ<
 ΗΚΑΤΑΤΟΥΠΑ
 ΗΡΟΛΙΣΑΡΟΛ
 ΤΩΝΚΑΙΑΥΤΟ
 ΝΚΑΙΠΙΣΤΕΥ
 ΤΑΟΤΑΓΑΡΠΟ
 ΛΟΙΚΑΙΕΙΤ...
 ΕΤΕΡΟΝΑΝΥΜ...

Res de qua agitur fere haec est. Dum Alexander Gordii commoratur, Memnon Rhodius cum classe Persica Chium cepit ab Apollonide Phisino Megareo proditam, sed paulo post cum Mytilenen oppugnaret, morbo absumptus est.¹⁾ Eius in locum successit Pharnabazus, qui Chium urbem optimatum factioni tradidit. Sed insequenti iam anno cum Persarum spes exitu proelii Issici attenuata erat et nova Macedonum classis duce Hegelocho advenit, populus dominationem paucorum propter varias, quibus factionem popularium affecerant, ignominias sibi invisam evertit.²⁾ Qui imperium urbis gesserant, Apollonides Phisinus Megareus ad Alexandrum in Aegyptum, ut poenas darent, missi sunt. Qua re non contentus populus in alios quoque, quos sibi inimicos esse putabat, animadvertisse videtur falso tanquam cum Persis consilia communicavissent crimine illato.³⁾ Quod cum comperisset Alexander, ut prava civium studia coerceret, ipsam hanc epistulam conscripsisse videtur.⁴⁾ Initio, quod servatum non est, rex fortasse imperaverat, ut omnes in quos crimen coniectum esset, statim custodia tenerentur, populus vero certam quandam definirer pecuniam eosque solos in vincula coniceret, qui pecuniam illam non solverent. Addit deinde multam magistratui irrogandam esse, si qui custodia effugerit et vetat quemquam in posterum quod Persarum rebus studuerit, accusari Alcimachumque de ea re quaestionem instituire. Ad postremum hominem quendam sibi amicum populo commendat et in fine epistulae Chiis pollicetur se quoque gratias eis relaturum esse, si in hac re imperata fecerint.

1) Omnes has res enarrat Arrianus II, c. 1 et 2 et III 2, 3-7.

2) Imaginem Philiti tyrannicidae ignominiose tractaverant cf. titulum apud Kirchhoff, Monatsber. der Berl. Akad. 1863 p. 265 = Hicks. 126 et Sauppji commentationem de duabus inscription. Lesbicis p. 30. Idem Ephesi fecerunt oligarchi Arr. I 17, 11.

3) Idem Ephesi 334 factum est Arr. I 17, 12 *καὶ Σύρρακα μὲν κατέλευσαν· τοὺς δὲ ἄλλους διεκώλυσεν Ἀλέξανδρος προσωτέρω ἐπιζητεῖν* (cf. quae in decreto supplevi) *καὶ τιμωρεῖσθαι γνοὺς ὅτι ὁμοῦ τοῖς αἰτίοις καὶ οὐ ξὺν δίκῃ τινὰς, τοὺς μὲν κατ' ἔχθραν, τοὺς δὲ κατὰ ἀρπαγὴν χρημάτων ἀποκτενεῖ, ξυγχωρηθεὶν αὐτῶ, ὁ δῆμος.*

4) cf. adn. praecedentem.

De singulis vix est quod addam. Alcimachus, qui vs. 10 A tituli commemoratur, idem esse videtur, quem Arrianus I 18, 1 ab Alexandro missum esse narrat, ut Aeolicas et Ionicas urbes liberaret. Codices Arriani diversas nominis formas praebent, Florentinus habet Ἀντίμαχον, Parisinus Ἀλκίμαχον, alii Ἀλκίμαλον, Sintenis coniecit Ἀνσίμαχον. Fortasse Alcimachus et Lysimachus fratres erant, cf. Droysen, Hell.² I, 1. 201 not. 3. Alcimachus ut videtur Chium traiecerat, ut ibi eundem rerum ordinem ab Alexandro constitutum efficeret atque in ceteris urbibus. — Ceterum vestigia Ionismi, quae hic illic in titulo apparent, lapicidae tribuimus. — De forma ἀποδράσῃ cf. Theophr. char. 18. Veitch, Greek verbs. 187. — τὰ ἐπίτιμα cf. Hesych. ἐπίτιμον· πλούσιον τιμωρὸν τιμητόν.

3. In decreto, quod in honorem Thersippi fecerunt Nasiotae CIG. 2166° = Earinos, Μουσεῖον καὶ βιβλιοθήκη τῆς εὐαγγελικῆς σχολῆς ἐν Σμύρῃ 1876 = Droysen, Hellen.² II, 2 p. 374 = Hicks 138 inde a versu 9 haec leguntur

Ἀ-

ντιπάτρῳ γὰρ ἐπιτάξαντος χρήματα εἰς τὸν πόλεμον εἰσφέρειν πάντων τῶν ἄλλων εἰσφερόντων Θέρσιππος παραγενόμενος πρὸς τοῖς βασιλέως καὶ Ἀντίπατρον ἐκούφισε τὰ μὲν πόλιν· ἔπραξε δὲ καὶ πρὸς Κλεῖτον περὶ τῆς εἰς Κύπρον στρατείας καὶ οὐκ ὀλίγας δαπάνας εἰς μικρὸν συνάγαγε χρόνον) κτέ.

Quaeritur autem, quando bellum Antipatri et Cliti expeditio Cypria facta sint. Droysenus bellum intellegit, quod initio anni 321 Antipater et Craterus susceperunt contra Eumenem socium Perdiccae. Tunc Antipatrum etsi nondum regni administrator esset, subsidia ex foedere regi vel regis vicario praestanda ab urbibus postulasse et accepisse putat.¹⁾ Sed ex verbis tituli vs. 13 elucet iam coniunctos fuisse, cum Thersippus mitteretur, reges Philippum Arrhidaeum et Alexandrum Roxanes

1) Droysen, Hellen.² II, 1, 116 not. 3. 135 not. 2.

filium cum Antipatro. Anni autem 321 initio reges Perdiccam regni administratorem secuti erant, qui contra Ptolemaeum Aegypti satrapam profectus est.¹⁾ Bellum igitur illud utique post partitionem autumnno anni 321 Triparadisi factam incidere necesse est, in qua regni administratio et tutela regum Antipatro tradita est. Altera autem ex parte nec bellum Antipatris nec Cliti expeditio post annum 318/7 facta est, quo Clitus cum satrapia Lydia ab Antigono privatus esset, a militibus Lysimachi occisus est.²⁾ Bellum igitur ad quod gerendum Antipater tributa exegit, aliud esse nequit nisi quod iussu Antipatri Antigonus anno 320 contra Perdiccanos Attalum Alcetam Eumenem suscepit. Et eidem anno expeditio Cliti tribuenda videtur, de qua aliunde nihil constat propter lacunam, qua hoc ipso loco Diodori continua interrumpitur narratio.³⁾ Quod si statuitur, solvuntur etiam difficultates quaedam, quas detexit Droyseni sagacitas.⁴⁾ Nam si Clitus cum classe Cyprum missus est, ut Perdiccanos, qui in Cilicia et Pamphylia erant, a tergo aggrediretur, bene intellegitur et cur Eumenes relicta Phrygia statim in Cappadociam se receperit et cur Attalus Alcetasque Eumenem in regione Orcynia pugnantem non adiuverint: ipsi enim a Clito bello premebantur.

4. Primus Wood, Discoveries at Ephesus append. II p. 28 n. 19 = Ditt. 134 documentum edidit civitatis Euphronio ab Ephesiis datae, in quo praeter senatum et populum etiam gerusia et advocati commemorantur. Inde vero, quod Prepelaus templo Dianae immunitatem concessisse in titulo traditur, Droysenus decretum anno 302/1 factum esse conclusit. Idem alio loco collatis Strabonis verbis quae gerusiam et advocatos a Lysimacho institutos esse prodere videntur, veterem rei Ephesiorum publicae condicionem admodum a Lysimacho immutatam esse existimat.⁵⁾ Cui bene opposuit Dittenberger, si iure anno

1) Droysen, Hellen.² II, 1, 113.

2) Diod. XVIII 72, 9.

3) Droysen, Hellen.² II, 1, 157.

4) Droysen, Hellen.² II, 1, 157. 159 not. 1.

5) Droysen, Hellen.² II, 2, 202. III, 1, 33 not. 1. Guhl, Ephesiaca

302/1 tribueretur titulus, magistratus illos iam ante Lysimachum Ephesi extitisse putandum esse. Contra Gilbertus,¹⁾ ut magistratum commemorationem explicet, titulum post 287 incisum esse putat, sed recte idem miratur populum Ephesium *ὁ δῆμος ὁ Ἐφεσίων* non *ὁ δῆμος ὁ Ἀρσινοϊτῶν* dici. At gerusia illa et advocati omnino publici magistratus non fuisse videntur. Titulo enim continetur senatus consultum (v. 2 *δεδοχθαι τῆι βουλῆι*) a populo ratum factum, ut demonstrat formula sollemnis decreto praeposita *ἔδοξεν τῆι βουλῆι καὶ τῶι δήμῳ*. Iam si magistratus illi publici fuissent, de civitate Euphronii antequam ad populum ferretur, non solum senatus esset consultus, sed etiam gerusia et advocati, antequam res in senatu ageretur. Verum triplex haec ratio, qua iustum et legitimum populiscitum factum sit, paulo longior videtur, quam ut veri sit similis. Itaque quoniam Euphronius de templo maxime bene meruisse narratur et magistratus illi, qui decretum ad senatum deferunt, *νεοποῖαι* et *κουρῆτες* aperte sunt sacri, etiam *γερονσίαν* et *ἐπικλήτους* templi magistratus fuisse putaverim. Rem autem sic factam esse existimo. Euphronium, qui de templo bene meruit, templi magistratus publicis magistratibus commendare volunt. Qua de re neopoeos et curetes ad senatum mittunt cum decreto, quo laudatur Euphronius et civitate dignus perhibetur. Decreto gerusiae et advocatorum perlecto senatus de civitate Euphronii populum rogat et populus denique decernit eum in civium numerum esse recipiendum.

Verba autem illa Strabonis huic sententiae non obstant; neque enim publicos fuisse magistratus gerusiam et advocatos dicit scriptor neque a Lysimacho institutos, ut bene monuit Dittenberger not. 2. Totum igitur enuntiatum cum sequentibus potius coniungendum videtur, in quibus Strabo de templo Dianae agit.

5. Inscriptionem Erythraeam, qua Antiochus rex civitati libertatem concedit et autonomiam (Demetriadis *Ἰωνία* n. 116 =

p. 60. Strabonis verba haec sunt p. 640 (§ 21 fin. Mein.) *ἣν δὲ γερονσίαι καταγραφομένη, τούτοις δὲ συνήεσαν οἱ ἐπικλήτοι καλούμενοι καὶ διώκουν πάντα.*

1) Gilbert, Griech. Staatsalt. II, 143 not. 2.

Papadopoulos *Ἀμάθεια* n. 2170 = E. Curtius, Monatsber. d. Berl. Akad. 1875 p. 554 = Dittenb. 166 cf. Droysen, Hell.² III, 1, 254 not. 1) plerique editores et Droysenus temporibus Antiochi Soteris tribuerunt. Quibus Dittenberger opposuit verba vs. 23 *οἱ ἡμέτεροι πρόγονοι ἔσπευδον ἀεὶ ποτε περὶ αὐτῆς* ab Antiocho Sotere dici non potuisse et ob id ipsum titulum ad Antiochum Deum referendum esse docuit Herm. XVI p. 197. At argumentum, quo tunc optimo iure niti potuit vir doctissimus, nullum esse nunc ex alio decreto in honorem Antiochi Soteris facto cognoscitur, quod nuper edidit Foucart, Bull. 9, 387 sqq.¹⁾ Ibi enim vs. 16 Iones regem adhortantur, ut eadem qua maiores erga civitates Ionicas utatur benevolentia. Unde apparet Seleucidam maiorum etiam loco habuisse Antigonom Monophthalmum et Demetrium Poliorcetam, quibuscum necessitudinis vinculo erant coniuncti. Nam Stratonice, Demetrii filia, anno fere 297 Seleuco Nicatori et paulo post Antiocho Soteri, filio eius, nupserat. Maiores igitur regis intellego Seleucum Demetrium Antigonom, nam cum Foucartio²⁾ omnes intellegere, qui ab Alexandri temporibus Ioniam habuerint, vetat, quod Lysimachus Ionicarum urbium libertati erat inimicissimus. — Hoc igitur Dittenbergeri argumentum stare nequit neque ad priorum editorum sententiam reverti dubito, quia Antiochus Deus omnibus Ionicis civitatibus libertatem dedit servitute oppressis, hoc autem decreto Erythraei ipsi libertatem sibi paravisse intelleguntur. cf. supra p. 179 et verba tituli *τὴν τε ἀυτονομίαν ὑμῶν συνδιατηρήσομεν* vs. 27.

6. Ultimo loco adiungam decretum Ionum, quod in honorem Antiochi Soteris fecerunt, a Foucartio Bull. 9, 387 sqq. editum. Supplementa maxime sunt Fourcartiana hic illic a me paululum mutata, ut legitimus efficeretur litterarum numerus quem inter undequinquagenas et quadragenas binas in singulis versibus litteras docet Foucarti apographum et ultima decreti pars optime servata.

1) cf. infra no. 6.

2) Bull. 9, p. 391.

- τε)τράδι ἰσταμένου ἵνα τῆν(ν
 ἡμέραν ἐν ἧι ὁ βασιλεὺς Ἀντίοχος ἐγεννήθη μετ' εὐφημί-
 ας πάσης καὶ εὐχαριστίας διατελῶμεν, δίδοσθαι δὲ τῶμ
 πανηγυριαζόντων ἐκάστωι τοσοῦτον) ὅσον καὶ ἐς τὴν Ἀλε-
 5 ξάνδρου τοῦ Θεοῦ ἡμέραν γενεθλ)ίαν δίδοται· ὅπως δὲ καὶ
 τῆμ προαίρεσιν τοῦ κοινοῦ τῶν) Ἰώνων περὶ τῶν τιμῶν εἰ-
 δῶσιν ὁ βασιλεὺς Ἀντίοχος καὶ ἡ) βασιλίσα Στρατονίκη,
 αὐτίκα μὲν ἐλέσθαι ἐκ τῶν ἡκόντ)ων δύο ἀφ' ἐκάστης πόλε-
 ως πρέσβεις πρότερον ἢδὴ πρεσ)βεύσαντας πρὸς τὸν βα-
 10 σιλεῖα Ἀντίοχον, τοίτους δὲ τ)ό τε ψήφισμα τίδε ἀποδοῦ-
 ναι βασιλεῖ παρὰ τοῦ κοινοῦ) τῶμ πόλεων τῶν Ἰάδων ἐμ
 βραχυτάτωι καὶ πράξασθαι ὅτι ἄ)ν ἀγαθὸν δύνωνται
 τῶι κοι-
 νῶι τῶμ πόλεων. Παρακαλείτω)σαν δὲ οἱ πρέσβεις τὸμ
 βασι-
 λεῖα Ἀντίοχον πᾶσαν ἐπιμέ)λειαν ποιεῖσθαι τῶμ πόλε-
 15 ων τῶν Ἰάδων ὅπως ἂν τὸ λοιπὸ)ν ἐλεύθεραι οὔσαι καὶ
 δημο-
 κρατούμεναι βεβαίως ἢδὴ πολι)τεύωνται κατὰ τοὺς πατρί-
 ουσ νόμους. ἀποφαινέτωσα)ν δὲ αὐτῶι οἱ πρέσβεις, διότι
 τοῦτο ποιῶν πολλῶν τε ἀγαθ)ῶν αἴτιος ἔσται ταῖς πολε-
 σιν καὶ ἅμα ἀκολουθήσει τῆι τ)ῶν προγόνων αἰρέσει.
 Παρακα-
 20 λείτωσαν δ' οἱ πρέσβεις τὸμ βασι)λεῖ(α) Ἀντίοχον, ἀπο-
 φήρασθαι
 τόπον ὃς ἂν αὐτῶι κάλλιστος φ)αίνεται εἶναι, ἐν ᾧ τὸ τέμε-
 νός τε αὐτοῦ ἰδρυσθήσεται) καὶ ἡ πανήγυρις συντελε-
 σθήσεται. ἐπειδὴν δ' ἐπανε)λθ)ωσιν αἱ πρεσβείαι, τῆμ πόλιν
 ἐν ἧι ἂν συντελέσωμεν τὴν θυ)σίαν τῶν Ἀλεξανδρείων
 25 παρακαλεῖν πάντας τοὺς δήμους τοὺς μετέχοντας τῆς
 θυσίας, ὅπως κατὰ τὸ δόγμα τ)οῦ συνεδρίου βουλευσῶνται
 περὶ τῆς τοῦ ἱεροῦ οἰκοδομ)ῆς καὶ τῆς κατασκευῆς καὶ
 περὶ τοῦ ἀγῶνος καὶ τῶν θυσι)ῶν καὶ περὶ τῶν λοιπῶν καθό-
 τι γενήσεται καὶ ἐν οἷς δε)ήσει χρόνοις συντελεῖσθ-
 30 αὶ τὸν ἀγῶνα ἐκ τοῦ ψ)ηφίσ(μα)τος· τοὺς συνέδρους τοί(ς
 παρόντας ἀπὸ τῶμ πόλεων (συ)ντελέσαι θυσίαν τοῖς θε-

οἷς πᾶσι καὶ πάσαις καὶ τοῖς β(α)σιλεῦσιν Ἀντιόχῳ καὶ τῇ
 βασιλίσσηι Στρατονίκη καὶ (Θυ)σαι ἱερεῖα τέλεια καὶ στεφα-
 νηφορῆσαι, τοὺς τε συνέδρους καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς ἐν
 τῇ πόλει πάντας· ἀνοῖξαι δ(ἐ) τοὺς ἱερεῖς καὶ τὰς ἱερεῖας 35
 τὰ ἱερὰ καὶ ἐπιθύειν ἐπευχομ(έ)ρους συνενεργεῖν τὰ δεδο-
 γμένα τοῖς τε βασιλεῦσι Ἀ(ν)τιόχῳ καὶ Ἀντιόχῳ καὶ τῇ
 βασιλίσσηι Στρατονίκη καὶ (πᾶσι τ)οῖς μετέχουσι τῶν τι-
 μῶν· ἀναγράψαι δὲ καὶ εἰς (σ)τ(ήλ)ην τὸ ψήφισμα τόδε
 καὶ τὰ

ὀνόματα πατρόθεν τῶν ἡζ(όν)των συνέδρων ἐκ τῶν πόλε- 40
 ων καὶ στήσαι ἐν τῷ τεμένε(ι) παρὰ τὸν βωμὸν τῶν βασιλέ-
 ων. ἀναγράψαι δὲ καὶ τοὺς δ(ήμ)ους ἐν ταῖς ἰδίαις πόλεσιν.
 τ)ό τε ψήφισ(μα)τόδε καὶ τ(ῶν) σ)υνέδρων τὰ ὀνόματα
 πατρό-

θεν καὶ στήσαι ἐν χωρίῳ ὅπερ ἀν) φαίνεται ἐπιφανέστατον.

Ἐ)φελίων Ἀρτεμίδωρος Γοργ(. . . 45

Λε)βεδίων Κ(.

Quod ad tempus inscriptionis attinet, supra iam p. 182 ex Lebediorum commemoratione non primis Antiochi annis titulum incisum esse conieci. Ante magnam de Gallis Antiochi victoriam decretum factum esse demonstrat fortasse regis cognomen Σωτήρ omissum.¹⁾ Certiora vix poterunt dici; nam quod Antiochi filius iam rex nominatur, qui, cum pater Seleuco succederet, quintum decimum ad summum agebat annum,²⁾ inde non multum efficitur, quoniam satis matura iam aetate filios a regibus in regni societatem adscitos esse exemplum docet Ptolemaei Euergetis, qui annos fere duodecim natus 271 a patre regni socius nominatur. Mihi intra annos fere 275 et 265 titulus incisus videtur.

De singulis pauca addenda sunt. vs. 8. cur ἡζόντων scripserim, vide supra p. 184. — vs. 24. Alexandria secundum

1) cf. Waddington ad Leb. Asie mineure 87 vs. 22 = Ditt. 165.

2) cf. Koepf, Rh. Mus. 39, 210 not. 1. — Antiochus Deus secundum Armeniam Euseb. versionem (Schoene I, 251) quadragesimum annum expleverat, cum 246 Ephesi mortuus est. Tunc igitur anno 281 quinque annos natus erat. Sed cf. Droysen, Hell.² III, 311 not. 3.

Strabonem 644 in luco celebrabantur, qui in confinio Teiorum et Clazomeniorum situs erat. Aut igitur sumendum est initio saeculi tertii Alexandreis nondum certum locum definitum esse aut dies festos modo Tei modo Clazomenis esse actos. — vs. 27. de vocabulo *οἰκοδομή*, quod ab Atticistis damnatur, vide Lobeck, Phrynichus 487 sqq.

CAPUT SEXTUM.

De rebus Prieniensium, quas gesserint inde ab Alexandri temporibus usque ad annum 133.

Proelio apud Granicum flumen commisso Alexander Ephesum contendit ibique paululum temporis commoratus Alcimachum misit, qui Ionicas et Aeolicas urbes Persarum iugo liberaret; Lydiae administrationem tradidit Asandro.¹⁾ Ipse meridiem versus Miletum profectus est et urbem oppugnare constituit. Qua in re cum classe Persica, quae sub monte Mycale stationem habebat, retardarentur Macedonum impetus, rex Philotam delegavit cum parte exercitus,²⁾ qui oram monti subiectam occuparet Persasque privaret terrae aditu. Hac occasione Prienienses libertatem recuperavisse videntur eorumque urbs velut ceterae civitates Graecae Alexandri foederi ascripta est.

Huic temporis tribuendae sunt duae inscriptiones Prienes repertae, quarum altera in summo antae templi lapide insculpta aedem Minervae Poliadis ab Alexandro rege dedicatam esse praedicavit.³⁾ Recte autem interpretes locum attulerunt Strabonis, ubi scriptor Artemidorum secutus narrat regem promississe Ephesiis se omnem pecuniam in fano Dianae exstruendo iam consumptam etiamque consumendam soluturum esse, si suum nomen templo inserberetur, sed urbanam tulisse repulsam.⁴⁾ Idem Prieniensibus rex proposuisse videtur et ab iis,

1) Arr. I 18, 1. cl. I 17, 7.

2) Arr. I 18, 5.

3) Ditt. 117. IMB. 399. Ion. Ant. IV, 23.

4) Strab. p. 640 fin.

ut condicionem acciperent, impetrasse. Alter titulus Alexandri est decretum, cuius in parte posteriore vicos quosdam rex sibi vindicat et urbem Priensium custodiamque immunitate donat pecuniae, quae ceteris sociis pendenda erat.¹⁾ Superior pars decreti tam mutila est, ut vix quidquam certi inde possit elici. Hoc autem mihi persuasit Curtius Wachsmuth Hicksii supplementis plus aequo tribuenti: quoniam aperta esset oppositio inter duas sententias per μὲν et δὲ significata, non suppleri posse altero loco ὅσοι μὲν Πριηνεῖς, si altero iam οἱ δὲ Πριηνεῖς legeretur. Aut igitur priore loco aut posteriore in lapide Πριηνεῖς exstabat. Illud mihi veri videtur similis et oppositionem factam esse credo inter ὅσοι μὲν εἰσι Πριηνεῖς et οἱ δὲ Πριηνέων . . . cetera perierunt. Quid in lapide olim secutum sit, difficile est dictu; fortasse scriptum erat μέτοικοι vel potius πάροικοι, ut ipsis qui Naulochi habitabant Priensibus libertas et autonomia et possessio omnium in urbe aedificiorum atque terrae daretur, peregrini autem non in ipsa urbe, sed in vicis degere cogentur regio tributo subiecti.²⁾ Sed res incerta est et incerta manebit, donec ut novum fru-

1) IMB. 400 vs. 9

τὸ δὲ . . . (κ)αὶ Μυρσ
 κ)αὶ Π χώραν
 γινάσκω ἐμὴν εἶναι τοὺς δὲ κα-
 τοικοῦντας ἐν ταῖς κόμαις ταύ-
 ταις φέρειν τοὺς φόρους, τῆς
 δὲ συντάξεως ἀφίημι τῆμ Πριη-
 νέωμ πόλιν καὶ τῆμ φρου(ρά)ν ἐ-
 φ' ἧ(ι εἰ)σάγει(ν).

quae secuntur restitui nequeunt.

2) Fortasse igitur sic supplendum est vs. 1 sqq.

Βασιλέως Ἀ(λεξάνδ)ρου
 Τῶν ἐν Ναυλόχοι (κατοικούν-
 των ὅσοι μὲν εἰσι (Πριηνεῖ)ς ἀ(ῦτ)ο-
 νό)μους εἶναι καὶ ἐλευθ)έρους
 ἐχ(οντ)ας ἀτελεῖς κ)αὶ τὰς οἰκί- Hicks (τὰ γήπεδα? κ)
 ας τὰς ἐν (π)όλει πά(σα)ς καὶ τῆγ
 χώραν, οἱ δὲ Πριηνέ(ων πάροικοι)? Hicks Πριηνε(ῖς οἰκούν-
 (ἐν κόμαις) αἰς ἃν δέω(νται οἰκούντων) των . . . (νται ἀτελεῖς)

stulum inueniat, contigerit Hicksio harum inscriptionum interpreti sagacissimo. —

Unum vero in titulo satis memorabile est, quod vs. 15 rex custodiam quoque urbis nominatim tributo eximit. Inde enim sequitur custodes illos neque Macedones fuisse, a quibus vectigal Alexander exigere omnino non potuit, neque cives, quippe qui inclusi fuissent immunitate urbi data.¹⁾ Erant igitur mercennarii publice conducti, quod alio quoque titulo confirmatur aetatis paulo inferioris, qui suo loco tractandus est. Neque solum urbis ipsius arx a mercennariis custodiebatur, verum etiam minora Priensium castella velut Carium conductauebatur manus militum, cui praeerat civis Priensis.²⁾ Ultimo autem inter titulos, quos ad Alexandri aetatem referri oportet, loco duo decreta Attica nominanda sunt, quae cum valde sint mutila, hoc unum probant laudari a populo Atheniensium legatos Clazomeniorum et Priensium. Quaenam causa huius legationis fuerit, ignoratur: apta sane est Koehlerii coniectura, qui haec decreta cum alio coniungit in honorem Colophoniorum facto et omnia paulo post liberationem urbium Graecarum orta esse censet.³⁾

Anni 323 aestate Alexander Magnus Babylone mortuus est. Compositis autem qui mortem eius sequebantur tumultibus satrapiarum facta est partitio, in qua Asandro Caria, Lydia Menandro evenit cum urbibus Ionicis.⁴⁾ Sed post mortem Perdiccae nova Triparadisi instituta est provinciarum divisio, qua Lydia Clito tradita est.⁵⁾ Hic cum Graecorum libertati insidiaretur, ab Antigono terra privatus est: quo facto ut omnes urbes Ionicae, ita etiam Priene foederi Antigoni sese adiunxit

1) Dixerit quis καὶ τῆμ φρου(ρὰ)ν non cum ἀφίμῃ construendum esse, sed cum insequenti quodam verbo, quod perierit. Sed non καὶ τῆμ φρου(ρὰ)ν tunc scripsisset rex, verum τὴν δὲ φρου(ρὰ)ν

2) IMB. 403, 66 sq. συμφνεῖν εἰς τὸ Κ(άριον) φρουραρχοῦν(τος ἐν)ὸς τῶν πολιτῶν καὶ τὸν τε φρούραρχον καὶ τοὺς φύλα(κας) διὰ τὸ αἰρεῖσθαι τὰ τοῦ τυράννου πάντας διαφθε(ῖ)ραι κτέ. . .

3) CIA. II, 165. 166.

4) Droysen, Hell.² II, 1, 29 sq.

5) Droysen, Hell.² II, 1, 145.

et in eo permansit, quoad apud Ipsum Antigonus occisus est. Post mortem regis urbs in ditione Demetrii Polioretetae fuisse videtur usque ad annum fere 294, quo Lysimachus dominationem suam in Asia restituit.

Unum tantum per hoc totum temporis spatium de Priene notum est, urbem a tyranno fuisse oppressam. Ex decreto enim Rhodiorum, quo lis composita est inter Samios et Prienienses, haec fere concludere licet.¹⁾ Anno quo Macareus stephanephorum munere functus est, Hiero tyrannus in urbe rerum potitus est, qui, si fidem habere oportet Pausaniae, summa crudelitate in cives consuluit.²⁾ Populus ex urbe profugus in castellum, cui nomen erat Carium, se contulit ibique interemptis castelli custodibus et praefecto, qui quamquam civis Prieniensis erat, tamen tyranni partibus favebat, consedit et in terram tyranni crebras fecit incursiones. Quarto anno post cum Lycus stephanephorus erat, tyranno interfecto cives in urbem revertentur. Tempus autem tyrannidis ab Hicksio sic definitur. Cum cives in exilio essent, ii qui in urbe remanserant, decreta fecere ad Demetrium et Lysimachum reges missa. Atqui Lysi-

1) . . . ἐπὶ στεφανηφόρου Μακαρέως | <τοῦ μ>ετὰ Ἀθηναγόραν συμ-
φυγεῖν εἰς τὸ Κ(άριον) φρουραρχοῦν | <τος ἐν>ὸς τῶν πολιτῶν καὶ τὸν τε
φρούραρχον καὶ τοὺς φίλας | <κας> διὰ τὸ αἰρεῖσθαι τὰ τοῦ τυράννου πάν-
τας διαφθεῖραι· καὶ | <ὕπερ> τούτων ἐπεδείκνυον ψάφισμα(ατ)ὸ ἀπο(στ)αλὲν
ποτὶ || <αὐτ>ὸς ὑπὸ τῶν περὶ τὸν τύραννον(ν κ) καὶ τὰ ψάφισματα τὰ | <ἀπο- 70
στ)αλὲντα ποτ' αὐτοὺς καθ' ὃν καιρὸν ἦσαν ἐκπεπ(τω)κότες ὑπὸ τῶν
περὶ τὸν τύραννον καὶ συμπεφ(ευ)γότες | εἰς τὸ Κάριον, ἃ ἦν ὑπὸ πλείονων
πολέων ἀπε(σταλ)μένα· ἐπ(ε)δείκνυον δὲ καὶ τὸ ψάφισμα ὃ ἔγραψαν ποτὶ
τὸν δᾶμον τὸν || Ῥοδίων ἰόντες ἐν τῷ Καρίῳ ὑπὲρ τοῦ καταγαγεῖν 75
αὐτοὺς εἰς | τὴν πόλιν, καὶ Πριανέων ποτὶ τοὺς βασιλέας Δημίτριον τε
καὶ | Ἀνσίμαχον ὑπὲρ αὐτῶν <δύο ψήφισματα?> κα(ὶ) ἄλλο ψήφισμα | παρὰ
Ῥοδίων ὑπὲρ τοῦ καταφυγεῖν το)ὺς περὶ <τὸν τ>ύραννον, καὶ ἄλλο ὑπὲρ
ὅπλων δόσιος καὶ ποτὶ Ῥοδίων ὑπὲρ δανεισμοῦ || χρημάτων· ἔφασαν δὲ 80
καταλυθεῖσας τὰς τυραννίδος ἃ ἐπέ(σχε)ν ἔτ)η τρία κατελθόντες ἐκ τοῦ
Καρίου εἰς τὰ μ | πόλιν ἐπὶ σ(ε)φανηφόρου Λίκου καὶ τὸ φρούριον ἔχειν
καθὰ καὶ πρότερον(ν κ) καὶ τ(ὰν) χάραν νέμεσθαι. Nomen Hieronis tyranni
in vs. 111 apparet κατοικοποιεῖν τὸν τε Ἰέρωνα καὶ τὰ ὑπάρχοντα τῷ
Ἰέρωνι· κτέ. cf. etiam vs. 124 sqq.

2) De Hieronis crudelitate cf. Paus. VII 2, 10.

machus anno demum 306 regium nomen adsumpsit,¹⁾ legati igitur tyranni non ante hunc annum missi sunt. Altera ex parte versus 125 sqq. docent vicesimo anno postquam Hiero rerum potitus esset, legatos Priensium Lysimachum adiisse, quod utique factum est ante annum proelii Corupediensis 281. Iam quoniam eo anno, quo Lycus magistratus fuit eponymus, tyrannis eversa est, is autem annus quintus decimus est ab anno Nicandri, quem post annum 282 magistratu non functum esse patet, ipsa Hieronis dominatio post annum 296 incidere nequit.²⁾ Intra annos igitur 306—296 tres Hieronis tyrannidi vindicandi sunt. Et Hicksius annos elegit 304—301 ea maxime causa perductus, quod sic bene explicatur decretum ad Demetrium missum, qui tunc Rhodum oppugnavit.³⁾ Lysimachus autem per totum hoc tempus aut in Thracia aut prope Hellespontum commoratus Sardes pervenit hieme 301, postquam Antigonom apud Ipsum cum Selenco devicit. Argumentum sane Hicksianum nemo premet, nec verisimile est sub Antigono et Demetrio, qui propugnatores semper habiti sunt libertatis factionisque popularium, tyranno urbis arbitrium concessum fuisse. Melius quadrare videtur tempus eorum tumultuum, qui pugnam apud Ipsum commissam secuti sunt; eaque de causa Hieronis tyrannidi annos 300 fere usque ad 297 assignaverim. Nec mirum est tunc ad utrumque regem missos esse legatos. Nam Lysimachus in partitione, quae post proelium Ipsense inter victores convenit, Asiae partem occidentalem acceperat, Demetrius autem re vera orae maritimae urbes retinuit usque ad annum fere 294.

Hoc enim anno Lysimachus dominationem suam in Asia, quam propter Thracum et Getarum bella gravissima diu neglexerat, restituit eamque tenebat usque ad proelium Coru-

1) Droysen, *Hell.*² II, 2, 39 sqq.

2) *IMB.* 403, 124 sqq. *κατελθεῖν ἐπὶ στεφαναφόρου Λύκων ὅς ἐστι ἀπὸ Μακαρέως τέταρτος, ποτὶ δὲ τὸν Λυσίμαχον ἀποστειλαὶ ὑπὲρ τῶν Βατινήων ἐπὶ στεφαναφόρου τοῦ θεοῦ τοῦ μετὰ Νικάνδρον ὅς ἐστι ἀπὸ Λύκων πεντεκαίδεκάτος καὶ ἀπὸ κήνου τοῦ χρόνου | ἐχόντων αὐτῶν κτέ.*

3) Hicksius *IMB.* III, 1 p. 3^b sq.

pediense. Qui cum Graecis civitatibus minime faveret, tamen Prienses satis benevole tractasse videtur. Exstat enim adhuc decretum, quo corona aurea et divini honores in regem conferuntur, quia urbem misso exercitu conservavit et contra Magnetum ceterorumque qui Maeandri planitiem incolebant, impetus defendit. Neque minus servata est regis epistula, qua Priensibus ob honores sibi decretos gratias agit eosque propter egregiam fidem saepius erga se demonstratam collaudat.¹⁾ De aetate titulorum dubitari potest. Et Hicksius utrumque ad ultimos Lysimachi annos referri iubet, quod milites illos, a quibus Magnetes adiutos esse rex ipse testatur, Seleuci fuisse censet anno 282 ad decertandum appropinquantis et ducem exercitus Lysimachei, e cuius nomine litterae Σω solae supersunt, Sosthenem intellegit,²⁾ qui anno 279 Macedoniam a Gallis defendit.³⁾ Certa haec esse ne Hicksius quidem putabit, sane apparet potuisse haec etiam fieri, cum Demetrius e Macedonia profugus in Asiam pervenit et ab Agathocle, Lysimachi filio, Seleuco se dedere coactus est.⁴⁾ Milites vero illi mercennarii fortasse erant post proelium Ipsense a nemine conducti, qui occasionem praedae faciendae non praetermiserunt. Sed satis coniecturarum, quibus res ad liquidum perducere nequit; unum restat quod in Lysimachi tempora incidit, arbitrium regi commissum in antiqua illa lite Samiorum et Priensium.

Initia huius controversiae supra capite altero p. 126 sq. describere conatus sum: Alexandro quoque et Antigono rem diiudicandam traditam esse etsi demonstrari nequit, tamen veri est simile.⁵⁾ Condicio autem tunc ea fuisse videtur, ut Bati-

1) IMB. 401 et 402.

2) cf. verba tituli 402 vs. 11 και | ἐπιστειλά(ντ)ω(ν ἡ)μῶν πειθαρχεῖν Σω(. . . . τοῦ) | στρατηγοῦ (ὑπ)ήκουσεν (sc. Priensium civitas) προθύμως και οὐδαμῶς | ἀφίσταται τῶν ἡμῖν χρησίμων και(ερ πορθου?) | μένης τῆς (χ)άρας ὑπό τε Μαγνήτω(ν αὐτῶν || κ)αι τῶν σι(ρατιω)τῶν τῶν συνεπιπορ(ενομένων) . . .

3) Droysen, Hell.² II, 2, 344.

4) Droysen, Hell.² II, 2, 303 sqq.

5) sic Hicksius IMB. III, 1 p. 4^a concludit ex IMB. 403, 141 sqq.

netum agrum tenerent Samii, Prienenses Carium et Dryussam.¹⁾ Sub finem vero imperii Lysimachei, anno si recte supra Hieronis tyranni aetatem definivimus, fere 283/2, Prienenses benevolentia regis fortasse saepius experta freti Batinetum quoque sibi adsciscere constituerunt deque ea re adiere Lysimachum.²⁾ Tunc inter Priensium et Samiorum legatos res coram rege disceptata est et arbitrii, quod tunc Lysimachus tulit, documentum magna ex parte servatum est, epistula regia ad Samios data.³⁾ Sed quoniam periit finis decreti, quo suam arbiter aperuit sententiam, admodum ambigitur inter viros doctos, quam ratione Lysimachus controversiam composuerit. Et Boeckhio, qui Samiis regem favisse censet, Hicksius maxime obloquitur, qui terram Priensibus adjudicatam esse existimat. At ex ipsis Rhodiorum decreti verbis apparet Priensium inde ab hoc tempore Carium et terram castello circumiacentem fuisse sola:⁴⁾ neque enim si tunc etiam Batinetum accepissent, hoc in causa urbis suae dicenda omisissent Priensium legati. Et idem, nisi fallor, docet epistulae Lysimacheae initium, quo rex quo-

1) Illud demonstratur initio epistulae Lysimacheae apud Hicks. 152. Βασιλεὺς Λυσίμαχος Σαμίων τῆι βουλῆι καὶ τῶι δήμωι χ(α)ίρει(ν·| κατ-) ἐστῆσαν ἐφ' ἡμᾶς οἱ τε πρέσβεις οἱ παρ' ὑμῶν καὶ οἱ παρὰ τῶν Πρ(ιη-)| νέων ἀποσταλέντες ἐπὲρ τῆς χώρας ἧς ἐτύγγαρον ἡμφ(ις)|βητηκότες
5 π(ρό)τερον ἐφ' ἡμῶν. εἰ μὲν οὖν προείδειμεν ἡμεῖς? τῆν|δε τὴν χώραν ἡμᾶς ἐ(πὶ τ)σοούτων ἐτῶν ἔχειν καὶ νέμε(σ)θ(αι καθ') | ὅλον οὐκ ἔν
ἐπεσπασάμεθα τῆν κρίσιν· νῦν δὲ ὑπελαμβάνομεν (ἐξ) | ὑπογίου τινὸς
χρόνου παντελῶς γεγονέναι τὴν ἐπί(κ)τησιν· ο)ὔτω γὰρ ἡμῖν ἐποιοῦντο τὴν
μνησίαν ἐν τοῖς πρότερον (λόγοις οἱ) | τῶν Πριηνέων πρέσβεις· οὐ μὴν ἀλλ'
10 ἐπειδὴ παρῆσαν οἱ τε παρ' ὑμῶ(ν πρέσβεις || κ)αὶ οἱ παρὰ τῶν Πριηνέων
ἀναγκαῖον ἦν διακοῦσαι ἀ(λέγεται) π(αρ' ἐ)κατέρων. Hoc ipsi Prienenses demonstrant IMB. 403, 65 sqq., quorum argumenta probantur a Rhodiis vs. 125 sqq.

2) Prienenses revocasse controversiam diu sedatam inde apparet, quod legati eorum prius ad regem venerunt quam Samiorum, qui postea demum ut res disceptaretur arcessiti sunt. cf. Hicks. 152 vs. 4 et 8.

3) CIG. 2256 = Hicks. 152. Minoris momenti sunt variae lectiones, quas Roehl attulit in Schedis epigraph. 1876 p. 7.

4) IMB. 403, 126 καὶ ἀπὸ κῆνον τοῦ χρόνου ἐχόντων αὐτῶν καὶ τὸ φρούριον καὶ τὰς χάρας τὰς περὶ τὸ φρούριον (πε)πρακτότων κλάρους τεσσαράκοντα καὶ δύο.

dammmodo se excusare studet, quod omnino arbitrium suscepit, cum luce esset clarius alterum litigantium in iure esse. Sic enim arbiter non eum alloquitur, quem re de qua agitur privare vult arbitrio suo, sed eum, quem in iure esse ipse persuasum habet. Denique si regis sententia Samiis infesta fuisset, vix eam publice incidendam curavissent. Tunc igitur Lysimachus Samiis Batinetum, Carium et Dryussam Priensibus assignavit et utrique in sententia quam rex tulerat acquievere.

Proelio Corupediensi Seleucidarum in Asia constituta est dominatio, sed ne tum quidem urbibus statim libertatem redditam esse supra p. 177sq. vidimus. De Priensibus autem unum constat, urbem ab Antiocho in servitutum redactam, sed paulo post civis cuiusdam merito liberatam esse. Rex enim Antiochus — sic narrat auctor nescio quis apud Sextum Empiricum¹⁾ — capta Priene cum in convivio esset Sostratum saltatorem Priensem 'libertatem' saltare iussit. Sed respondit vir patriae amantissimus non decere se libertatem saltare, dum ipsa patria servitute premeretur. Qua re commotus rex Priensibus libertatem concessit. Haec fere Sextus Empiricus: regem vero Antiochum Sotera intellegendum esse collato loco quodam Athenaei evicit Droysen²⁾ idemque recte expugnationem urbis ultimis Antiochi annis factam esse censuit, quibus Gallorum et Ptolemaei metu liberatus, (quorum illos ipse clarissimo fugaverat proelio, hunc Antigoni apud Con victoria summoverat), civitates Graecas suo arbitrio tractare coepit.

Sed felicem urbis statum, quem cives regis clementia adsecuti sunt, graves everterunt calamitates, *καιροὶ δυσχερεῖς*, ut ait Rhodiorum decretum, sub regno Antiochi Dei (261—246). Causa earum ignoratur, sed recta videtur Hicksii coniectura urbem a Ptolemaei ducibus esse expugnatam, qui altero bello Syriaco Ephesum Miletum Magnesium Samum occupavere.³⁾

1) Sext. Emp. adv. gramm. 13 = p. 667, 15 Bekk.

2) Hell.² III, 1, 261 not. 2 coll. Hegesandro apud Athen. 1, 19 c. De Hegesandro FHG. IV, 416.

3) *καιροὶ δυσχερεῖς* commemorantur IMB. 403, 133 cf. Hicks IMB. III, 1 p. 4^b et Droysen, Hell.² III, 1, 319 sqq.

Statim tunc Samii qui usque ad id tempus privatas tantum causas cum Priensibus egerant, publice per legatos controversiam moverunt de finibus, sed num res tunc ad arbitrum delata sit vel quis arbiter ille fuerit, nescitur.¹⁾ Paulo post sicut ceterae Ioniae urbes, ita etiam Priene bello Laodiceo implicata est, quo Ptolemaeus Euergetes a Laodice et Seleuco Callinico Berenices interfectoibus poenas repetivit.²⁾ Urbes tunc omnes Ioniae in Aegyptiorum fuisse ditione supra p. 180 vidimus; neque igitur mirum est, quod tunc lis illa antiqua inter Samios et Prienses praefecto cuidam Ptolemaei diiudicanda tradita est. Cuius ex nomine, quod in titulo Rhodiorum adfertur, solae litterae *τίοχος* supersunt.³⁾ Nomen autem *Ἀντίοχος* supplendum esse veri est simillimum solumque id dubitari potest, quis ille fuerit Antiochus. Ac Droysenus et Hicksius de primo stationis navalis praefecto cogitant, quam inde a temporibus alterius belli Syriaci Sami habebant reges Aegyptiorum.⁴⁾ Sed quoniam de hoc praefecto aliunde nihil constat, mihi simplicius videtur Antiochum illum intellegere, cui Ptolemaeus Euergetes cum ex Asia discederet, regiones cis Taurum sitas vel Ciliciam tradidit. Utrum vero is An-

1) καὶ ἀπὸ κήνον τοῦ χρόνου (cf. quae exscripti p. 202 not. 4) . . . δύο, οὐκ ἀγανακτῆσαι τοὺς Σαμίους οὐδ' ἀποστεῖλαι ποτ' αὐτοὺς π(ρ)εσβείαν ἐγκαλοῦντας ἐπὶ τοῖς διωικημένοις, ἀλλ' ἀμφισβασίας μὲν ποθ' αὐτοῖς
 130 ἰδιωτικὰς γέγονειν (π)αρορίας τοὺς ἐκ τοῦ Καρίου, — οὐκ ἀμφεσβατήκειν τοὺς Σαμίους, ἀλλὰ τοῖναντίον ἐν τῷ ποτὶ Ἀνσίμαχον ἀ(ποστ)αλέντι φαρίσματι γεγράφθαι διότι | Πριανεῖς ἔχοντι τὰν αὐτῶν χώραν· μετὰ δὲ τὰν ἀναφερομένην (ἐπ)ὶ Ἀνσίμαχον κρίσιν γέγονειν διαγενομένων ἐτῶν πλειόνων, βασιλεύοντος Ἀντίοχου τοῦ Ἀντίοχου, (γε)νομένων περὶ αὐτοῦς καιρῶν δυσχερῶν, πέμψαι ποτ' αὐτοὺς Σαμίους (πρέσβεις λέγοντας ὅτι) ἐν παρορίαι ἐνεκάλουν, ὑπὲρ δὲ Καρίου οὐθὲν | (εἰρηκότας).

2) . . . ὅτι περὶ (αὐτ)οὺς τὸν Λαοδίκειον πόλεμον ἐν αἰ ibid. vs. 134. Bellum ingens illud Euergetae intellegendum esse docet Hicks IMB. III, 1 p. 2^b.

3) vs. 153 καὶ πάλιν ὅτε ἀνεφέρετο ἡ κρίσις ἐπ' Ἀντίοχον τὸν ἰπὸ βασιλείως Πτολεμαίου τεταγμένον | (ὑπὲρ τοῦ παροριζοῦσθαι τὴν χώραν, ὑπὲρ τοῦ φρουρί)ου οὐθὲν εἰρηκότας sc. Samios demonstrant Prienses. Sic fere supplendum est.

4) Droysen, Hell.² III, 1, 331 not. 1. Hicks IMB. III, 1. 4^b et not. †.

tiochus Hierax fuerit Seleuci Callinici frater, an alius eiusdem nominis, in medio relinquam.¹⁾

Haec ultima sunt, quae in illo Rhodiorum decreto saepissime laudato enarrantur, unde recte conclusit Hicksius non multo post, hoc est circa annum 240, ipsum Rhodiorum factum esse arbitrium. Etiam tunc Samios querelam movisse e compluribus tituli locis intellegitur.²⁾ Batineti enim possessione, quam Lysimachus iis concesserat, non contenti Carium quoque et Dryussam sibi vindicare studebant. Contra nitebantur Prienses, donec inter civitates convenit Rhodiorum rem committere arbitrio. Hi ex civium numero quinque elegerunt arbitros, qui primum in templo Dionysi, quod Rhodi erat, dein in ipso agro, de quo ambigebatur, tertium in templo Dianae Ephesiae, ut in communi Ionum sacro, legatorum audivere orationes.³⁾ In universum ab utrisque ea prolata sunt, quae in cursu narrationis hic illic attigimus; gravissima vero Samiorum argumenta duo maxime erant, primum quod in partitione post bellum Meliacum facta Carium et Dryussa ipsis essent adiudicata, dein quod post proelium apud Quercum commissum agrum iure pacis rursus occupassent. At illud falsum esse scriptorum auctoritate Prienses evincunt, huic suo iure opponunt inde ab Hieronis tyranni temporibus et iam multo ante eum et Carium et Dryussam in sua fuisse ditione, idque ab ipsis Samiis probatum esse, qui nunquam usque ad illud tempus de possessione regionum illarum movissent controversias.⁴⁾ Hoc haud dubie gravissimum visum est Rhodiorum arbitris eaque de re

1) Hieronym. ad Daniel c. 11 p. 1123 et Syriam quidem ipse (Ptolemaeus Euergetes) obtinuit, Ciliciam autem amico suo Antiocho gubernandam tradidit et Xantippo alteri duci provincias trans Euphraten sitas. Antiochum amicum fuisse Antiochum Hieracem Niebuhr dicit, Vorträge über alte Gesch. III, 355, cui adsentitur Koepp, Rh. Mus. 39, 222 not.

2) Velut inde quod Prienses saepissime monent, nunc primum ambigere Samios de Cario, vel inde quod nomen eorum prius adfertur vs. 8, denique quod Samii statum, qui tunc erat, evertere student.

3) cf. praescripta decreti IMB. 403.

4) cf. vss. 118—123 et 124—155.

Prienensibus terram adiudicaverunt. Quo facto duo confecerunt arbitrii documenta, quibus singula argumenta a litigantibus adlata et sententia ipsa cum terminorum constitutione per-scripta erant, alterumque Samiorum dederunt prythanibus alterum magistratibus Priensium.¹⁾ Prienses autem cum sententiam Rhodiorum sibi faventem accepissent, eam velut cetera documenta gravissima in parietibus templi Minervae incidendam curabant, suprascriptis quae tituli argumentum significarent verbis *Πριηνέων καὶ Σαμίων*.²⁾

Sed priusquam ad Romanorum in Asia dominationis tempora descendit narratio, breviter dicendum est de titulis quibusdam, qui etsi accuratam temporis descriptionem non admittunt, tamen ex litterarum forma vel ex natura argumenti recte saeculo ante Christum tertio ab Hicksio tribuuntur. Et ut similia coniungantur similibus, discordiae Priensium et Samiorum enarrationem sequantur documenta controversiae et reconciliationis inter Miletum et Prienen factae, quae duobus titulis servata sunt valde mutilis, sed ita ab Hicksio restitutis, ut de argumento vix dubitari possit. Quorum altero foedus continetur inter Milesios et Prienses ictum. Varias in eo constitutae esse videntur res, de quibus tamen propter lacunas lapidis nihil conicere licet: unum servatur foederis praescriptum de ratione, qua privatae inter Prienses et Milesios agenda sint causae, deque magistratibus, quibus causae illae diiudicandae tradantur.³⁾ Altera inscriptio regis vel dynastae cuiusdam est epistula, qua Milesii et Prienses iubentur secundum terminos, quos iis constituerit Smyrnaeorum civitas, quam

1) cf. vss. 27—44.

2) Frustula quaedam huius inscriptionis ediderunt Boeckhiius CIG. 2905 et Waddington Leb. Asie mineure (v) 189—191. 205, qui ex fragmentis duo decreta restituenda putat: falso, ut evincit Hicksius IMB. III, 2 p. 2 not. *. Multo plura ipse Hicksius publici iuris fecit idemque subtilissima simul et certissima ratione, quam ipse luculenter exposuit l. l. p. 6 sq., tituli ordinem restituit. Quo fit, ut Boeckhii et Waddingtonii de hac re sententias nunc sicco fere pede transire liceat.

3) IMB. 414 vs. 7 *περὶ δικῶν κτέ.* Hunc titulum altero posteriorem esse coniectura est Hicksii, cui nihil ob stare videtur.

celerrime terrae conficere divisionem. Regem illum Hicksius intellegit Ptolemaeum Euergetam, quod si verum est, inter annos 247—222 titulus incisus sit oportet. Potest autem eodem iure cogitari de Seleuco Callinico, cuius partes post bellum Laodiceum rursus secutae sunt urbes Ionicae. Fortasse rex cum ab utrisque rogatus esset, ut civitatem designaret, cui rei arbitrium traderetur,¹⁾ populum Smyrnaeorum sibi amicissimum elegit. Quod si statuitur, titulus circa annum fere 240 insculptus est, cui non repugnat litterarum forma Rhodiorum decreti litteris satis similis. Neque enim assentiri possum Sonnio, qui Wilamovitzii vestigia secutus proconsulis esse litteras tituli affirmat.²⁾ Etsi enim forma litterae Γ paulo insolentior est, tamen eam a tertio saeculo abiudicare non debebat Sonnius, nam contrarium probatur compluribus titulis, e quibus e. g. CIA. II, 334 (ante annum 265/4) et Bull. 3, 470 = Ditt. 169 (Euergetae aetate incisum) attulisse satis habeo. Qua de causa ego formam litterae Γ ex arbitrio lapicidae natam esse neque quicquam obstare putaverim, quominus ad Euergetae vel Seleuci tempora referatur titulus.

Porro ex forma litterarum Hicksius tertio ante Christum saeculo aliud vindicat Priensium decretum, quo honor coronae aureae confertur in Nymphonem Protarchi filium, quod bis a populo arci praefectus munere optime functus est.³⁾ Nymphonem civem fuisse et custodes mercennarios, etsi disertis nusquam dicitur verbis, tamen ex iis quae Hicksius de temporum illorum condicione uberius disputavit quaeque ipse supra p. 198 de custodia monui Priensium, verisimile fit.

Agmen claudant tituli nonnulli diversae, ut videtur, aetatis quamquam omnes tertii et alterius ante Christum saeculi in-

1) Quod saepius factum est. Exempla vide apud Sonnum, de arbitris externis, quos Graeci adhibuerunt ad lites et intestinas et peregrinas componendas, quaestiones epigraphicae Gott. 1888 p. 75 n. 132—135.

2) Sonne p. 19 n. 30. Wilamovitzium potius commotum fuisse puto singulari *γέγραπτα* numero, quem a regibus non usurpari Hicksius iam adnotavit p. 27 col. b. Excepto scilicet Alexandro, qui ut videtur singulari usus est. IMB. 400.

3) Journ. of hell. Stud. IV, 237 sqq. cf. V, 60 sq.

cluduntur terminis, sed eiusdem argumenti. Res autem, de qua in omnibus agitur, haec est. Peregrina quaedam civitas, quae vel intestinis laborat discordiis vel causa quadam turbatur gravissima, per legatos iudices petit a Priensibus, qui sive iudicio sive reconciliatione sedent civium animos graviter excitatos.¹⁾ Legatorum oratione audita Prienses ex civium numero unum vel plures designant iudices et scribam eosque urbi, quae petiverat, auxilio mittunt. Negotio perfecto iudices et scriba Prienen revertuntur. Non multo post peregrinae illius civitatis legatio advenit secum portans decretum, quo expositis iudicum scribaeque meritis primum collaudatur Priensium res publica, quod optimos delegaverit viros, dein laudibus et honoribus efferuntur ipsi iudices et scriba, tertium rogantur Prienses, ut decretum, quod adferunt legati, etiam apud se publice incidendum curent. Et statim fit Priensium decretum, quo laudatur urbs illa peregrina, quod benevolentia usa sit erga rem publicam, dein iudices, quod patria dignos se prae-buerint, tertium constituitur utrumque decretum in tabulas publicas esse referendum. Quod sic fieri solet, ut in lapide perscribatur decretum urbis peregrinae praemissis paucis quae argumentum tituli indicent e. g. τὸ παρὰ Ἐρυθραίων τιμῶν δικαστῆι Κλεάνδρωι, vel τὸ παρὰ Ἰασέων, dein subiciatur ipsum Priensium decretum. Utrumque in una servatur inscriptione IMB. 420 = Sonne 94, posterius solum exstat IMB. 419 = Sonne 78, prius solum ad nos pervenit IMB. 417, 418 = Sonne 125, 421 = So. 79, 422 = So. 80, 423 = So. 134, 436 = So. 95. Lata autem sunt decreta ab Alexandrinis Troadis (419) Iasensibus (420) Erythraeis (418) Laodicensibus (421), ab Aeolica quadam urbe (422) et tribus aliis civitatibus, quarum nomina ignorantur (417. 423. 436). Unum ex his iudicem narrat a Priensibus delegatum esse iussu regis Antiochi, quem Antiochum Deum (261—246) intellegit Hicksius. Ceterum quod tam saepe ab aliis civitatibus Prienses arbitri electi sint, recte fortasse ab Hicksio inde explicatur,²⁾ quod exiguitas

1) Haec bene disponit Sonne p. 52.

2) cf. Hicks IMB. III, 1 p. 52^a sq.

simul et libera urbis condicio suspicionem amovit corrumpi posse eius sententiam, prout suaderet ipsius civitatis commodum vel metus domini cuiusdam potentissimi.

Sed iam devenit historiae Priensium descriptio ad illa tempora, quibus post proelium apud Magnesiam commissum Romanorum arbitrio res Asiae administratae sunt. Quid in illo decem legatorum et Cn. Manlii Volsonis proconsulis conventu, qui Apameae actus est, de Priensibus constitutum sit, ignoratur: conicere licet urbem libertate donatam et sociis populi Romani adscriptam esse.¹⁾ Unum constat Apameae retractatam esse veterem illam Priensium et Samiorum controversiam et arbitrium Rhodiorum tunc immutatum esse in favorem Samiorum a Manlio fortasse pecuniis corrupto.²⁾ Sed alia multoque graviore calamitate triginta fere annis post Prienses afflicti sunt, cuius causa haec erat. Ariarathes Philopator, Cappadocum rex, expulsus est ab Oropherne fratre, quem Demetrius adiuverat rex Syriae.³⁾ Orophernes autem cum omnibus se invisum esse sentiret propter avaritiam, quadringenta talenta, ut haberet si forte regno pelleretur aliquid subsidii, Priensibus conservanda tradidit,⁴⁾ qui pecuniam in templo Minervae deposuerunt. Facile autem ex his apparet Prienen tunc liberam suique fuisse arbitrii. Paulo post Ariarathes Orophernem, qui iussu populi Romani socius fuerat regni,

1) de conventu Apameae habito cf. Liv. XXXVIII 39 = Polyb. XXI 48 et Mommsen RG. I, 751 sqq.

2) cf. Polyb. XXI 48, 1. Hanc tamen rem ab ipso Manlio et decem legatis diiudicatam esse docet senatus consultum IMB. 405, 7 = CIG. 2905 F = Lebas, *Asie min.* 195. (Samiorum legati) *λόγους ἐποίησαντο | κατὰ πρό(σ)ωπον πρὸς Πριην(ε)ῖς περὶ χ(ώ)ρας (καὶ ὄριαν ὅπως ᾧσι) καθῶς Γναῖο(ι)ς Μάνλιος καὶ οἱ δέκα πρεσβευταὶ διέταξαν (μετὰ τὸν Ἀντιόχειον πόλεμον κτέ.* Inde quod Prienses contra nituntur, apparet Manlii sententiam Samiis fuisse. — Manlium corruptum fuisse e sermone ipsius decreti, quo eius sententia antiquatur, conclusit Waddington ad n. 195. Apte Hicksius comparat Pol. XXII 18 Liv. XXXVIII 45.

3) cf. Diod. XXXI 32 et 32^b (Dind.), Polyb. XXXII 24. 25, Liv. perioch. 47. — Iustin. XXXV 1. 2. App. Syr. 47. — Mommsen, RG. II, 55.

4) Diod. XXXI 32 fin., maxime autem Polyb. XXXIII 6.

regno cedere coegit statimque legatos misit ad Prienenses, qui pecuniam publice a rege Cappadociae depositam nomine regis repeterent.¹⁾ Sed Prienenses se Oropherne excepto ulli homini pecuniam restitutos esse negaverunt. Quod cum comperisset rex Arariathes, una cum Attalo, qui iam diu cum Priensibus agebat inimicitias, fines eorum vastavit urbemque ipsam acerrime oppugnavit, quoad in summum rei discrimen adducti Prienenses ad Rhodios mox ad Romanos confugerunt.²⁾ Horum opera civitas cum regibus reconciliata esse videtur et Oropherni reddita est pecunia.³⁾ Neque is civibus, qui egregiam ipsi fidem praestiterant, gratias referre neglexit. Statuam enim Minervae enormis magnitudinis, sed non magna arte confectam tunc ab Oropherne dedicatam esse nunc demonstratur nummis regis, quos in pavimento statucae insertos invenit Clarkius mercator Anglicus.⁴⁾ Et si recte Furtwaengler gigantomachiam, quae in zophoro templi Priensis insculpta erat, imitationem esse censet gigantomachiae Pergamenae celeberrimae, zophorum quoque Orophernis donum fuisse statuere licet.⁵⁾ Haec acta sunt fere anno 155.⁶⁾

Calamitates autem belli Cappadociae rursus secuta sunt felicia urbis tempora. Neque multo post controversia quoque illa Samiorum et Priensium fausto eventu composita est. Anno enim 135 cum res iterum coram senatu tractata est, senatus Volsonis arbitrium delevit Rhodiorumque, quae Priensi-

1) cf. Polybii verba l. 1. οὐ μὴν ἀλλ' ἕως μὲν τούτου τάχ' ἂν τις ἔχοι συγγνώμην αὐτῷ καταπειροῦσιν τῷ δοκεῖν τῆς ἐκείνου βασιλείας εἶναι τὰ χρήματα.

2) cf. Polyb. l. 1.

3) Diod. XXXI 32 fin. ἄπερ ὕστερον ἀπέδωκάν.

4) De hac re Newton, Numism. Chron. New Ser. XI p. 19. Ion. Ant. IV p. 25.

5) Furtwaengler, Archaeol. Zeitg. XXXIX p. 306 sqq., qui ipse zophori fragmenta Londinii inspexit. Similitudinem inter Priensem et Pergamenam quae intercedit gigantomachiam agnovit, sed de tempore aliter statuit Overbeck, Griech. Plastik II, 102. 104 Newtonum secutus.

6) Ad hoc bellum decretum spectat quoddam IMB. 424, sed ita mutilum, ut nihil inde possit concludi.

bus favebat, restituit sententiam.¹⁾ Et huic fortasse tempori tribuenda sunt frustula tituli cuiusdam, in quibus locuntur homines antiquos Rhodiorum terminos restituentes.²⁾ Ceterum in illo senatus consulto et Samii et Prienienses socii vocantur populi Romani.

Et hic iam finis imponendus erit disquisitionibus meis ad Prieniensium historiam pertinentibus. Duobus enim annis postquam senatus consultum illud factum est, regnum Attalidarum Attalo mortuo a Romanis in provinciae formulam redactum est. Quae res earum quoque urbium Graecarum, quae ut Priene Attalidis non paruerant, condicionem valde immutaverit necesse est. Nam ut recte dicit Lamprecht, inde ab hoc tempore fata quidem urbes habebant, historiam habebant nullam. Quod si quis condicionem provinciae Asiae urbiumque Graecarum, qualis sub imperio Romanorum fuerit, cognoscere vult, Mommsenium adeat, qui in quinto Historiae Romanae volumine etiam de Asia uberius disputavit.³⁾

CAPUT SEPTIMUM.

De Prieniensium institutis publicis.

Liberi urbis incolae dividebantur in cives et peregrinos, qui non, ut in aliis civitatibus Graecis μέτοικοι, sed πάροικοι vocabantur CIG. 2906, 8. Ἐφημ. ἀρχαιολ. 1886. III p. 222 A.

1) Fortasse recte statuit P. Viereck, Sermo graecus quo S. P. Q. R. in actis publicis usi sint examinatur. Gott. 1888, n. XIII rem iam anno 136 in senatu actam esse Rhodiorumque sententiam restitutam, deinde cum Samii 135 litem renovassent, latum esse decretum CIG. 2905 F = Leb. 195—198 = IMB. 405 = Ditt. 241 = Viereck XIV ἡμῶν (vs. 14) οὐκ εὐχερῆς εἶναι ἔστιν μεταθεῖναι ὃ ὁ δῆμος ὁ Ῥοδίων . . . κέκρι(κε κ)αὶ ὄρ(ισμὸν) πεπόνηται κτέ.

2) Lebas, As. min. 200—207, IMB. 406—408. Initium tituli fuisse videtur IMB. 408^a = Lebas 200. 201.

3) Lamprecht, de Erythr. rebus publ. p. 49. — Mommsen, RG. V p. 295—338. Marquardt, röm. Staatsverwaltung I, p. 333 sq., qui alios quoque indicat viros doctos, qui de hac re egerunt.

vs. 14. cf. *παροικειν* IMB. 410, 6. Cives in complures tribus distributi erant, ex quibus una fuit Pandionis, cuius nominis certa est restitutio IMB. 439, 1. Et si recte Hicksius stephanephoros, qui IMB. 415, 19. 27 commemorantur, Acamantem et Hippothontem non cives, sed heroes eponymos fuisse censet, Acamantidem fortasse et Hippothontidem tribus Prienes quoque exstitisse statuere licet. Utrum phylarchi tribubus praefuerint, necne, non constat cf. 401, 25.

Summa in civitate auctoritas apud senatum et populum erat. Ille rogavit, hic decrevit; unde fit, ut sollemni decreto formula praescripta sit *ἔδοξε τῇ βουλῇ καὶ τῶι δήμῳ* et nomen eius qui rogationem tulerat. Huius rei exempla haec sunt: IMB. 413, 1 *ἔδοξε τῇ βουλῇ καὶ τῶι δήμῳ, Εὐετί(ων) Ἀπολλωνίου εἶπεν· ἐπειδὴ κτέ.* 415, 27 *ἐπὶ στεφανηφόρου Ἀκάμαντος, μηρὸς Ἀπατουριῶνος, Ἀναξίλας Ανκιδέως εἶπεν· ὅπως ἂν . . . δεδόχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῶι δήμῳ κτέ.*, Journ. of hell. Stud. IV, 238 *ἐπὶ στεφανηφόρου Λεωμέδοντος, μηρὸς Ταυ(ρεί)ου* (cf. Journ. of hell. Stud. V, 61) *Ἀσσίας Πολυχάρους εἶπεν· ἐπειδὴ . . . vs. 14 τύχη ἀγαθῇ δεδόχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῶι δήμῳ.* Idem fuisse videtur 416, 9 ubi haec solum exstant *〈ἐπὶ〉 στε(εφα)νηφόρου Ἀκάμαντος, μηρὸς Μεταγε(ι)νιῶνος . . . ἰσταμένον, Ἀ ἔου εἶπε.*

Sed potuit etiam sine senatus consulto iustum decretum fieri, si praetores populum rogaverunt. Tunc simpliciter decreto praemittitur *ἔδοξε τῶι δήμῳ, γνώμη στρατηγῶν* et omittitur nomen eius, qui rem ad populum tulerat, sc. unius ex praetoribus. Exempla haec sunt 401, 1: *ἔδοξε τῶι δήμῳ· γνώμη(η) στρατηγῶν? ἐπειδὴ . . . δεδόχθαι τῶι δήμῳ* vel 415, 19 *ἐπὶ στεφανηφόρου Ἴπποθῶντος, μηρὸς Μεταγεινιῶνος, ἔδοξε τῶι | δήμῳ· γνώμη(η) στρατηγῶν* (de dativo γνώμη cf. Hicksii adn.) — 420, 38 *ἔδοξε τῶι δήμῳ· γνώμη(η) στρατηγῶν· ἐπειδὴ . . . vs. 64 δεδόχθαι τῶι δήμῳ.* 427, 1 *ἔδοξε τῶι δήμῳ(η) γνώμη(η) στρα(τηγῶν).*

Si quod additamentum opus esse videbatur ad decretum priore tempore factum, id significabatur his verbis 415, 21 *τὰ μὲν ἄλλα εἶναι καθ(ὼς) πρότερον ὁ δῆμος ἐψήφισ(αι).* Cete-

rum tabulae publicae in templo Minervae erant, quod et multis titulorum locis probatur 403, 87 413, 19 415, 34 416, 5 419, 27 et inde, quod decreta ad unum omnia inter templi rudera inventa sunt.

Licet fortasse, quoniam semel de decretis mentio iniecta est, brevem hoc loco addere enumerationem honorum, qui decretis conferuntur. Corona commemoratur IMB. 415, 7 *στέφανος ὁ ἐκ τοῦ νόμου* 413, 12 Journ. of hell. Stud. IV, 238, 17 *στέφανος ἀπὸ χρυσῶν χιλιῶν* 401, 13. Imagines tribuuntur 415, 10 *εἰκῶν χαλκῆ* 415, 1 *εἰκῶν χαλκῆ ἐφ' ἕπρωι* 415, 22 *ἄγαλμα* Lysimacho 401, 13, cf. etiam 415, 1 et 420, 74, ubi de statu is Seleuci et Antiochi sermo est. Divinis honoribus afficitur Lysimachus qui *ἄγαλμα βωμὸν πομπῆν θυσίαν* accipit IMB. 401. Alii qui decernuntur honores sunt: sedes in prima cavea cum spectantur ludi 415, 2, aditus ad senatum populumque statim post sacra permissus ib., cena in prytaneo ib., immunitas corporis honorumque ib. De cena in Panionio, quae ibidem commemoratur, supra dixi p. 184. Renuntiatio honorum, quae agonothetae committitur, primis Dionysiis fieri solet cf. 413, 14 415, 7 419, 22 420, 59. 70.

Magistratus Priensium et publici erant et sacri, quorum illi collegiis *συναρχίαις* coniuncti erant, *πάσαις ταῖς συναρχίαις Ἐφημ. ἐπιγρ.* 1886 III, 223, 16. Itaque ubi omnes significandi sunt incolae, decretum 401, 21 enumerat *τοὺς τε ἱερεῖς καὶ τὰς συναρχίας* | *καὶ τοὺς πολίτας πάντας*. Plerique magistratus anni fuisse videntur. De ratione et tempore electionis eorum nihil constat¹⁾ nisi hoc neopoeas electos esse ante agonothetas. Nam in titulo IMB. 419, 20 honorum renuntiatio, quae proximis Dionysiis Apolline stephanophoro fieri debet, agonothetae eius anni committitur, cuius nomen adhuc ignoratur *τὸν μὲν ἀγωνοθέτην ὃς ἂν ᾗ* | *τότε ποιήσασθαι ἐπιμέλειαν*. Contra in fine tituli, ubi inscriptionis insculptio neopoeae traditur proximi anni, nomen eius Charmus additur vs. 29. *τῆς δὲ ἀναγραφῆς ἐπιμέλειαν ποιήσασθαι τὸν νεωποιεῖν μέλλοντα Χάρμον ἐπὶ*

1) cf. infra p. 216.

στεφανηφόρο(υ) | Ἀπόλλωνος, is igitur tunc iam designatus erat. Ceterum magistratibus rationes muneris reddendas fuisse ex IMB. 413, 8 apparet. Singuli autem magistratus Priensium quos novimus hi sunt.

Summum inter magistratus publicos locum obtinuisse videtur stephanephorus, ex quo annus nomen ducebat. Nam quod semel in Rhodiorum decreto legitur 403, 126 ἐπὶ στεφανηφόρου τοῦ θεοῦ τοῦ μετὰ Νικανδρον, illum annum apparet boni ominis causa non stephanephori, sed dei nomine significatum esse. Quod saepius factum esse probat alius titulus IMB. 419, in quo vs. 29 τὸν νεωποιεῖν μέλλοντα Χάρμον ἐπὶ στεφανηφόρου | Ἀπόλλωνος legimus, et si vera est Hicksii de Hippothonte 415, 19 et Acamante 415, 27 416, 9 coniectura, etiam heroes in eodem honore habiti sunt. Optime autem hunc morem illustrent verba Livii, rectissime ex XXXII 25 ab Hicksio allata, qui de Argivorum re publica haec praedicat: „mos erat comitiorum die primo velut ominis causa praetores pronuntiare Iovem Apollinemque et Herculem.“ — Alia Waddingtonis est explicatio Asiae min. 87^b, quae titulis maxime Iasensibus nititur. Saepius enim in iis, si semel annus nomine stephanephori significatus est, e. g. ἐπὶ στεφανηφόρου Μένιππου, anni insequentes dei solum designantur nomine, cui deinceps additur τοῦ μετὰ Μένιππον vel τοῦ δευτέρου, τρίτου κτέ. μετὰ Μένιππον. Exempla attulit Waddington p. 88. Hoc Waddington institutum esse censet, ne memoria civium nominum multitudine opprimeretur, sed certis quibusdam annis constitutis et stephanephori nomine indicatis reliquos, qui intercederent, numero tantum distinguere deberet. At ex IMB. 419, 29 apparet Prienes deum rite designatum esse, cui proximo anno traderetur stephanephoratus vel potius honor muneris: officia enim subiisse stephanephorum rite electum patet. Explicatio igitur Waddingtonis, cui fortasse locus est in Iasensium titulis interpretandis, in Priensium inscriptionibus adhiberi nequit. — Ceterum nomen muneris sacram indicare officii originem recte monet Hermann, Gottesdienst. Antiq. § 24, 11. Stephanephororum nomina quae ex titulis novimus haec sunt:

Athenagoras 403, 65 (fortasse a. 301 a. Ch. cf. supra p. 199 sq.) Macareus 403, 125 (300 a. Ch.?) Lycus (297?) 403, 82 Nicander 403, 125 (283 a. Ch.?) Apollo (282?) ib. Hippothon 415, 19 Acamas 415, 27 416, 9 Demetrius 418, 1 Apollo 419, 29 Leomedon Journ. of hell. Stud. IV, 238, 2 Hegemon, Uliadis f. 408 (alterius a. Ch. saeculi) Demetrii filius ib. (eiusd. aet.). Accedunt sat multa magistratum nomina nummis incusa, quae composuit Percy Gardner IMB. III, 1 p. 53^b. Adde Iasonem ex Welzl de Wellenheim, catal. no. 5599.

Archontem, cuius nomen in nummis quibusdam Mionn. Ion. 904. Suppl. 1381. 1382 ἐπι . . . ἄρχωντος comparet, hoc loco omittere licet, quia nummi illi nunc imperatorum tribuntur aetati cf. Head hist. num. p. 508.

Inter militares Priensium magistratus praetores referendi sunt et hipparchae, qui IMB. 419, 33 curare iubentur, ut salvus in patriam redeat Alexandrinorum legatus. Sed praetorum his finibus non cohibitam fuisse potestatem inde intelligitur, quod causae inter Milesios et Prienses actae coram praetoribus dicebantur 411, 10. Fortasse igitur ut Athenis archon polemarchus, ita Prienes praetores peregrinis ius reddebant. Praeterea 415, 12 honores publice decreti iis exsequendi traduntur. Cum populo agendi ius iis fuisse supra iam commemoratum est p. 212. — De arcis praefecto nihil scimus nisi hoc mercennariis, quos res publica conduxerat, eum praefuisse et arce egredi vetitum esse Journ. of hell. Stud. IV, 238, 9. Num idem reliquis quoque castellorum praefectis IMB. 403, 65 sqq. observandum fuerit, ignoratur.

Pecunias publicas, si recte legit Hicksius et supplevit litteras, quae paene evanuerunt, administravit ὁ ἐπὶ τῆς διοικήσεως 401, 24. Huic subditi erant οἰκονόμοι, quibus 415, 18 imperatur, ut pecuniam persolvant, quae consumatur in honoribus exsequendis.

Rem frumentariam, quam in omnibus Asiae civitatibus gravissimam fuisse ex aliis titulis apparet, Prienes curabant sitophylaces tres 413, 3. Iisdem ceterarum quoque

rerum, quae in foro frumentario venibant, cura commissa erat 413, 6.

Ludos publicos instituebat agonotheta idemque honores publice decretos diebus festis renuntiari iussit IMB. 413, 15 415, 9 420, 69.

Scriba denique commemoratur publicus 419, 21, qui decreta publica lapidi incidenda curabat.

Sacris magistratibus praeter sacerdotes, qui summatim 401, 21 nominantur, adnumerandi sunt hieropoei 401, 25 et neopoea. Hunc enim, quamquam publicorum interdum curam suscipit honorum 415, 34 416, 5 419, 29, tamen non publicum fuisse magistratum inde apparet, quod pecuniam consumptam urbi expensam ferre iubetur 415, 34 419, 29. Hieropoeorum officium in ipsis sacris perficiendis versatum esse videtur.

Magistratibus sacris adiungam dierum festorum et mensium enumerationem. Apaturia ut in omnibus praeter Colophonem et Ephesum urbibus Ionicis ita Prienes quoque acta esse testimonium docet Herodoti I 147 et mensis nomen Apaturionis. Semel Panathenaea occurrunt IMB. 401, 26, saepius Dionysia ludis publicis celebrata et spectaculis, inter quae commemorantur musica et tragoedorum certamina. cf. 413, 14 ἐν ἀγῶνι τῷ μουσικῷ, 420, 70 ἀλλητῶν τῷ ἀγῶνι τῷ παιδικῷ, 415, 7 τραγωιδῶν τῷ πρώτῳ ἀγῶνι.

Mensium apud Prienses ordo ignoratur, singulorum quae inveniuntur nomina, haec sunt: Anthesterion 408, 3, Apaturion 415, 27, Metagitnion 415, 19. 416, 9. 426^a (?), Panemus 418, 1, Boedromion CIG. 2906, Taureus, ut videtur, Journ. of hell. Stud. IV, 238, 2 cf. V, 61 (ex Haussouillieri apographo.), nomen denique aliquod in λων 403, 44 exiens. Annum civilem a Boedromione coepisse Bischoffius putat, de fastis Graec. antiquioribus p. 397 (Leipz. Stud. VII. 1884) Hermannum secutus qui hoc ex verbis tituli CIG. 2906, 3 τῆ(ι) δὲ νομηνίαι τοῦ Βοηδρομιῶνος ἐν ἧ(ι) καὶ τὴν ἀρχὴν ἀνέλαβεν conclusit. At primum hoc ut Athenis (Ideler Chronol. 1, 361), ita Prienes Romanorum demum aetate, cui inscriptio tribuenda est, institutum esse putare licet. Dein τὴν ἀρχὴν ἀνέλαβε vertendum

est munus recepit, propter morbum fortasse vel aliam quandam causam intermissum. Verbis igitur tituli cavendum est ne nimium tribuatur.

Haec fere sunt quae de institutis publicis Priensium ex inscriptionibus eruere potui. In quibus consulto omisi similitudines afferre, quae hic illic inter Priensium aliorumque civitates intercedunt. Hoc enim si voluissem, non unius vel alterius urbis, sed omnium Graecarum Asiae civitatum mores et instituta oportuisset tractare: quod et magni fuisset laboris et ab hac disputatione alienum. Nec tamen illam prorsus denegaverim operam, sed posteris mandaverim temporibus: nunc finiendum est, nam suam cuique satis est diei esse curam.

INDEX LIBRORUM QUI SAEPIUS LAUDANTUR.

- Bull. = Bulletin de correspondance Hellénique.
 CIA. = Corpus inscriptionum Atticarum.
 CIG. = Corpus inscriptionum Graecarum.
 Ditt. = Sylloge inscriptionum Graecarum edidit Guil. Dittenberger Lips.
 1883.
 FHG. = Fragmenta Historicorum Graecorum ed. C. et Th. Mueller.
 Hicks = A manual of Greek historical inscriptions ed. by Edward L.
 Hicks. Oxoniae 1882.
 IGA. = Inscriptiones Graecae antiquissimae ed. Hermannus Roehl.
 IMB. = The collection of ancient Greek inscriptions in the British
 Museum edited by C. T. Newton. I—III, 1.
 Ion. Ant. = Ionian Antiquities published by the Society of Dilettanti Oxon.
 I. 1769. IV. 1881.
 Mionn. = Mionnet, description de médailles antiques grecques et romaines
 Paris 1806—1808. (vol. III.) Supplément 1819—1837. (vol. VI.)
 Mitth. = Mittheilungen des Deutschen archaeologischen Instituts zu Athen.
 Rayet = Milet et le golfe Latmique par Ol. Rayet et Alb. Thomas.
 Wadd.-Leb. = Voyage archéologique en Grèce et en Asie mineure fait . . .
 pendant les années 1843 et 1844 par Philippe Le Bas et W. H. Wad-
 dington. Cinquième partie: Asie mineure.

INDEX TITULORUM ET LOCORUM.

	pagina		pagina
Bull. 9, 387 sqq.	183.	2254 = Hicks 152	127 sqq. 202 sq.
CIG. 2166 ^o = Earinos <i>Μουσ.</i>		2906 vs. 3	216 sq.
<i>καὶ βιβλιοθήκη τῆς εὐαγγελ.</i>		Ditt. 134 = Wood, Discov. at	
<i>σχολῆς ἐν Σμύρνῃ</i> 1876 =		Ephesus. II app. 28 n. 19 .	191 sq.
Droysen, <i>Hell.</i> ² II 2, 374 =		166 = Mon.-Ber. d. Berl.	
Hicks 138	190 sq.	Ak. 1875 p. 354	192 sq.
2214 ^b = Bull. 3, 320 et		<i>Εφημερίς ἀρχαιολογική</i> 1886	
Mitth. 13, 165 no. 2	187 sq.	(III) p. 217	185 sq.
2247 = IGA 385.	119	IMB. 400	166. 197 sq.

	pagina		pagina
IMB. 401. 402	201	Herod. IV 143. 144.	139 not. 4
403 . . . 121. 126 sqq. 134 sq.		V 102	140 not. 3
	199. 204 sq.	V 116	139 not. 3
412. 414	206sq.	IX 97	120 sq.
419	214 sq.	Lexicographi Hesych. s. v.	
Zeitschrift für Numismatik		<i>Κιλικῶν</i> = Phot. s. v.	
II 312	144 not. 1	<i>Κιλικῶν</i> = Suid. s. vv.	
Aristoph. eq. 361	164	<i>ἀγαθὰ, Κιλικῶν, πονηροῖς</i> 130 sqq.	
schol. ad Pac. 362	130 sqq.	Paroemiographi Diog. I 9 =	
Arr. anab. I 12, 8	151 not. 2	Greg. Cypr. I 5 = Zenob.	
I 17, 8 cl. I 25, 3	144 not. 4	I 3	130 sqq.
I 18, 2	166. 190	Zenob. VI 12	127 sqq.
II 2, 2	168	Pausan. I 9, 7 cl. VII 3, 4	175 not. b
Diod. XIV 19, 6	152 not. 2	Plut. quaest. Graec. 20 =	
XIX 61, 5	170 not. 4	Zenob. VI 12	127 sqq.
Diog. Laert. I 88	119	Thuc. I 115, 2	158 not. 8
Herod. III 127	149	Vitruv. IV 1	135 not. 1
		Xen. anab. VII 8, 25	151 not. 1

INDEX NOMINUM ET RERUM.

	pagina
Aeolis cui subdita fuerit	152
Alexandri cum Graecis Asiae urbibus foedus	166 sqq.
Anaea Colophoniorum oppidum, deinde Samiorum	135 not. 1
Antigonus foedus icit cum Graecis Asiae civitatibus	170 sqq.
Batinetus ager ubi situs fuerit 121 sq. cf. Samiorum.	
Bias Teutamis f. Priensium 127 sqq. 136, eius sacrum Bian-	
teum s. Teutameum	119
Caria satrapia quando instituta sit 154, C. et Lydiae termini	156 sqq.
Carium Priensium castellum 121. cf. Samiorum.	
Cillicon proditor	130 sqq.
Cimmeriorum in terram Priensium et Samiorum impetus	129 sq.
Dryussa Priensium et Samiorum in confinio sita cf. Sa-	
miorum	
Duces regii a satrapis discernuntur 138 sqq. 145 sqq., eorum	
munus cum satraparum munere coniunctum 144, eorum	
qui in Asia fuere tabula	142. 144 not. 4
Gaeson s. Gessus amnis	119 sq.
Graecae Asiae civitates cum Alexandro foedus ineunt 167, cum	
Antigono	170 sq.
Hiero Priensium tyrannus	198 sqq.

	pagina
Ionum urbes tredecim, donec Melia a ceteris deleta est 135, antiquitus muris carebant 115 sq., pars Ionicae satrapiae 152, post defectionem anni 404 Sardium satrapae dantur 153, Ptolemaeo Philadelpho se adiungunt	178 sq.
Ionum foedus ab Alexandro renovatum 182, eius instituta ibid.	
Lygdamis Cimmeriorum dux	126 sqq.
Lysimachus Graecarum civitatum libertati inimicissimus	175
Marathesium primum Milesiorum, deinde Samiorum, postremo Ephesiorum oppidum	135 not. 1
Melia ubi sita fuerit 121, una ex tredecim Ionum civitatibus a ceteris deletur	134 sq.
Milesiorum cum Prieniensibus contentio	206
Naulochum Prieniensium oppidum	115. 197
Pamphaes Prieniensis	136
Pharnacidarum stirps delineatur	148
Priene Cadme vocatur, incolae Cadmei	123
Ptolemaei Philadelphi pompa apud Athen. V 196 ^a sqq. descripta quando fuerit	178 sq.
Pygela Samiorum oppidum	121
Pythius architectus	117 not. 2
Salaris Prieniensis, Biantis adversarius	136
Samiorum et Prieniensium de Batineto Cario Dryussa controversia 125—134, a Lysimacho Antiocho Rhodiis Romanis disceptatur 201—206. 209 sqq. Sam. et Milesiorum de Priene contentio	163 sq.
Sandius collis	122
Satrapae nomen apud rerum scriptores quosdam quid significet 151 not. 2, munus a ducis munere distinguendum est 139 sqq. 146, saepe cum eo coniungitur 144 sqq., satraparum interdum hereditaria potestas 148, eorum qui Asiam cis Halyn sitam administravere tabula	155
Satrapiarum quae in Asia cis Halyn sunt, numerus et ambitus	149 sqq.
Seleucidarum varia adversus Graecas Asiae civitates voluntas	177 sqq.

TABULA ARGUMENTI.

	pagina
Cap. I. De urbe Prieniensium.	113
Cap. II. De Prieniensium rebus gestis usque ad a. 546	123
Cap. III. De Asiae minoris administratione qualis fuerit regni Persici temporibus 546—334	137
Cap. IV. De rebus Prieniensium, quas gesserint inde a Sardibus captis usque ad occasum regni Persici 546—334	161
Cap. V. De Graecarum Asiae minoris urbium condicione, qua usae sint sub Alexandro eiusque successoribus	165
Epimetrum de inscriptionibus quibusdam quarto et tertio saeculo tribuendis	185
Cap. VI. De rebus Prieniensium, quas gesserint inde ab Alexandri temporibus usque ad annum 133	196
Cap. VII. De Prieniensium institutis publicis	211
Indices	218

Zum ältesten attischen Volksbeschluss.

Die Bruchstücke des hochinteressanten Volksbeschlusses über die Kleruchie von Salamis, welche zuerst von Köhler (Mittheil. d. arch. Inst. in Athen IX S. 117 ff.) veröffentlicht (danach C. J. A. IV n. 1 a) und dann besonders von Foucart (Bullet. de corr. Hell. XII p. 1 ff.) mit Erfolg behandelt worden sind, lassen jetzt den Versuch einer vollen Wiederherstellung minder aussichtslos erscheinen, seitdem Lolling ein weiteres Stück zu den früher gefundenen hinzugefügt hat (*Δελτ. ἀρχ.* 1888 S. 117). Zwar enthält dies nur wenige Buchstaben, in vier Zeilen zusammen zehn; weil aber auch an ihm der obere Rand vorhanden ist, lässt es sich mit Sicherheit an die anderen Stücke anschliessen. Denn in Z. 3 verbinden sich die schon von Köhler richtig gedeuteten Reste *στρατ* mit den auf dem neuen Stück erhaltenen Buchstaben *αι*: unzweifelhaft zu *στρατ[εύεσθ]αι*. Damit ist aber zugleich für die 6 ersten *στοιχιδόν* geschriebenen Zeilen die Zahl von 34 Buchstaben so gut wie sicher gestellt.¹⁾ Denn in dem *σι*, das am Anfang von Z. 3 vor *τελῆν καὶ στρατ[εύεσθ]αι* steht, liegt jedenfalls der Rest von *σὺν Ἀθηναίοισι* vor, womit ebenfalls bereits Köhler

1) Lolling nimmt mit Zustimmung von Gomperz (Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterr. XII S. 62) eine Buchstabenzahl von 40 an, weil sie in Z. 2 *ἐν τοῖς Ἀθηναίοισι* und ausserdem *δέ* ergänzen. Letzteres wird bei meiner wie ich denke richtigeren Auffassung der jetzt zu Z. 2 gefundenen Buchstaben *λεν* hinfällig. Die Einsetzung des Artikels aber widerspricht dem festen Sprachgebrauch der attischen Urkunden, welcher ihn weder in jener Formel noch überhaupt vor dem Namen *Ἀθηναῖοι* kennt. Auch darin kann ich Lolling und Gomperz nicht folgen, wenn sie in *στρατεύεσθαι* das zweite *ε* durch Versehen des Steinmetzen ausgefallen glauben.

die ältere Fassung der später üblichen Formel *στρατεύεσθαι τὰς στρατείας καὶ εἰσφέρειν τὰς εἰσφορὰς μετὰ Ἀθηναίων*¹⁾ gewonnen hat. Hiernach glaube ich die ersten Zeilen des Beschlusses mit annähernder Sicherheit ergänzen zu können, wobei in Z. 3 das von Foucart, in Z. 5 das von Lolling²⁾ gefundene dankbare Verwendung gefunden hat.

Unsicherer wird die Herstellung in der zweiten Hälfte der Inschrift, da diese nicht mehr *στοιχηδόν* geschrieben ist. Doch darf man trotz der verschiedenen Abstände der Buchstaben in diesen Zeilen eine Zahl von ungefähr 23 Buchstaben ansetzen, da in ihnen allen der neunte Buchstabe ziemlich genau unter dem je dreizehnten der oberen Zeilen steht. Besondere Schwierigkeiten machte der Anfang von Z. 9, für den nach Köhler's Facsimile die Buchstaben *αδε.οπια* festzustehen schienen. Köhler selbst vermuthete mit Vergleichung des homerischen *ῥωπήια* [τ]ὰ δὲ [ῥ]ώπια, worin Lolling folgte, ohne damit einen befriedigenden Sinn zu erzielen. Gomperz dagegen schrieb *ἔ[π]όπια*, was der Raum nicht zulässt.³⁾ Aber ein Abklatsch, den ich besitze, zeigt, dass an dem unteren Ende des l ein Bruch in so schräger Richtung verläuft, dass mit gleichem Rechte ein L erkannt, also *όπλα* ergänzt werden darf.⁴⁾ In Folge dessen sehe ich in den Z. 10 erwähnten 30 Drachmen nicht wie Foucart und Gomperz eine Strafsomme, sondern die Entschädigung, welche der Staat den

1) Daneben jetzt auch die vollere Formel *τὰς εἰσφορὰς εἰσφέρειν καὶ τὰ τέλη τελεῖν καθάπερ Ἀθηναῖοι καὶ τὰς στρατείας στρατεύεσθαι μετὰ Ἀθηναίων*, *Δελτ. ἀρχ.* 1888 S. 224 (vgl. ebda S. 223 *στρατενομένοις καὶ τε[λοῦσι τὰς εἰσφορὰς μετὰ Ἀθηναίων*).

2) Correceter scheint das von Lolling gesetzte *τὸν μισθόμενον καὶ τὸν μισθόντα*; aber vor *ἐκάτερον* war die Wiederholung des Artikels am ersten entbehrlich.

3) Zwischen *ε* und *ο* kann nur ein Buchstabe gestanden haben, wie in den sogar etwas breiteren Lücken der beiden vorhergehenden und der beiden folgenden Zeilen.

4) Auf meinem Abklatsch glaubte ich sogar Reste des schrägen Striches wahrzunehmen; aber auf dem Steine sind sie nach Lolling's freundlicher Mittheilung nicht sicher zu erkennen.

Kleruchen für die ihnen auferlegte Beschaffung einer Kriegsrüstung gewährte. Denn nur den wohlhabenden Bürgern durfte zugemuthet werden sich selbst zu bewaffnen (Thuk. VIII 97, 1); schon nach Salamis aber wird man vorzugsweise ärmere Bürger geschickt haben, wie dies für die Colonie nach Brea ja bekannt ist. Danach könnte der ganze Volksbeschluss etwa folgende Gestalt gehabt haben:

ἔδοξε τῶι δέμοι [τὸν ἐΣα]λαμῆ[ινα λαχόντα
οἰκῆν ἐ(ν) Σαλαμῆνι [αἰεὶ π]λὲν [σὺν Ἀθηναίοι
σιτε[λ]ῆν καὶ στρατ [εὔεσθ]αί: τὸν δὲ κλῆρον μ
ἔμισθ[θ]ῶν. ἐὰ μὲ οἰκ[εῖ] ολαχ] ὁ [ν ἐκ ἐ τὸν κλῆρο
ν δὲ μισθ[θ]οῖ ἀποτίν [εντὸν μισθόμ ενονκαὶ μ
μισθ[θ]ῶντα^c ἐκάτε[ρον τὸ διπλάσιον τῷ μισθῷ
ἔσδ [ε] μόσιο [ν . ἀπογοράφεν δὲ ἔ
ρχο [ν] τα ἔ ἄν [δρα ἰδιότεν . ἔστ
ὰ δὲ [ο]πλαπ [αρέχεν^c ἐκαστοίτ
ριά [κ]ονταδρ [αχμάς . ἐκπορίζε
ν δὲ [τ]ὸν ἄρχο [ντακαὶ ἀποφαί
εν : [ἐπ]ὶ τῆς β[ολῆς τὸ ἀνάλομα.

Z. 8 ἄρχοντα ἢ ἄνδρα ἰδιώτην und Z. 12 ἐπὶ τῆς βολῆς ist bereits von Köhler, Z. 11 δὲ τὸν von Kirchhoff vorgeschlagen.

Dass das Facsimile von Köhler insofern nicht ganz getreu ist, als es das E meist mit über den unteren Querstrich herabgehender Hasta zeigt, hat schon Gomperz bemerkt. Aber von Köhler's Zeitbestimmung abzugehen, sehe ich keinen Grund. Dass nach Salamis die Kleruchen sofort nach definitiver Besitznahme der Insel gesandt worden sind, scheint mir durch den Bericht bei Plutarch Solon 9 bestätigt zu werden, wonach 500 Freiwillige Solon die Insel zu erobern halfen *δόγματος γενομένου τούτους ἀν κατάσχωσι τὴν νῆσον κυρίως εἶναι τοῦ πολιτεύματος*, und dafür, dass unser Psephisma nicht wesentlich später fällt als die Einrichtung der Kleruchie, spricht mindestens ein gewisser Grad von Wahrscheinlichkeit. Der Ueberlieferung aber, welche die Erwerbung der Insel vor die Tyrannis des Peisistratos setzt, den Glauben zu versagen,

sind wir um so weniger berechtigt, als wir gerade aus dem Volksbeschlusse gelernt haben, wie für jene Zeiten den alten Geschichtsschreibern authentischere Quellen zu Gebote standen, als man bisher anzunehmen geneigt war. Mit ihr in bestem Einklange steht auch die andere Tradition, deren ältester Zeuge für uns Kratinos ist, dass Solon als Oikist von Salamis geehrt wurde. Als zu dauernder Sicherung des endlich errungenen Besitzes die Kleruchie angelegt wurde, verlieh die Bürgerschaft dem Solon jene Ehre in dankbarer Anerkennung des Verdienstes, welches er in einem früheren Stadium des Kampfes um dessen Wiederaufnahme sich erworben hatte. Denn einen vorausgegangenen Verlust der Insel setzt die doch in Solons Jugendjahre fallende Elegie Salamis unzweifelhaft voraus.¹⁾

1) Die gegentheilige Ansicht, welche besonders Töpffer *Quaestiones Pisistrateae* p. 51 f. vertritt, vermag ich mit den erhaltenen Versen 6 und besonders 8 nicht zu vereinbaren. Spätere Ausschmückung ist natürlich der geheuchelte Wahnsinn. Den Anlass dazu wird das *πυλίδιον* in Demosthenes' Erzählung (XIX 255) gegeben haben, welches man in gleicher Weise verstand, wie der pileus des Odysseus bei Hygin fab. 95 oder vielmehr in dessen Quelle nach R. Schöne's Nachweis (*Hermes* VI S. 125 f.) gemeint ist. Anders Usener *Altgriechischer Versbau* S. 114.

Die Gerichtsscene der Ilias.

Die Gerichtsscene auf dem Schild des Achill ist im letzten Decennium Gegenstand wiederholter Besprechungen gewesen, die bei mancherlei Abweichungen im Einzelnen doch alle in einer Auffassung übereinkommen, welche unleugbar etwas Bestechendes hat, und wenn sie sich bestätigte, auf die Entwicklung der Rechtsanschauungen bei den Griechen neues Licht werfen würde. Leider erweist sie sich bei näherem Zusehn als unhaltbar; aber auch von der herkömmlichen Deutung, für welche namentlich Schömann eingetreten ist, habe ich in der neuen Bearbeitung der 'Griechischen Alterthümer' in ein paar Puncten abgehn müssen. Die dort nicht mögliche Begründung mag hier in thunlichster Kürze gegeben werden.

Auf dem Markte vor versammeltem Volke

δύο ἄνδρες ἐνείκεον εἴνεκα ποινῆς Σ 498
ἄνδρὸς ἀποκταμένου· ὁ μὲν εὔχετο πάντ' ἀποδοῦναι
δῆμῳ πιφραύσων, ὁ δ' ἀναίνετο μηδὲν ἐλέσθαι.

Dass der jüngere Philostratos (*εἰκ.* 10 S. 126) die Stelle missverstanden hat, wenn er den Streit der Frage gelten lässt, ob der zur Last gelegte Mord überhaupt begangen sei, darüber ist man allerseits einig. Aber während nach der schon von den alten Erklärern aufgestellten Meinung es sich um die Frage handelt, ob das Wergeld erlegt sei oder nicht, fanden zuerst Passow und Münscher (*Allgem. Schulzeitung* 1829 II S. 579 ff.) und neuerdings wieder Hofmeister (*Zeitschr. f. vergl. Rechtswiss.* 1880 S. 443 ff.) vielmehr den Sinn in den Worten, dass der Todtschläger jedes beliebige Wergeld zu zahlen sich erbietet, der Andere aber sich weigert es anzunehmen. Ebenso dann

Dareste (Annuaire des études grecques 1884 p. 90 ff.), Leist (Gräco-italische Rechtsgeschichte S. 329 ff.), Leaf (Journal of hellenic studies VIII p. 122 ff.). Zuzugeben ist zunächst, dass ἀναίνομαι bei Homer gewöhnlich 'verweigern' heisst; aber für die andere Bedeutung bürgt doch das bekannte ἀασάμην οὐδ' αὐτὸς ἀναίνομαι I 116, wonach auch ξ 149 zu beurtheilen ist. Ob aber in εὔχετο ἀποδοῦναι der Infinitiv des Aorist, wie eine allerdings weit verbreitete Ansicht will, als Ausdruck der reinen, absoluten Handlung auch ein für die Zukunft Verheissenes bezeichnen könne, wird besser unten geprüft. Erschienen aber einmal beide Auffassungen als sprachlich gleich zulässig, so glaubte man für die jüngere eine doppelte gewichtige Erwägung in die Wagschale werfen zu dürfen. Einerseits schien bei ihr der Streitpunct selbst an Bedeutung erheblich zu gewinnen, während man es auffallend fand, dass der Dichter aus der ποιῆ ἀνδρὸς ἀποκταμένου¹⁾ nichts gemacht haben sollte, als eine gewöhnliche Schuldklage. Weiter aber berief man sich auf das δῆμῳ πιφαύσκων und auf die folgenden Verse

λαοὶ δ' ἀμφοτέροισιν ἐπήπνον ἀμφὶς ἀρωγοί· 502
κῆρυκες δ' ἄρα λαὸν ἐρήτνον.

Diese Haltung der beiden Parteien wie des Volkes lasse erkennen, dass eine Sache von weitergehendem Interesse verhandelt werde, die Frage, ob der Bluträcher zur Annahme des Sühngeldes zu verpflichten sei. Da somit es sich um den Kampf der alten Rechtsanschauung wider eine jüngere mildere handele, sei das Parteiergreifen des ganzen Volkes für den einen der beiden Theile vollkommen am Platze. Aber Hofmeister selbst, der diese Gesichtspuncte vorzugsweise geltend macht, muss einräumen, dass bei Homer sonst überall

1) Wollte man vor dieser Lesung des Zenodot und der πλείσται das ἀποφθιμένον des Aristarch bevorzugen, an dem selbst Didymos irre wurde, so würde doch der Sinn derselbe bleiben. A. Gemoll zwar (Jahresb. f. d. cl. Alterth. XXX S. 145) wollte ἀνδρὸς ἀποφθιμένον als Gen. sub. nehmen; das ist aber um so weniger statthaft, als Homer auch sonst bei ποιῆ nur den Gen. obi. kennt.

Annahme oder Nichtannahme eines Wergeldes in das freie Belieben der Angehörigen des Erschlagenen gestellt ist. Die Sühnung des vergossenen Blutes ist in der homerischen Cultur eben noch lediglich Sache der betroffenen Familie, und völlig unerweislich zum Mindesten bleibt es, ob die Entwicklung des Criminalrechts sich auf dem von Leaf vorausgesetzten Wege vollzogen hat, dass die freie Wahl in Annahme des Blutgeldes eine Beschränkung erfuhr, die zur Abschaffung der Blutfehde den Weg bahnte. Der bezeichneten Schwierigkeit entgeht die Auffassung von Leist, welcher bereits der homerischen Zeit die Unterscheidung zuschreibt zwischen dem im Affect begangenen Todtschlag, welcher eine Sühne zulasse, und der vorbedachten Tödtung, welche sie ausschliesse; welcher von beiden Fällen vorliege, das sei die Frage, um die es in dem Rechtsstreit sich handle. Aber jene Unterscheidung ist in die einzig dafür angezogene Stelle von dem Verhältniss der *Αἰναι* und der *Ἄτη* willkürlich hineingetragen. Selbst in dem attischen Blutrechte ist sie nicht zum klaren Bewusstsein gelangt und verhängnissvoll für Leist's ganze Auffassung von diesem Rechte ist der Irrthum geworden, dass jener Unterschied mit der Scheidung zwischen *φόνος ἀκούσιος* und *φόνος ἐκούσιος* sich decke oder mindestens *φόνος ἀκούσιος* im eigentlichen Sinne die im Affect begangene Tödtung sei.

Erweisen sich also die rechtlichen Erwägungen, welche nach Dareste die Entscheidung in der Frage zu bestimmen haben, ausser Stande, die ihnen zugewiesene Aufgabe zu erfüllen, so sehn wir uns auf die Hilfsmittel streng philologischer Interpretation zurückgewiesen. Da muss es zunächst ins Gewicht fallen, dass der Aoristinfinitiv bei Homer an den zwei andern Stellen, an denen er nach *εὔχομαι* vorkommt, sicher Präteritalbedeutung hat, wogegen in der Bedeutung 'geloben' (nur den Göttern gegenüber) das Verbum ebenso nur den Infinitiv des Futur im Gefolge hat, wie dieser auch bei den sonstigen Verben des Versprechens die Regel bildet; nur für den Infinitiv des Präsens bei *ὑπισχομαι* lassen sich zwei nicht ganz sichere Belege beibringen. Einer Sprachbetrachtung

aber, welche sich dieser Instanz durch die Berufung auf die zeitlose Grundbedeutung des Aoristinfinitivs oder auf sein vereinzelt Vorkommen nach ἔλπομαι (ἐλπωρή) zu entziehen sucht, kann ich um so weniger Berechtigung zugestehn, als der von Cavallin de temporum infinitivi usu Homericō p. 38 ff. und in erweiterter Fassung in der akademischen Abhandlung Aoristi infinitivus Homericus ad verba dicendi et sentiendi relatus num futurum tempus significet (Acta universitatis Lundensis XVII) dargelegte homerische Sprachgebrauch genau derselbe ist, wie ihn für das Attische Madvig in seinen zu wenig beachteten Bemerkungen über einige Punkte der griechischen Wortfügungslehre S. 34 ff. und nochmals Adversaria critica I p. 155 ff. erwiesen hat. Aber es giebt noch einen andern Weg das Verständniss der Stelle sicher zu stellen.

Vielumstritten ist auch der Sinn der Schlussverse

κεῖτο δ' ἄρ' ἐν μέσσοισι δίω χρυσοῖο τάλαντα 507
 τῷ δόμεν ὅς μετὰ τοῖσι δίκην ἰθύντατα εἶποι.

Ist damit einer der rechtsprechenden Geronten oder der streitenden Gegner gemeint? Gegen die erstere Meinung glaubte Schömann (ant. iur. publ. gr. p. 73) einen doppelten Grund geltend machen zu können 'cum quod novo iudicio opus fuisset quo decerneretur cuiusnam sententia iustissima esset¹⁾, tum quod δίκην εἶπεῖν nunquam non de litigantibus dicitur.' Beide Gründe wiederholte nochmals unter Bezugnahme nicht auf Schömann, sondern auf eine Mittheilung von Shilleto P. M. Laurence im Journal of Philology (1879 p. 125 ff.) und fügte das dritte Argument hinzu, die Summe von zwei Talenten sei viel zu gross, um den Ehrensold eines Richters vorstellen zu können; ein Satz, dessen Anfechtbarkeit sofort von W. Ridgeway in derselben Zeitschrift (1882 p. 30 ff.) nachgewiesen wurde. Auch den von Schömann betonten Grund wird man nicht entscheidend finden, da er sich doch nur auf nachhomerische Belege stützen kann; noch weniger freilich die gegentheilige Behauptung Münscher's, dass der homerische Gebrauch von

1) Nach Gladstone Hom. Stud. S. 330 freilich hätte darüber das Volk durch Acclamation entschieden.

δίξει die Deutung auf die Parteien ausschliesse. Wenn οἱ δὲ — δίκας εἶποντο ἀνακτα λ 570 nichts anderes heissen kann, als 'sie fragten den Herrscher nach ihren Rechten', so ist auch für unsern Vers die Möglichkeit des δίκην εἰπεῖν im Sinne von 'sein Recht vortragen' nicht zu bestreiten, wie auch Ἀχιλλῆα δίκην ἤμειψατο Ψ 542, wenn es anders ächt ist, nur mit Döderlein verstanden werden kann 'rechtend entgegen'. Dass aber auch der Superlativ die Beziehung auf die streitenden Parteien nicht hindert, bedarf wohl nicht erst der Begründung. Somit wäre schwer zu einer festen Entscheidung zu gelangen, wenn sie nicht durch ein bisher übersehenes Moment ermöglicht würde, das in μετὰ τοῖσι gegeben ist. Dass das Pronomen nur auf die Geronten gehen kann, darüber ist ein Zweifel weder laut geworden noch überhaupt möglich. Die Bedeutung der Präposition aber lässt nur die Wiedergabe mit 'vor, bei' zu, und verbietet die Gleichsetzung mit einem Genetiv, wie sie die jüngere Deutung bedingen würde. Damit fällt aber zugleich die bei letzterer unerlässliche Auffassung der zwei Talente als Richterlohn, den man mit den πρυτανεῖα der attischen Gerichtshöfe oder mit der παράστασις der Diaiteten verglichen hat. Denkbar bleibt nur eine doppelte Möglichkeit. Entweder sind die zwei Talente der Gegenstand des Streites, das von dem Beklagten hinterlegte Wergeld, das er im Fall des Sieges zurückerhält, andernfalls dem Gegner zu überlassen hat, oder aber sie bedeuten ein Succumbenzgeld, das gleich der attischen παρακαταβολή oder dem römischen *sacramentum* vor Beginn des Rechtsstreits von beiden Parteien deponirt und von der verlierenden verwirkt wurde als *poena temere litigandi*. Von einer solchen kann aber natürlich keine Rede sein, wenn der Streit sich um Annahme oder Nichtannahme des Wergelds drehte, und da sonach vom Standpunct dieser Ansicht die in Frage stehenden Verse eine Erklärung überhaupt nicht zulassen, so muss die Ansicht selbst nothwendig falsch sein.

Besteht also die alte Auffassung vom Gegenstande des Streites allein zu Recht, so ist damit über die Beziehung der

zwei Talente noch nichts entschieden, das Urtheil hierüber vielmehr abhängig von Beantwortung der anderen Frage, wie der noch nicht erwogene Vers

ἄμφω δ' ἰέσθην ἐπὶ ἵστορι πεῖραρ ἐλέσθαι 501

zu verstehen, ob unter ἵστωρ ein Zeuge oder ein Schiedsrichter zu denken ist. Dass an der andern Stelle, wo das Wort gebraucht ist, *Ψ* 486 trotz Aristarch und Lehrs nur ein Schiedsrichter gemeint sein kann, dafür darf ich mich auf die einleuchtenden Bemerkungen von Pappenheim (Philol. Suppl. II S. 38) beziehen. Aber auch für unsern Vers ist schon von demselben Gelehrten betont worden, dass im vorliegenden Fall durch einen Zeugen sich doch nur die positive Behauptung des Beklagten, nicht aber die negative des Klägers erhärten liess. Und dazu tritt das Bedenken, das Dareste hervorhebt: wenn beide Parteien sich geeinigt haben, es auf eine Zeugenaussage ankommen zu lassen, wie kommt es dann doch zu dem *ἀμοιβηδὶς δικάζειν* der Geronten? Also sind wir in diesem Punkte von der Meinung der alten Erklärer, der Schömann, Nägelsbach Homer. Theol.³ S. 266 u. A. folgen, abzugehn genöthigt. Damit hört aber der Streit zugleich auf, eine eigentliche Schuldklage zu sein und in den zwei Talenten haben wir nicht ein Succumbenzgeld, sondern den Gegenstand des Streites zu erkennen, wie Capellmann (schedae Homericæ 1856 p. 16 f.) gesehn hat.

Nur ein Bedenken könnte hiergegen erhoben werden und ist besonders von Ridgeway a. a. O. betont worden. Die zwei Talente Goldes scheinen nach bekannten Stellen einen zu geringen Werth darzustellen, um als Wergeld zu gelten, da es doch anderwärts vom Mörder heisst

καὶ ᾧ ὁ μὲν ἐν δῆμῳ μένει αὐτοῦ πόλλ' ἀποτίσας (I 634). Aber dort ist vom Mörder des Bruders oder Sohnes die Rede und die Höhe des Blutgelds wird nach der Besonderheit des Falls verschieden bemessen worden sein, wie auch das altdeutsche Wergelt zwar durch Volksrecht bestimmt, aber sehr verschieden abgestuft war.

Wenn also gegen die bisherigen Ergebnisse ein begrün-

deter Zweifel schwerlich aufkommen kann, so ist nicht mit gleicher Sicherheit die letzte Frage zu entscheiden, wie das Verhältniss der nach V. 506 wechselnd ihren Spruch fällenden Geronten¹⁾ zu dem angerufenen Schiedsrichter zu denken ist. Hofmeister sah nach Andern in den erstern die Beisitzer, welche der ἴστωρ berufe, ohne sich der eigenen Entscheidung zu begeben. Aber ungleich näher liegt doch, wie schon Lucas (Philol. Bemerkungen 1843 S. 11) erkannte, die andere Annahme, dass es eben die βουλὴ γερόντων ist, auf deren Schiedspruch die Parteien compromittiren; ob dieser mit Einstimmigkeit oder durch Mehrheit zu Stande kommt, danach haben wir nicht zu fragen. Recht also behält Hofmeister nur darin, dass die Existenz einer Schuldklage für Homer nicht zu erweisen ist. Aber dem rechtsgeschichtlichen Interesse unserer Scene thut es keinen Eintrag, dass es nicht ein eigentlicher Process, sondern ein Schiedsgericht ist, das auf ihr sich abspielt.

1) Denn dass der Vers nicht auf die streitenden Parteien geht, wie noch Döderlein wegen des ἥισσον wollte, beweist die schon bei Homer feststehende Scheidung zwischen δικάζειν und δικάζεσθαι.

J. H. Lipsius.

Druck von J. B. Hirschfeld in Leipzig.

DE CALLISTUS FABULA

SCRIPSIT

REINHOLDUS FRANZ.

ACCEDIT

DE ASTRONOMICO QUOD HESIODO ASCRIBITUR CARMINE
EPIMETRUM.

Callistus 1) fabulam tractare paranti ex re mihi visum est nonnulla praefari, ne quis ignoret, quae materiae sit condicio, quod inquiringis fuerit consilium, qui quaestionis futurus sit ordo atque ambitus.

Fabula tenui ad nos pervenit memoria; neque id mirabitur, qui reputaverit Arcadum eam fuisse propriam, nationis poetarum semper sterilis, a frequenti finitimorum commercio arduo montium circumiectu exclusae, apud reliquos Graecos nunquam aut auctoritate potentis aut florentis notitia. Verum in angustis testimoniorum finibus maior, ut spero, expectatione comparebit et varietas rerum et favor fortunae, utpote quae ex ingenti litterarum ruina satis multa reliqui fecerit, quibus collectis dispositis excussis etiamnunc possit fatorum formarumque fabulae recuperari imago, quamvis hic illic imperfecta, in univrsam tamen satis expressa. Hanc adhuc, quod sciam, nemo dum exsecutus est; sed qui in hanc regionem devenere, eorum

1) 'Calisto' Romanos omnibus temporibus, nunquam 'Callisto', scripsisse Baehrens in *Fleckeis. Ann.* 1883 p. 787 contendit. Res ita sese habet, ut optimi libri in Propertio (Neap.) Ovidio Columella Charisio (I p. 127 K.) scripturam 'Callisto' exhibeant, altera deteriores plerumque illorum codices obsederit, sed etiam in Catulli fuerit archetypo, et regnet apud posteriores (Hyginum, scholia Vergiliana, al.). Inde unam formam legitimam constituere non fas est. Romani in scribendo Callistus nomine non magis sibi constituisse videntur quam Graeci; etenim ne apud hos quidem *Καλιστώ* similesque formas defuisse inscriptiones docent (cf. Luc. Mueller ad Lucil. p. 240 sq.). Itaque ipse utar scriptura vulgata, in reddendis auctorum testimoniis optimum quemque sequar librum.

nemo omnia, vix unus alterque plura composuere, non dispo-
suere testimonia, cum plerique satis haberent obvios dumtaxat
nonnullos laudasse auctores; qui quae memoriae prodiderunt
cum minime sufficerent ad cognoscendum, quid quoque tempore
de Callisto narratum esset aut creditum, accidit, ut vel spectatae
viri doctrinae per singulorum fabulae graduum, obscuriorum
potissimum, inscientiam ad falsa iudicia deferrentur. Quae cum
ita sint, fore confido, ut non litus videar, sed agellum araturus
esse, qui fructus aliquid promittat.

Atque in animo mihi est fabulae texere historiam, quae
si non erit plena — ad primordia enim tenebris obvoluta ascen-
dere non conabor, quoniam in istas regiones inoffensum ferre
pedem qui doceret nondum exstitit —, at omnia complectetur,
quae de fabula per litteras propagata dicenda erunt.

Inquirendi igitur initium non ab initiis capiam fabulae,
qualia cum omnium prope consensu Odofredus Müller constituit,
sed ab eis veterum testimoniis, quae ut antiquissima ita nulli
dubitationi obnoxia sunt, atque id agam, ut singulas fabulae
formas ex litterarum signorumque monumentis, quotquot ex
antiquitate relicta mihi innotuerunt, indagatas quam maxime
potero refingam et explorem, quo auctore aut quando fere et
quo modo ortae sint ac quatenus pertineant. Ordinem, quan-
tum per rem licebit, sequar temporis. Semel autem atque iterum
in deverticula ferar: oportebit enim ad exsequendam fabulae
historiam accuratiora quam adhuc factum est invenire cum de
epitomis ex Ovidii *Metamorphoseon* libris confectis tum de
astronomico quod Hesiodo ascribitur carmine ab aliis aliter
aestimato, quod tamen, ne quaestionis tenorem nimis tardarem,
in fine malui separatum tractare.

Haec praemonenda censui, si quis mihi aliquatenus vellet
comes existere iamiam viam ingredienti per ruinas plerumque
ac spinas flexuosam, rarius per amoena cultaque loca rectam,
in qua si forte in praetereundis non nunquam nimis commoratus,
in arduis etiam lapsus videar, venia mihi sit primos gressus
temptanti.

I.

§ 1.

Primum audire iuvabit, qualem Callistus fabulam antiquissimi narraverint POETAE EPICI ET GENEALOGI. At haud ambiguis testimoniis destituti primo quidem certi nihil possumus reperire et plane in tenebris erraremus, nisi de origine saltem Callistus quae singuli tradidissent, scriptum legeremus in Apollodori quem finxerunt Bibl. III 8, 2, 2: *Εὐμηλος δὲ καὶ τινες ἕτεροι λέγουσι Λυκάονι καὶ Θυγατέρα Καλλιστῶ γενέσθαι. Ἡσίοδος μὲν γὰρ αὐτὴν μίαν εἶναι τῶν νυμφῶν λέγει, Ἄσιος δὲ Νυκτέως, Φερεικίδης δὲ Κητέως*¹⁾. De Hesiodo quidem plura et accuratiora quaestio, cum processerit, aperiet: ceteri quae praeter genealogiam de Callisto prodiderint, obscurum manebit. Ex varietate autem sententiarum permagna colligendum principio Callistus et personam et fabulam ab omni conexu solutam permansisse et postea demum parentes eius inventos esse ab aliis alios. Quod vero puellae ne nomen quidem ipsum constat, sed eadem referuntur ab Istro frg. 57 (FHG I p. 426) de Themisto quadam, ab Ariaetho Tegeata frg. 1 (FHG IV p. 318) de Megisto, Cetei filia et nepte Lycaonis, documento est, quantopere apud Arcades fabula viguerit, cum alibi aliis vel alii — si forte Istri memoria non ex Arcadum traditione sit repetenda — nomini adhaereret. Neque id mirum. Communia enim nationis celebrabat initia. Namque eius summa, qua omnes inde a principio consentiunt, haec est, ut sive nympa sive regis filia, comes Dianae, ab Iove compressa Arcadem pepererit, a quo reges originem, natio nomen trahebat; quae fabulae vis sera demum aetate neglecta est, ubi exstitere, qui

1) Pugnat cum hoc loco Eratosthenes, qui Hesiodum scripsit Callisto Lycaonis filiam perhibuisse (cf. Erat. Catast. rel. ed. Rob. p. 50). Cuius difficultatis solvendae Robert triplicem viam proposuit in Eratosth. Catast. rel. p. 238 adn. 2. Longe ceteris praeferenda et praelata ab ipso Roberto ea est, ut Eumeli et Hesiodi nomina inter se commutentur. Eodem modo alter Bibliothecae locus iam ab Heynio est sanatus; vidit enim II 1, 3, 3 Pherecydis et Asclepiadis nomina inter se transponenda esse.

cum matre filium puerilibus annis ad caelum abreptum esse audacter fingerent.

§ 2.

Cum Arcade Panem coniunxit artissimo consanguinitatis vinculo EPIMENIDES. In catalogo enim, quo Panis genealogiae enumerantur quemque Rob. Münzel in Quaest. mythogr. Berol. 1883 emissis p. 16 refinxit et ex doctis Apollodori *περὶ θεῶν* libris fluxisse demonstravit, etiam haec sunt: *Ἐπιμενίδης δὲ Καλλιστοῦς καὶ Διὸς παῖδας γεγενῆσθαι Πᾶνα καὶ Ἀρκάδα διδύμους* (sc. *φρσίν*), ab Ottone Kern¹⁾ Epimenidis assignata theogoniae (frg. 6 p. 65), quod carmen saeculo sexto exeunte conditum esse idem probavit. Nymphis qui Callisto adnumerarent, olim fuisse supra audivimus: horum opinionem Creticum quoque poetam secutum esse inde fit veri simillimum, ne dicam certum, quod, quantumvis de Panis parentum nominibus sententiae inter se discedant, in hoc tamen magnus consensus apparet, quod nymp^ha²⁾ fertur Panis mater fuisse aut certe nutrix.

1) In libello, quo de Orphei Epimenidis Pherecydis egit theogoniis, Berol. 1888.

2) In ipso catalogo triplex memoria notatur, qua Pan nymp^ha natus perhibetur, atque etiam *Πηνελόπη*, quam praeterea illic nominatam invenimus quamque vulgo credebant ex Mercurio Panem genuisse (cf. Herod. II 145. Plut. de def. or. 17), cum ex Apolline vellet Pindarus (cf. catal. Apollod. = frg. 100 Bgk) et ex procis omnibus Duris Samius (FHG II p. 479 frg. 42), — etiam haec olim nymp^ham significasse videtur nomine a texenda tela deducto (cf. Preller Myth. Gr. I³ p. 616 et Welcker Doctr. d. Gr. II p. 657). Plerumque vero hanc Penelopen confusam videmus cum Icarii filia (iam ab Herod. II 145). At pristina eius natura sub ipso antiquitatis exitu rursus emergit apud Nonnum XIV 87 sqq.:

*τοῖσιν ἔσαν δύο Πᾶνες ὁμήλυδες, οὓς τέκεν Ἐρμῆς
κεκοιμένην φιλότῃτι μυγείς διδυμάοσι νύμφαις·*

τὸν μὲν — — —

*τὸν δὲ νομαῖς οἶων Νόμον φίλον, ὁππότε Νύμφης
δέμνιον ἀγραύλοιο διέστιχε Πηνελοπέιης.*

Mortali patre natam Panis matrem finxisse solus omnium videtur, qui posterioris aetatis est, auctor Homerici in Panem hymni (XIX 34, ubi *νύμφης* nomen, quod nonnulli retinent [cf. Ludwich in Mus. Rhen. 42 p. 555], corruptum existimo, quoniam argumento [cf. *ἀνδρὶ παρὰ θνητῶ* et *τέκε δ'*

§ 3.

Hanc tam memorabilem genealogiam, qua heros est cum deo copulatus, auctor gentis cum deo indigena et honoratissimo antiquissimoque Arcadum ¹⁾, ascivisse videtur, qui Epimenidi aetate proximus est, AESCHYLUS. De hoc enim in eodem illo catalogo sub finem haec proferuntur: *Λισχύλος δὲ δύο Πᾶνας, τὸν μὲν Λιός, ὃν καὶ δίδυμον, τὸν δὲ Κρόνον* (sc. φησίν). Agitur de interpretatione nominis *δίδυμος*. Welcker in *Doctrina deorum Graec.* (II p. 659 adn. 20) Panis videtur agnoscere cognomen; comparat enim Apollinem Didymaeum (qui ἀπὸ *Λιδύμων τῆς Μιλήτου τόπου* dicebatur, ut est in schol. ad Aristoph. *Lys.* 1281) ²⁾ et Amyclaeum (quem *τετράχειρα καὶ τετράωτον*, quodammodo igitur geminum fuisse Sosibius tradidit apud Zenob. I 54) ³⁾. Ad quam sententiam haud dubie inductus est initio fabellae ex collectione fabul. Vindob. petitaе, quam ad hunc locum illustrandum affert. At initium istud non vidit corruptum esse. Quid scribendum sit, optime intelleges, si fabellam cum ipso eius fonte composueris:

ἐν μεγάροισι repugnat). Nympha enim vix est dubium quin et ea intelligenda sit, quae Panis vaticinantis dicitur parens fuisse in Apollod. *Bibl.* I 4, 1, 3 *Ἀπόλλων δὲ τὴν μαντικὴν μαθὼν παρὰ τοῦ Πανὸς τοῦ Λιὸς καὶ Θύμβρεως* (sic enim editores cum Aegio pro codicum lectione *ἕβρεως*, quam etiam Tzetzes ad *Lycophr.* 772 habet hinc nimirum petitam, cum illud exstet in *Argum. Pind. Pyth.* et ipsum se commendat fabellam spectanti, cf. Heyne ad Apollod. et Welcker *Doctr. d. Gr.* II p. 659, qui tamen erravit, cum Panem etiam Hybris et Mercurii filium a veteribus dictum esse scripsit p. 665). Denique de nymphis Panis nutricibus vide Paus. VIII 30, 3; et de eisdem cum Pane cultu coniunctis vide Paus. I 34, 3 et X 32, 7, cf. etiam Welcker *Doctr. d. Gr.* II p. 664. Conze, 'Heroen- u. Göttergestalten' t. XXII. 'Mitth. d. d. arch. Inst. in Ath.' V p. 208, t. VII. 'Bull. de corr. hell.' V p. 351 sqq., t. VII.

1) *Ἐπιχώριος* audit apud Paus. VIII 26, 2, *θεῶν ἀρχαιότατος τε καὶ τιμωτάτος* apud Dion. Hal. I 32. Cf. etiam Paus. VIII 37, 11 *θεῶν δὲ ὁμοίως τοῖς δυνατωτάτοις καὶ τούτῳ μέτεστι τῷ Πανὶ ἀνθρώπων τε εὐχὰς ἀγειν ἐς τέλος καὶ ὅποια ἔοικεν ἀποδοῦναι πονηροῖς*, et quae id. VIII 31, 3 ex epigrammate refert.

2) Cf. Welcker I p. 527. Enger ad Arist. l. l.

3) Cf. Welcker I p. 472 sqq.

Coll. fab. Vindob.

‘Dan sive Didimon [Welcker
legi iubet: Pan sive Didymos]
amasse dicitur Lunam.
Qui spretus pavit pecora
candidissima,

et ut Lunae formosus vi-
deretur, niveis velleri-
bus se circumdedit atque
eam ita ad rem veneriam
allexit.’

Subtracto autem isto adminiculo Welckeri sententia quo
fulciatur non habet. Licet igitur eam mittere, praesertim cum
alia se offerat multo simplicior ac vero propior. Nam qui in
catalogo modo legit Epimenidem Panem et Arcadem *διδύμους*
appellasse, is nonne statim coniciat hic eandem necessitudinem
designari? Sed hoc sensu scriptor si verba accipi voluit atque
intellegi — nec de alio cogitare licet nisi inania captanti —,
fratris nomen omittere, si quid sentio, non debuit. Quod cum
perspiceret, Fr. Vater in Rhesi fabulae edit. p. 86 Arcadis
nomen e voculis *ὄν καὶ* eliciebat. At lenius locus sanatur, si
post *δίδυμον* nomen *Ἀρκάδος* excidisse statuimus. Quam con-
iecturam nihil difficultatis habere quivis concedet, cum turbatam
lacunosamque condicionem scholii ad Rhesi v. 36 perscripti,
cui hanc catalogi particulam debemus, inspexerit. Qui neque
mutet quidquam neque inserat¹⁾, aut de intellegendo desperet
necesse est aut sumat Aeschylum nuda Gemelli appellatione
usum esse, ut Panem alterum ab altero distingueret. Id tamen

1) Sic Münzel l. l. et Frid. Wieseler in Commentatione de Pane et
Paniscis Ind. schol. Gott. 1875 praemissa p. 20; sed uterque haud dubie
commotus est initio illius fabellae a Welckero collato, in quo Didymi
nomen corruptela ex Endymionis nomine ortum esse supra ostendi.

Serv. ad Georg. III 391

‘Mutat fabulam: nam non Pan,
sed Endymion [dyndimion V.]
amasse dicitur Lunam.
Qui spretus pavit pecora
candidissima et sic eam in
suos inlexit amplexus: cuius rei
mystici volunt quandam secre-
tam esse rationem.’ (INTERPOL.:
‘Fabula sic est: Pan cum Lunae
amore flagraret, ut illi formo-
sus videretur, niveis vel-
leribus se circumdedit
atque ita eam ad rem ve-
neream illexit.’ —).

minus credible. Gemellos enim esse Panem et Arcadem cum praeter Epimenidem nemo tradiderit, arbitrari non licet Aeschylī aequalibus ita constitisse, ut tale nomen ¹⁾ audientibus pateret. Itaque aut gravior latet corruptela aut scribendum est *ὄν καὶ δίδυμον* (<Ἀρκάδος>). Ergo si minus certum, attamen veri similitimum est Aeschylum Epimenidis auctoritatem amplexum esse, cum de Arcadis ortu diceret. Dicere autem de eo debuit in ea fabula, quae *Καλλιστώ* inscripta erat, quanquam, huius argumentum quale fuerit, prorsus ignoramus. Nam praeter titulum in fabularum indice, quem cod. Medic. servavit, commemoratum unum tantummodo superest frustulum, quod Hesychio debemus, hoc: *Πανίας βήσσας· ὡς ἀπὸ τοῦ Πανός· Αἰσχύλος Καλλιστοῖ* (frg. 98 N²). Unde nihil discimus nisi, id quod per se patet in tractatis Callistus rebus, de montibus sermonem fuisse Arcadiae, quoniam Pan in his credebatur versari.

§ 4.

Sed paulo post *duplicem* aperteprehendimus fabulae formam. Quarum *altera* haec est, ut Callisto conversa esse feratur in ursam. Quae narratio cum non solum testium ampliore nitatur numero, sed etiam retineatur, ubicunque fabula aut immutata aut ad aliam personam translata est, dominata esse inter Graecos arguitur. Significavit eam, nunc quidem anti-quissimus nobis testis, POLYGNOTUS Thasius, cum in porticu Delphica inferos pingeret. Haec enim refert Paus. X 31, 10: *Τῶν γυναικῶν ἀνωτέρω τούτων ἐστὶν ἡ Λυκάονος Καλλιστῶ καὶ Νομία τε καὶ ἡ Νηλέως Πηρώ· — — τῇ Καλλιστοῦ δὲ ἀντὶ μὲν στρωμνῆς ἐστὶν αὐτῇ δέρμα ἄρκτου²⁾, τοὺς*

1) *δίδυμον* mulieres Apollinem invocant in Arist. Lys. 1281; quod unum est huius appellationis exemplum, sed hoc quoque, quamvis plana sit in Apolline appellatio, a nonnullis in dubitationes vocatur.

2) Tali nota Polygnotus in compluribus figuris usus est, ut vivorum aut fortunae aut naturae spectantes commonefaceret, velut in Actaeone Aiace Phaedra et in Eurynomo, de quibus vide Ottonem Jahn in Stud. philol. Kiliensibus 1841 p. 125. Joannes Bolte in diss. de monum. ad Odysseam pertin. Berolinensi 1882 p. 43 apte confert apostolos Christianos et martyres tormenta, quibus necati sunt, tenentes.

πόδας δὲ ἐν τοῖς Νομίας γόνασιν ἔχει κειμένους. ἐδήλωσε δέ μοι τὰ πρότερα τοῦ λόγου φάναι τοὺς Ἀρκάδας Νομίαν εἶναι σφισιν ἐπιχώριον νύμφην¹⁾.

*Alter*a forma de amissa quidem specie humana nihil habet sed sagittae ictu Callisto interfectam facit a Diana virginitatem non conservatam ulciscente. Legimus hanc primum breviter indicatam in Homeri et Hesiodi quod proprie dicitur certamine, quam mediam cognominis tractatus Hadriani aetate compilati partem ex ALCIDAMANTIS sophistae, Gorgiae discipuli, *Μουσειῶ*, quanquam non plene, transcriptam et ab eodem illo esse compositam probavit Fridericus Nietzsche in Mus. Rhen. XXV p. 536 sqq. et XXVIII p. 220 sq. Versus autem sunt hi (111 sq.):

ΗΣ. αὐτὰρ ἐπεὶ δμῆθῃ γάμῳ, Ἄρτεμις ἰοχέαιρα —

ΟΜ. Καλλιστῶ κατέπεφνεν ἄπ' ἀργυρέοιο βιοῖο.

Memoria huius formae multo minoris est ambitus quam illius. Nam praeter brevem mentionem in Apoll. Bibl. III 8, 2, 4 diversae narrationi insertam haec in litteris saltem praeterea nusquam reperitur; in nummorum aliquot Arcadicorum signis an agnoscenda sit, postea erit videndum.

Interim redeamus ad *priorem* formam, ut hanc, quam maxime fieri poterit, exploremus et exsequamur. Antiquissimum, quem nunc quidem afferre liceret, testem supra nominavi Polygnotum. At fuere, qui eam aliquanto prius in Arcadia ipsa expressam sibi viderentur invenisse.

§ 5.

Exstant enim *nummi* aliquot, quia litteris *MA* signati sunt et totius numeri haud exigua pars prope Tegeam reperta est (cf. 'Revue numism.' 1874 p. 167), MANTINEAE assignandi, qui in antica parte *ur* s a m vel si mavis *ursum* exhibent sinistrorsum gradientem, in aversa aut quadratum aut triangulum incussum,

1) Quo consilio Polygnotus Callisto cum Nomia et Pero composuerit, obscurum est. O. Jahn p. 117 sic iudicat: 'Betrachtung der Natur und des in ihr webenden und lebenden Geistes in den betreffenden Sagen — — in ihr glaube ich das Band zu finden, welches diese 3 Figuren — — zu einer bedeutungsvollen Gruppe vereinigte.' Mera vero somnia protulit Bachofen ('Der Bär in den Relig. d. Alterth.', Basil. 1863 p. 22).

illud aut litteras *MA* aut delphinum aut tridentem, hoc tres glandes continens (cf. Imhoof-Blumer, 'Monn. grecques' p. 198 No. 230—232. Head Hist. num. p. 376). Ad quos ii accedunt, qui in antica parte caput habent ursae sinistrorsum spectans, in aversa glandem (cf. Imhoof-Blumer No. 233. 234. Head *ibid.*). Ex illo numero qui in aversa parte effigiem delphini aut glandium ostendunt, eos Adr. de Longpérier ('Revue numism.' 1874 p. 166 sq.) propter antiquam litterarum formam aetati tribuit Aeschyleae; omnes intra annos 500 et 400 collocavit Head l. l. Ursam autem omnes fere, qui de his nummis scripserunt, postquam de la Saussaye ('Annal. de l'inst. arch.' 1845 p. 102) praeivit, ad Callisto rettulerunt, cum ex eis, quae Paus. VIII 36, 8 tradit (καὶ τὰ ὄστ' Ἀρκάδος τοῦ Καλλιστοῦς ἀνείλοντο ἐντεῦθεν [sermo est de Maenalo] κατὰ τὸ ἐκ Δελφῶν μάντευμα οἱ Μαντινεῖς) et quae idem plura exponit VIII 9, 3, colligerent matrem Arcadis Mantineae peculiari honore et cultu floruisse. Quae interpretatio si certa est ac necessaria, multum sine dubio lucratur; nam rato tum comperimus testimonio in ipsa Arcadia circa Persarum bella eam narrationem, qua Callisto ursae facta esse ferretur, quoniam publica auctoritate sancitam videmus, regnasse, si minus per totam nationem multiplicem, at certe in praestanti eius parte. Sed enim vereor, ne spe nos inani interpretes frustrati sint. Nam fundamenta illorum opinionis ubi quaerimus ac circumspectamus sintne idonea, non diu latet nulla omnino subesse.

Ursa enim, cuius effigiem Mantinenses in adversa nummorum, quos primos percussisse videntur, parte exprimendam curaverunt, contemplantis animum necessario ad varias illas revocat animalium figuras, quas antiquiore aetate in plerisque Graecorum nummis invenimus, quorum species his de quibus agimus simillima est, cum et illi in hac parte animalis figuram, in illa quadratum incussum exhibeant; quam formam antiquissimam Mantinenses in eo tantum deseruerunt, quod quadratum aut triangulum signis aut litteris expleverunt. Illorum autem animalium quae sit vis ac notio, nunc inter omnes rei nummariae peritos constat. Postquam Ern. Curtius in Menstr. acad. Berol. 1869 ('Ueber den relig. Charakter d. griech. Münzen') iterum-

que in Dissert. acad. Berol. 1874 ('Ueber Wappengebr. u. Wappenstil im gr. Alterth.')

praeclare rem illustravit, perstrinxit W(eil) in Baumeisteri Monumentis p. 934: postremus eam exposuit Head in Hist. num. introd. p. XXXV et LVI sqq. Qui p. XXXV ubi nummorum cudendorum descripsit initia, secundum gradum, quo a rudi nota ad certa signa transitum est, sic depingit: 'Subsequently the art of the engraver was called in to adorn the lower of the two dies, which was always that of the face or obverse of the coin, with the symbol of the local divinity under whose auspices the currency was issued, the gods being as it were called to witness to the good weight and purity of the coin. This symbol — — consisted usually of the figure of an animal or of the forepart of an animal, or of some inanimate object, heads and figures of gods and men being rare or unknown in the earliest period.' Hic signorum usus quamdiu obtinuerit, idem docet p. LVII his verbis: 'All through the history of free and independent Greece, and even until the death of Alexander the Great, the main object of the coin-type was to place before the people an ideal representation of the divinity most honoured in the district in which the coin was intended to circulate.' Neque igitur nasci potest dubitatio, quo sensu ursae effigies accipienda sit: animalis figura quodammodo vice numinis ipsius fungitur, cuius postea imago locum symboli occupat. 'It was of course necessary', inquit ille p. LVI, 'that the coin-type should consist of a generally intelligible device, which might appeal to the eyes of all as the sacred emblem of the god whose dreaded name was thus invoked to vouch for the good faith of the issuer.' Iam si quaeris, quod numen effigie significetur ursae, deam, cuius fabulas cultumque ursae contingat, solam reperio Dianam. Huic vero illam apud Arcades fuisse dicatam aperto testimonio non constat, sed comprobari potest coniectura.

A certis ut proficiscar, exordiar a fabulis: Erant Arcadum clarissimae, quae de Callisto et de Atalanta ferebantur; in utraque ursae partes agebat; nam huic narrabatur mammam

praebuisse a patre expositae (cf. Apollod. Bibl. III 9, 2, 2. Ael. V. H. XIII 1), Callisto dicebatur in ursam esse conversa. Atqui haec erat Dianae comes, utraque deae natura simillima, ut cum Odofredo Müller (Dor. I² p. 376) non temere plerique iudicent utramque ipsius esse deae formam separatam. Ergo id apparet in prisca religione ursam necessitudine quadam cum Diana coniunctam fuisse, siquidem incredibile est lusum fabulae popularis in eo agnosci, quod puellae pulcherrimae turpibus cum ursis consociatae sint¹⁾, nec potius inde ursae partes esse repetendas, quod priscis illis hominibus, apud quos fabularum initia quaerenda sunt, dea, cuius habitum moresque et Atalanta et Callisto referunt, cum ursam ratione quadam visa sit cohaerere. Quae ratio vix alia potuit esse nisi ea, ut ursam deae sacra duceretur²⁾. Neque id miraberis. Nam ubi nobilius leonum genus deest, illic ursam³⁾ animalium est princeps, ut ursus Germanis olim habebatur eorum rex; consentaneum igitur eam deae potentissimae, venatorum patronae, dicatam fuisse, in ea praecipue terra, quae illam ipsam deam maxime omnium coleret atque etiam, cum scateret montibus silvis feris, studium venandi semper fovet et aleret. Num cultus quoque apud Arcades huius opinionis vestigia servaverit, ignoramus⁴⁾; permultis vero eadem religio

1) Hoc modo istarum narrationum, quibus etiam quae de Paridis infantia similia ac de Atalantae narrantur adiungit, originem explicare conatur Otto Keller ('Tiere d. klass. Altert.' 1887 p. 108 sq.), cum dicit: 'Der Humor der Volksdichtung zeigt sich darin, dass gerade nur die schönsten Leute mit dem plumpen, garstigen Bären in nächste Beziehung gesetzt werden — gerade so werden in den deutschen Märchen die schönsten Prinzessinnen in ekelhafte Kröten verwandelt.' Sed aliam produnt sententiam popularia haec commenta nec cum Arcadicis iam potest componi quae de Paride exposito est fabula, quia Robert ('Bild und Lied' p. 233 sqq.) eam V demum saeculo a tragicis Atticis (a Sophocle, ut videtur) inventam esse probavit.

2) Sic etiam Cybele fingebatur a bestiis sibi consecratis nutrita esse, postquam a patre esset exposita (cf. Diod. III 58, 1. 59, 8).

3) Ursos, ut auctor est Paus. VIII 23, 9, saltus Arcadici etiamtum omnes habuere.

4) Nescio, quo iure E. Curtius ('Stud. z. Geschichte d. Artemis' in Relat. acad. Berol. 1887 p. 1179) contendat: 'Die *ἀρκτεία*, welche die arkadischen Dienste mit den attischen verbindet.'

subesse visa est sollemni illi ritui, quo puellae Atticae teneris annis Dianae Brauroniae Munichiaeque sacra peragebant, ἄρκτοι vocatae¹). At sunt qui negent illam puellarum appellationem cum ursae nomine ullo modo cohaerere. Quae a deae aditu non essent exclusae, maluit intellegi K. Lehrs ('Popul. Aufs.'² p. IX), cum ἄρκτοι contractum esse vellet ex forma ἄερκτοι. Quae tamen coniectura stare nequit²). Probabilius vero est, quod cum Lobeckio (Aglaoph. p. 74 adn.) nuperrimus statuit ampliusque confirmavit Otto Keller ('Tiere d. klass. Altert.' p. 110): 'Die Bären, ἄρκτοι, genannten Mädchen der Artemis sind vielmehr Eingeweihte, ἄρκτοι, die in der allerältesten rohesten Zeit offenbar geopfert wurden, während eine spätere mildere Zeit sich mit dem symbolischen Opfer, wie es in den Satzungen des Vestalinentums liegt, begnügte.' Cui interpretationi, etsi simplex verbum ἄρχεσθαι hac notione usurpatum nemo monstravit nec sine exemplis est puellarum appellatio vulgari sensu accepta³), nonnulla tamen favent; certe

1) Testimonia collegit et ex eis sacra descripsit explanavitque post alios (cf. Gerhard Myth. Gr. § 331, 1) Welcker in Doctr. deor. I p. 571 sqq. Nonnulla correxerit aut magis exsecutus est Aug. Mommsen in Heortol. p. 406 sqq. Alia pauca addidit Schoemann in Antiqu. Gr. II³ p. 480 sq. Sacra habuisse venationis speciem coniecit Frid. Back in diss. de Graec. caerimoniis in quibus homines deorum vice fungeb. Berol. 1883 p. 26. 28.

2) Notum est Lehrsium eorum sententiam acriter impugnasse, qui religiones Graecorum ad naturam revocarent (cf. 'Popul. Aufs.'² p. 261); eisdem ut argumentum eriperet, istam nominis interpretationem protulit. At fieri potuisse, ut quae ἄερκτοι essent, tam antiqua iam aetate ἄρκτοι et vocarentur et intellegerentur, ut pristinae significationis ne umbra quidem in memoria relinqueretur, collato ἄργός vocabulo minime evicit. Nam apud Homerum Hesiodumque nusquam invenitur forma contracta, sed soluta ubique ἄεργός. Originem vero vocabuli recentiores demum Graeci obliti sunt (cf. Lobeck ad Phryn. p. 105). Cetera id genus, velut ἄεκων: ἄκων, ἄεθλον: ἄθλον, semper formam servarunt duplicem. Estne igitur credibile vocem ἄερκτος plane aliam legem secutam esse? Immo, quia ex ἄερκτος ἄρκτος fieret necesse erat, eo minus cum ἄρκτων bestiae nomine confundi poterat puellae appellatio eoque tenacius vocum differentia ortusque appellationis in sensibus haerere debebat.

3) Ab animali numinis sacro sacerdotes vel quibus sacra facienda erant nomina trahere minime inauditum est, immo in ipsius Dianae cultu

ut comprobetur ursam Dianae sacram fuisse, hac caerimonia tanquam fundamento uti, quae ratio Odofredo Müller in Proleg. p. 73 placuit, anceps est ac praestat ab ea manum abstinere.

At quod ex cultu efficere vetamur, id offerre videntur fabulae eum prosecutae. Quibus omnibus commune est fundamentum illa ipsa opinio, ursam in Dianae esse gratia ac tutela; alios enim audimus tradidisse *μυστήρια* quae dicuntur Braurone ideo olim instituta esse, ut Diana placaretur irata, quod ursae necata esset, quae in eius aede fuisset, mansuefacta ¹⁾; alios eorum principia ab Iphigenia repetisse Braurone, non Aulide ad immolandum ducta, cum dicerent *ἄρκτον ἀντ' αὐτῆς, οὐκ ἔλαφρον φονευθήναι*, cuius fabulae testes nominantur Euphorio Chalcedensis (in schol. ad Ar. Lys. 645 = frg. 81 Mein.) et Phanodemus Athidographus (in Etym. M. p. 748, cf. Tzetz. ad Lyc. 183 = FHG I p. 367 sq. frg. 10. 11). Neque in hac re differt quae de Embari dolo narratur fabula ad Dianae Munichiae cultum spectans ²⁾. Quae nisi funditus ficta sunt ex falso intellectu *ἄρκτων* nomine

huius rei exemplum habemus. Namque Dianae Ephesiae sacra erat apis; huius enim effigies non solum in nummis Ephesiorum ab initio apparet, sed etiam in statua deae compluriens repetita est (cf. Baumeisteri Monum. p. 131). Atqui Paus. VIII 13, 1 commemorat *τοὺς τῆ Ἀρτέμιδι ἰσιτάτορας τῆ Ἐφεσῖα γινομένους, καλουμένους δὲ ὑπὸ τῶν πολιτῶν Ἐσσηνας*, quorum nomen a Suida ita explicatur: *Ἐσσην βασιλεύς, κυρίως τῶν μελισσῶν*. Videntur ergo sacerdotes virgines (cf. Strab. XIV 1, 23) *μέλισσαι* dictae esse. Eodem vero nomine aliae quoque vocabantur sacerdotes: Pind. Pyth. IV 106 (60) de oraculo *μελίσσας Δελφίδος* loquitur; Hesych. ex Callim. h. Apoll. 110 affert *μέλισσαι αἱ τῆς Δήμητρος μύστιδες*, et cum hoc fere consentiunt schol. ad Pind. Pyth. IV 106 et Porph. A. nymph. 18. — Alia nonnulla invenies exempla in Friderici Back de Graec. caerimoniis diss. p. 26. His unum addo, quod Mithrae cultus praebet, de quo Porph. de abst. IV 16 *ὡς τοὺς μὲν μετέχοντας τῶν αὐτῶν ὀργίων μύστας λέοντας καλεῖν, τὰς δὲ γυναικας λεαῖνας, τοὺς δὲ ὑπηρετοῦντας κόρακας*, cf. Tertull. adv. Marc. I 13.

1) Cf. schol. ad Arist. Lys. 645 *ἐπετέλουν δὲ τὴν θυσίαν αἱ κόραι ἐκμειλισσόμεναι τὴν θεόν, ἐπειδὴ λιμῶ περιπεπτώκασιν οἱ Ἀθηναῖοι, ἄρκτον ἡμέραν ἀνηροκότες τῆ θεᾶ*, quae uberius narrata redeunt ibidem altero loco et apud Suidam, qui hinc petivit, sed e scholiis paulo auctorioribus.

2) Cf. Suid. in v. *Ἐμβαρός εἰμι*. — — — *Μούνηχος — Μουννηχίας Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἰδρύσατο. ἄρκτον δὲ γενομένης ἐν αὐτῷ καὶ ὑπὸ τῶν*

— id quod ne ii quidem, qui principalem ἀρκτων notionem aliam fuisse sibi persuaserunt, statuere ausi sunt ¹⁾ —, ursae religio, quam e fabulis Arcadibus vindicavimus, ne Atticis quidem ignota erat, Atticis prioribus dico, nam de posterioribus satis constat. Sed malo hoc incertum relinquere et acquiescere in eis, quae fabulae Arcadicae nobis suppeditant; nam vel haec sufficiunt ²⁾.

Si igitur, sicut Head docuit, in nummis signum erat clarum numinis symbolum ex honoratissimo quoque urbis cultu petitum, ursae autem, quo Mantinenses utebantur signo, cum Diana nec cum alia aliove deorum fabulis conexa reperitur ³⁾, ursae pro

Ἀθηναίων ἀνααιρεθείσης λιμὸς ἐπεγένετο· οὐ τὴν ἀπαλλαγὴν ὁ θεὸς ἔχρησεν, εἴ τις τὴν θυματέρα θύσῃ τῇ θεῷ κτλ. Eadem ex Pausaniae lexico exhibet Eustathius ad Hom. *B* p. 331, 26; exstant etiam in Bekk. Anecd. I p. 444 sq.

1) Cf. O. Keller ('Tiere' p. 111): 'Die Misdeutung und Veränderung war — erleichtert — weil die Göttin als syrische Religionsgestalt und als hellenische Jagdgöttin auch die Bären unter sich hatte: man erinnere sich besonders jener bekannten attischen Legende, wornach die Athener, weil sie eine im Heiligtum der syrischen Mondgöttin Artemis zu Munichia geborene Bärin getötet hatten, mit Hungersnot bestraft wurden.' — In aede deae Syriae ursae commemorat inter animalia sacra Luc. de dea Syria 41; Dianae Laphriae ursae catulos inter multa alia a Patrensibus immolari refert Paus. VII 12, 5.

2) Aliam viam ingressus est *Lauer* ('System d. gr. Mythol.' p. 295 sq.), cum sic iudicavit: 'Der grosse Bär, den man seit den ältesten Zeiten als solchen am Himmel kannte, konnte sehr wohl dem poetischen Beschauer des Himmels als Begleiter und Diener des Mondes erscheinen. — So erst, glaube ich, ist der Bär der Artemis heilig, Kallisto in eine Bärin verwandelt worden, und hiessen die jungen Mädchen in Brauron Bärinnen.' Cui opinioni quodammodo fundamentum subtrahitur, si demonstratur, ut infra demonstrabitur, non antiquitus, sicut *Lauero* visum est, Arcades in ursae caeli Callisto agnovisse, sed seri poetae commento Callistus cum ursae signo nexum debere. Idem monendum est contra *Usenerum*, qui in Mus. Rhen. XXIII p. 334 contendit: 'Die Entstehung des Symbols [sc. der Mondgottheit als einer Bärin] erklärt sich aus dem bekannten nördlichen Sternbild.'

3) Nummum *Aeduorum* et *Orcitirigis* nominibus signatum, qui adversus Dianae imaginem, aversus ursam exhibet (cf. 'Revue numism.' 1860 p. 98. Bachofen, 'Der Bär in d. Relig. d. Alterth.' tab. II 8), quia ad Graecum exemplum (de Massiliensi enim origine sine idonea causa cogitavit de

Dianae symbolo habenda est ut animal illi consecratum, si modo id accedit, ut illius cultus apud Mantinenses in magno honore fuerit. Fuisse autem eum, sicut omnino prae ceteris floruit in Arcadia, Mantineae antiquitus praecipuo in honore ex eis cognoscitur, quae Paus. VIII 13, 1, loco non integro, de proprietate religionis tradidit, qua templo communi cum Orchomeniis Mantinenses deam venerabantur ¹⁾).

Ad Callistus fabulam ursam revocare quod ipse Head nondum desiit, licet mirari. Haec enim ratio non solum pugnat cum illa lege, quam in signis antiquioris aetatis omnes agnoscunt nummorum periti et confirmant, quae eiusdem tempestatis formaeque sunt, exempla ²⁾, sed etiam aliis laborat incommodis. Namque ipsam Callisto Mantineae cultum habuisse nemo tradidit nec licet inde efficere, quod, ut refert Paus. VIII 9, 4, Pythia Mantinenses iussit *τέμενός τε θυηλάς τ' Ἀρκαδί τεύχειν*. Dianam autem effigie eius significari, quam in ursam olim converterit,

la Saussaye, 'Rev. num.' l. I.) revocare non licet, eodem trahere vetamur: immo ursae apud Celtas peculiarem vim videtur habuisse (cf. O. Keller, 'Tiere' p. 109). — Propter seram aetatem non minus negligenda est ursae, quam sub Alexandri Severi imperio *Byzantii* in aere suo expresserunt, cuius exemplar nitida imagine reddidere Imhoof-Blumer et Keller ('Tier- u. Pflanzenbilder auf Münzen u. Gemmen', tab. II 4).

1) Etiam in suis finibus templum Dianae Mantinenses habuere, cf. Paus. VIII 12, 5.

2) Immensa religionum fabularum signorum varietate difficile dictum redditur, quid quoque loco cuique sit deorum aut cur attributum, ut profecto neminem offendere debeat, nobis si nonnulla ambigua sunt, alia obscura. In universum tamen etiam nunc coniectura licet plus minus certa assequi, quae in signis valeant rationes; et quantum iudicare possum, ubique agnoscenda est animalis repraesentati cum numine aliquo necessitudo. Exempla nonnulla afferam ad hoc illustrandum apta, nummis me continens Peloponnesiorum: Aeginetarum testudo (cf. Head p. 332) sacrum est animal Veneris, item Sicyoniorum columba (cf. Head p. 345); Eleorum aquila (cf. Head p. 353) Iovis, Argivorum lupus (cf. Head p. 366) Apollinis, Psophidiorum cerva (cf. Head p. 379) Dianae, Corinthiorum Pegasus (cf. Head p. 345) Minervae animal est *Χαλιντιδος*, cf. Paus. II 4, 1. Haec omnia manifesta: sed ne inter incerta quidem huius aetatis ullum novi exemplum, quod eam interpretationem admittat, quam ii statuunt, qui ursae significatam volunt Callisto.

non magis licet statuere. Omne enim deest huius fabularum usus certum exemplum¹⁾. Praeterea ab omni arte alienum est personam mutata[m] ita repraesentare, ut nec circumstantium figuris neque alio indicio imaginis sensus denotetur. In nuda enim bestia quis tandem hominem deumve cognosceret? Denique obstat, quod apud Arcades fabulae domesticae post Leuctricam demum pugnam, qua Peloponnesiorum res concussae et transformatae sunt, in formam nummariam fere coeptae sunt recipi, a quo tempore statim frequentes occurrunt, sed ubique in parte aversa²⁾. His expositis duo mihi videor ad certum perduxisse: primum ursam nummorum nullo pacto licere intellegi Callisto; deinde antiquam apud Mantinenses obtinuisse religionem Arcadicam, qua

1) Exemplum praeberent, nisi perversa esset interpretatio, *Byzantium* saeculi IV nummi, qui in parte adversa *taurum* in delphino gradientem exhibent. Istum enim taurum cum pro vacca haberet, Pinder ('Annali dell' inst.' 1834 p. 310 adn. 1) ad Io rettulit. Qui error hinc per multos libros manavit ac ne eis quidem patuit, qui taurum agnoscerent. Nam in Baumeisteri Monum. p. 948 haec legimus mirabilia: 'Die Hauptseite, der Stier, welche(r) auf dem Delphin steht, weist auf die Sage von der I[n]o, die durch den Zorn der Hera in eine Kuh verwandelt, hier den Bosphorus überschritten haben sollte.' Contra haec non opus est monere IV saeculo, cum ars maxime floreret, Io non iam vaccae, sed cornutae virginis sub specie repraesentatam esse (cf. Engelmann diss. de Ione Hal. 1868 p. 30). Neque enim erit, qui ad nummos, signa publica, transferat, quod per artificum neglegentiam hic illic factum videmus, ut femina maris insignibus ornaretur, quod etiam in Io vacca vasis pictori semel accidit (cf. Overbeck, 'Gr. Kunstmyth.' II adn. 186), ut alii cervam virilibus instructam (cf. Overb. ib.), alii cornutam (cf. Stephani, 'Compte-rendu' 1876 t. IV 1—3), alii leaenam iubatam (cf. O. Keller, 'Tiere d. kl. A.' p. 362 adn. 215) effinxere. Non minus perperam caput auribus cornibusque *arietinis* instructum, quod *Metapontinae* eiusdem saeculi didrachmae adversae exhibent, ad Arnen a Neptuno in agnam conversam cum aliis rettulit Bolte in diss. de monum. ad Odyss. pertinent. Berol. 1882 p. 48. Recte iudicavit de utrisque Head p. 230 et 63 sq.

2) Apud Orchomenios Methydriensesque Callisto (cf. Head p. 377), apud Pheneatas Mercurius cum Arcade (ib. 378), apud Psophidios aper Erymanthius (ib. p. 379), apud Stymphalios Hercules clava feriens (ib. 380), apud Tegeatas Cepheus Telephus Sterope (ib. 380), apud Thelpusios Arion equus (ib. p. 382).

ursa Dianae ante omnia animalia sacra ac dilecta haberetur, ut priscis temporibus fabulis cum dea consociaretur, posteriore aetate in nummis eius effigie dea significaretur. Quam ursae vim e fabulis signisque necessarie demonstratam gaudebit qui Callistus naturam fabulaeque principia indagare conabitur.

§ 6.

Iam nummis Mantinensium ex hoc in alium nexum relegatis ad Polygnotum revolvimur, inter apertos quidem Callistus fabulae testes antiquissimum. Hic eius sortem dilucide pelle ursina significaverat: qui vero non multo post pluribus eius mentionem fecit, EURIPIDES in Helena, utrum eandem an prorsus aliam fabulam secutus sit, propter laceram memoriam non est facile diiudicatu. Qua de causa longiore hic locus eget disquisitione, ut poetae sententiam recuperemus.

Helena, quod forma sua et Troianis et Graecis exitio fuisset, quæta his pergit verbis socordia librariorum male obscuratis et paene ad desperandum corruptis¹⁾ v. 375 sqq. N.:

ὦ μάκαρ Ἀρκαδίᾳ ποτὲ παρθένε Καλλιστοῖ, Διὸς
 ἄ λεχέων ἐπέβας τετραβάμοσι γυίοις,
 ὡς πολὺν ματρὸς ἐμᾶς ἔλαχες πλέον,
 ἄ μορφᾷ Θηρῶν λαχνογυίων²⁾
 ὄμματι λάβρω σχῆμα λεαίνης
 ἐξαλλάξασ' ἄχα λύπης.

Quae si, quatenus intellegi possunt, breviter reddimus, sententia prodit haec: 'O beata Callisto, quae conversa ieris in Iovis amplexum; quam multo nacta es mea matre meliora, cum bestiae figuram sortita liberareris aegritudine.' — In universum quidem haec apta sunt inter se et cohaerentia, sed fabula ex eis eminet plane singularis. Summas vero difficultates continet et omnes adhuc explicandique et emendandi conatus

1) Totius, cuius pars est iste locus, carminis ea est condicio, ut comprobetur, quod cum Cobeto Wilamowitz iudicavit in Anal. Eurip. p. 244, Helenam a librariis nequissimis tam male habitam esse, ut permulta omnino corrigi nequeant.

2) Sic emendavit Reiske codicum λάχνα γυίων.

elusit, quem in interpretatione omisimus, versus ὄμματι λάβρω
σχῆμα λεαίνης. De hoc autem ut quisque iudicat, ita formam
fabulae sibi constituit. Est enim summa quaestio, *λεαίνης* nomen
sitne retinendum an damnandum. Inter iudices magna dissensio
Veteres interpretes cum aut nihil mutarent aut in lenissimis
mutationibus se continerent, in explicanda mira locutione desu-
dabant nullo fructu¹⁾, neque hac aetate defuerunt, qui omnia
defenderent aut certe non offenderent in mentione leaenae.
Alii, quorum agminis dux illustris Godofredus Hermann est,
λεαίνης nomen intolerabile rati coniecturis removeere studuerunt,
cum Henricus Schmidt in *Monod. et amoeb. trag. Att.* (1871)
p. CXX totum versum mallet eicere. Kirchhoff denique de
restituendo desperans 'lacera versuum vestigia' increpat, 'in
quibus pateat Atalantae mentionem fuisse factam.'

At media quaedam via sicut saepissime ita hic est ingre-
dienda. Ferri illum versum talem non posse, qualis sit in codi-
cibus, non iam opus videtur pluribus exponere, quoniam, qua
ratione esset intellegendus aut cum ceteris coniungendus, nemini
contigit ut cum aliqua probabilitate ostenderet. Sed adeo totum
locum esse mutilatum quam ferat Kirchhoffii sententia, nihil
est cur credamus, nec potest Atalantae mentio excidisse, quia
huius sors non ea erat, ut cum Ladae sorte compararetur.

Comparat Helena Callisto cum Leda²⁾. Comparationis
fundamentum est, quod utramque Iuppiter adiit; neque enim
aliud eis commune. Comparationis cardo, quid utriusque inde
venerit mali. Id enim totius est carminis argumentum, ut
Helena, quos sua forma perdiderit, queribunda percenseat, hoc
ordine, ut cladem lamentata primum Troianorum (v. 362—369),
deinde Graecorum (v. 370—374), matris denique (v. 375—385)
sortem miserrimam significet, cum beatas praedicat, quibus ex

1) Robortellus scripsit *λεαίνη*, quod interpretatus est 'levigaris i. e. illustras stellis.' Id merito impugnat Sigonius in *Emend.* (Ven. 1557 p. 84sq.); ipse autem censet poetam leaenae nomine pro ursae abusum esse.

2) Cf. v. 377 ὡς πολὺν ματρὸς ἐμᾶς ἔλαχες πλέον, quae satis sunt ad refutanda, quae H. Schmidt temere statuit: 'Helena also vergleicht ihr Unglück mit dem herrlichen Loose der Kallisto.'

Iovis coniugio venerit iactura formae (v. 375—383), non id quod Ladae accidisset, ut filia existeret perniciosior duorum populorum (v. 383—385); quae qui audiunt necesse eorum meminissent, quae de tristi Ladae exitu Helenae ante Teucer nuntiaverat¹⁾. Quod si his poetae mentem assecuti sumus, sequitur, ut corrigenda sint, quae contentionis initium faciunt, ὦ μάκαρ — Καλλιστοῖ, Διὸς ἂν λεχέων ἐπέβας τετραβάμοσι γυίοις, siquidem contentionis ratio flagitabat, ut, quid Callisto ex Iovis amplexu abstulisset, non qua eum forma passa esset, diceretur. An erit qui sermonis inconcinnitatem ita quodammodo excusare conetur, ut subesse statuatur singularem fabulam, ex qua Callisto conversa iam figura cum Iove concubuerit aut eius amore frui perrexerit etiam bestia facta, quale est, quod de Io Aeschylus²⁾ prodidit? Certe fuerunt³⁾ qui *λαίνης* nomen, quod tamen, ut statim apparebit, cum ista lectione suspecta artissime cohaeret, satis fulciri ac defendi opinarentur obscuro quodam loco, quem Valckenaer (ad Callim. eleg. frg. p. 174) in homiliis, quae *Clementi Romano* falso tribuuntur, investigavit. Continet enim earum quinta Apionis cuiusdam pagani ἐγκώμιον μοιχείας, in quo inter enumeratos Iovis amores haec verba occurrunt p. 13: (Ζεὺς) Καλλιστοῖ τῇ Λυκάονος ἡγριώθη λέων καὶ ἄλλον τιττει, Ἀρκάδα. Ac profecto primo quidem obtutu hinc memoriae codicum fides existere videtur atque alterius loci alter tanquam supplementi instar habere. Res enim postulat et exempla⁴⁾ confirmant, ut, cui Iuppiter

1) Cf. v. 135 sq. *ΕΛ. οὐ πού νιν Ἑλένης αἰσχρὸν ὄλεσεν κλέος;*

ΤΕΥ. φασίν, βρόχῳ γ' ἄψασαν ἐγγεῆ δέρον.

2) Suppl. 304 sq. *ΒΑ. οὐκοῦν πελάζει Ζεὺς ἐπ' ἐγκραῖῳ βοῖ;*

(Weckl.) *ΧΟ. φασίν, πρέποντα βοιθόρῳ ταύρῳ δέμας.*

3) Praeter alios Robert-Preller in *Myth. Gr.* I⁴ p. 304 adn. 2.

4) Mutatus in taurum Iuppiter narratur coisse cum Io vacca (cf. Aesch. Suppl. 305 W.), in equum Neptunus cum Cerere equa (cf. Paus. VIII 25, 5). Absurdum est, quod H. Schmidt opinatur, virginem passam esse leonem (praeterea cum hoc statuit, ipse secum pugnat, quoniam recepit lectionem ἐπέβας τετραβάμοσι γυίοις), et absurdum illud esse teneo, quanquam non ignoro esse etiam ubi deus ferae bestiae figura indutus virginem dicitur compressisse, velut Serv. ad Aen. I 550 de Egesta narrat: ἄ Crimisso

leonis figuram indueret, ea fuerit leaena aut certe bestia, et cuius cubile leaena conscenderet, is fuerit leo. At fefellit ista similitudo. Nam primum consentaneum est ac necessarium poetam, ubi fabulam significare satis habeat paucisque velit in memoriam revocare, eam sibi formam eligere, quam eis qui audiunt maxime notam existimet. Vulgata autem inter Graecos ea erat narratio, qua Callisto in ursam conversa ferebatur. Nam in hac re, quantumvis cetera variaverint, consentiunt uno illo homiliarum auctore excepto omnes, quicumque omnino conversam illam tradiderunt. Accedit, quod haec forma poetae consilio multo melius conveniebat quam altera illa, in qua non ita appareret, quomodo amissa species humana cum Iovis cohaereret amplexu. Deinde vero eodem, quo ratione vocamur, ex ipsis poetae verbis nos ducit unum quidem, de cuius fide non dubitatur. Animadvertit Godofr. Hermann, cum adnotaret: 'Communem famam secutum esse Euripidem, minime dubium relinquit *μορφὰ θηρῶν λαχνογυίων*, quod in ursam, non in leaenam quadrat'. Etenim *λάχνην* Hesychius sic interpretatur: *δασεῖα θρίξ. χαίτη. κόμη. ὕλη. δασύτης παρὰ τὸ λάσιον κτλ.* Haec rursus eis illustrantur, quae scripsit Aristot. in Hist. an. p. 498^b 25: *αὐτῶν δὲ τῶν τετραπόδων καὶ τρίχας ἔχόντων τῶν μὲν ἅπαν τὸ σῶμα δασύ, καθάπερ ὕδρ καὶ ἄρκτου καὶ κυνός· τὰ δὲ δασύτερα τὸν ἀνχένα ὁμοίως πάντη, οἷον ὅσα χαίτην ἔχει, ὥσπερ λέων.* *λάχνη* igitur in leone iuba; verum ne haec quidem nisi promissa: id enim ea aperiunt, quibus Oppianus iubarum diversitatem descripsit; dicit enim in Cyneg. III 27 sq. de Armeniis leonibus minus validis: *ἐκ δ' ἄρα δειρῆς καὶ γενύων ἐκάτερθε θοαὶ κομώσιν ἔθειραι*, et v. 31 de Arabicis: *δειραὶ ἀκείνοις καὶ στήθεα λαχνήεντα*, at v. 37 de leone Libyco, quem leonum appellat regem: *οὐκέτι λαχνήεις, ὀλίγη δ' ἐπιδέδρομε χαίτη*; quae etiam planiora fiunt collata

fluvio — converso in ursum vel canem compressa edidit Acesten.⁷ Nam quod necessarium visum est Aeschylō, idem hand dubie Euripidi et omnibus omnino, qui rem sibi ante oculos proponerent. Indidem fluxit, quod Iuppiter in Moschi Europae v. 163 et in Ovidii Fast. V 615 narratur tauri speciem exuisse, ut Europae amore frueretur.

cum eis quae Aristot. in Hist. an. p. 629^b 33 scripsit: *γένη δ' ἐστὶ λέοντιων δύο· τούτων δ' ἐστὶ τὸ μὲν στρογγυλότερον καὶ οὐλοτριχότερον δειλότερον, τὸ δὲ μακρότερον καὶ εὐθύτριχον ἀνδρειότερον*, quae Plin. in Nat. hist. VIII 46 sic vertit: 'Leonum duo genera, compactile et breve crispioribus iubis, hos pavidiore esse quam longos simplicique villo'. Quoniam igitur *οὐκέτι λαχνήεις* vel leo est, qui crispiore iuba careat, quo tandem iure *λαχνόγυιος* appellari potest leaena, cuius tota pellis brevissimis pilis tecta levis sit? At ursarum horrida species quam bene hoc vocabulo notatur, quae, ut ait Oppianus in Cyn. III 140, *λάχνην μὲν πικνὴν δυσπαίπαλον ἀμφέσαντο!* Eo autem vocabulo, quod bestiae aspectum quam accuratissime certissimeque ante oculos poneret, poeta eo magis uti debuit, quod bestiam ipsam non nomine designasse, sed descripsisse tantum videtur. Haec autem quam statuimus vocabuli vis ceteris quae afferre possum exemplis confirmatur: nam breves bestiae pilos nusquam significat, quanquam lato usu patet a lanugine (cf. Hom. λ 320) usque ad apri (Hom. I 548) et echini (Opp. Hal. II 369) saetas.

Quoniam igitur ratio et memoria convincunt *λεαίνης* nomen corruptum esse et a poeta designari ursam, procul sunt ab hoc loco habenda quae in homiliis exstant singularia. Quibus reiectis simul cadit unum illud adminiculum lectionis *ἐπέβας*, quod ille locus ministrare videbatur, nec iam dubito, quin cum Hartungio reponendum sit *ἀπέβας*, qua lenissima mutatione et concinna fit comparatio et mira esse ac singularis desinit fabula, quapropter non intellego, cur hanc emendationem editores spreverint.

Sententia quidem iam plana est apteque procedit: In capite ponitur tanquam *παράδοξον*: beatam fuisse Callisto, quae ex Iovis concubitu abiisset mutata; statim ratio subiecta est: beatam eam fuisse prae Leda, quia formae iactura aegritudinem, malo nimirum minore maius, effugisset. Singula vero verba graviter corrupta medicum adhuc desiderant. Cuius munere qui hucusque functi sunt, non multum profecerunt. In falso omnino fundamento positas esse eorum coniecturas,

qui Ursae signum animo poetae obversatum esse crederent, Hermanni¹⁾ dico et Schmidtii, vel ex eis apparet, quae adhuc disputavi. Sed ne quis incertam memoriam obiciat, *alterum* quoque, quod eiusdem condicionis est, *exemplum* oportet spectare sic libris traditum:

ἂν τέ ποτ' Ἄρτεμις ἔξεχορεύσατο²⁾
 χρυσοκέρατ' ἔλαφον Μέροπος Τιτανίδα κούραν
 καλλοσύνας ἔνεκεν.

Num integra haec sint, valde dubito; non quod cum Schmidtio verbum desiderem — id enim licet ex eis quae antecedunt simul audire —, sed quia verba *Μέροπος Τιτανίδα κούραν* ob singularem memoriam suspecta sunt. *Τιτανίς* enim *κούρα* in cervam auratis cornibus insignem mutata haud dubie intellegenda est Atlantis filia *Taygete*³⁾, neptis Iapeti *Titanis*⁴⁾, de qua schol. ad Pind. Ol. III 53 (29) haec referunt: ἡ Ταυγέτη ἡ τοῦ Ἄτλαντος θυγάτηρ, ἦντινα Διὸς βουληθέντος βιάσασθαι εἰς ἔλαφον μετέβαλεν ἡ Ἄρτεμις, εἶτα πάλιν εἰς

1) Herm. coni. ἃ μορφᾶς θηρῶν λαχνογνίων ὄμματι λάβροφ σχῆμα δαινείεις, ἐξαλλάξασ' ἄχθεια λύπης, quae sic vertit: 'Quae formae hirsutarum ferarum speciem largo oculo defles, commutato pondere doloris.' Cum universa sententia haec pugnare iam monuit Herwerden, 'Mél. Graux' p. 194; nam 'Callisto' inquit 'Leda multo felicior ab Helena praedicatur non ob aliam causam, credo, quam quod in ursam conversa perdidisset malorum memoriam et conscientiam.'

2) Hermann adnotavit: 'Ἐξεχορεύσατο comparari potest cum eo, quod apud Ovid. Met. II 465 Callisto experta est: deque suo iussit secedere coetu.' Hartung istam notionem negat posse verbo tribui. Recte fortasse. Neque enim cum verba a praepositione ἐκ ἐξ incipientia perlustravi, ullum repperi exemplum, quod prorsus responderet: saepius hanc notionem exhibent quae in -ίζω (cf. ἐξορίζω, ἐξοικίζω, ἐξυπνίζω, al.), nonnunquam quae in -οω (cf. ἐκταλαντόω, ἐξαγκυρόω), nunquam, quantum vidi, quae in -εω exeunt. Itaque in interpretando rectius proficiscendum videtur a generali notione agitando, quam *χορεύειν* habet in Eurip. Herc. f. 871 et 879. Quae Hartung proposuit refutare superfluum.

3) Hanc agnoscunt Schmidt et Robert-Preller I⁴ p. 306 adn. 3. Alii fabulam ad Meropis Coi filiam transferunt, velut Hartung et Knaack in Quaest. Phaeth. p. 20, falso, quia haec nec *Τιτανίς* erat nec mutata esse narratur.

4) De hoc cf. Hes. Theog. 134. 207.

τὴν οἰκείαν φύσιν ἀποκαταστᾶσα καὶ γενομένη ἄνθρωπος κα-
 θιέρωσεν αὐτὴν τῇ Ἀρτέμιδι. — — ἡ Τηϋγέτη τῆς Ἀρτέ-
 μιδός ἐστι φίλη. ταύτης ἠγάσθη Ζεὺς, καὶ αὐτὴν Ἀρτεμις
 διωκομένην εἰς ἔλαφον μεταβάλλει. ὄθεν καὶ εἰς ὑπόμνημα
 τοῦ πραχθέντος τὴν ἔλαφον χρυσώσασα ἀνέθηκε γαμηθεῖσα
 Διῖ. Quae ratione parum cohaerent; inepte enim fingitur quae
 ex Iove Lacedaemonis mater facta est a Diana ideo conversa
 esse, ut Iovem effugeret. Itaque ex duabus unam conflata
 esse censeo narrationibus, quarum altera ferebatur Taygete in
 cervam conversa esse a Diana propter amissam virginitatem,
 altera cervam Dianae consecrasse. Illam manifesto secutus est
 Euripides — paulisper enim Taygeten feram mansisse aut, ut
 ab Iovis insidiis defenderetur, mutatam esse verba nullo pacto
 patiuntur intellegi —, hanc Pindarus, cum scriberet Ol. III 29 sq.
 Bgk: χρυσόκερων ἔλαφον θήλειαν — ἂν ποτε Ταϋγέτα | ἀντι-
 θεῖσ' Ὀρθωσίᾳ ἔγραψεν ἱεράν¹⁾). Patet igitur ab Helena Tay-
 geten non ob aliam causam dici felicem nisi ob hanc, quod
 fera facta sit. Quod autem de hac, idem valet de Callisto.
 Confirmatur igitur quam supra posui interpretatio. Iam vero
 inde, quod Callistus cum Taygetae fortuna composita est,
 colligo Euripidi illum fabulae exitum, quo Callisto
 in astris poneretur, nondum fuisse notum. Quem si
 spectas, Callistus Taygetae sorti non iam respondet. In mentem
 autem quin legenti audientive eius, si notus erat, veniret fieri
 non potuisse vel inde cognoscitur, quod omnes fere interpretes
 de Ursae signo cogitaverunt. Ille enim tam laetus rerum exitus
 efficit, ut Callisto beata videatur propter illum, non propter
 formae iacturam. Cum autem hoc velit designare poeta illum
 nequit novisse. Neque alio ducit universa ratio earum fabu-
 larum omnium, quae ad sidera pertinent. Constat enim ple-
 rasque Alexandrina demum aetate ad caelum relatas esse.

1) Vides scholiastarum narrationes ita ortas esse, ut fabula vulgata
 cum eis quae Pindarus indicasset conciliaretur. Nam Taygete, si cervam
 Dianae consecraverat, fera nec permanserat nec Dianae facta erat ira, sed
 beneficio, sicut narrat schol. Partem veri animadvertit Robert in Prelleri
 Myth. I⁴ p. 306 adn. 3.

Quod interim velim teneas; infra enim scire intererit Euripidi Callistus Taygetaeque fata etiamtum eadem visa esse. Nunc illuc, unde digressi sumus, revertamur.

Hermannii igitur Schmidtique coniecturas mittendas esse vidimus. Nec Schmidtio contigit, ut versum illum sensu casum demonstraret ex adnotatione ortum esse, quam quis, ut Ursae maioris situm definiret, adiecisset; verba enim ὄμματι λάβρω quid tandem in tali adnotatione sibi volunt? immo haec ipsa produnt poetam. Medela vero nondum est reperta. Coniecturas sufficit enumerasse: Hartungii σχῆμα ταλαίνης — ἀχεά(τε)λύπης, Ottonis Goram in Mus. Rhen. XVIII p. 311 portentosum commentum σχῆμα ἰλείωνες, Herwerdeni in Misc. in honorem Caroli Graux conscriptis p. 194 μορφᾶς — σχῆμ' ἐλελόγγεις. Hermann autem frustra negavit ὄμματι λάβρω interpretandum esse 'truci adspectu, torvo lumine': ὄμμα θοδὸν in ursam praedicat Opp. Cyn. III 143, sed bestiae rapaci illud non minus convenit. Corruptam tamen versus partem ut evidenter restituerem, quamvis multa temptanti mihi non magis quam prioribus contigit. Fortasse σχῆμα retinendum est et intelligendum decus, quod assumpta turpi ursae figura Callisto perdidit (perdendi notio forsitan lateat sub ταλαίνης vocabulo aperte corrupto). Sed nolo hariolari.

Fabula qualis fuerit, cum tantummodo significata sit, dumtaxat divinare licet. Nam certa haec tantum videntur prodire: Callisto, virgo Arcadica, Iovis amorem invita experta est; sed virginitatem ereptam dum luget¹⁾, in ursam est transfigurata, ut ferae inde vitam viveret.

§ 7.

Accuratiore primum comperimus ex AMPHIDIS fabula²⁾, cuius argumentum in angustum coactum servaverat Eratosthenes in Catalogis, unde excerpta quae exstant composuit Robert in

1) Cf. ἐξαλλάξασ' ἄχεα λύπης.

2) Inscriptionem fabulae ignoramus. Quam *Alcaeus*, comoediarum eiusdem fere aetatis scriptor (cf. Bergk in Hist. litt. Gr. IV p. 105), condidit fabulam Καλλιστῶ inscriptam, eius argumentum non dubium est

Erat. Catast. rel. p. 50 sq. Quae si una narratione complectimur, ille comoediarum scriptor Platonis ¹⁾ aequalis rem sic exposuit: Iovem Dianae simulatum ad Callisto cum comitibus venantem se applicavisse, tanquam eam esset adiuturus, sed a ceterarum conspectu amotam virginem compressisse. Spatio certo peracto cum partus ei instaret, a Diana interrogatam, quid sibi accidisset, ut tam grandi utero videretur, ex necessitate tandem, diu cunctatam, ipsi eam deae culpam attribuisse, quoniam ab illa passa esset vim. At illam tanta quantam putaret impudentia iratam in ursam eam convertisse ²⁾.

In promptu est, quam plenum fuerit tale spectaculum risus iocique, ac vix licet dubitare, quin fraudem, qua Iovem uti videmus, poeta comicus e suo addiderit ingenio, ut nodum fabulae necteret. Utique Eratosthenes huius narrationis auctorem aetate illo superiorem non habuit. Quod vero gravissimum est, a severitate antiquioris aevi haec quidem deorum tractatio abhorret, comico convenit. Quod si hoc additamentum, quo fabulam is qui ad risum res deflecteret poeta auxit, separavimus, quae fonti, unde ille sua hausit, assignentur restant haec: Callisto, una ex Dianae comitibus, dum cum turba aequalium venatur, Iovis accendit amorem

quin non ad mythicam, sed ad Atticam pertinuerit Callisto, meretricem Socrati aequalem (cf. Ael. V. H. XIII 32). Nam quae narrantur apud Athen. IX 399^e sq. *Νανσικράτης δ' ὁ κωμφοδοποιὸς ἐν Περσίδι σπανίως, φησίν, ἔστιν εὐρεῖν δασύποδα περὶ τὴν Ἀττικὴν*. — — — *Ἀλκαῖος δ' ἐν Καλιστοῖ καὶ ὡς πολλῶν ὄντων ἐμφανίζει διὰ τούτων* (I 759 K.).

*Κορίαννον ἵνα τί λεπτόν; Β. ἵνα τοὺς δασύποδας
οὓς ἂν λάβωμεν ἄλσι διαπάττειν ἔχῃς.*

ex his apparet scaenam fuisse in Attica. — Ceterum Callistus nomen in Attica admodum frequens videtur fuisse; nam ter redit in epigrammatis apud Kaibelium (Epigr. Gr. 56. 82, 3. 151, 2) et bis apud Toepfferum (Genealog. Att. 1889 p. 124. 132).

1) Cf. Bergk in Hist. litt. Gr. IV p. 167.

2) Etiam Ursae signum in hac fabula commemoratum fuisse falso, ut infra demonstrabitur, opinatur Robert in Erat. Cat. rel. p. 243.

et passa est amplexum. Diana autem, ubi gravidam deprehendit, ira exarsit et quae peccasse videtur abegit in ursam commutatam.

§ 8.

Iam cum his velim conferas quae apud Latinos Catasterismorum compilatores Amphidis mentionem praecedunt, apud Graecos, qui hanc omiserunt, continuae narrationis priorem faciunt partem. Auctor in capite nominatur HESIODUS: fabula affertur ad explicandum Ursae maioris signum. Memoriam autem maxime integram conservarunt scholia Aratea: itaque quae ista praebent vel sola nobis sufficiunt. Sunt autem (secundum Roberti Erat. Cat. rel. p. 50) haec:

Ἡσιόδος δὲ φησι Ἀνκάονος ἀντὴν θυματέρα εἶναι καὶ ἐν Ἀρκαδίᾳ κατοικοῦσαν ἐλέσθαι μετὰ Ἀρτέμιδος τὴν περὶ τὰς θήρας ἀγωγὴν ἐν τοῖς ὄρεσι ποιεῖσθαι· φθαρεῖσαν δὲ ὑπὸ Διὸς ἐμμεῖναι ἐν τοῖς πρότερον κλέπτουσαν τῇ Ἀρτέμιδι τὸ σύμπωμα· ἤδη δὲ ἐπίτοκον οὖσαν ὀφθῆναι ὑπ' αὐτῆς λοκομένην· ἐφ' ᾧ ὀργισθεῖσαν τὴν Ἀρτεμιν θηριῶσαι αὐτήν· καὶ οὕτω τεκεῖν ἄρκτον οὖσαν τὸν κληθέντα Ἀρκάδα.

Altera narrationis parte, quae ab hac in Catalogis Eratosthenicis inserta Amphidis fabula dirempta erat, exponitur, qui factum sit, ut Callisto postea inter astra reciperetur.

Priorem partem cum incerto illo Amphidis fonte congruere nemo non videt. Sed auctoris nomen Hesiodi definitionem requirit. Verba secuti compilatorum, quae in Epitome sunt *Ταύτην* [sc. τὴν ἄρκτον τὴν μεγάλην] *Ἡσιόδός φησι Ἀνκάονος θυματέρα ἐν Ἀρκαδίᾳ οἰκεῖν* et idem declarantia apud reliquos, necesse est credamus Hesiodum signum Ursae ex Callistis fabula explicasse et totam ei narrationem tribuamus, non priorem partem solam. Et omnes quos quidem sciam sic iudicarunt, cum astronomico quod Hesiodi sub nomine ferebatur carmini totam narrationem assignarent. Quod confirmare conatus est Marckscheffel in Hesiodi etc. fragm. p. 354 altero argumento. Adnotat enim: 'Haec ad Astronomiam pertinere certa ratione collegisse mihi videor e Lact. Plac. Arg. ad Ovidii

metam. II 5 et 6 p. 797 ed. Stav.², quibus subscripsit Rzach in Hes. ed. p. 151 adn. In illis enim Argumentis eis quae ex Ovidio relata sunt (Callisto esse Iovis beneficio cum Arcade inter astra collocatam, sed Innonis invidia ab oceano exclusam) adiecta sunt verba 'ut auctor Hesiodus indicat.'

Haec iam examinemus. Verbis eorum, qui Catasterismos exscripserunt, ne quis deciperetur, iam monuit O. Müller in Proleg. p. 199. Vidit enim auctorum nomina ad historias fere, non ad catasterismos pertinere, nonnunquam vel contrariis verbis; cuius rei nonnulla attulit exempla, quorum luculentissimum ea continent quae de Virgine scripta leguntur; etenim verbis *Ταύτην Ἡσίοδος [ἐν Θεογονίᾳ] εἶρηκε θυγατέρα Διὸς καὶ Θέμιδος, καλεῖσθαι δὲ αὐτὴν Δίκην*, quae Epitomes caput IX incipiunt quibusque quae ceteri habent testes congruunt, his falso ad Virginis referuntur sidus quae Hesiodus de Iustitia protulerat dea, Iovis Themidisque filia (cf. Theog. 901 sq. et Op. 256). Nec plus valet quod in Epit. et schol. Arat. maior narrationis pars apta est ex verbis *Ἡσίοδος φησι*, tanquam omnia ad hunc redeant; nam et hoc merae negligentiae tribuendum esse vel inde elucet, quod Hesiodi mentionem olim Amphidis excepit, ut nunc etiam in schol. German. et Hygini Astron. Ergo in hac quidem re diiudicanda istorum scriptorum verba premere non licet.

Sed niti videntur viri docti altero potissimum argumento, *testimonio illo fabulae Nasonianae subiecto*. At qui hoc faciunt nec libelli, quo metamorphoseon fabulae enarrantur¹⁾, conditionem nec testimoniorum, quae fabulis nonnullis aspersa sunt, fidem quaesiverunt. Testimonia enim summa cum cautione adhibenda esse vel obiter perlustranti apparet. Laudantur semel Varro, semel Phanocles, septiens Hesiodus, qui semel coniunctus est cum Euripide. Sed in his dubitatio ac suspicio bis tantum exclusae sunt: in eis quae initium faciunt: 'Chaos, ut Hesiodus

1) Editores libellum *Lactantio* donaverunt, quanquam in cod. Marc. sine nomine exstat, in Laurentiano, qui tamen illo aetate et auctoritate inferior est, Donati nomen fert, cf. Muncker, *Myth. Lat. II praef. p. VII sq.* Foerster, 'Raub u. Rückkehr d. Perseph.' p. 290 adn.

indicat volumine quod deorum originem continet, fuit initio ¹⁾ quaedam rerum confusio' et in eis quae fab. II 4 p. 796 Stav. subscripta sunt: 'Phanocles in Cupidinibus auctor ²⁾.' Quid faciam verbis 'Saecula etiam dicata Varronis auctoritate vertuntur; quoniam aureum in deterius argenteum et post in aëneum ac postea, quod etiam peius [*cod. et ed.*: orpheim] antedictis est, in ferreum cessit', haereo; a Munckero (p. 788 Stav.) glossatori tributa et sub contextum relegata sunt; utique sera eorum origo. Damnatum est, sed immerito, testimonium in eis, quae antecedunt et a Munckero et ipsa e contextu exclusa sunt; etenim non ad fabulam, sed ad genealogiam Hesiodi nomen debebant referre, cum scripta legerent: 'humanum genus — — Prometheus, Iapeti filius, ut idem Hesiodus ostendit, ex humo finxit' ³⁾. Quae II 2. 3 p. 796 Stav. de Heliadibus referuntur ita cum Hygini fab. 154 consentiunt, ut de communi fonte cogitandum sit. Quod vero ad fidem attinet verborum, quae in Argum. sunt 'lacrimae earum, ut Hesiodus et Euripides indicant, in electrum (<?sunt conversae?>)', apud Hyg. 'harum lacrimae, ut Hesiodus indicat, in electrum sunt duratae': de Euripide dubitatio nasci nequit (cf. Hippol. 735 sqq.), de Hesiodo dubitare licet; obstant enim quae Plin. XXXVII 11 servavit: 'Phaethontis . . . sorores . . . lacrimis electrum . . . fundere . . . plurimi poetae dixere, primique, ut arbitror, Aeschylus, Philoxenus, Euripides, Nicander, Satyrus'. Sed potest etiam a Plinio omissum esse Hesiodi nomen aut apud eum excidisse ⁴⁾. Ergo quae adhuc inspeximus testimonia aut confirmari poterant aut non poterant damnari. At sunt etiam quae aut falso allata

1) Cf. Hes. Theog. 116.

2) Phanoclis vestigia constat Ovidium et alibi pressisse, cf. Knaack in Quaest. Phaethont. p. 93.

3) Fabulam ab Hesiodo alienam esse plerique perspexerunt, velut Bode in Script. rerum myth. II p. 165 et Welcker in Trilog. Aeschyl. p. 13. Aperte expressam primam eam invenimus a Philemone in Stob. Flor. II 27. In Attica eam ortam esse demonstrare conatus est Preller in Philol. VII p. 56, nec tamen probavit Roberto in Prelleri Myth. I ⁴ p. 81 adn. 6 fabulae testimonia enumeranti.

4) Cf. Robert in Herm. XVIII p. 439, Knaack in Quaest. Phaeth. p. 10.

esse videantur aut maxime suspecta sint. Suspectum mihi est quod fabulae XI 4 p. 864 Stav. adhaeret de Midae ortu testimonium: 'Qui tamen fertur Midas esse matris magnae filius. Sic enim cum Hesiodo consentit Ovidius'. Id quidem, quod cum Hesiodo consentire dicitur Ovidius, prodit scriptoris neglegentiam; Ovidius enim nihil tale dixit. Sed Midae Phrygis genealogiam ¹⁾ qui Hesiodo vindicat, eius de fide est cur diffidamus. At fortasse immerito. Certius iudicare licet de his quae historiae Memnonis (XIII 3, p. 873 St.) in fine appicta sunt verbis: 'quod tamen monumentum in Phrygia constituit patruus eius, ut Hesiodus vult' ²⁾ et de hoc quod historiae Leucothoes, quae in turis arborem mutata fertur, (IV 5, p. 811 St.) subscriptum est testimonio: 'hoc Hesiodus indicat.' Narrare potuit Hesiodus nec Leucothoes fabulam Asiae propriam ³⁾ nec quae ad Memnonis sepulcrum pertinent ⁴⁾. Attamen eius nomen fictum putare vel ideo non licet, quod maior testimoniorum pars, ut supra vidimus, rata est nec veri simile non ad unum omnia redire fontem. Tollitur difficultas, si statuimus testimonia ab eo qui transcriberet non semper quo deberent loco aut modo

1) Eadem redit apud Hesychium in v. *Μίδα θεός* et Plut. Caes. 9, et in Hyg. fab. 191 (Midas rex Mygdonius filius matris Idaeae) et 274 (Midas rex Cybeles filius Phryx).

2) Haec verba cum prioribus non cohaerent; praecedunt enim haec: 'Quae [sc. Memnonides] memores belli quotannis ad sepulcrum eius conveniunt et inter se dimicantes sanguine suo manibus eius frequentes parentant. Et ipsa mater eius matutinis temporibus lacrimas desiderio filii sui Memnonis transmutat in rorem.' Editores nexum restituerunt violenter vocula 'quod' in 'cui' mutata. Ego vero nullus dubito, quin 'quod' retinendum sit 'monumentum' que intellegendum Memnonis sepulcrum paulo ante commemoratum, quod ad illustrandum aliquando illa verba, quae nunc ad fabulae finem delapsa sunt, appicta fuerint. Unde manaverint, statim intelleges, cum de narrationum fonte dixerō.

3) Cf. Ov. Met. IV 209. 212. — At in Hyg. cod. Fris. Argonautarum catalogo (p. 47 adn. Schm.) illatus est cum aliis 'Thersanon Solis et Leucothoes filius ex Andro.' Graeca haec videtur ac diversa fabulae forma.

4) Cf. Ael. Hist. an. V 1 λέγουσι δὲ οἱ τὴν Τρωάδα ἔτι οἰκοῦντες ἠόριον εἶναι τι τῶ τῆς Ἡοῦς Μέμνονι ἀνετον κτλ. cf. Robert, 'Bild u. Lied' p. 119 adn. 54.

esse inserta. Quod interdum factum sit paene necesse est, cum' id quod Richardus Foerster ('Raub u. Rückkehr der Perseph.' p. 290) idoneis argumentis comprobavit, Narrationes auctae fabularum additamentis et poetarum Graecorum nominibus supersint de commentariis in Ovidii Metam. conscriptis, qui etiam argumenta fabularum continebant ¹⁾. Tum

1) Quod C. Lange, De nexu inter Hyg. op. mythol. p. 67sq. temere contenderat, auctorem Narrationum non ex Ovidio pendere, sed ex Hygini operibus fabulas desumpsisse, Foerster satis refutavit. Qui quae contra monuit, eis unum addere placet exemplum: narratur enim XIII 3 p. 873 St. mater Memnonis impetrare, 'ut — — sorores in volucres convertantur', qui error originem traxit ex obiter lectis Ovidii (XIII 608) verbis 'pariter sonuere sorores' [sc. aves ex Memnonis cinere natae]. — Non superfluum videtur monere narrationes etiam *interpolatorum* manus multis locis passas esse. Pauca afferam exempla: I 6 respectu Metam. I 163sq. loco alieno inserta sunt verba 'in deos querimonia delata', quae recte absunt apud Mythogr. Vat. I 17. Narratio XI 4 media sic libris traditur: 'Quam ob causam [Apollo ob eandem stultitiam, quam et supra gesserat in Liberi patris voluntate] deus iratus aures eius asininae ut essent sempiterno effecit'; iterum verba quae eicienda notavi non agnoscit Myth. Vat. I 90. Item VII 2 quae ad Medeam pertinent verba 'postquam animadvertit stipitem — — tempus existimans' et impedita oratione arguuntur narrationi postea invecta (ex Met. VII 279—285) nec redeunt apud Myth. Vat. I 188. — Denique hac data occasione addam ex eodem fonte quo Narrationes fluxisse videri etiam *Graecam Metamorphoseon epitomen* fortasse decurtatam, quam Westermann cum in Paradoxogr. p. 222sq. tum in Mythogr. p. 347sq. edidit et Wilamowitz in Anal. Eurip. p. 182 adn. ad Ovidium redire perspexit. Ex ipso enim Ovidio eam excerptam esse ideo non est veri simile, quod plus semel aliam atque hic dedit fabulae formam; qua re ad argumenta vocatur Metamorphoseon, quae ita comparata erant, ut Ovidiana iis quae alii narrassent supplerentur, quales Graecorum erant *ἰποθέσεις*. Talium autem argumentorum vestigia etiam in Narrationibus multa deprehenduntur. Ergo utraque epitome ex aequali saltem fonte ducta est, fortasse ex eodem; nam semel quidem, cum ab Ovidio discedit, auctor Graecus cum Latino consentit: uterque enim, cum Ovidius I 721sq. Iunonem fingat Argi interfecti oculos in pavonis cauda collocasse, vulgarem substituit fabulam, qua Iuno ferebatur Argum in pavonem transformasse, cuius testes sunt Mosch. I 58, schol. ad Arist. av. 102, Nonn. XII 70. In reliquis vero epitome Graeca ab Ovidio dissentiens dissentit etiam a Narrationibus, unde tamen propter laceram harum et confusam hic illic condicionem (cf inprimis II 8) nihil licet efficere. Sed notandum est quod de Nyctimene, quae in Metam.

Hesiodi nomen XIII 3 restringendum est ad sola verba proxima 'patruus eius' — Priamum enim Memnonis patrum perhibere ille potuit, siquidem Troum genealogia iam in Iliade, quamvis in parte quadam recentiore, Y 236 sqq. prolata est —, sed IV 5 revocandum est ad genealogiam in capite commemoratam; nam ex quo Leucothoe genus ducit Belum eiusque gentem Hesiodo non ignotos fuisse ex Catal. fragmento (45 Rz.), quod Strabo servavit, discimus. Ex his iam satis luculenter apparet illud unde profecti sumus testimonium ita tantum esse accipiendum, ut in Callistus fabula credatur inesse quod ad Hesiodum redeat; quid redeat, inveniendum est collatis aliis testimoniis indicibusve.

Narratio ipsa, si totam spectas, seram clamat aetatem. Nam primum Arcade puero ad caelum translato eponymi naturam negligit; deinde, cum etiam ad Ursam minorem, ut infra demonstrabo, pertineat, necesse orta sit post Thaletem Milesium, cui Ursae minoris notitiam Graecos debere veteres consentiunt¹⁾; denique qui eius finem faciunt catasterismi Alexandrinorum studia produnt. His narrationis indicibus addendum est quod, cum Euripides Helenam scriberet, Callisto cum astris nondum coniuncta erat. Sequitur, ut Hesiodi Astronomia, si Catasterismorum narrationem continebat, falsario Alexandrino assignanda sit. Et hoc ut statuerent, nonnulli commoti sunt. Ego vero in epimetro me satis probaturum spero carmen illud ante saeculum V compositum esse. Ergo catasterismi non possunt ad Hesiodum revocari, sed huius nomen in Argu-

II 592 dicitur 'patrium temerasse cubile', at in epitome inducitur *φεύγουσα τὸν τοῦ πατρὸς ἔρωτα*, utramque fabulam habet Lactantius (ad Stat. Theb. III 507), qui ex commentariis Ovidianis (indicia non desunt, cf. Foerster l. l. p. 290) tam potuit haurire quam ex Vergilianis hausit. Neglegentiam auctoris epitomes cave in eo agnoscas, quod ex eius narratione Syrinx, quae apud Ovidium (I 701 sqq.) cum ad amnem pervenit mutatur, *εἰς τὸν ποταμὸν αὐτὴν ἔρριπεν*: immo iterum praetulit fabulae formam suo tempore vulgatiorem, cf. Long. II 34 *ἐς δόνακας κρύπτεται, ἐς ἔλος ἀφανίζεται*, Ach. Tat. VIII 6, Nicet. Eug. III 304.

1) Cf. schol. Arat. 27; 39 = Hyg. Astron. II 2 p. 33,9 Bunte; schol. Ven. A ad Σ 487.

mentis Nasonianis alieno fabulae loco (exstat in fine, debuit initio) insertum est et in Eratosthenicis ad priorem tantum spectat narrationis partem, quam Amphidis fabula excipit, quamque ne Hesiodo vindicemus genealogo nihil obstat.

Hesiodream igitur fabulam certo recuperavimus, nec tamen tenemus plenam. Est enim apertum poetam genealogum genealogicam fabulam commemorato partu non finivisse, sed etiam addidisse, quis curam suscepisset infantis, quis eum perduxisset ad adulescentiam, quem in montium solitudine ursa enixa erat inopem ac desertum. Eis, quae in Eratosthenicis ad Arcadem pertinentia sequuntur, nihil iuvamur, quia tam arte apteque cum fine ab Hesiodo abiudicando cohaerent, ut non sit dubium, quin narrationis auctor in eis quae ad Arcadem attinent depingendis propriam viam ingressus sit. Sed num aliunde quae desideramus suppleri possint, circumspicientibus nobis primum sese offert *schol. ad Theocr. I 123* ad extremam hanc fabulae partem spectans. Quod cum propter miseram memoriae condicionem scrupulis obnoxium sit et difficultatibus obstructum, paulo fusius est de eo disputandum. Appictum est Theocriteorum versuum primo horum (I 123 sqq.):

Ὡ Πὰν Πάν, εἴτ' ἔσσι κατ' ὄρεα μακρὰ Λυκαίω,
εἴτε τύγ' ἀμφιπολεῖς μέγα Μαίναλον, ἔνθ' ἐπὶ νᾶσον
τὰν Σικελάν, Ἐλίκας δὲ λίπε δρίον¹⁾ αἰπύ τε σᾶμα
τῆνο Λυκαονίδαο, τὸ καὶ μακάρεσσιν ἀγῆτόν.

Sub uno conspectu ponam, quale exstat in codicibus et quale propositum est ab Ahrensiō:

<p>I. (codd.) Λυκαίω: ὑπὸ τῶ Λυκαίῳ φησὶ χωρίῳ καλουμένῳ Καλλιστοῦς</p>	<p>(Ahr.) Λυκαίω: <τὸ> ὑπὸ τῶ Λυκαίῳ φησὶ χῶμα, ἠρίον κα- λούμενον Καλλιστοῦς,</p>
<p>II. ... εἰς ὃ ὄρος ἔλθοῦσαν τὴν Λυκάονος θυγατέρα Καλ- λιστώ ὑπὸ Ἑρμοῦ τραφῆναι ἄρκτον οὔσαν·</p>	<p>εἰς ὃ [ἔλθοῦσαν] τὴν Λυ- κάονος Καλλιστώ θυγατέρα ἄρκτον οὔσαν ὑπὸ Ἑρμοῦ τα- φῆναι·</p>

1) λίπ' ἠρίον plurimi edit. ex Bosii coniectura; λίπε δρίον maluit Meineke.

ἦν καὶ φησιν Ἄρατος ἐν [δ'] ἦν φησιν Ἄρατος ἐν οὐρανῷ
οὐρανῷ ἐστηρίχθαι. ἥστερίσθαι.

Priorem scholii partem ex schol. Ahrensianis petivi, ex Zieglerianis praestantioribus alteram. Illa enim cod. Ambrosiano deest et ab Ahrensi sumpta ex cod. Genev. inferioris notae (cf. praef. Ahr. p. XXIV et XLIV), ubi haec *ἑτέρα* est *ἑξήγησις*.

Lectionem *ταφῆναι*, quae librorum deterioris notae est, veram esse Ahrens p. 477 ex eis potissimum effecit, quae de Callisto Paus. VIII 3, 6 narrat: Ἄρτεμις δὲ ἐς χάριν τῆς Ἥρας κατετόξευσεν αὐτήν. καὶ ὁ Ζεὺς Ἐρμῆν πέμπει σῶσαι τὸν παιδά οἱ προστάξας, ὃν ἐν τῇ γαστρὶ εἶχεν ἡ Καλλιστώ· Καλλιστῶ δὲ αὐτήν ἐποίησεν ἀστέρας καλουμένην Ἄρκτον μεγάλην. — ἔχοιεν δ' ἂν καὶ ἄλλως τὸ ὄνομα οἱ ἀστέρες ἐπὶ τιμῇ τῇ Καλλιστοῦς, ἐπεὶ τάρον γε αὐτῆς ἀποφαινουσιν οἱ Ἀρκάδες. Nam 'consentaneum est' inquit 'eundem Mercurium, qui puerum ex utero occisae eriperet, hanc sepelisse ex eorum narratione, qui sepultam agnoscerent. Nec video, cur Arati commemoratio interpolata habeatur, quae cum *ταφῆναι* male coit'. Itaque cum Duebnero in hoc scholio de Callisto tumulo agi statuit, quem Paus. VIII 35, 8 describit. 'Quod Pausania teste' inquit 'ille tumulus non sub ipso Lycaeo situs erat, non pre-mendum est; hic mons nominatur, quia Callistonis fatum cum Iovis sacro Lycaeo artissime coniunctum erat. Iam vero non latet totum scholium minime ad *Ἀρκάτω* pertinere, sed ad vs. 125 *Ἐλίνας δὲ λίπ' ἠρίον* et hanc lectionem egregie confirmare. — Scholium propter Lycaeii commemorationem ad alienum locum translatum est.' Hactenus Ahrens. Verum dubito, num omnia recte disputaverit. Id quidem negari nequit, narrationi Pausaniae dempto catasterismo bene convenire Mercurium qui occisam ursam sepeliat. Verum inde nihil efficiendum nisi id, ut ex fabula aliquo modo, nisi quae obstant (obstat autem Pausaniae [VIII 35, 8] de tumuli situ testimonium), lectio *ταφῆναι* possit explicari. Sed enim postquam Ziegleri editione certiores facti sumus, quid in librorum sit optimo, iam demonstrandum est non posse ferri quam ille praebeat lectionem *ταφῆναι*. Id num ceteris Ahrens quae attulit argumentis

evicerit, iam videamus. Quod Arati commemorationem 'cum *τραφήναι* male coire' dicit non prorsus assequor; nam multo etiam minus catasterismi mentio cum *ταφήναι* coit. Quae de Arato proferuntur cum proximis omnino non cohaerent; diversam enim continent de extrema Callistus fortuna narrationem eamque posterioribus tritam, ex qua Callisto inter astra recepta erat, falso, ut infra ostendam, Arato ascriptam. Sed cum magna veri specie Ahrens statuit in hoc scholio de Callistus agi tumulo, ac speciosa est, confiteor, qua corruptum scholii initium restituit, coniectura, quanquam a dubitatione non libera, quia Pausaniae testimonio constat non sub Lycaeo, sed sub Maenalo Callistus tumulum fuisse, quam difficultatem Ahrens removeere frustra conatus est. At est deliberandum, liceatne omnino quae Ambrosianus servavit coniungere cum isto initio, quoniam non sine vi duae istae partes conglutinantur. Mihi vero nascitur suspicio eum, a cuius manu scholia codicis Genev. profecta sunt, quae separata legisset invita memoria contraxisse. Eo adducor, haec cum reputo: Primum omnino dubitare licet, num *θάπτειν εἰς ἦρλον* Graece dictum sit. Deinde difficile est probare, quomodo fieri potuerit, ut *ἐλθοῦσαν* scholio inferretur: interpolatori enim id tribuere debet qui lectionem *ταφήναι* veram ducit. Nam si inusitata erat elocutio *εἰς ὃ — ταφήναι*, ut non intellexeretur, non est credibile eam a scholiasta esse adhibitam; sin erat usitata et intellegi poterat, frustra quaerimus, cur tandem etiam conservata pristina lectione *ταφήναι* insertum sit *ἐλθοῦσαν*, quo sensus turbatur. Denique non levissimos movet scrupulos deserta optimi libri auctoritas. Quae cur spernatur, vereor ut satis sit causae. Ambrosiani enim memoria, si solam spectamus, nihil habet suspicionis aut offensionis, sed omnia dilucida sunt et inter se apta. Quod si quis quaerat, quid in explicando Lycaeii nomine Callistus sibi velit fabula, huius mentio iniecta est, ut illustrata e fabulari historia imago montis magis ante oculos poneretur, quod scholiastae consilium aperiunt, qui in Maenali nomine subinde afferuntur, vs. Apollonii Rhodii ad Atalantae fabulam spectantes. Sed hic Callisto in Lycaeo non sepulta, sed versata esse narratur,

cum in parte priore, qualem Ahrens probabiliter restituit, de Callistus sermo sit tumulo. Iam cum vis adhibenda sit, ut ex duabus reliquiis unum prodeat scholium aptum, altera autem pars dubitationi per se non sit obnoxia nominique explicando conveniat, cui appicta est, at prior pars, quae ab optimo libro abest, referri possit ad verba, quae prope exstant, *Ἐλίκας δὲ λίπ' ἤριον* (quibus Callistus tumulum significari interpretes plerique omnes statuerunt): concedes me iure suspicatum esse inscium librarium propter communem Lycaei Callistusque mentionem, inductum fortasse insuper corrupta lectione *ταφῆναι*, illud interpretamentum huc translatum cum hoc scholio, quod initio carere videretur, consuisse. Itaque, quantum ratio valet in scholiis, apparet retinendam esse Ambrosiani memoriam solamque nobis respiciendam.

Ad hanc autem fabulae formam, quam Hesiodi esse cognovimus, scholium ideo revocandum est, quod huic soli convenit. Nam diversae, quae postea nobis occurrent, formae omnes exitum habent plane alium, cum Callisto aut interfectam faciant aut a terra inter astra abreptam. Scholio igitur addiscimus Callisto, Lycaonis filiam, ursam factam in Lycaeum montem¹⁾ pervenisse ibique curae fuisse Mercurio. Quae quomodo inter se cohaereant, facile vides: etenim quae de Lycaone feruntur fabulae omnes sedem habent aut proxime ad illum montem aut in eo, ut pateat, cur eius filia in illum fingatur venisse. Mercurii autem partes animum ad ea revocant, quae eius narrationis, ex qua Callisto a Iunone mutata et a Diana occisa est, Pausanias et simillimae sub fine Apollodorus personatus exhibent: ille VIII 3, 6 *ὁ Ζεὺς Ἐρμῆν πέμπει σῶσαι τὸν παῖδά οἱ προστάξας, ὃν ἐν τῇ γαστρὶ εἶχεν ἢ Καλλιστώ, hic III 8, 2, 5 ἀπολομένης δὲ Καλλιστοῦς Ζεὺς τὸ βρέφος ἀρπάσας ἐν Ἀρκαδίᾳ δίδωσιν ἀνατρέφειν Μαίᾳ. Secum haec minime discrepant, sed supplent sese invicem, cum*

1) In Lycaeo ursam vagantem fecit qui Hesiodi narrationem multo post alieno sensu continuavit (Erat. in Catast. I p. 52 Rob., de quo infra dicendum erit). Qua re egregie confirmaretur, si opus esset confirmatione, quod scholium huc revocavimus.

scholio autem communem mentionem habent Mercurii. Iam vero cum egregie conveniant quod Mercurius praestat officium apud Pausaniam infanti quodque idem apud scholiastam matri, neque ullo pacto potuerit Hesiodus praeterire, quis infantem curasset, nullus dubito, quin utroque coniuncto finem narrationis Hesiodaeae recipiamus. Quam hoc recepto iam plenam tenemus. Fuit autem, omnia si recolligimus, haec fere:

Callisto¹⁾, Lycaonis²⁾ (quem Pelasgus³⁾ terra olim editus⁴⁾ genuerat) filiae, patria erat Arcadia. Adulta a molli virginum ingenio et moribus abhorrebat ac durum sibi elegit venandi studium; itaque ad Dianam se applicavit; quam in montibus feras agitantem comitabatur. Sed Iuppiter pulchritudine eius captus virginitatem ei eripuit. At illa, quid passa esset, dominae aperire verita permansit in casto eius choro, tanquam et ipsa etiam esset integra. Quam fraudem non impune tulit. 'Nam iam utero ingravescente prope diem partus in flumine corpus cum recrearet, a Diana cognita est non conservasse virginitatem'⁵⁾, graviterque offensae statim poenas dedit conversa in ursam. Ita deformata cum turba aequalium relicta in deserta fugere coacta esset, ad patrium se convertit montem Lycaeum, ubi puerum enixa est, cui postea nomen Arcadi est inditum. Tum denique Iuppiter, miseratus cui malorum auctor exstiterat et suum

1) Callistus nomen, quod in Catast. in Ursae maioris titulo deest, exstat ib. in Arctophylacis signo et in scholio Theocriteo ac constaret vel patris nomine; Lycaonis enim filia sola dicitur Callisto, nunquam Themisto aut Megisto, quod moneo contra Robertum in Prell. Myth. I⁴ p. 304 adn. 2.

2) De patris nomine consentiunt Erat. et schol. Theocr. Error subesse videtur in Apoll. Bibl. III 8, 2, 2, cf. supra p. 237 adn. 1.

3) Cf. frg. 71 Rz. *Υἱέες ἐξεγένοντο Λυκάονος ἀντιθέοιο ὃν ποτε τίχτε Πελασγός.*

4) Cf. Apoll. Bibl. II 1, 1, 5 *Ἡσίδοδος δὲ τὸν Πελασγὸν ἀπόχθονά φησιν εἶναι.*

5) Verbis utor Hygini.

simul sanguinem curans, Mercurium misit, qui infantem educandum Maiaie committeret in Cyllenio monte habitanti¹⁾, matrem nutriret.

Talem fere Hesiodus Graecis exhibuit Callistus historiam, quam primus litteris mandasse existimandus est. Nec dedecet, opinor, poetam haec rerum conformatio, quanquam, quid ipse praestiterit, quid vatum superiorum sollertia finxerit, hodie non iam licet probe discernere aut definire. Sed quisquis summam laudis meruit, videmus fabulam olim nihil nisi genealogicam iam vere humanam factam: nam quae de miro Arcadam eponymi ex ura ortu olim ferebantur iam ita ex-culta amplificataque invenimus, ut necessitas quaedam et aequitas divina in omnibus compareant. Quae amorem spernit, haec ab Iove domatur nec tamen frangitur, sed, quanquam ab hoc nobile fert in utero pignus, nec spiritu nec loco cedit priore, casum suum patronam celans, dum fraude detecta ab illa erepta humana specie punitur. Deserta partum edit, periturum, nisi quis opem tulerit. Sed in summis angustiis Iuppiter suorum meminit: ipsam, quae iam satis superbiam luerit, custodiae Mercurii tradit; puerum, quae nobilissima est in Arcadia, nutrici mandat, futurum magnae gentis auctorem.

Haec sane non omnia apertis verbis indicata sunt, sed mentem poetae reddidisse ideo potissimum mihi videor, quod per compilatores ipsos servata est ratio, qua Diana commota esse dicitur, ut comitem specie privaret: neque enim ob vanam suspicionem²⁾ haec in poenam incidit immerito, sed quia deam fefellit noxia. Quae ratio aperte expressa mihi indicio est cetera quoque ita concepta ac proposita fuisse, ut Callistus fata non ex fortunae iniuria, sed ex illius mente repeterentur, ut narratio spiritum acciperet vere tragicum.

Apud posteriores Hesiodus narrationi suae magnam qui-

1) Cf. Apoll. Bibl. III 10, 2, 1 *Μαῖα* — — *Διὸς συνελθοῦσα ἐν ἄντροφ τῆς Κυλλήνης Ἐρμῆν τίκτει.*

2) Falso Hyginum, cum rem male intellexisset, narrationi verba intulisse 'cui dea pro magnitudine suspicionis non minorem retribuit poenam' ceterorum consensu evincitur.

dem, sed non tantam quantam exspectaveris forsitan auctoritatem paravit. Nam praeterquam quod Callistus quam ascivit genealogia postea vulgo recepta est: quod ad ipsam attinet fabulam, ex Hesiodo pendere solum vidimus *Amphidem*, ab eo certe non dissentire *Polygnotum*; addere nunc licet *Palaephantum*, quem in fabula interpretanda ab eis, quae Hesiodus narasset, profectum esse libelli *περὶ ἀπίστων* inscripti docet caput XV (Mythogr. Gr. ed. Westerm. p. 282): *Καὶ ὁ περὶ Καλλιστοῦς λόγος τοιοῦτος, ὡς κνηγετοῦσα ἄρκτος ἐγένετο. ἐγὼ δὲ φημι καὶ ταύτην εἰς ξύλοχόν που κατατήσασαν, ὅπου ἐτύγγανεν ἄρκτος, θηρεύουσαν καταβρωθῆναι, τοὺς δὲ κνηγετοῦντας ἰδόντας εἰσελθοῦσαν μὲν ἐπὶ τὴν τῆς ἄρκτου κοίτην, μηκέτι δ' ἐξερχομένην, εἰπεῖν ὡς ἡ κόρη ἄρκτος ἐγένετο.* Nam in venatu mutata Callisto non facile potuit dici nisi si Diana auctor fingebatur. — At de *Aeschylō* ne hariolari quidem licet, *Euripidis* de Callisto verba ἃ *λεχέων ἀπέβας τετραβάμοσι γνίσις* dubito an non ad Hesiodeam, sed ad aliam revocanda sint fabulae formam, quam infra p. 295 indicabo.

II.

§ 1.

Nunc tempus est transire ad exquirendam *alteram* quae ante aetatem Alexandrinam manifesta apparet fabulae *formam*, cuius tamen memoria quartum saeculum non superat, quam indicia sunt, unde et hanc perantiquam esse colligas. Ex duobus testimoniis, quae per scriptores sola ad nos pervenerunt, *Certam. Hom. et Hes. vs. 111 sq. (Rz.)*

ΗΣ. αὐτὰρ ἐπεὶ δμῆθη γάμω, Ἄρτεμις ἰοχέαιρα —

ΟΜ. Καλλιστιῶ κατέπεφνεν ἀπ' ἀργυροῖο βιοῖο.

et *Apollod. Bibl. III 8, 2, 4* εἰσὶ δὲ οἱ λέγοντες, ὡς Ἄρτεμις αὐτὴν κατετόξευσεν, ὅτι τὴν παρθενίαν οὐκ ἐφύλαξεν intellegitur hanc formam a priore eo tantum differre, quod Callisto ob amissam virginitatem a Diana non convertitur in ursam, sed transfigitur sagitta. Cave enim inde, quod in *Apollod. Bibl.* huius formae mentio narrationi eorum inserta est, qui

Callisto primum a Iunone mutatam, deinde a Diana interfectam dixerunt, conicias in hac quoque utrumque statuendum esse, siquidem iniquum est atque absonum eam, quae semel peccaverit, bis puniri, primum a Iunone formae iactura, deinde nece etiam a Diana ¹⁾. Ac quis tandem ferat deam laesum pudorem etiam in ursa persequentem? Iunoni igitur locus non relinquitur, sed comitem lapsam ipsa domina mortifera poena afficit. Quae fabula, cum poetas dum versibus certant eam brevissime significantes inducere licuit, tum quidem — ineunte IV saeculo, cum ALCIDAMAS sophista certamen conderet — nimis abscondita esse non potuit.

§ 2.

Age nunc videamus, sitne eadem agnoscenda in NUMMORUM aliquot ARCADICORUM signis.

Principatum eorum, qui huc revocandi sunt, numero tenent et varietate *Orchomeniorum* nummi aënei: itaque ex his proficiscendum. Altera eorum series, *EPXOMENIΩN* ²⁾ nomine signata, formis leviter variatis in parte adversa dextrorsus spectantem ostendit Dianam (pone quam in nonnullis canis ³⁾ subsedit), cum, posito genu dextro dextraque manu reiecta,

1) Qui primus Callisto a Iunone conversam a Diana occidi fecit (sic Paus. VIII 3, 6 et schol. ad Hom. Σ 487) hoc crimen sic effugit, ut iram et vindictam Callistus uni daret Iunoni, cuius ἐς χάριν Diana deinde ursam conficeret.

2) *Ἐρχομένων* vetus esse nomen oppidi et Arcadici et Boeotici inscriptiones docent, cf. Meister Dial. Graec. II 89.

3) Cervam sibi visus est dispicere Friedlaender ('Arch. Zeit.' 1864 p. 135). Sed canem ceteri omnes agnoscunt. Canis Dianam comitatur etiam in eis *Orchomeniorum* nummis qui Caesarum aetate prodierunt (cf. 'Journal of Hell. Stud.' 1886 p. 100) atque etiam attributa erat in templo prope Acaesium sito Dianae statuae, quam Paus. VIII 37, 4 sic describit: "Ἄρτεμις μὲν παρὰ τὴν Δῆμητρα ἕστηκεν ἀμπεχομένη δέσμα ἐλάφου καὶ ἐπὶ τῶν ὤμων φαρέτραν ἔχουσα, ἐν δὲ ταῖς χερσὶ τῆ μὲν λαμπάδα ἔχει, τῆ δὲ δράκοντας δύο· παρὰ δὲ τὴν Ἄρτεμιν κατὰ κείται κύνων, οἷαι θηρεύειν εἰσὶν ἐπιτίθειοι. Fortasse et qui formam nummariam scalpsit statuam reddidit; sed quam imitatus sit, nec suspicari licet, cf. 'Journ. of Hell. Stud.' 1886 p. 100.

sinistra quam porrexit arcum tenet, tanquam sagittae, quam modo emisit, spectet effectum; in aversa sinistrorsus spectantem feminam passis manibus resupinam cadentem, pone quam infans aut iacet supinus aut humi sedens dextram ad illam tendit (cf. Imhoof-Blumer, 'Monn. gr.' p. 203 No. 246 et 247. tab. E 10. Catal. Mus. Brit., Pelop. ed. Percy Gardner p. 190. tab. XXXV 15). Prae ceteris insigne est exemplum Berolini asservatum, quod Friedlaender ('Arch. Zeit.' 1864 p. 133 sqq. tab. CLXXXIII 4) proposuit; in hoc enim femina fluitante veste induta magnam sinu recepisse sagittam conspicitur, quae in reliquis aciem oculorum iam fugit. Altera series, distincta litteris *EP* pro pleno titulo positus, forma non differt, nisi quod in exemplo quod Friedlaender ('Arch. Zeit.' 1872 p. 79, 4) repraesentavit femina adversa figura, dextrorsus conversa facie cernitur, cum sinuosa vestis delapsa inferiora corporis circumfluit; alterum descripsit Imhoof-Blumer, 'Monn. gr.' p. 203 No. 248. Duplici huic seriei adnumeranda est altera species, quae, plerumque litteris *EP* notata, in adversa parte caput cum casside exhibet aut barbaturum aut imberbe, sed in aversa Dianam arcum tenentem aut eodem quo in superioribus nummis habitu (cf. Prokesch-Osten Ined. tab. III 98) aut rectam assistentem talarique tunica vestitam (cf. Prokesch-Osten ib. III 97. Imhoof-Blumer p. 203 No. 249. Cat. Mus. Brit., Pelop. p. 190 t. XXXV 16).

Utraque species quin Orchomeno assignanda sit Arcadum, dubitatio non iam potest nasci, cum quod Prokesch-Osten p. 277 quae descripsit exempla loco Orchomeni ipsum se invenisse affirmat, tum quod non Dianae modo par atque eadem effigies genu posito arcum tenentis in Heraeensium nummis frequens est, qui adversi Minervae caput prae se ferunt (cf. Imhoof-Blumer p. 194 No. 226—228), sed ipsa femina cum infante plane eodem habitu motuque atque est in Orchomeniorum quod Imhoof-Blumer repraesentavit exemplo redivit in averso nummo *MEΘΥΛΠΙΕΩΝ* nomine signato, qui adversus caput Iovis laureatum exhibet (cf. Imhoof-Blumer p. 200 No. 244. t. E 9). Diu enim, praesertim cum exempla satis integra nondum praesto essent, nec de origine nec de forma ac propterea ne de inter-

pretatione quidem nummorum constabat; nam vulgo tribuebantur Orchomeno Boeotorum, qua de causa interpretum conatus signa explicandi eludebantur: Sestini enim Actaeonem ad rupem alligatum (cl. Paus. IX 38, 4), Head olim ('Numism. Chronicle' 1873 p. 110) Atalantam et Venerem cum Amore, Friedlaender signo accuratius cognito Nioben cum uno ex liberis agnoscere sibi videbatur. Denique Imhoof-Blumer ('Wiener num. Zeitschr.' 1877 p. 25 et postea 'Monn. gr.' p. 200 sq.), cum allato Methydriensium nummo evinceret de Orchomeno Arcadum cogitandum esse et adhibita domestica Callistus fabula signa explicaret, rem expedivit atque absolvit. Neque enim alia poterit reperiri fabula similis, quae Arcadum res ita contingat, ut in formam nummariam recepta esse credi possit. Quare qui contra diceret, quantum scio, nemo exstitit.

Palam vero eadem nobis occurrit fabula in argenteis, qui artificiosa sua forma praestant, *Pheneatarum* nummis, qui adversi caput Cereris, aversi Mercurium habent, qui sinistrorsus currens dextra caduceum tenet, sinistra puerum gestat; cum vero ad inscriptionem *ΦΕΝΕΩΝ* interdum litteris paulo minoribus adiectum sit pueri nomen *ΑΡΚΑΣ*, interpretatio signi non est dubia. Exstat autem duplex forma: exemplum alterius perfectioris, quam Rud. Weil ('Zeitschr. f. Numism.' IX p. 35 not. 1) ad Praxitelis auctoritatem¹⁾ revocavit, proposuerunt Friedlaender-Sallet ('Königl. Münzkab. Berlin'² t. II 153), alterius Rud. Weil ('Z. f. Numism.' IX t. II 8) et Percy Gardner in Mus. Brit. catal. (Pelop. t. XXXVI 7).

De aetate, qua totum hoc genus percussus sit, in universum quidem nummorum periti consentiunt: Post pugnam Leutricam Arcades coepisse cum omnino aere uti tum fabulas adhibere domesticas docet Rud. Weil p. 33 sq. (cf. Ulr. Köhler, 'Mitth. d. arch. Inst.' VII p. 4. 6); tum enim excitabatur, quae Lacedaemoniorum principatu ad illud tempus oppressa iacuerat, communis originis propriaeque virtutis conscientia²⁾. Spatio

1) Inventionis tamen laudem Weil sculptori reservavit neque aliter iudicarunt Imhoof-Blumer et Gardner, 'Journ. of Hell. Stud.' 1886 p. 101.

2) Cf. Xen. Hell. VII 1, 23.

autem pugnam subsequenti ut tota quae huc pertinet series nummorum aëneorum assignanda sit, sententia inclinatur Imhoof-Blumeri (p. 197), neque aliter iudicasse videtur Weil aut P. Gardner in M. B. catal. p. 182 sqq.: at Head in Hist. num. p. 377 consentit de Orchomeniorum et Methydriensium, sed dissentit (p. 375) de nummis Heraeensium, cum hos intra annos 322 et 280 collocet, causa, ni fallor, hac commotus, quod horum forma minus quam illorum perfecta est. Eidem tamen tempori omnes pariter ascribere coactus sit, si quis de consilio in signis agnoscendo sentiat cum Weillio, qui p. 34 sic iudicat: 'Unter dem Einfluss der arkadischen Einheitsbewegung und in unverkennbarem Gegensatze dazu wird die Stammsage betont in dem Typus der schiessenden Artemis und der zum Tode getroffenen Kallisto mit dem Arkaskinde.' Ac profecto et Orchomenios¹⁾ et Heraeenses²⁾ scimus inde a principio aversos fuisse a consilio omnes Arcades in unum foedus consociandi et contra populares arma tulisse cum Lacedaemoniis. Methydrienses, qui participes fuerant condendae Megalopolis (cf. Paus. VIII 24, 4), quam maxime est probabile inter eos fuisse, qui non multo post in patriam redirent, dum a Megalopolitanis Thebanorum auxilio vi reducerentur (cf. Diod. XV 94); medio autem tempore formam Orchomeniorum receperant; fuerant enim, ut Pausanias VIII 27, 4 scribit, ἐκ τῶν συντελούντων ἐς Ὀρχομενόν, et utriusque oppidi conditor, ut idem VIII 3, 3 et 36, 1 refert, dicebatur Orchomenus; postea rursus Methydrium πόλιν μὲν οὐκέτι, κώμην δὲ ἐς τὸ Μεγαλοπολιτικὸν συντελοῦσαν invenit Paus. VIII 12, 2. Ab hac igitur parte Weillii sententiae omnia favent. Nec temporum ratio ei repugnat didrachmarum quas Pheneatae effigie Mercurii Arcadem gestantis ornaverunt formam eodem modo explicanti. Pro-

1) Cf. Xen. Hell. VI 5, 11 Ὀρχομενίων δὲ οὐκ ἐθελόντων κοινωνεῖν τοῦ Ἀρκαδικοῦ διὰ τὴν πρὸς Μαντινέας ἔχθραν — —

2) Ibid. Ἡραιεῖς δὲ καὶ Λεπρεῖται συνεστρατεύοντο τοῖς Λακεδαιμονίοις ἐπὶ τοὺς Μαντινέας — et 5, 22 οἱ Ἀρκάδες στρατεύουσαι ἐπὶ τοὺς Ἡραιεῖς, ὅτι τε οὐκ ἤθελον τοῦ Ἀρκαδικοῦ μετέχειν καὶ ὅτι συνεισβεβλήκεσαν εἰς τὴν Ἀρκαδίαν μετὰ τῶν Λακεδαιμονίων.

bavit¹⁾ enim hos nummos argenteos tempori fere pugnae apud Mantineam commissae assignandos esse, cum tanta inter Arcades dissensio exorta esset, ut cum Megalopolitanis Thebanisque soli starent qui proximam tenebant regionem (cf. Xen. Hell. VII 5, 5) contra eos qui mediam et septentrionalem terrae partem incolebant, quorum socii Lacedaemonii et Athenienses erant.

Nec tamen foederis adversarii Callistus Arcadisve personas eo consilio in nummos recipere poterant, ut ad communem omnium Arcadum originem provocarent, sed ita tantum, ut propriam suam in nummis repraesentarent fabulam, hac quoque ratione studia sua manifestantes; nam, ut ait Xenophon in Hell. VI 5, 6, *ἐπραττον ἕαν τε κατὰ χώραν τὴν πόλιν καὶ τοῖς πατρίοις νόμοις χρῆσθαι*. Propriam autem fuisse Orchomeniis Callistus, Pheneatis Arcadis quodammodo fabulam facile demonstrari potest. Quod quidem apud illos Dianae cultus eximio honore floruit (cf. Paus. VIII 13, 1. 5, 11), apud hos Mercurii, quippe quem apud se natum praedicarent (cf. Paus. VIII 14, 10 *θεῶν δὲ τιμῶσιν Ἐρμῆν Φενεᾶται μάλιστα*; 16, 1; 17, 5. Head Hist. num. p. 378), id aperit, cur Dianae figura in illorum, Mercurii in horum nummis appareat; et quia et ipsi Dianam magno-pere colebant (cf. Imhoof-Blumer 'M. gr.' p. 197), Heraeenses ab Orchomeniis deae figuram mutuati in suos nummos translulerunt. Sed inde, quod *τάφος Καλλιστοῦς*, ut ex Paus. VIII 35, 8 verbis elucet, non multum a Methydrio aberat oppido Orchomeniis olim subiecto, efficiendum est Orchomenios in suis finibus Callisto a Diana transfixam gloriatos esse. Item Pheneatas Arcadem sibi vindicasse puerum a Mercurio ablatum infra (p. 281) videbimus. Ergo Orchomenii cum Methydriensibus et Pheneatae nihil aliud fecere quam Stymphalii, cum sua signa effigie Herculis ornabant, aut Tegeatae, cum Cepheum Tele-

1) p. 35 'Für die arkadische Eidgenossenschaft wird in gleicher Weise wie bei den Chalkidiern vorausgesetzt werden dürfen, dass die Prägung des Grosssilbers dem Bunde vorbehalten war.' Cf. p. 36 'Entstanden ist diese Drachmenprägung als Grossgeld der arkadischen Föderalisten im Gegensatze zum arkad. Bundesgeld von Megalopolis.'

phum Steropen repraesentabant, eadem omnes aetate. Tegeatarum vero exemplum monet, Weillii coniecturae ne nimis confidamus. In Tegeatis enim haec deficit, quippe qui foederis partes tenere perseveraverint et tamen ad nummos signandos propriam adhibuerint fabulam. Deficit etiam in tertio, quod e Callistus fabula petitum est, signo ¹⁾. Descripsit enim delineavitque Comnos ('Revue numism.' 1865 p. 161 sq. t. VII 5) nummum argenteum, cuius in parte adversa inter litteras *P-A* (i. e. *ΑΡΚΑΔΩΝ*) dextrorsus spectans Iovis caput apparet laureatum, in aversa puer nudus, humi sedens, dextra folium, ut videtur, tenens, sinistra in terram innixus; subscriptum est *ΑΡΚΑΣ*.

Sed quoquo consilio Callistus fabula a singulis adhibita est, id certum videtur, omnibus illis signis, utpote quae eiusdem sint regionis et eiusdem temporis, eandem subesse fabulae formam. Iam igitur certo comperimus, quid in ipsa fabulae patria, cum Megalopolis conderetur, de Callisto sit creditum, modo constet de interpretatione.

Imhoof-Blumer, 'Monn. gr.' p. 201 signa ad Pausaniae revocavit narrationem, ex qua Callisto a Iunone in ursam mutata a Diana conficitur, infans a Mercurio ab interitu servatur, quanquam in nummis Callisto integram habet speciem humanam. Ita enim argumentatus est: 'On sait combien il répugnait à l'art antique de représenter des métamorphoses accomplies, et qu'on se contentait généralement d'indiquer le changement d'une figure humaine en animal par l'addition de quelque petit attribut —. Si un signe caractéristique de ce genre fait défaut à Kallisto, c'est sans doute uniquement à cause de la difficulté de trouver un moyen, clair et simple à la fois, de signaler le changement sur un espace aussi restreint

1) Dubitanter ad Arcadem Lycaonemve aut ad Callisto etiam alias in nummis Arcadicis figuras rettulit Percy Gardner in Mus. Brit. catal., Pelop. p. 185 sq. (in nummis Mantinensium arg. caput cum casside barbatum et [in parte aversa] caput nymphae), p. 190 (in n. Orchomeniorum aën. rursus caput cum casside barbatum et [in p. aversa] virum armatum), p. 201 (in n. Tegeatarum aën. iterum [in p. aversa] virum armatum). Cf. etiam 'Journal of Hell. Stud.' 1886 p. 98.

que l'est le flan d'un petit bronze. Remplacer une tête de femme par une tête d'ourse n'était pas du goût du temps et revêtir Kallisto de la peau d'une ourse, aurait été difficile à rendre d'une manière distincte et gracieuse¹⁾. At enim minime video, cur tandem artificii difficilior fuerit Callisto pelle ursina velare (qua nota Polygnotus usus erat) quam fluitante veste, qualem distincta arte perfectam duo exempla ostendunt a Friedlaendero proposita. Hoc igitur argumentum ex difficultate exsequendi repetitum futille mihi videtur. Aliud autem ille non attulit. Decepit eum magna similitudo, quae inter Paus. narrationem et signa intercedit; ac debuit ad illam confugere, quia alteram, ex qua Callisto Dianae sagitta perit nec tamen antea amisit humanam speciem, haud dubie sicut alii²⁾ ignoravit; quod libenter ignoscet qui meminerit in litteris huius non plus quam duobus locis iisque tam breviter mentionem fieri, ut eum, qui non diligenter fabulae memoriam perquisiverit, facile fugere possit, cum similis Pausaniae narratio oculos statim ad se convertat, quia sola continere videtur quae sufficient ad Orchomeniorum simul et Pheneatarum signa explicanda.

Sed accuratius spectanti apparet eandem facultatem alteram quoque habere fabulae formam, quae ne in figura quidem Callistus a signis discrepat. Nam Pheneatarum Mercurium qui Arcadem puerum aufert e Pausaniae narratione iam Hesiodo vindicavimus et nunc vindicare debemus eorum quoque narrationi, qui Callisto non mutatam, sed interfectam esse voluerunt, cum apud hos eo non minus opus sit quam apud Pausaniam. Dubium ergo non iam potest esse, utra fabula signorum interpreti praeferenda sit. At enimvero dixerit quispiam certo, utra expressa sit, non posse diiudicari; neque enim deesse exempla, quae doceant interdum omnem commutatae figurae notam ab artificibus omissam esse³⁾. Verum est; sed alia accedunt,

1) Similia sensisse videtur Weil p. 34 not. 3.

2) Cf. Robert-Preller I⁴ p. 304 adn. 2.

3) Joannes Bolte in diss. de monumentis ad Odysseam pertinent. epimetro I, quod inscripsit 'metamorphoses quomodo effinxerint artifices antiqui', p. 44 Actaeonem commemorat, qui saeculo VI et V, non iam IV,

quibus res ad certum redigatur: Non premo quod hanc quam agnoscimus fabulam eadem aetate qua nummi prodire Alcidas sophista in Hom. et Hes. certamine significavit; sed eam valuisse in Arcadia inde colligam, quod sub Maenalo Callistus tumulus monstrabatur; sepulta enim dici non facile potuit ursa, debuit interfecta femina. Porro Pausaniae narrationis, ut infra comprobabitur, certe exitus catasterismo auctus nummis aetate inferior est, narratio autem sine isto exitu nusquam antea nobis occurrit; ac quanquam eiusmodi est, ut etiam sine eo stare potuerit, tamen sine idonea causa non licet catasterismum novamque fabulae conformationem non ad eundem auctorem referre posteriorem. Denique ipsa imago Dianae feminam pone quam infans humi trepidat sagitta traicientis male exprimit istam narrationem, in qua primas partes Iuno agat, Diana secundas, at optime reddit — totam enim quodammodo exhaurit — eam, ex qua Diana Callisto quia mater facta est interficit. Quibus de causis eam interpretandi rationem, quae ut simplicissima ultro se offert, etiam necessariam existimo nec dubito, quin qui certamen composuit et qui in Arcadia signa scalpserunt eandem fabulam ante oculos habuerint¹⁾.

Sed cum plenam narrationem refingere aggredimur, exoritur dubitatio, quid de mortis statuendum sit tempore, utrum ante an post partum Callisto sit a Diana perempta. Ceteras si respicimus fabulae formas, dum gravida est eam poena affectam invenimus: sic in Hesiodica, sic in Pausaniae et eorum qui in summa cum eo consentiunt narrationibus. Dissentit Ovidius demum: hic enim certam ob causam finxit Callisto postquam partum edidisset a Iunone aemula commutatam esse. Verum etiam nudus contra canes dilaniantes se defendens repraesentatus sit, sine ullo novae figurae indicio.

1) Si constat de signis nummorum, constat etiam de Callistus statua, quam cum pluribus aliis Arcades, non ut Paus. X 9, 5 vult Tegeatae, post pugnam Leucetricam Apollini Delphico dedicaverunt (cf. 'Mitth. d. arch. Inst. in Ath.' 1889 p. 17 sqq.). Nec iam repetere licet quae Overbeck ('Gr. Kunstmyth.' II p. 415) pronuntiavit: 'Ob und wie (die Verwandlung) in der Gruppe bezeichnet war, ist auf keine Weise zu errathen.'

consensus priorum si non convincit, attamen comprobatur in hac quoque forma Callisto iam gravidam sibi Dianae iram contraxisse, cui sententiae ipsa rerum condicio favet, siquidem facile credas deae eius quam secum haberet statum non usque ad finem latuisse; favent ei etiam verba non minus quae in Certamine exstant *ἐπεὶ δὴ μὴθ' ἴσθ' ἄμω* quam quae in Bibl. *ὅτι τὴν παρθένον οὐκ ἐφύλαξεν*. Repugnare videntur nummi, cum infantem exhibeant prope matrem iacentem. At enim notum est, quam non rarum sit in veterum picturis, ut quae deinceps facta sunt una oculis subiciantur, ut tota ex imagine appareat historia ¹⁾. Arcadis autem figura ideo opus erat, ut simul, cur femina mortem perpeteretur, causa appareret. Neque igitur licet in hac quidem re nummis quidquam momenti tribuere.

Iam cum veri sit simillimum matrem periisse, priusquam infans lucem aspexisset, opus est, ut testimonia suppleamus, accessere Pausaniae verba *καὶ ὁ Ζεὺς Ἐρμῆν πέμπει σῶσαι τὸν παῖδά οἱ προσταξάσας, ὃν ἐν τῇ γαστρὶ εἶχεν ἡ Καλλιστώ*. Talia enim huius narrationis auctori necessario fingenda erant. Quae secuta sint, aperiunt Pheneatarum didrachmae, cum Mercurium ostendunt Arcadem cursu auferentem. Qui quonam tendat, quaerenti respondet Apollod. qui fertur his: *Ζεὺς τὸ βρέφος ἀρπάσας ἐν Ἀρκαδίᾳ δίδωσιν ἀνατρέφειν Μαίᾳ*, in quibus Iovis mandata exsequi intellegendus est Mercurius. Iam Maia credebatur habitasse in Cyllene; Cyllenes autem sub radicibus iacebat Pheneus. Pheneatae ergo propriam hanc et domesticam habuerunt quam in nummis expressere fabulam, ut Callistus Orchomenii.

Iam in eo est, ut videamus, num ipsam narrationem proponere liceat; sed simul atque ad singula constituenda accessimus, in tenebris versamur; nec spes est aut via haec probabiliter recuperandi, quia nulla nobis plenior huius formae narratio succurrit. Itaque satis habeamus necesse est fabulae

1) De hac prolepsi cf. Bolte diss. de monum. ad Odys. pertin. p. 43 c. adn. 91. Unum e multis est exemplum Argus Ioni puellae nondum mutatae adiectus, cf. Overbeck, 'Gr. Kunstmyth.' II p. 467 sq.

speciem adumbrare; ac si omnia comprehendimus, haec fere efficiuntur:

Callisto, Lycaonis filia, inter Dianae comites recepta postquam castam se esse permansuram spondit¹⁾, Iovis accendit amorem et passa est amplexum. Diana autem ubi vidit, quam dilexerat, eam virginale decus perdidisse, ira exarsit ac protinus sagitta gravidam transfixit. Sed ab Iove missus aderat Mercurius, qui infantem ex occisae utero ereptum in Cyllenen montem ad suam ferret matrem nutriendum. Illic adolevit Arcas nominatus. Callisto autem, ubi periit, sepulta est.

In promptu est quam Hesiodus dedit narrationem hac quae in Callistis patria valuit esse antiquiorem. Potest enim haec ex illa, nunquam illa ex hac deduci. Mirum vero non est, quod illa in hanc transiit. Nam cum sensus fabulae is esse hominibus videretur, ut Callisto haud conservatae virginitatis deae virgini poenam daret, facillime potuit fieri, ut in eius locum, quae mira esset neque ipsa fabula explicaretur, alia substitueretur poena, quae in talibus delictis sollemnis esset naturaeque Dianae conveniret²⁾. Etenim ad sensum quem in-

1) Virginem se mansuram Callisto iure iurando promittit in Apollodori Bibl. III 8, 2, 3, ubi in codicibus haec sunt: ὄμοσεν αὐτοῦ μείναι παρθένον (corrupta haud dubie), et in Ovidii Fast. II 157 sqq. In Apollodori autem narratione, quam Ovidiana priorem esse videbimus, ista quam refingimus posteriorem, tali Callistis voto facile caremus, quia non quod hoc violavit a Diana, sed quia Iovi placuit a Iunone punitur; at aegre tali voto caremus in ista, in qua ob amissam virginitatem poenam det; culpae enim eius augetur species et magis intellegitur praeceps Dianae ira, si quae lapsa est illi etiam periura habenda est; quod sensisse videtur Ovidius, cum Dianam exclamantem faceret: ‘periura Lycaoni’ (Fast. II 173). Itaque votum illud suo auctori mihi videor restituisse.

2) Quam multis in fabulis hanc Diana in nefarios exerceat poenam, quam ex Arcadam narratione in Callisto exercuit, paene superfluum est monere. Nonnulla certe mihi obvia afferam exempla: Maeram Locri matrem ab ea interfectam esse narraverat Pherecydes (cf. schol. Od. 2 326), Apollinis gratia Coronidem Hesiodus, in Arcadia Buphagum refert Pausanias VIII 27, 17 et Limona Tegeatae filium idem VIII 53, 3. De Niobae filiabus taceo.

duit fabula solet accomodari ac submutari: quae non iam necessaria intelleguntur possunt, non debent, aut omitti aut sic transformari, ut novae conditioni magis convenient. Hoc factum est apud Arcades in Callistus fabula; ac tam erat in proclivi hic poenae transitus, ut sua sponte fieri posset, cum fabula per tempora traderetur, neque opus sit ad poetae nescio cuius auctoritatem in Arcadia praevaletem confugere, qui consulto pro formae iactura eam poenam, quae et aptior et ad fidem pronior videretur, substituerit. Atque id eo minus est probabile, quod nova haec fabulae forma apud Arcades perantiqua erat, si quid ei licet tribuere, quod sub Maenalo tumulus erat aede Dianae ornatus, quem Callistus ossa tenere credebant; nec veri simile sero demum talem opinionem esse confictam. Ceterum praeterea nihil novatum videmus nisi quod cum novo exitu ipso cohaerebat, operam dico paulo mutatam Mercurii, cui non iam ursa nutrienda, sed ex matris utero exsecandus est Arcas. Quod Mercurii negotium memoriam excitat Iovis Liberum et Apollinis Aesculapium servantis. Plane eadem ac de Arcade narrata sunt de Aesculapio: Hesiodus enim tradiderat matrem eius Coronidem a Diana sagitta esse traiectam, ipsum ex inanimi illius corpore ab Apolline ereptum et in Chironis antrum perlatum; Pausaniae (II 26, 6) auctor (fortasse Ister) puerum voluit servatum esse a Mercurio. Haec qui exposuit, Wilamowitz in Quaest. philol. IX p. 70 sqq. vidit horum exemplar fuisse *Διονύσου γονάς*, quas notum est ita conceptas fuisse, ut Juppiter matre fulmine tacta infantem conservaret denuoque partu editum Mercurio traderet, qui nymphis aut nutrici committeret. Quae fabula celeberrima ut exemplo suo rexit quae de Aesculapio narrabantur, ita traxit quae de Arcade simillima.

III.

§ 1.

Venio nunc ad *tertiam* fabulae *formam*, qua Callisto primum mutata, tum etiam occisa, denique inter astra sublata fertur. Haec nova forma, cuius memoria supra Alexandrinam

aetatem non ascendit, sed testimoniorum copia excellit, in triplicem modum variata perlustrantibus occurrit. Proficiscendum est ex quinque, quae ad rem cognoscendam maximi momenti sunt, narrationibus Graecis; de quibus tamen una quidem non proprii esse pretii videtur, eam dico quam Eustathius ad Σ 485 p. 1212 profert, cum maxime suspicari liceat eam ex schol. Hom. esse depromptam; certe in ea nihil inest, quod ab illis absit. Reliquae autem quattuor aequabiliter in duo genera discedunt, quae eo distinguuntur, ut in altero Iuno aemulam ipsa dicatur convertisse, in altero Iuppiter uxorem ut furtum suum celaret convertendo praevenisse, sed ceteris omnibus inter se concinunt. Nec vero binarum narrationum alteram ex altera manasse, sed utramque propriam habere auctoritatem et ex communi fluxisse fonte eo evincitur, quod in utroque genere altera non nihil habet, quo altera careat. Quod ut ipse oculis cernas, in uno eas conspectu ponam, secutus quem supra indicavi ordinem:

Schol. Ven. A ad Il. XVIII 487	Paus. VIII 3, 6	Apollocl. Bibl. III 8, 2, 3 (exscr. Tzetz. ad Lyc. 481)	Liban. p. 1101
Ζεὺς Καλλιστοῦς τῆς Ἀνκείονος ἐρα- σθεὶς ἐμίσητο αὐτῇ λανθάνων Ἥραν. ἐπιγνοῦσα δὲ ἡ θεὸς μετέβαλεν αὐτὴν εἰς ἄρκτον καὶ ὡς θη- ρίον Ἀρτέμιδι προσ- έταξε τοξέῃσαι. Ζεὺς δὲ εἰς οὐρανὸν	Ταύτῃ τῇ Καλ- λιστοῖ, λέγω δὲ τὰ λεγόμενα ὑπὸ Ἑλλήνων, συννε- γένετο ἐρασθεὶς Ζεὺς. Ἥρα δὲ, ὡς ἐφώρασεν, ἐποίη- σεν ἄρκτον τὴν Καλλιστώ, Ἀρτε- μις δὲ ἐς χάριν	Αὐτῇ σύνθηρος Ἀρτέμιδος οὔσα, τὴν αὐτὴν ἐκείνη στολὴν φοροῦσα, ὥμοσεν ἄ- ρκετον εἶναι παρ- θένον ¹). Ζεὺς δὲ ἐρασθεὶς ἀκούσῃ συννευάζεται (εἰκα- σθεὶς, ὡς μὲν ἔνοι- λέγονσιν, Ἀρτέμιδι,	Τὴν Ἥραν ὁ Ζεὺς ἐλόπει Καλλιστοῦς ἐρωῶν καὶ ποιεῖ τὴν ἐρωμένην ἄρκτον τοῦ τὴν Ἥραν λαθεῖν. ὡς δὲ αὐτὴν ἔχει πλησίον ²), με- ταδίδωσι τοῦ

1) ὥμοσε μενεῖν παρθένος scr. Hercher. Sed restat αὐτοῦ. Lateatne αἰεῖ;

2) Sic in codice, cf. Hercher in Herm. II p. 149. Westermann in Mythogr. p. 374 ex coniectura dedit ὡς δὲ αὐτῆς ἔσχε πλῆσιμον, quod non uno nomine perversum est. Omnia sana sunt. Ad sententiam cf. Luc. Deor. conc. 5, ubi Momus reprehendit, quod Liber Icarium filiam canemque (signa Virginis et Caniculae, cf. Hyg. Astr. II 4 p. 36, 21 B.) in caelum i. e. in deorum societatem sustulerit, et quae infra ad Valerii Flacci locum adnotabo.

αὐτὴν ἀναγαγὼν
πρώτην κατηστέρι-
σεν. ἡ ἱστορία παρὰ
Καλλιμάχου.

[Eustath. p. 1212,
exscr. Eudoc. 533

Καλλιστῶ τὴν Ἀν-
κίονος χόλω Ἥρας
διὰ τὸν Διὸς ἔρωτα
μεταπεσεῖν εἰς ἄρ-
κτον λέγουσι, καὶ
τοξευθῆναι μὲν ὑπ'
Ἀρτέμιδος, ἀναχθῆ-
ναι δὲ εἰς ἀστέρας
ὑπὸ τοῦ Διός.]

τῆς Ἥρας κατε-
τόξευσεν αὐτήν.
καὶ ὁ Ζεὺς Ἐρ-
μῆν πέμπει σῶ-
σαι τὸν παῖδά οἱ
προστάξας, ὃν ἔν
τῇ γαστρὶ εἶχεν ἡ
Καλλιστῶ. Καλ-
λιστῶ δὲ αὐτὴν
ἐποίησεν ἀστέ-
ρας, καλουμένην
Ἄρκτον μεγάλην.

ὡς δὲ ἔνιοι, Ἀπόλ-
λωνι). βουλόμενος
δὲ Ἥραν λαθεῖν εἰς
ἄρκτον μετεμόρφω-
σεν αὐτήν. Ἥρα δὲ
ἔπεισεν Ἀρτεμιν ὡς
ἄγριον θηρίον κατα-
τοξεῦσαι. — ἄπολο-
μένης δὲ Καλλιστοῦς
Ζεὺς τὸ βρέφος ἄρ-
πάσας ἐν Ἀρκαδίᾳ
δίδωσιν ἀνατρέφειν
Μαίᾳ, προσαγορευ-
σας Ἀρκαδά. τὴν
δὲ Καλλιστῶ κατα-
στερίσας ἐκάλεσεν
Ἄρκτον.

οὐρανοῦ. καὶ
ἔστι Καλλι-
στῶ¹⁾ τῶν ἄρ-
κτῶν ἀστέ-
ρων. ἀπὸ δὲ
ταύτης παῖς
Ἀρκάς, ὅθεν
Ἀρκάδες. οὗ
τεχθέντος Ἐρ-
μῆ τῆς σωτη-
ρίας ἐμέλησε.

Quae quanquam una discrepantia manifesta distinentur, tamen ab eodem fonte deductos deprehendere mihi videor rivulos eo inter se dispares, ut hi propius, longius illi a communi fonte absint. Re enim et ipsis verbis nonnullis non solum binae eiusdem generis narrationes inter se congruunt, verum etiam consentitur praeter unum illud discrimen inter omnes aequabiliter. Afferam quae sub oculos cadunt duo haec exempla:

§ I. ὡς Θηρίον Ἀρτέμιδι προσέταξε τοξεῦσαι.

§ III. ἔπεισεν Ἀρτεμιν ὡς ἄγριον θηρίον κατατοξεῦσαι.

§ II. καὶ ὁ Ζεὺς Ἐρμῆν πέμπει σῶσαι τὸν παῖδά οἱ προστάξας.

§ IV. Ἐρμῆ τῆς σωτηρίας ἐμέλησε.

Iam inquirendum est, qui et qualis fons ille fuerit omnibus communis. Quam priore loco posuimus quaestio eis solvitur, quae scholio Hom. subscripta sunt: ἡ ἱστορία παρὰ Καλλιμάχου. Sed enim, cum Schwartzii egregia studia (in Fleckeis. Annal. suppl. XII p. 1 sqq.) talium subscriptionum fidem infirmaverint, opus est circumspectare, si quid reperiamus, quod testimonio scholiastae praesidio sit; prorsus enim inane id habere non licet; sed id potest fingi, initio utramque narratio-

1) καλλιστη cod., cf. Hercher ibid.

nem in scholio notatam fuisse, Callimachi autem mentionem ad alteram leviter deflexam spectasse, quae postea omitteretur, ut nunc auctoris nomen quo iure referretur non iam haberet, id quod non semel factum esse Schwartz l. l. exemplis allatis comprobavit. Verum tamen Callimachum rem sic enarrasse, ut scholiasta vult, eo confirmatur, quod eius discipulus *Ister* (frg. 57) Themisto suam, ad quam Callistus fabulam transtulit, item a Iunone conversam inducit. Ergo certe non est, cur de subscriptionis fide dubitemus. Porro, ubi non iam Dianae ira, sed Iunonis invidia fingitur causa fuisse, cur Callisto bestia fieret, illud est et simplicissimum et proximum, ut Iuno Dianae partes subeat; sequitur, ut prior sit illa forma, quae Callisto a Iunone ipsa mutatam exhibet, posterior et ex illa demum deducta haec, quae puellam a Iove, ne Iuno adulterium sentiret, conversam facit. Ergo pro principali fonte accipere debemus narrationem CALLIMACHI.

Sed existit quaestio, quinam factum sit, ut eius exemplum postea qui secuti sunt nonnulli, quamvis leviter, immutarent. Causam novandi procul dubio — idque iam a Roberto in *Prelleri Myth.* I⁴ p. 304 adn. 2 perspectum non sine gaudio vidi — simillima Ius fabula praebuit pari atque eodem modo variata et saepe cum Callistus fabula composita. Attamen poetam illi hanc adaequasse, cum Callimachum secutus eam denuo versibus exprimeret, nequaquam est credibile. Obstat enim, quo ambas narrationis species inter se devinctas esse cognovimus, rerum verborumque concentus, quem expedire non potest qui ad poetam confugeret mutationis auctorem, utpote quem nemo crederet eisdem ac Callimachum verbis usum esse. Qua de causa statuendum est *mythographum* quendam, qui fabulas ad verbum transcribere aut fastidiosa cum diligentia excerpere putidum duceret, notissima Ius fabula, cuius in consimili Callistus fortuna ei in memoriam venisset, adductum esse, ut huius quoque res ad illius exemplum redderet, scribens Iovem, ut uxorem furtum celaret, dilectam puellam ipsum deformi ursae specie abdidisse. In reliquis nihil novavit, sed intacta quae invenit transtulit. In eo enchi-

ridio mythologico, quod Pausaniae in manibus fuisse iudicant, utramque fabulam priorem formam simpliciore[m] usque retinuisse docent quae I 25, 1 ad statuas illustrandas adnotavit: Ἰὼ τὴν Ἰνάχου καὶ Καλλιστὼ τὴν Ἀνιάονος — — αἷς ἀμφοτέραις ἐστὶν ἐς ἅπαν ὁμοία διηγήματα, ἕρως Διὸς καὶ Ἑρας ὀργὴ καὶ ἀλλαγὴ τῆ μὲν ἐς βούν, Καλλιστοὶ δὲ ἐς ἄρκτον. At in Apollod. Bibl. illa II 1, 3, 2, haec III 8, 2, 4 a Iove conversa esse perhibetur. Io autem a Iove ipso, ut amorem posset ab iurare, mutatam esse iam in Catalogis narratum erat Hesiodaeis (cf. Kirchhoff in Philol. XV p. 13 sq.), cf. frg. 4, quod Rzach vix recte assignavit Aegimio.

§ 2.

Denique recentiore[m] hanc narrationis formam tertio loco in Ursae maioris titulo prolatam legimus in *Hygini* Astron. II 1 p. 31, 6 Bunte [Buntii memoriam ex optimis libris correxit Bursian in Act. acad. Monac. 1876 p. 9]:

‘Sed alii dicunt, cum Calisto Iuppiter esset in silvam persecutus, Iunonem, suspicatum id quod evenit, contendisse, ut eum manifesto diceret deprehendisse. Iovem autem, quo facilius suum peccatum tegetur, in ursae speciem conversam reliquisse. Iunonem autem in eo loco pro virgine ursam invenisse; quam Dianae venanti, ut eam interficeret, demonstrasse. Quod factum ut perspiceretur Iovem aegre tulisse, effigiem ursae stellis figuratam constituisse’¹⁾.

Ingressum narrationis videmus valde exornatum. Copiose enim, cur et quemadmodum Iuno intervenerit, exponitur. At extremam partem contractam et imminutam invenimus. Infans enim Iovis opera ab interitu conservatus ne uno quidem verbo significatur. Quae ceteris testibus Hyginus plura exhibet, num omnia pleniori quam quales nobis suppetant fonti debeat, subdubitabit quicumque inspecta Roberti Catasterismorum editione

1) Extrema verba a Buntio falso distincta sunt, quanquam iam recte erant a Stavereno; graviore enim nota post ‘tulisse’ posita ille cum enuntiatum in duo discerpsit sensum corrumpit et orationem.

animadverterit, quantopere ille, quo magis rem illustraret, hic illic de suo addere amaverit, si quae ad rerum condicionem magis cognoscendam aut ad augendam rerum copiam conducere arbitraretur, quanquam plerumque res sunt levioris momenti. Verum tamen hic si minus omnia, at certe longe plurima non ex Hygini ipsius ingenio, sed ex eius manasse fonte inde cognoscitur, quod non solum nihil ceterorum testimoniis aut tenori fabulae repugnat, sed etiam nonnulla, quae a ceteris brevius quam clarius significata sunt, prorsus ex re explanantur; cf. ex. gr. verba 'quam Dianae venanti, ut eam interficeret, demonstrasse' cum eis quae de eadem re indicant schol. Hom. Paus. Apollod.: concedes Hygini memoriam longe praestare et cum summa veritatis specie rem absolvere. Locupletem igitur testem tenemus eo insignem, quod cum reliquis, qui, cum similitudine quadam contineantur, ex eodem omnes pendere videntur auctore, nullo cognitionis vinculo coniunctus est. Qui cum fabulam ex parte fusius et accuratius quam ceteri narret, ad restituendam Callimachi narrationem magno nobis erit pretio.

In omissa Arcadis mentione non offendet qui Hygini consilium respexerit: hic enim cum non id ageret, ut Callistus quam diligentissime referret fabulam, sed ut composita sententiarum varietate Ursae explicaret signum, ursae partum commemorare nihil intererat. Nec tamen ipse Hyginus, quandoquidem Catasterismos Eratosthenicos satis accurate ac plene fere descripsit, historiam ita contraxisse existimandus est, ut partus mentio excuteretur, sed contractam accepisse. Pendet ergo ex eo scriptore, qui, cum item siderum fabulas colligeret, in Ursae nomine expediendo Callimacheam de Callisto narrationem, a mythographo quodam Ius fabulae adaequatam, ita receperit, ut, qui ad suum consilium supervacaneus esset, Arcadem omitteret, reliqua intacta conservaret. Quem fuisse suspicor *Parmeniscum*. Excipiunt enim narrationem ex Catasterismis Eratosthenicis sumptam tres aliae — quae inter II et III interposita sunt verba 'Hoc signum — — — ut paelex' aliunde illata neque ab ipso Hygino profecta esse infra ostendam —, quarum ultimae auctor laudatur Ariaethus Tegeates. Huius

autem notitiam Hyginum doctis Parmenisei libris debere Robert in *Erat. Cat. rel.* p. 227 sq. comprobavit. Idem illum exemplis demonstravit multas fabulas collegisse. Nonne igitur probabile ad illum etiam quae praecedunt duas narratiunculas redire, ut Hyginus ad Ursam explicandam primum adhibuerit Eratothenem, deinde, unde huius memoriam suppleret, adierit Parmeniscum?

§ 3.

Ei quam modo tractavimus narrationi similis est quae ei proxime antecedit, ita libris tradita:

‘Nonnulli etiam dixerunt, cum Calisto ab Iove esset compressa, Iunonem indignatam in ursam eam convertisse; quam Dianae venanti obviam factam ab ea interfectam et postea cognitam inter sidera collocatam.’

Omnia vides cum Callimachi germana narratione congruere excepto exitu, cum Callisto non iam a Iove, ut qui e Callimacho pendent ceteri uno consensu produnt, sed a Diana dicatur ad sidera perlata esse. Praeterea iterum nihil de Arcade; atque fabula ita conformata est, ut ei locus vix relinquatur nec sicut in priore forma eius mentio nullo negotio inseri possit: nam abiecto qui ad extremum intercederet, ne ipsius periret filius, et invicem substituta cuius nihil interesset nisi ut errorem in pristina commissum sodali sarciret sublata est ratio et occasio servandi amoris pignoris: hoc igitur ab auctore istius narrationis prorsus neglectum videtur. Iovis autem progeniem neglegere per fabulae naturam non licuit nisi ei, qui sine respectu generis continuandi id unum in oculis haberet, ut e Callistus rebus Ursae caelestis explicationem eliceret. Ergo auctor erat catasterismorum venator, qui quae ad sideris originem demonstrandam in fabula non essent necessaria resecaret: etenim cum Arcade Iovem removet in fine matri filioque succurrentem et omisit, si Hygini verbis ‘quam Dianae venanti obviam factam’ tantum tribuere licet, etiam Iunonis fallaciam. Multo igitur et brevior et simplicior narrationem reddidit. Sola enim iam perficit Diana quae apud Callimachum Iuno per Dianam et Juppiter

efficiunt, cum ursam venanti sibi obviam factam nec cognitam ferit, postea agnitam inter sidera collocat, quo commissum errorem sarciat. Protulit Hyginus istam narratiunculam de Ursa maiore nec quidquam in ea inest, quod eam huic eripere nobis permittat ac referre ad Ursam minorem, de qua similia narrantur.

Id dico contra Robertum, qui in Erat. Cat. rel. p. 56 istam cum eis composuit, quae in Catasterismis de Ursa minore servata sunt et in codicibus sic scripta:

Epitome	Arati interpres lat.	Schol. Germ. BP 59, 5	Schol. Germ. G. 114, 19
<p><i>Ἀὐτὴ ἐστὶν ἡ μικρὰ καλουμένη· προσηγορεύθη δὲ ὑπὸ τῶν πλειστων Φοινίκη. ἐτιμῆθη δὲ ὑπὸ τῆς Ἀρτέμιδος. γνοῦσα δὲ ὅτι ὁ Ζεὺς αὐτὴν ἔφθειρεν, ἠγρόλωσεν αὐτήν· ὕστερον δὲ σεωσμένη λέγεται δόξαν αὐτῆ περιθεῖναι ἀντιθεῖσαν ἕτερον εἶδωλον ἐν τοῖς ἀστροῖς, ὥστε δισάς ἔχειν τιμὰς.</i></p>	<p>Honorata est a Diana propter praedictas ruinas. ignorans enim quod Iupiter eam violasset, fecit eam agrestem, postea vero sentiens dicitur gloriam ei superponere adiciens illi aliud signum inter astra, ut duplices habeat honores.</p>	<p>Ursa minor a pluribus Phoenice vocatur; ex eadem ratione, qua superior, astris inlata beneficio Dianae. prius quod <Iupiter> eam infamasset, efferasset; † quod cognita (aut quo cognito aut postea cognitam scribendum vidit Rob.) miseratam immortalitate donasse [submutasse] et aliam posuisse ursam, ut essent duo eius beneficio [l. beneficia].</p>	<p>Porro Arcturus minor, qui a pluribus Phoenice, a nonnullis canis cauda vocatur. dicitur a Iove inter astra conlocatus, ut duplex honor Helices monstratur.</p>

His statim addo testem a Roberto neglectum, eum qui Servii commentaria additamentis ditavit. Hic enim ad Verg. Georg. I 246 praeter alia Eratosthenica servavit haec:

‘Hanc Phoenicen vocitatum quidam ferunt, Dianae comitem, iraque eius, quod gravida esset inventa, in ursam esse mutatam atque eiusdem rursus misericordia sideribus insertam.’

‘Adparet’ inquit ille p. 2 in adn. ‘decurtatam esse narrationem ac verba variis mendis depravata, nec minus corrupta legisse scholiastam Germanici aut Arati quem vocant interpretem Latinum. — horum sane nihil sub Ursa minore Hyginus habet, sed quam ille sub Ursa maiore de Callisto narra-

tiunculam secundo loco adfert (II 1 p. 31, 3—6 Bunte), eam facere non possum, quin genuinam atque integram eiusdem fabulae formam esse suspicer quam decurtatam et corruptam in Catasterismis legimus, cum et Hygini illud “postea cognitam” ei, quod graeco auctori restitui, ὕστερον δὲ ἐγνωσμένη responderi videatur et apud utrumque Diana, non, ut vulgo ferebatur et in fabula antecedenti ab utroque narratur, Iupiter, Callisto inter sidera conlocasse tradatur. quod si recte suspicatus sum, in graecae narrationis initio iam satis antiquo tempore, prius certe quam libellus ad Germanici carmen explicandum in latinum translatus est, Iunonis nomen excidisse statuendum et pro γνοῦσα ex Hygini verbis “Iunonem indignatam” ἀγανακτοῦσα scribendum est, a quo ἀγνοῦσα, quod Arati interpretem legisse adparet, propius abest.

At enim primum minime ‘apparet’ narrationem esse decurtatam aut, ut idem p. 56 in adn. addit, sensu paene cassam. Nam quae Arati interpretes Lat. praebet plana sunt, et quae Epitome habet plana fiunt, illo duce si corrigimus γνοῦσα in ἀγνοῦσα (= ignorans) et cum Roberto ὕστερον δὲ σεσωσμένη in ὕ. δ. ἐγνωσμένη (= postea vero sentiens). An mirum est, quod Diana narratur, postquam rem rescierit, et ipsa solatii causa in caelo constituisse figuram eius, quae, cum Iovi succubuisset, immerito videretur tam graviter punita esse? Quod autem exitus in Catast. et apud Hyg. idem est, quoad ad Dianam pertinet extremi beneficii auctorem, inde efficere non licet eandem fuisse narrationem, quoniam in Catast. nec Iuno nec mors Callistus commemorata est. Deinde vero, id quod gravissimum est atque Robertum plane fugit, verba Epitomes ἀντιθεῖσαν ἕτερον εἶδωλον ἐν τοῖς ἀστροῖς et magis etiam quae subsequuntur ὥστε δισσὰς ἔχειν τιμὰς, quae similia redeunt apud reliquos omnes, haec luculenter docent Catasterismorum auctorem, ex quo omnes pendent, et maioris et minoris Ursae ortum repetivisse ex una Callistus fabula. Ut duplex autem signum explicaretur, patet non licuisse duplici eiusdem rei ac diversa uti memoria, sed ex eadem fuisse proficiscendum. Atqui ad explicandam Ursam maiorem adhibita

est ea fabulae forma, quae nec Iunonis furorem nec Callisto erepta humana specie punientem. Ergo quae de Ursa minore tradita est narratiuncula, cum huic optime respondeat, integra iudicanda est et ab ea, quam Hyginus secundo loco de Ursa maiore protulit, diversa. Sequitur, ut Hyginus istam de Ursa minore narratiunculam omiserit. Itaque corrigenda sunt quae de eo Robert p. 2 praedicat: 'Praeter pauca minoris ambitus enuntiata unam tantum omittit historiolum, quae de Orione in Catasterismis bis eadem quamvis diversis verbis narratur'. Simul apparet ob eandem causam atque alteram de Orione fabellam istam quoque ab Hygino omissam esse: nempe noluit bis idem referre; eadem autem esse, quam de Ursa minore in Catasterismis prolatam invenit quamque de Ursa maiore ipse iam aliunde attulerat, narratiuncula tam potuit videri Hygino quam visa est Roberto propter eundem utriusque exitum.

Duas igitur Catasterismorum narrationi Hyginus adiunxit fabulae formas, utramque ex Callimachea deductam, cum ipsa Callimachea desit; quae res ideo notatu digna est, quod Robert p. 231 eum Callimachum legisse suspicatur.

§ 4.

Ad Callimachum nobis nunc est revertendum. Nam examinata narrationum varietate postquam, quae Callimachi essent ipsius, quae qua de causa ab aliis postea essent novata, exploravimus, tandem eo pervenimus, ut iam tuto liceat aggredi ad refingendam Callimacheam narrationem ipsam nec verendum sit, ne huic asseramus quae posteriores addiderint. Quod si schol. Hom. et Paus. potissimum, ut par est, secuti omnia recolligimus, Callimachum haec fere reperimus narrasse:

Callisto, Lycaonis filia^a), cum Diana venabatur, eodem quo illa ornatu vestita, illique se totam addixerat iurata se semper in virginitate esse mansuram^b). Sed Iuppiter (pulchra) virgine

a) schol. Hom.

b) Apollod.

conspecta cum amore incensus esset^{c)}, in silvam (venantem) persecutus^{d)} amplexu corripuit^{e)} quamvis invitam et reluctantem^{f)} clam Iunone^{g)}. Quae (certo temporis spatio interiecto)^{h)} ubi primum in puella gravida Iovis furtum sensit^{hh)}, indignata

c) omnes.

d) Hyg. III.

e) omnes. — Quae in Apoll. Bibl. de Iove addita sunt verba *ελεασθεις, ως μὲν ἔνιοι λέγουσιν, Ἀρτέμιδι, ως δὲ ἔνιοι, Ἀπόλλωνι* aliena esse ipsa indicat qua afferuntur forma dicendi. Huc accedit quod de omnibus quaecunque ex Callimachea pendent narrationibus ne una quidem talem Iovis fraudem ullo verbo tangit; quam si commemoratam invenissent scriptores certe non omnes uno consensu quam referrent indignam habuissent.

f) Apollod.

g) schol. Hom.

h) Prope peractis demum mensibus Callisto Iunoni poenas dedisse amissa specie simul et vita poeta fingere debuit, si Iunonem noluit bis ad operam vocare. Quae ut denuo interveniret, novam afferri rationem necesse erat; sed huius nullum est in memoria vestigium; itaque transfigurationem nece exceptam esse statuo, quanquam manifesto aliter est in recentiore narrationis forma. Ita enim Hyginus III suam narrationem incipit: 'Cum Calisto Iuppiter esset in silvam persecutus, Iunonem — contendisse, ut eum manifesto diceret deprehendisse. Iovem autem — in ursae speciem conversam reliquisse. Iunonem autem in eo loco pro virgine ursam invenisse.' Ac vix aliter intellegi possunt Apollodori de Iove verba *βουλόμενος δὲ Ἦραν λαθεῖν εἰς ἄρκτον μετεμόρφωσεν αὐτήν*. Cum vero Hyginus pergat 'Quam Dianae venanti, ut eam interficeret, demonstrasse', apparet hic temporis nullam omnino rationem habitam esse; uno enim tenore se excipiunt concubitus transfiguratio mors. Quae neglegentia apud Hyginum, cum partus non meminerit, minus offendit quam apud Apollodorum, ac prodit mythographi festinationem, qui ad Iovem mutantis partes transtulit. Qui ante oculos habuisse Callimachi videtur de Io narrationem. Illud enim, quod Iuno 'suspicata id quod evenit' coniugem absentem secuta esse dicitur, redit in Ius fabula apud Ovidium (in Met. I 601 sqq.), quem cum Calvo (cf. frg. 9–14 L. Mueller) Callimachi vestigia pressisse constat. Traxit igitur eiusdem narratio altera alteram.

hh) Quo signo in illa Iuno auctorem senserit, incertum relinquatur. Nec vero opus erat, opinor, signo ullo aut nuntio, nisi forte censes Callimacho non licuisse deae plus sagacitatis tribuere quam feminae cuilibet mortali. Ovidius certe, qui cum Callimacho consentit Iunonem coniugis furtum non vidisse (cf. Met. II 435), quo modo illa rem rescierit securus ita narrat in Met. II 466 sq.:

Senserat hoc olim magni matrona Tonantis

distuleratque graves in idonea tempora poenas.

eam in ursam convertit¹⁾ et Dianae, quam venandi forte studium obviam ferret, insciâe monstravit adhortata, ut quam prope cerneret bestiam telo peteret^{k)}. Postquam autem haec certa deae sagitta transfixa animam efflavit^{l)}, ab Iove missus aderat Mercurius^{m)}, qui e mortuae utero infantem eriperetⁿ⁾ atque, ut in Arcadia educaretur, suae matri ferret Maiae^{o)} (in antrum Cyllenium). Nomen ei pater indidit Arcadi^{p)}, quoniam mater eius ἄρκτος fuerat^{q)}; qui auctor factus est nationis nominisque Arcadum^{r)}. Callisto autem ipsam, qua erat bestiae figura, ad caelum sublata primam^{s)} inter sidera collocavit nomine appellatam Ursae^{t)} maioris^{u)}.

Quae a Callimacho eo tantum discrepant, quod hic, si quid tribuis Pausaniae verbis *Ἥρα δέ, ὡς ἐφώρασεν, ἐποήσεν ἄρκτον τὴν Καλλιστὴν* et scholiastae Hom. *ἐπιγνοῦσα δὲ ἡ θεὸς μετέβαλεν αὐτήν*, induxit Iunonem, ubi primum puellam ex Iove gravidam conspexit, sine mōra iura sua laesa acerrime ulciscentem.

i) schol. Hom. Paus. Hyg. II.

k) schol. Hom. Paus. Apoll. Hyg. III.

l) Apollod.

m) Paus. Liban.

n) Paus.

o) Apollod., de quo cf. p. 281. Mercurium auctor Bibliothecae demum sive is quem hic exscripsit omisit, non recentiorem qui condidit narrationem; alter enim huius testis Libanius eum retinuit.

p) Apollod. Liban. Apud Pausaniam in proximis pueri nomen una cum historia affertur; tacent de eo schol. Hom., quia ad versum, in quo de Ursa caeli sermo est, illustrandum Arcadis mentio non magis opus erat quam in simili consilio apud Hyginum.

q) Haec, quamvis dubitanter, Callimacho asserui, sic ratiocinatus: Ister Callimacheus, ut Stephanus Byzantius in v. *Ἀρκάδια* refert, Arcadem scripsit *διὰ τὴν τῆς μητρὸς ἀποθηριώσιν (ἄρκτω γὰρ ὄψ' Ἥρας αὐτὴν ὁμοιασθῆναι) ταύτης τυχεῖν τῆς προσσηγορίας*. Forma igitur fabulae nixus est Callimachea, quanquam puellae nomen non Callisto, sed Themisto esse voluit. Unde autem sumpsit fabulam, indidem petivisse credi potest etiam veriloquium. Atqui Callimachum scimus eiusmodi nominum lusibus delectatum esse (cf. Dilthey, *De Callim. Cyd.* p. 38). Ergo veri simile iam hunc istam nominis explicationem minime reconditam dedisse, praesertim cum vix fieri posset, quin docti poetae animum quaestio subiret, cur tandem *Ἀρκάδος* esset nomen puero inditum.

r) Liban.

s) schol. Hom.

t) omnes.

u) Paus. Hyg. II. III.

Hac igitur narratione coniuncta sunt, quae adhuc seorsum tradita invenimus, transfiguratio et mors; novus in fine accessit catasterismus. Ex duabus autem quae coaluerunt fabulae formis alteram probe novimus: nam Dianae Callisto interficienti occurrimus apud Arcades. Alteram, qua Callisto a Iunone in ursam conversa esse feratur, aperte quidem expressam nondum offendimus, sed significatam existimo ab Euripide in Helena: nam quae de Callisto illic praedicantur *Ἰὼς ἂν λεχέων ἀπέβας* ¹⁾ *τετραβάμοσι γυίοις* cum eorum narratione, qui gravidam faciunt a Diana conversam, conciliari aegre tantum possunt atque adeo eam videntur indicare fabulam, in qua transfiguratio Iovis concubitum subsecuta sit; id autem fieri non potuit nisi aut per Iunonem coniugis vestigiis instantem aut per Iovem ipsum uxorem fallere conantem; atqui hoc quidem vidimus post Callimachum demum ex Ius historia fabulae illatum; ergo, si de emendando versu Euripideo mecum consentis, restat Iuno coniugis furtum persecuta, qualem adhibuit Callimachus, quanquam hic, quia cum erepta specie humana necem coniunxit, deam non protinus, sed instante demum partu aemulam ulciscentem induxit.

Sed utcunque de illo versu iudicas, dubium esse vix potest, quin simplicis fabulae hic agnoscenda sit *forma tertia*, quoniam is, qui de se ipse profiteretur *ἀμάρτυρον οὐδὲν αἶδω* (frg. 442), non primus omnino Callistus fabulae iratam Iunonem credendus est intulisse, sed accepisse a prioribus. Ac potuit haec forma aequae ac secunda ex prima facillime oriri, quin etiam paene necesse erat oreretur, postquam per temporum vices pristina fabulae vis in oblivionem adducta est hominesque res deorum magis magisque ad sua exempla detrahebant. Nam quis nescit, quantopere in deliciis habuerint Iunonem in Iovis amores furentem posteriores potissimum? Sed iam ad priores sat magnus redit fabularum numerus, quae hanc deae speciem offerant. Neque igitur mirum sit, si iam superiore aetate in Callistus fabula Dianae partes in Iunonem translatae sint, quod ut fieret,

1) *ἀπέβας* scribendum esse pro codicum lectione *ἐπέβας* supra p. 253 sqq. probare studui.

narrationis condicio pariter ac similibus fabularum exempla incitabant. Atque ego quidem arbitror talem fabulam iam Euripidi in Helenae carmine ante oculos fuisse.

Callimacho vero, nisi omnia fallunt, debemus quod ex duabus fabulae formis una effecta est narratio. Atque erant illae eiusmodi, ut facillime possent copulari et in unam confundi; nam altera alterius esse supplementi instar videbatur nec potius diversa eiusdem rei memoria, ut qui eas coniunxerat plenam se fabulam recuperasse sperare posset. Mutari autem vix quicquam opus erat praeter rationem, ex qua Diana Callisto nece afficeret: in ursa enim Diana non iam ulcisci poterat amissum pudorem; itaque poetae fingendum erat Dianam a Iunone ad ursam traiciendam commotam esse, id quod fecit, aut in venatu obviam sibi factam stravisse, id quod catasterismorum scriptor nescio quis praetulit. Apud Callimachum non dubito quin ratio eadem fuerit atque in consimili Ius fabula apud Ovidium¹⁾: Iuno timere non prius desinit quam aemulam extinxerit; qua de causa illi speciem humanam rapuisse non contenta rapit etiam vitam, cum in Dianam simili utatur fraude atque in Orionis fabula, qualem Ister exhibuit, Apollo²⁾.

Exitum, quo Callisto sub Ursae maioris nomine sideribus insereretur, Callimachus iam de suo addidit. Opinio sane vulgata et ab omnibus³⁾, quantum vidi, recepta nunc ea est, ut

1) Met. I 622 pelice donata non protinus exiit omnem
diva metum timuitque Iovem et fuit anxia furti,
donec Arestoridae servandam tradidit Argo.

2) Cf. Hyg. Astr. II 34 p. 73, 12 B.: 'Istrus autem dicit Oriona a Diana esse dilectum et paene factum, ut ei nupsisse existimaretur. quod cum Apollo aegre ferret, et saepe eam obiurgans nihil egisset, natantis Orionis longe caput solum videri conspicatus, contendit cum Diana eam non posse sagittam mittere ad id, quod nigrum in mari videretur. quae cum se vellet in eo studio maxime artificem dici, sagitta missa caput Orionis traiecit.' eqs.

3) Unius afferre mihi liceat verba viri de his ipsis studiis optime meriti, Caroli Robert, qui in Erat. Cat. rel. p. 238 de fabula ad Ursam maiorem pertinente haec pronuntiavit: 'Si quae alia, mere sideralis fabula est; ut enim Ursam inde ab antiquissimis temporibus Graecis notam fuisse constat, ita Callistus historiam semper cum hoc sidere coniunctam fuisse

ab initio Arcades in Ursa caeli gentis suae matrem agnoverint. At enim huic opinioni fundamenta subtraxi, cum ostendi catasterismum ab Hesiodo esse abiudicandum et Euripidi etiam fuisse ignotum. In Arcadia vero ante poetam Alexandrinum Callisto unquam aut usquam conexam fuisse cum Ursae signo prorsus incredibile. Nam si conexa aliquando fuisset, qui tandem potuit fieri, ut ursae imago in caelo cottidie visa tam facile memoriae excideret Callistoque nexu illo cum sidere neglecto diceretur non conversa neque inter astra abrepta esse, sed occisa et sepulta? ¹⁾ Ante Callimachum catasterismi testis nullus reperitur, cum vel is, qui data opera sidera tractavit, Aratus in Phaenomenis, Callimacheam Ursae interpretationem etiamtum ignorasse videatur; ac fortasse casui ne id quidem tribui potest, quod, cum Ursae signum commemorant, poetae Callimacho aetate superiores nunquam, aetate inferiores ²⁾ saepius tangunt aut significant Callistus fabulam. Auctor igitur catasterismi idem iudicandus est, quem duabus fabulae formis in unam conflatis novam narrationem condidisse vidimus.

§ 5.

Ursae omnino in caelo figuram ³⁾ qui iam ante aetatem Alexandrinam a quoquam e fabulari historia explicatam credit testimonii aut indicii ne umbram quidem sibi habet. Sideris

neque quemquam de Callistone in ursam mutata dixisse opinor, quin inter sidera eam relatam esse adderet. — Quanquam quod verum est iam perspexerat Buttmann, cum de ortu signorum disputans in Actis acad. Berol. 1826 de Callisto sic iudicaret: 'In die Sterndeutungen aber kam diese Bärin ebenso wie der Nemeische Löwe und der Marathon. Stier und der Widder der Helle' usw.

1) Cum Arcadam opinione catasterismum conciliari non posse iam animadvertit Paus., cum VIII 3, 7 haec adiceret: ἔχουεν δ' ἄν καὶ ἄλλως τὸ ὄνομα οἱ ἀστέρες ἐπὶ τιμῇ τῇ Καλλιστοῦς, ἐπεὶ τάφον γε αὐτῆς ἀποφαίνουσιν οἱ Ἀρκάδες.

2) Locos infra invenies collectos p. 314 sqq. et 338 sqq.

3) Ursae nomen initio septem illis stellis omnium maxime insignibus inditum esse nec pluribus, ut Buttmann in Dissertat. acad. Berol. 1826 p. 34 sqq. contendit, cum veram ursae figuram construere studeret, gen-

mentio illis temporibus omnino nondum frequens est in litteris; novi hos tantum locos:

Hom. Σ 487 sqq. ἄρκτον θ, ἣν καὶ ἄμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν,
(= ε 273 sqq.) ἢ τ' αὐτοῦ στρέφεται καὶ τ' Ὠρίωνα δοκεῖται,
οἷη δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν Ὠκεανοῦ.

Soph. Trach. 131 οἶον ἄρκτου τροφάδες κέλευθοι.

Naupl. frg. 399, 11 (N.) Palamedes [at cf. schol. Arat. 27]
invenisse dicitur

ἄρκτου τροφάς τε καὶ κυνὸς ψυχρὰν δύσιν.

Eurip. El. 733 νεφέλαι δ' ἔνδροι πρὸς ἄρκτον [sc. εἰσίν].

Ion 1152 sqq. Πλειὰς μὲν ἦει μεσοπόρου δι' αἰθέρος,
ὅ τε ξιφήρης Ὠρίων· ὑπερθε δὲ
ἄρκτος στρέφουσ' οὐραῖα χρυσήρει πόλῳ.

Pirith. frg. 594 (N.) — δίδυμοὶ τ' ἄρκτοι

ταῖς ὠκυπλάνοισι πετρίγων ῥίπαῖς
τὸν Ἀτλάντειον τηροῦσι πόλον.

Artem signa ad fabulas revocandi Alexandrinos demum factitasse in universum pridem intellectum est: est autem quod de plerisque constat agnoscendum in hoc quoque signo. Quod cum ex eis esset, quae ab antiquissimis temporibus Graeci cognita habebant, consentaneum est in primis interpretum operam excitasse. Neque igitur mirum quod iam *Aratus*, quamvis paucorum nosse videatur siderum interpretationes, de duabus Ursis habet quae nobis referat (*Phaen.* 30 sqq.):

— — — εἰ ἔτεὸν δῆ,

Κρήτηθεν κείναι γε Διὸς μεγάλου ἰότητι
οὐρανὸν εἰσανέβησαν, ὅ μιν τότε κορυζόντα

tium in hac re consensu evincitur. In eo autem, quod animali pusilla, longa signo est cauda, non esse cur quisquam offendat, id, qui novissimus de signi nominibus diligenter disputavit, Otto Keller ('*Tiere d. klass. Altert.*' p. 125 sqq.) rectissime inde effecit, quod, cum America reperta est, etiam Irocesi septentriones ursum appellabant. Merito igitur idem opinionem eorum damnavit, qui ἄρκτον pro ἄρκοις, quibus 'lucentes' i. e. stellae significarentur, positam existimarent; quam coniecturam primus proposuit Adalb. Kuhn ('*Höfers Z. f. d. Wiss. d. Spr.*' I (1845) p. 158 sqq.), amplius confirmare studuit Max. Müller ('*Vorles. üb. d. Wiss. d. Spr.*' II² p. 392 sqq. 409), accepit Usener in *Mus. Rhen.* XXIII p. 334).

Δίκτω ἐν εὐώδει, ὄρεος σχεδὸν Ἰδαίοιο,
 ἄνθρω ἐγκατέθεντο καὶ ἔτρεφον εἰς ἐνιαυτόν,
 Δικταῖοι Κούρητες ὅτε Κρόνον ἐψεύδοντο.
 καὶ τὴν μὲν Κυνόσουραν ἐπὶ κλησιν καλέουσιν,
 τὴν δ' ἐτέραν (Ἐλίκην¹).

Ab Arato autem nunquam discedit nobilis Callimachi adversarius, *Apollonius Rhodius*, qui sideris mentionem ter iniecit in *Argonauticis*:

II 360 ἔστι δέ τις ἄρκη Ἐλίκης κατεναντίον ἄρκτου²).

III 745 sq. ναυτίλοι εἰς Ἐλίκην τε καὶ ἀστέρας Ὠρίωνος
 ἔδρακον ἐκ νηῶν.

1195 sq. — ἐπεὶ ῥ' Ἐλίκης εὐφραγγέος ἀστέρες ἄρκτου
 ἔκλιθεν.

§ 6.

Sed *Theocritus*, postquam in epicis

XXII 21 ἐκ δ' ἄρκτοι τ' ἐφάνησαν

et XXIV 11 sq. ἄμος δὲ στρέφεται μεσονύκτιον ἐς δύοσιν ἄρκτος
 Ὠρίωνα κατ' αὐτόν³)

more priorum signum usurpavit — nam VII 112 ἐγγύθεν ἄρκτω
 de plaga septentrionali dictum praetereo —, iam Callistus signi-

1) Haec nomina per totum carmen tenet nec videtur aliam nisi quam protulit interpretationem cognitam habuisse. Quae in schol. Theocr. codicis Ambros. I 123 de Callisto addita sunt ἦν καὶ φησιν Ἀρατος ἐν [δ'] οὐρανῷ ἐστηρίχθαι, eis fides non est habenda. Neque enim credibile scholiastam aliud carmen in animo habuisse nisi *Phaenomena*; in his autem Callistus nec vola nec vestigium. Ortum verborum hunc esse existimo, ut nescio quis, cum lecto Callistus nomine meminisset, quae vulgo de eius exitu ferrentur, mentionem *catasterismi* adiecerit, *Aratum* autem laudaverit eius testem, quia hic *Ursae* signum descripserat, *Ursam* autem Callisto esse posterioribus constabat; qua de causa pronum erat utramque confundere, ut confusae sunt etiam a recentioribus, velut a *Schneidero* in *Callimach. II* p. 574, de quo vide infra (p. 302 adn. 3).

2) Cf. *Arat. Phaen.* 51 οὐρὴ πὰρ κεφαλὴν Ἐλίκης ἀποπαύεται ἄρκτου.

3) Ante oculos poeta habuit *Homericum* illud

ἦ τ' αὐτοῦ στρέφεται καὶ τ' Ὠρίωνα δοκεύει.

ficavit catasterismum, cum Daphnim pastorem fecit Panem his invocantem (I 123 sqq.):

ὦ Πὰν Πάν, εἴτ' ἔσσι κατ' ὄρεα μακρὰ Λυκαίω,
εἴτε τύ γ' ἀμφιπολεῖς μέγα Μαινάλων, ἔνθ' ἐπὶ νᾶσον
τὰν Σικελάν, Ἑλίκας δὲ λίπε ῥίον αἰπύ τε σᾶμα
τῆνο Λυκαονίδαο, τὸ καὶ μακάρεσσιν ἀγγτόν.

Sic enim codices. At inter editores non constat de interpretandis scribendisque eis ipsis verbis, quae huc pertinent: Ἑλίκας δὲ λίπε ῥίον. Fritzsche enim ad v. 125 Helicen (quo nomine Ursam maiorem modo audivimus ab Arato nuncupari) intellegit Callisto eiusque significari censet tumulum a Pausania commemoratum; qua de causa ex Bosii coniectura recipit λίπ' ἦριον; ac nunc omnes ad eius sententiam accessere praeter Meinekium, qui p. 196 'Obstat' inquit 'opinionem illi, quod Helicae nomine non utuntur veteres poetae de Callistone nisi ubi astrum, in quod illa mutata ferebatur, designare volunt; neque obscura erit eius rei causa, quid Ἑλίκη significet, reputantibus.' Itaque hic mavult retineri ῥίον et scribi Ἑλίκαι; Ἑλίκας enim apud Stephanum Byz. in v. Ἑλίκη ('Ἑλίκαι quem vocat Apollod. III 8, 1, 2 facillime corrigas in Ἑλίκαν) unus est e Lycaonis filiis. At huic coniecturae duo obstant: primum quod ab Helica, cum et ipse sit Lycaonides, alter nuda Λυκαονίδαο appellatione distingui non potest, deinde quod Helicas iste plane ignobilis et obscurus est ac ne in Arcadia quidem, unde Pan venire iubetur, sedem habet, quoniam ab eo Achaiae oppidum nomen traxisse fertur. Iste igitur mittendus. At tertiam interpretationem nemo protulit nec proferre possit. Nam cum intra Arcadium fines Ἑλίκας ῥίον quaerendum sit, aliud nomen non offertur nisi Lycaonis filii aut filiae. Illum autem cum sententia repudiet, sola restat haec. Itaque aut verba graviter corrupta iudicanda sunt aut aliquo modo tollenda est iusta Meinekii offensio. Illud ut faciamus, non est idonea causa: immo sententiae satisfit, si cum Fritzschio λίπε ῥίον in λίπ' ἦριον¹⁾ mutamus intellegi-

1) ῥίον Callistus quid sit, haud facile dicas. ῥίον autem, quod Meineke nixus Pausaniae descriptione (VIII 35, 8) quam ἦριον scribi maluit et Hartung arripuit, de tumulo dictum displicet.

musque Callistus tumulum, in proximis autem (*αἰπύ τε σᾶμα τῆγο Λυκαονίδας*) sepulcrum Arcadis¹⁾. Nam aut in Lycaeo aut in Maenalo Daphnis Panem scit versari; rogat eum, ut in Siciliam veniat relinquatque — num alias quam quas modo obtinere dictus est sedes Lycaei Maenalive? Sub Maenalo autem Callistus tumulum, in Maenalo Arcadis sepulcrum fuisse Pausaniae testimonio constat. Deinde matris tumulo filii sepulcrum apte iungi quis non videt? Aptē denique etiam Pan in eis locis commorari fingitur, in quibus sepulti iacent quibuscumque artissimo sanguinis vinculo cohaerere olim putabatur, quandoquidem Epimenidem tradidisse scimus esse *Διὸς καὶ Καλλιστοῦς Πᾶνα καὶ Ἀρκάδα διδύμους*. At enim cum his interpretatio quam maxime commendetur, concedendum est Meinekium in eo merito offendisse, quod sideris nomine sepulta designaretur, quae ad sidera non pervenit. Cuius difficultatis solvendae unam video facultatem: *Ἐλίης* nomine poeta sine certo consilio ita uti non debuit, ut appellationis vim prorsus neglegeret confundens ursam in caelo positam cum femina sub terra iacente; qualis incuria in docto doctae aetatis poeta neque intellegi neque excusari potest; quod simile sit exemplum ne apud eos quidem novi, qui et aetate et sensu multo hoc sint inferiores²⁾. Sed quodnam fuerit consilium, quaeris. Nequit

1) Quae scholia Ambr. ad v. 126 exhibent . . . δ *Αἰπύτον τάφον καλοῦσι καὶ Ὅμηρος· Αἰπύτιον παρὰ τύμβον. εἰς ὃν φασὶ τὰ εἰσερχόμενα ζῶα ἄγωνα γίνεσθαι* male turbata sunt. Verba extrema ad *Αἰπύτον τάφον* referri nequeunt, sed spectant ad templum aliquod. Templum autem esse Lycaeam discimus e Callim. hymn. I 11 sqq. (*ἔνθεν ὁ χῶρος | ἱερός, οὐδέ τί μιν κερρημένον Εἰλειθυλῆς | ἔρπετόν οὐδὲ γυνή ἐπιμυογεται*) collatis cum scholiastae interpretatione (*ὅτι πᾶν ζῶον εἰσὶν ἐκεῖ μεμολυσμένον ἄγονον ἐγίγνετο καὶ σκιὰν τὸ σῶμα αὐτοῦ οὐκέτι ἐποίηι*). Verba igitur mutilata aliunde (a v. 123 *Λυκαίω*) ad hunc versum (*Λυκαονίδας*) aberrarunt. Quae antecedunt interpretantur Theocriti *αἰπὺν σᾶμα Λυκαονίδα*, sed aperte falso; nam Aegypti sepulcrum et Homerus (*B* 604) et Pausanias (*VIII* 16, 2) testes sunt fuisse in Cyllene, in qua Pan versari nec dicitur nec credebatur.

2) Ovidius in *Ib.* 473 sideris nomine quod est Arctos ad designandam puellam terrenam usurpato non peccat, quia Callisto ad sidera sublatam esse ei constat.

poeta electo sideris nomine aliud spectasse quam ut Callistus catasterismum significaret. Quod si Callimachus, ut supra probavimus, hunc fabulae exitum invenit, Theocritus illius inventum scientibus sat manifesto designasse putandus est. Ac fortasse hic sodalem ludit, cum in verbis *Ἑλλάδας ἠρίον* e vetere fama retinet tumulum, sepultam autem sideris nomine nuncupat. Theocritum autem Callimachumque alterum alterius saepe occupare dicta et respicere inventa ante biennium Alfredus Gercke in *Mus. Rhen.* XLII p. 592 sqq. multis exemplis demonstrare studuit; aliquot ex eis refutari posse concedo, at non omnia, ut cum Rannowio nuper contendit Eduardus Hiller, qui in *Bursiani Act. ann. XVI (1888)* p. 185 'Keine Stelle bei Theokrit' inquit 'existiert, wo wir genötigt wären, eine bewusste Anlehnung an Kallimachos anzunehmen.' De hoc loco aut desperandum est aut tale quid concedendum.

Quae tamen ad *σῆμα Λυκαονίδαο* pertinent verba *τὸ καὶ μακάρεσσιν ἀγῆτόν* explanare nequeo — de Lycaonidae enim, Arcadem intellego, monumento praeter situm nihil accepimus —, sed his quoque significari suspicor aliquam narrationem eiusdem fortasse poetae tum notam, nunc obscuram.

Callimachus ipse, qui Callistus tetigit fabulam ¹⁾ hymni in *Iov. vs. 40 sq.*

— — *παλαιότατον δέ μιν ὕδωρ*

νείωνοι πίνουσι Λυκαονίης ἄρκτηιο,

adhibuit, si Catullus in hac re exemplum suum expressit — nec credibile talia Romanum poetam ipsum addidisse —, eius etiam catasterismum in ea elegia, qua *Βερενίκης πλόκαμον* celebravit ²⁾. In Catulli enim carmine LXVI 66 coma Berenices dicitur in caelo esse 'Calisto iuncta Lycaoniae.' Ipsa fabulae narratio Schneidero in *Callimacheis II* p. 574 videtur 'ex libro cui *Ἀρκαδία* (cf. *Suid.*) inscriptum erat petita ³⁾.'

1) Sine causa verba ad sidus rettulit Maass in *Anal. Erat.* p. 101.

2) Temporis ratio non obstat; nam senior poeta hanc elegiam condidit, cf. Gercke in *Mus. Rhen.* XLII p. 625. Occasionem autem in describendo novo sidere Callistus quoque nominandae rerum praebebat similitudo.

3) Quae idem subinde de Callisto in caelo cum Orione coniuncta

Inter Callimachi discipulos *Istrum*, quem supra bis commemoravi, cum ex dissona memoria, fortasse Argiva (cf. infra p. 346 sq.), sumptum Themistus nomen loco Callistus poneret, a magistro fabulam recepisse ex Stephani Byzantii in v. *Ἀρκαδία* verbis discimus his: *Ἴστρος δὲ φησιν, ὅτι Θεμιστοῦς καὶ Διδὸς ὁ Ἀρκὰς ἐγένετο, διὰ δὲ τὴν τῆς μητρὸς ἀποθηρώσιν (ἄρκτω γὰρ ὕφ' Ἡρας αὐτὴν ὁμοιασθῆναι) ταύτης τυχεῖν τῆς προσηγορίας. καὶ τὸ ἄστρον λέγεται ἐν τῷ οὐρανῷ τότε ἄρκτος κληθῆναι, ἢ ἄμαξα ἐλέγετο¹⁾.*

§ 7.

Posterioribus Callimachus suam Ursae interpretationem adeo approbavit, ut priorum velut Arati de Ursis sententiae reprimerentur et qui post eum ad sidera explicanda accessere eum sequerentur velut Eratosthenes, ut de aliis taceam, nisi a plaustrī effigie proficisci maluerunt, ut Eratosthenes altero loco Hermippus alii²⁾. Inter Romanorum enim et Graecorum vergentis aetatis scriptores constat vulgataque est opinio Ursam esse Callisto, et quia ab his potissimum nostra pendet fabularum notitia, ne recentiores quidem dubitarunt, quin ab Ursa Callistus persona discerni non posset.

Ac profecto hic catasterismus narrationem optime concludit

protulit, falsa sunt — confudit enim Ursam cum Callisto —, quae de causa quae in his posuit fundamentis sua sponte corrunt.

1) Verba extrema, quae apud Stephanum Istri mentionem praecedunt, suo loco restituit Wilamowitz in Herm. XIX p. 447 adn. 2. — Stephanum exscripsit Eustath. ad *B* 603 p. 300 et ad Dion. Perieg. 414, et alterutrum adhibuit qui Eudociae nomen ementitus est DXXXVI p. 260.

2) Aratus v. 30—35 Ursas Iovis nutrices fuisse dicit. Simillimam, sed auctorem, prodiderat fabulam Aglaosthenes in Naxicis, cf. Robert in Erat. Cat. rel. p. 243. — Hermippus, ut Hyginus II 4 p. 38, 4 B. refert, septentriones pro aratro a duobus bubus tracto venditavit. Alius poeta Alexandrinus cum Plastro coniunxit Aurigam, quem Phaethontem esse voluit, cf. Knaack Quaest. Phaeth. p. 61. Bubus quae Custodem fugiant Ursas similes dicit schol. ad Od. ε 272, I p. 270, 17 Dind. At num recte aut necessario Maass Anal. Erat. p. 86 ex Parthenii narr. XX concluderit Chios in sidere Helicen Meropae, quam Orion ebrius compressisset, matrem agnovisse, dubito.

et cum ea ita apte cohaeret, ut demi nequeat, quin integra pars detrahi videatur (quam virtutem saepe desideres in eorum narrationibus, qui fabulari historia ad signa explicanda abusi sunt). Postulat enim ratio poetica, ut quae sine sua culpa ¹⁾ non solum speciem, verum etiam vitam perdiderit mortua saltem quandam iniuriae compensationem accipiat. Est igitur fas et aequum eum, qui invitae pudorem eripuerit et insonti Iunonis iram excitaverit, mala denique quodammodo sarcire donato honore immortalis ²⁾. Nova igitur fabulae sententia: 'per aspera ad astra' (cf. Prop. II 28, 15 sqq. Baehr.).

Haec cum finxit, poeta minime illud ἀμάκρυτον οὐδὲν αἰεῖδω neglexit. De suo enim nihil addidit nisi quod ea quae memoria fabularis et natura suppeditabant ratione quadam inter se coniunxit: namque fabulae, cuius duas formas in unam composuit, et caeli ursam ostendit eandem esse. Neque igitur novavit, sed explicavit. Fabula naturam suam retinuit nec desiit genealogorum quoque desideriiis satisfacere, quam virtutem tum demum amisit, cum filius matrem inter astra secutus est.

Nam in tanta quanta apud Alexandrinos sidera explicandi ars florebat gratia fieri non potuit, quin in nova regione, in quam a Callimacho traducta erat, Callistus fabula mox latius sese extenderet et alia quoque signa occuparet ³⁾. Itaque non multo post exstiterunt et qui patrem et qui filium Callistus non procul ab ea in caelo monstraret: illud ab Ariaetho ⁴⁾ Tegeata, hoc ab Eratosthene in Catasterismis factum est.

1) Hesiodus tali compensatione non egebat, quia apud eum Callisto crimen in se admisit. Ceteras fabulae formas quae sine catasterismo sunt — duas praeterea constituimus — non satis cognitae habemus, sed licet idem suspicari.

2) Primam Callisto inter sidera receptam esse ut diceret, id doctum poetam movisse videtur, quod summam sibi Arcades antiquitatem asserebant (cf. schol. ad Apoll. Rh. IV 264). Primam inter feminas mortales a Iove compressam esse Nioben, Phoronei filiam, alii affirmabant (cf. Apoll. Bibl. II 1, 1, 5).

3) Cf. Rob. in Erat. Cat. rel. p. 233 'Si quis poetarum Alexandrinorum in sideribus interpretandis lusus penitus cognoverit, is non unum tantum, sed complura siderum simul ex tali fabula explicari non ignorat.'

4) Roberto in Erat. C. r. p. 227 adn. 14 vera nominis forma videtur

§ 8.

Illud ex Parmenisco ¹⁾ Hyginus tradit in Astron. II 1 p. 31, 18 B: 'Ariaethus autem Tegeates, historiarum scriptor, non Calisto, sed Megisto dicit appellatam et non Lycaonis, sed Cetei filiam, Lycaonis neptem; praeterea Cetea ipsum Engonasin nominari. Reliqua autem superioribus conveniunt' ²⁾ (namque praecedunt duae narratiunculae ex Callimachea deflexae). Plura habet idem II 6 p. 41, 18 B. in Engonasin signo: 'Ariaethus autem, ut ante diximus, hunc Cetea, Lycaonis filium, Megistus patrem, dicit — qui videtur ut lamentans filiam in ursae figuram conversam — genu nixum ³⁾ palmas diversas tendere ad caelum, ut eam sibi dii restituant.'

Ex verbis 'reliqua autem superioribus conveniunt' apparet Ariaethum narrationem ascivisse aut ipsam Callimacheam aut ex Callimachea deductam; nam quae apud Hyginum primo loco affertur Eratosthenica nimis abhorret. Mutasse igitur nihil videtur nisi nomina, cum ea substitueret, quae domestica quaedam, Tegeatarum ⁴⁾ suspicor, memoria praeberet. Sed filiae signo signum patris adiecit. Quem finxisse videtur tantum ex filiae casu dolorem accepisse, ut Iuppiter misericordia captus lamentantis figuram astris deformaret. Coniunxit igitur cum Ursa Genicularium; quod signum fortasse etiamtum interpretem desiderabat; nam Aratus de eo affirmat Phaen. 64:

— — τὸ μὲν οὐτίς ἐπίσταται ἀμφαδὸν εἶπεῖν.

Certe inter primos ⁵⁾ Ariaethus id explicatione donavit. Scripsit

esse Ἀραιθός. Sed 'Ariaethum' uno excepto omnes vocant ('Ariethum' Hyg. codd., cf. Bursian in Act. acad. Monac. 1876 p. 10).

1) Cf. Rob. in Erat. C. r. p. 227 sq. Hyginum antiquo Arati commentario usum esse Maass in Anal. Erat. p. 43 contendit nec tamen mihi persuasit.

2) Quae subsequuntur capitisque finem faciunt verba 'quae res in Nonacri monte Arcadiae gesta demonstratur' aliena esse infra exponam.

3) 'Nixum' scripsi cum libris optimis et verba distinxi, quemadmodum praecepit Bursian in Act. acad. Monac. 1876 p. 14.

4) Utique reconditior erat ista memoria; publicam enim auctoritatem in Arcadia habuit genealogia Hesioidea, cf. infra p. 345.

5) Primus certe est in longa interpretum serie, quam Hyg. II 6 p. 41,

enim post Callimachum, a quo Ursae interpretationem mutuatus est, sed ante Apollodorum Atheniensem, qui eum in conscribendis *περὶ Θεῶν* libris adhibuit (cf. Münzel Quaest. mythogr. p. 16).

IV.

§ 1.

At Ariaethi commenta, quorum praeter Hyginum nemo meminit, auctoritate longe superat ERATOSTHENIS in Catasterismis trium simul siderum ex una Callistus fabula explicatio. Tria autem illa sidera loco et nominibus arte coniuncta erant: nam *Ἄρκτον τὴν μεγάλην* comitabatur ἡ *μικρὰ* et sequebatur *Ἄρκτοφύλαξ*: itaque vel nomina postulabant, ut ex una fabula explicatio repeteretur. Qui autem Callimacheam Ursae maioris interpretationem ascivit, ei demonstrandum erat, cur Callisto duas figuras in caelo haberet et quis eius esset custos. Hoc praestitit auctor narrationis ex eis refingendae, quae in Catasterismis in Ursae maioris (p. 50 sqq. Robert) et minoris (p. 56 R.) et Arctophylacis (p. 74 sqq. R.) titulis separatim prolata sunt. Nam ad unam haec omnia redire narrationem pluribus exponere non opus est, quoniam res ipsa cogitantem docet nec singulae partes per se stare possunt aut satis intellegi¹⁾.

Rem auctor ita instituit, ut fabulam Hesiodeam praemitteret, hanc autem eis, quae de Iovis in puellam fraude Amphis addidisset, suppleret ac deinde ipse ita continuaret, ut in fine tres nascerentur catasterismi, e quibus unum a Callimacho

15 B. servavit. Praeter Ariaethum novimus Hegesianactem Anacreontem Hermippum; reliquorum nomina nescimus. Ceterum cf. Maass Anal. Erat. p. 43 sq.

1) Res quanquam Robertum fugit, tamen est certissima: nam eis, quae de Ursis maiore et minore prolata sunt, unam effici narrationem non dubium relinquunt verba in Ursae minoris titulo de Callisto dicta *ὥστε δισὰς ἔχειν τιμὰς* et quae praecedunt *ἕτερον εἶδωλον* (cf. supra p. 290 sqq.); Arctophylacis et Ursae maioris historias dirimi non posse utriusque exitus clamat, ubi ob laesam templi religionem matri pariter ac filio ab Arcadibus mors instat, ambo igitur ad caelum abripiendi sunt, sicut recte apud Hyg. et schol. German.

accepit, duos ipse addidit. A Callimacho quominus cum catasterismo simul etiam fabulae lineamenta peteret, impediit narrationis illius condicio: praematura enim Callistus morte omnis praeclosa erat facultas, quo tertium quoque signum explicaretur, cum matre astris inserendi filii. Eam sola praestabat Hesiodi narratio. Ad hanc igitur opus erat redire; nec tamen tota poterat retineri. Nam quae Hesiodus narraverat de Mercurio ursam quidem in Lycaeo pascente, sed infantem in Cyllenen procul auferente necesse erat abicerentur, siquidem ursam una cum filio ad astra pervenisse demonstrandum erat. Itaque partu commemorato auctor Hesiodum reliquit et sua iam annexuit commenta. Quae ut pernoscantur, opus est disiectas illas tres narratiunculas, quas singulas inspecta Roberti editione commode tibi possis restituere, in unam coniungere, quae haec fere sit:

A) Callisto, cum ut fera in monte (Lycaeo) vagaretur, capta est a caprariis quibusdam et cum puero, cui postea Arcadi nomen erat, Lycaoni (patri) tradita^{a)}. B) Qui cum aliquando Iovem hospitio accepisset, puerum 'cum alia carne concisum'^{b)} ei pro epulis apposuit. At Iuppiter statim mensa proiecta domum fulmine incendit et Lycaonem ipsum in lupum convertit morum eius immanitatem abhorrens^{c)}, at puerum membris collectis compositisque ad vitam reduxit et caprario cuidam dedit educandum. 'Qui adolescens factus in silvis cum venaretur, inscius vidit matrem in ursae speciem conversam. Quam interficere cogitans persecutus est in Iovis Lycaei templum, quo ei qui accessisset mors poena erat Arcadam lege; itaque cum utrumque necesse esset interfici'^{d)} et mors eis iam in-

A) Catast. I p. 52 Rob.

a) Sic omnes. Unum secutus testem nominabo.

B) Catast. VIII p. 74 Rob.

b) Hyg.

c) Epit. της ἀμότητος αὐτὸν μυσσυχθείς.

d) Hyg.

staret ab Arcadibus insecutis^e), Iuppiter suorum 'misertus ereptos inter sidera collocavit.'^f) 'Qui, ut res gesta est, ita manent, illa ursae natura'^g), ille ursam sequens^h), quapropter illa Ursa, ille Ursae custos appellatur. C) Interim Diana, quae sodalem suam (cum perfidam duceret) ab Iove vim passam esse ignoransⁱ) in bestiam converterat, rem cognoverat^k). Itaque (praecipitem iram dolens pro illata iniuria) gloriam illi retribuit, cum alteram ursae effigiem, quae Ursa minor vocitatur, in caelo constituit, ut duplicem illa honorem haberet.

In hac narratione, quam ab Hesioda, cui subiecta est, vulgo non dirimunt, omnia seram produnt aetatem: Immixta Lycaonis historia, eminens doctrina, neglecta fabulae natura.

Quae de Lycaonis facinore circumferebantur¹) Callistus res nullo modo attingere per se intellegitur, nec quemquam fugiet ea ne ad hanc quidem narrationem esse necessaria, sed cum ea tam laxè copulata, ut salvo rerum ordine omitti possint, sicut omissa sunt a scholiasta Arateo et Ovidio. Inserta ergo ideo tantum videntur, ut longum temporis spatium, quod Callistus partum inter et catasterismum est, paulum expleretur nec nuda aut obscura relinqueretur tota Arcadis pueritia. Ita-

e) Hyg. in Ursae mai. capite. f) Hyg. g) Schol. Germ. BP.

h) Hyg., cf. Ovid. Fast. II 190 et Avieni Phaen. 259 sq. (Et licet instanti similis similisque minanti | terga Helices iuxta premat arduus).

C) Catast. II p. 56 Rob. — Hyginus hanc narratiunculam omisit; quam Rob. huc revocavit, ad Ursam pertinet maiorem, cf. p. 289 sqq.

i) In Epitome *γροῦσα* codicum in *ἀγροοῦσα* corrigendum esse supra ostendi p. 291.

k) Auctor, cum haec fingeret, ea potissimum ante oculos habuisse videtur, quae Amphis Hesioda addiderat: nam cum Callisto Dianae de vitii auctore sciscitanti culpam ipsi tribuit (quia huius specie indutus Iuppiter eam fefellerat), tum probe intellegimus deae et iracundiam, ubi illud crimen audivit, et poenitentiam, ubi puellam verum dixisse rescit. Contra Hesiodi ex mente Callisto poenam tulit merito.

1) Inquisivit in hanc fabulam, quam alii de Lycaone, alii de Lycaonidis narrabant, H. D. Müller, 'Myth. d. gr. Stämme' II p. 83 sqq.

que ad Arcadem translata sunt quae alii puero ¹⁾ aut homini cuidam ²⁾, alii ipsius filio Nyctimo ³⁾ a Lycaone accidisse volunt, ut Iovi aut in ara aut in mensa mactatus offerretur. Arcade autem substituto fit, ut nefas immanitatis capiat fastigium: suo enim patri vescendus apponitur filius, summo deorum ab homine mortali, nepos ab avo. Qui qua de causa tam nefanda animo conceperit, quaerentibus solus inter auctores respondet Hyginus, cum addat (II 4): 'studebat enim scire, si deus esset, qui suum hospitium desideraret. Quo facto non minore poena est adfectus.' At haec ab ipso Hygino addita esse statuit Robert, recte haud dubie, non solum quia ceteri auctores nihil tale habent eademque causa redit, ubi aptior est, in Hyg. fab. 176 ('Lycaonis filii Iovem tentare voluerunt, deusne esset'), sed quia alia se offert explicatio multo probabilior, eam dico, quam Lactantius ad Stat. Theb. VIII 414 in his indicat: 'Lycaon pater Helicae ursae fuisse dicitur, qui dolore stupratae a Iove filiae deos humanarum carniū cibis violavit.' Quam causam a scholiasta non esse inventam ideo potissimum existimo, quod sic demum, si Lycaon filiae corruptorem uleiscitur, Callistus Lycaonisque fabulae interiore aliquo vinculo cohaerent et ad unam vere narrationem coalescunt. Exempla autem praebuere nefandi epuli mensa Thyestea, pueri collectis compositisque membris ad vitam restituti sors Pelopis. Ex his omnibus sera origo elucet.

1) Paus. VIII 2, 3.

2) Ov. Metam. I 227 (— — missi de gente Molossa | obsidis unius iugulum mucrone resolvit), cf. eiusdem Ib. 431.

3) Stat. Theb. IX 126 sq. (— sat funera mensae | Tantaleae et sontes vidisse Lycaonis aras | et festina polo ducentes astra Mycenae). Eandem fortasse fabulam continebant *Λυκάων* Xenoclis et Achaei *Ἰζᾶνες*, cf. Welcker Trag. Gr. II p. 963 sq. Alteram formam habet Nonnus XVIII 20 sq.:

*ἔκλον, ὡς ὑπέδεκτο τεὸν γενετῆρα Λυκάων
αὐτὸν ὁμοῦ μακάρεσσι, καὶ νίεα χειρὶ δαίξας
Νύκτιμον ἀγνώσσαντι τεῶ παραέβαλλε τοκῆι,
καὶ Διὶ παμμεδέοντι μῆς ἔψανσε τροπέζης
Ἀργαδῆς παρὰ πέζαν.*

Cum Nonno consentiunt Arnob. Adv. nat. IV 24 et Clem. Alex. Protr. II 11.

Doctrina magis quam ingenio excellentem auctor in eis se praestat, quae de suo addidit. Primum enim, ut Arcadis pueri fata intexeret, bis induxit caprarios, non admodum scite, sed docte procul dubio: nam pascuis terra abundabat et capris potissimum apta erant quae Lycaeo adiacent loca aspera et montuosa (cf. Curtius Pelop. I p. 169. 318). Deinde, ut causam catasterismi inveniret, religionem Lycaei adhibuit, cuius mentionem faciunt Paus. VIII 38, 6 (τέμενός ἐστιν ἐν αὐτῷ Λυκαίου Διός, ἔσδος δὲ οὐκ ἔστιν ἐς αὐτὸ ἀνθρώποις· ὑπεριδόντα δὲ τοῦ νόμου καὶ ἐσελθόντα ἀνάγκη πᾶσα αὐτὸν ἐνιαυτοῦ πρόσω μὴ βιώναι) et Plut. in Quaest. Gr. 39 p. 300. Cur Arcadem fingeret matrem telo insequentem, causam praebuit signorum inter se collocatio, quae iam ab Arato, qui ursas, non plaustra, agnoscit (cf. v. 27), hunc in modum descripta est Phaen. vs. 91 sqq.:

Ἐξόπιθεν δ' Ἐλίκης φέρεται ἐλάοντι ἑοικώς
 Ἀρκτοφύλαξ, τὸν ᾧ ἄνδρες ἐπικλείουσι Βωώτην,
 οὔνεχ' ἀμαξαίης ἐπαρώμενος εἶδεται Ἄρκτου.

Fabulae naturam quam parum respexerit nec curaverit genealogos, id documento est, quod Arcadem finxit adolescentulum cum matre terra abreptum, quasi nesciret hunc regno accepto nationi suum nomen et regiam progeniem dedisse. Et talem narrationem assignare potuerunt Hesiodo!

Auctor vix alius est nisi ipse, ad quem Catasterismorum materies redit, *Eratosthenes*. Nam Callimachum inter et Eratosthenem exstitisse, qui illius inventa amplificata huic traderet, auctorem nobis ignotum quis tandem statuatur, a Roberto (p. 32) praesertim edoctus Eratosthenem eos neglexisse, qui data opera de sideribus scripsissent, Hermippos et Hegesianactes? Conferre non inutile videtur quae de Virgine proferuntur in *Catast.* IX p. 82: Ταύτην Ἡσιόδος εἴρηκε θυγατέρα Διός καὶ Θέμιδος, καλεῖσθαι δὲ αὐτὴν Δίκην. Iustitiam Hesiodicam ad sidera translata iam apud Aratum invenimus (cuius mentio in *Catast.* interpolata est, cf. Rob. p. 33), quanquam apud hunc parentes non sunt iidem. Sed Eratosthenes rediit ad Hesiodum ipsum, retinens tamen catasterismum. Idem factum esse vides atque in Callistus fabula, quam in novam formam re-

daetam ad sidera rettulit Callimachus, ad sidera relatam accepit, sed ad formam Hesiodeam revocavit Eratosthenes. Eratosthenem dico, quia in eis, quae Robert p. 31 sqq. eruit, acquiescere malo, quoniam I. Boehme in Mus. Rhen. XLII p. 286 sqq. non solum ea, quae Ern. Maass in Analectis Eratosthen. ('Philol. Untersuch.' VI) disputavit eo consilio, ut Catasterismos Eratostheni falso ascriptos esse demonstraret, satis infirmavit, verum etiam ex ipsis stellarum catalogis originem Eratosthenicam comprobavit.

Sed iam nascitur difficultas. Nam videmus Eratosthenem eadem signa, quae e Callistus fabula explicavit, cum aliis copulata ex Icarum vel, ut alii ¹⁾ dixere, Icarum fabula interpretatum esse, cum in Arctophylace et Ursis, ab altera horum appellatione, qua Bootes et Plaustra vocabantur, profectus, Icarum cum plaustris ²⁾ agnosceret et proxime filiam eius Eri-gonam in Virgine, canem Maeram in Canicula, crateram in Cratere monstraret et his insuper, si Maass verum vidit, adderet in Protrygetere stella Dionysium (cf. M. p. 110) et in Aquarii signo Aristaeum (cf. M. p. 69). Alteram hanc interpretationem, si Robertum in proleg. p. 4 et 34, Catal. frg. I p. 39 sqq., Catast. VIII p. 77 sqq. audimus, in eodem quo priorem opere protulit, contra si Maassium in Anal. Erat. p. 59 sqq., in carmine elegiaco, quod *Ἡριγόνη* inscriptum erat. Ille autem eo nititur, quod in schol. Hom. Ven. B Eri-gonae historiae sub-

1) Cf. Maass Anal. Erat. p. 105 adn. 51.

2) Eratosthenem Icarum simul cum plaustris in caelo agnovisse apertis quidem verbis non dicitur, sed recte conclusisse mihi videtur Maass ex Hygini verbis et scholio Hom. (Od. ε 272), quanquam hic de uno cogitat plastro, ego duo malim statuere, quia existimo eum, qui ambo signa, maius et minus, ex Callistus fabula explicaret, ne ab hac quidem interpretatione alterum exclusisset; confirmatur autem quod statui scholio Homericum, cuius verba sunt haec: *ὁ Βωώτης καὶ Ἀρκτοφύλαξ καλεῖται καὶ δοκεῖ εἶναι ὁ Ἰκάριος· Βωώτης δὲ λέγεται . . . , ἐπεὶ ὁ Ἰκάριος ἐπὶ ἄμαξων παρεκόμισε τὸν οἶνον.* Minus accurate Hyginus II p. 35, 11 B.: 'alii dicunt Icarum . . . utres plenos in plastrum imposuisse; hac re etiam Booten appellatum', et fab. 130: 'Icarus plastro onerato [cum Eri-gone filia et cane Maera] in terram Atticam ad pastores devenit.'

scriptum est *ἱστορεῖ Ἐρατοσθένης ἐν τοῖς ἑαυτοῦ καταλόγοις*; quod argumentum ut illi eriperet, Maassio non contigit; frustra enim ostendere conatus est 'illos stellarum catalogos, ad quos pertinet scholii homerici subscriptio, ex commentario saec. I exeunte sive ineunte II in Aratum conscripto, non ex genuino Eratosthenis libro, provenisse' (p. 59); nam argumentationem eius Boehme l. l. (cf. inprimis p. 305) diluit. Itaque Roberti sententiam retineo, quam ipse mihi videtur novo teste allato Maass invitus etiam confirmasse. Attulit enim (p. 4 sqq.) Cosmam Hierosolymitanum, saeculi VIII scriptorem. Qui inter ea, quae ex Catasterismis exscripta esse apparet, etiam Erigonae historiam habet (cf. p. 7 et 83 sq.). Ergo haec in Catasterismis olim scripta legebatur, quanquam excidit ex Epitome et deest ceteris Catasterismorum compileribus praeter Hyginum, qui tamen eam an aliunde haberet dubitare licebat. Catasterismos autem cum e commentario Arateo fluxisse nulla re convincatur, immo compendium esse ex ampliore Eratosthenis libro, Catalogis, factum, id quod Robert statuit, Boehmii disputatione comprobatum sit, sequitur, ut Eratosthenes in eodem libro deinceps utramque interpretationem protulerit. Quae res potest mira videri, si utriusque ipse fuit auctor. Hoc autem tantum non est certissimum. Icarum enim familiam ab Eratosthene primo inter sidera monstratam esse Maass (p. 86 sq. 124 sqq.) comprobavit; Hesiodae de Callisto narrationi novum quo III signa explicarentur exitum ab eodem adiectum esse ipsa rerum condicio testatur. Discrimen in eo est, quod Icarum fabulam primus omnino ad astra rettulit, Callistus fabulam iam ad astra relatam accepit, illam ab Atticis petitam ipse demum conformavit excoluit auxit¹⁾ (cf. Maass

1) Verbis Pollucis V 42 *ὁ δὲ Ἰκαρίον κύνων καὶ ἔδειξε τῇ θνητῶν τὸν Ἰκαρίον νεκρὸν· καὶ εἰ γρηΐ τι πιστεύειν τοῖς ποιηταῖς, οὗτός ἐστιν ὁ Σείριος* et his Probi ad Verg. Georg. I 217 'Pecoribus autem Canis sidus ideo inimicum est, quod poetae ferunt a pastoribus Icarum occisum' Maass p. 85 abutitur haec efficiens: 'Poetam et Pollux et Probus qui dicitur horum catasterismorum dixerunt auctorem.' Nam catasterismorum notitiam hi procul dubio hauserunt ex poetis, qui frequenter eos commemorant, non ad ipsum ascenderunt auctorem.

p. 124 sqq.), hanc posita pro fundamento Hesiodi narratione satis habuit idoneo exitu amplificare. Protulitne igitur hanc tanquam ex mente priorum, Hesiodi et Amphidis, illam e sua ipsius? Illorum narratione Ursae, ipsius Plaustra explicabantur. Utramque veram habere aut dicere non potuit, sed alteram alteri opponere debuit. Cui vero novam suam interpretationem, quae videtur, opposuit, eam prius ad unum signum spectantem ipse demum ita adornavit et auxit, ut iam tria signa una comprehenderet. Quae res ad recte aestimandam Eratosthenis operam ac rationem magni momenti est.

Prior narratio in Catasterismis in III particulas discerpta legebatur. Sed cum probe intellegi non possit nisi membris in unum corpus recollectis, meo iure mihi videor statuere Eratosthenem eam continuam exhibuisse et epitomatores demum, ut suam cuique signo attribueret particulam, contextum dissolvisse. Quod si in hac concedendum est narratione, non minus valet in ceteris, quae eiusmodi sunt, ut ex una fabula complura signa explicentur. Neque universa memoriae ratio obstat: nam Robert demonstravit (p. 33) Catasterismos 'a principio hanc formam non habuisse, sed postea demum in eam redactos esse', ab eo scilicet, qui Eratosthenis librum in compendium contraheret, ut mythologicum in Aratum commentarium componeret.

§ 2.

Utraque interpretatio apud posteriores magnam auctoritatem cepit, maiorem tamen altera, quae ad Ieari familiam pertinebat; haec enim quam familiaris fuerit Romanis, nube exemplorum ostendit Maass p. 87 sqq. Altera, qua Callisto cum Arcade in caelo monstrabatur, ne ab omnibus reciperetur, vel id impediabat, quod similis forma Callimachi nomine commendata cum ea certabat.

In *compendia* haec fortasse sola transiit; certe in schol. Hom. (Σ 487) et ad Pausaniam (I 25, 1. VIII 3, 6) atque aliquo circuitu in Apollodori Bibl. (III 8, 2) et ad Libanium (p. 1101) Callimacheam vidimus solam pervenisse; nec iam dubitatur, quin hi ex compendiis hauserint. Debuerunt autem hanc arripere, sper-

nere commenta Eratosthenica ii, qui genealogiam spectarent, ergo ante omnes ii, qui compendio historiam fabularem comprehendere.

At nibilo minus et istorum notitia ususque apud poetas mythographosque increbruit, apud Latinos ideo, quod *Ovidius* ea ita recepit, ut summam amplae suae narrationi intexeret; sed hanc ipsam ob causam e Romanorum litteris perpauca citari possunt auctores, quos certo dicas Eratosthenem ipsum, non Ovidium ante oculos habuisse. Primo loco ii nominandi sunt, quos, cum data opera de sideribus scriberent, Eratosthenis aut Catalogis aut Catasterismis usos esse Robert ostendit, *Nigidius Figulus*, *Germanicus*, *Germanici interpretes*, *Avienus*, quorum numero adiciendus videtur etiam qui *Manilius* audire solet *Astronomicum* auctor, utpote qui II 26 sqq. multos enumerat homines animalia res astris nobilitata 'raptamque Lycaone natam' inter haec commemoret et III 359 fingat aliquem 'prona Lycaoniae spectantem membra puellae'. Sed praeter hos in censum omnino ii tantum veniunt, qui Ovidio aetate superiores sunt. Inter quos tamen vix unus alterve Callistus fabulam tetigit: In Comae Berenices apud *Catullum* LXVI 66sq. verbis

— — Calisto iuncta Lycaoniae¹⁾

vertor in occasum, tardum dux ante Booten,
qui vix sero alto mergitur oceano

Callimachum audire nobis videmur. Incertum, de utra fabulae forma cogitaverit *Vergilius* in Georg. I 137 sq. initia Iovis imperii describens:

Navita tum stellis numeros et nomina fecit

Pleiadas Hyadas claramque Lycaonis Arcton.

Sed Eratosthenis narratio, si verba premere licet, *Propertio* obversata est, cum affectam suam puellam exemplis solatur earum, quibus vitae pericula summum honorem paraverint; ac commemoratis Io Ino Andromeda sic pergit II 28, 23 (Baehr.):

Callisto Arcadios erraverat ursa per agros²⁾:

haec nocturna suo sidere vela regit.

1) In codic.: 'Calixto iuxta Lycaonia'.

2) Simillime Ovid. in Fast. II 181 'Ursa per incultos errabat squallida montes.'

Otto in progr. Glogav. 1886 p. 8 De fabulis Propert. (part. II) disputans cogitavit de Callimacho: at in huius narratione Callisto ursa facta statim vel subinde a Diana occiditur; contra apud Eratosthenem multos annos 'errasse per agros' fingitur, dum cum filio venante congrederetur.

Plura fabulae testimonia apud huius priorisque aetatis auctores frustra quaesivi: itaque descendere opus ad *Ovidium*. Qui superioribus annis et ipse raro occasione utitur, cum sidus commemorat, fabulae significandae, sed in Fastis postquam iterum Callistus fata sat multis versibus persecutus est iam compluriens originis ursae caelestis meminit, saepissime vero ac paene ad taedium in Tristibus et sideris et cum sidere fabulae mentionem repetit, cum inde a libro II lamentari non desinat, quod in terram relegatus sit isti tam gelido sideri suppositam. Primum in Amor. III 12, cum poetarum commenta recenset, etiam Callistus notat fabulam v. 31:

De Niobe silicem, de virgine fecimus ursam.

Dehinc non nisi in sidere illius meminit; quod in superioribus carminibus bis factum est:

Her. XVIII 151 sq. Andromedan alius spectet claramque Coronam
quaeque micat gelido Parrhasis Ursa polo.

Art. am. II 55 sq. Sed tibi non virgo Tegeaea comesque Bootae
ensiger Orion aspiciendus erit.

Sequuntur II plenae fabulae narrationes, altera in Metam. II 409—530, altera in Fast. II 155—192, quas ex Callimacho et Eratosthene conflatas esse postea videbimus. Hinc poetae fabula familiaris facta est; redit enim eius mentio ter in Fastis:

III 793 Stella Lycaoniam vergit proclivis ad Arcton.

IV 577 (cum Ceres Ursam alloquitur) Parrhasides stellae!

VI 235 sq. Tertia post Nonas remove Lycaona¹⁾ Phoebe
fertur, et a tergo non habet Ursa metum.

octiens vero in Tristibus:

I 3, 48 Versaque ab axe suo Parrhasis Arctos erat.

4, 1 Tingitur oceano custos Erymanthidos ursae.

1) Lycaon = Lycaonides, cf. quos laudat Peter in Fast. ed. II p. 54.

I 11, 15 Fuscabatque diem custos Erymanthidos ursae.

II 190 Parrhasiae gelido virginis axe premor.

III 2, 2 Quaeque Lycaonio terra sub axe iacet.

4, 47 sq. Proxima sideribus tellus Erymanthidos ursae
me tenet.

11, 7 sq. Barbara me tellus et inhospita litora Ponti
cumque suo borea Maenalis ursa videt.

V 3, 7 sq. Quem nunc suppositum stellis Erymanthidos
ursae

iuncta tenet crudis Sarmatis ora Getis.

His addendi sunt Ib. vs. 471 sq. ad Lycaonis filium pertinentes:

Ut ferus Aeolides, ut sanguine natus eodem,

quo genita est, liquidis quae caret Arctos aquis¹).

Ultra Ovidium in Romanorum litteris nunc descendere non licet, quoniam hic fabula retractata novum memoriae gradum auspicatus est. Itaque ad Graecos nunc reversi videamus, quae apud hos post Eratosthenem fabulae fata fuerint.

§ 3.

Supra intelleximus Callimacheam narrationem in compendia transiisse et hac via a mythographo quodam ignotae aetatis (si de Hygini fonte recte iudicavi, fuit ante Parmeniscum) ad Ius fabulae exemplar deflexam esse; supra etiam intelleximus eam a scriptoribus, qui catasterismos venarentur, receptam et ab uno ita potissimum immutatam esse, ut in fine Iovis officio ipsa puellae patrona fungeretur Diana; nunc illum, quisquis fuit, suspiceris ea ante oculos habuisse, quae Eratosthenes de Ursae minoris origine narrasset. Callimachea igitur forma vulgata erat, et, si quam, hanc in scholis pueri discebant. Ergo vix errabimus, si hanc agnoscemus apud eos quoque, qui fabulam ita significaverunt, ut, quam asciverint, e verbis intellegi nequeat.

Sic factum est a Luciano in Dial. mort. 28, 3 (= p. 447)

Σὺ οὖν οὐδὲ τὰ ἄλλα πιστεύεις οὕτω γενέσθαι, ὅποτεν ἀκούσης,

1) Cf. schol. in Ellisii Ib. ed. p. 82 (I) '— — Natus de eodem patre, de quo Parrasis, quae ideo caret aquis, quia non occidit.' (II) 'Arpiten, filium Licaonis, fratrem Callistonis, quae Parrasis dicitur, significat —.'

ὅτι ὄρνεα ἐκ γυναικῶν ἐγένοντό τινες ἢ δένδρα ἢ θηρία, τὴν Ἀηδόνα ἢ τὴν Δάφνην ἢ τὴν τοῦ Λυκάονος θυγατέρα, et De salt. 47 (= p. 296) πολλὴ δὲ καὶ ἡ κατ' Ἀρκαδίαν μυθολογία, Δάφνης φυγή, Καλλιστοῦς θηρίωσις κτλ.; praeterea ab Artemidoro XII 12 p. 103 ed. Herch. Ἄρκτος γυναῖκα σημαίνει (φασὶ γὰρ ἐκ Καλλιστοῦς τῆς Ἀρκαδικῆς μεταβαλεῖν τὸ ζῷον οἱ περὶ μεταμορφώσεων μυθολογήσαντες). Possunt huc (sed eodem iure ad formam Eratosth.) revocari etiam quae in Recognitionibus *Clementinis*, quas Rufinus in Latinum translulit, exstant IX 26: 'Callisto in sidus, quod Arcton vocant' (sc. dicunt conversam).

Callimacheis auctoritate cedunt commenta Eratosthenis, quanquam obscura ne haec quidem manserunt, sed apud Graecos quoque ad infima antiquitatis tempora usque valuerunt; at in vulgarem notitiam usumque videntur non penetrasse, sed magis in catasterismorum syllogis latuisse.

Tali e sylloga¹⁾ Tatianus in orat. ad Graecos 9 p. 42 ed. Otton. haec petivit: κύων ὁ τῆς Ἡριόνης ἐν οὐρανῷ δείκνται καὶ Σκορπίος ὁ τῆς Ἀρτέμιδος βοηθὸς καὶ Χείρων ὁ Κένταυρος καὶ ἡ ἡμίτομος Ἀργὼ καὶ ἡ Καλλιστοῦς ἄρκτος. At ipsos adiit Catasterismos Eratosthenicos²⁾ Homiliarum quae *Clementi* tribuuntur scriptor, qui V 17 haec habet: Λόγισαι γὰρ μοι, πόσας ἡμεῖψαντο ἐρωμένας, ὧν τὰς μὲν κατηστέρισαν, τινῶν δὲ καὶ τέκνα καὶ συνεργοὺς εὐεργέτησαν· αὐτίκα γοῦν Ζεὺς κατηστέρισεν Καλλιστώ, τὴν λεγομένην ἄρκτον μικράν (!), ἣν καὶ κυνόσουραν προσαγορεύουσιν τινες. — — ἐποίησεν ἀστέρας — — καὶ Ἀρκάδα διὰ Καλλιστοῦς.

Inter poetas Eratosthenis inventa *Nonnus* amplexus est: commemorat autem non solum Callistus Arcadisque catasterismos, sed etiam fraudis, qua Iuppiter usus sit, semel iterumque meminit ac significat Callisto a Diana mutatam (cf. XXXVI 71):

1) Cf. Wilamowitz in Commentar. grammat. II Ind. schol. Gryphisw. 1880/81 praemisso p. 16. At Maass in Anal. Erat. p. 54 hic quoque Arctem suum commentarium detexisse sibi videtur.

2) Cf. Wilamowitz l. l.

ergo totam ante oculos habuit narrationem. Locos ex rerum ordine componam:

II 122 sq. — — — — — ἀλλὰ Κρονίων

Καλλιστοῦς λάχε λέκτρον ἐς Ἄρτεμιν εἶδος ἀμείψας.

XXXVI 66 sqq. (Loquitur Iuno ad Dianam a se modo superatam)

— ἀλλὰ καὶ αὐτῆς

λῆγε μεγαφρονέουσα σαόφρονος εἶνεκα μήτρης,
ὅτι τεῶν μελέων μεθέπων τύπον ὑψιμέδων Ζεὺς
παρθενικὰς ἀγάμους νυμφεύεται· εἰσέτι κείνην
εἰκόνα σὴν βοῴωσι δολοπλόκον Ἀρκάδες ἔλαι,
Καλλιστοῦς ἀγάμοιο γαμοστόλον, ὑμετέρην δὲ ¹⁾
ἔμφρονα μάρτυρον ἄρκτον ἔτι στενάχοусι κολῶναι
μεμφομένην νόθον εἶδος ἔρωμανὲς Ἰοχεαίρης,
Θηλυτέρης ὅτι λέκτρον ἐδύσατο Θῆλυς ἀκοίτης ²⁾.

XXXIII 288 sqq. ἄξονίῳ δὲ τένοντι πολυτλανὲς ὄμμα τιταίνων

Καλλιστῶ σκοπίαζε καὶ ἄστατον ὄκλον ἀμάξης,
γινώσκων, ὅτι Θῆλυς ἐδέξατο Θῆλυν ἀκοίτην
μιμηλῆς μεθέποντα νόθον δέμας Ἰοχεαίρης ²⁾
ἀγνώστοις μελέεσσιν·

VIII 73 sqq. — — μερόπων χορὸς ἄξονα βαίνει·

Καλλιστῶ κατ' Ὀλυμπον ἐλίσσειται, ἧχι φαίνειν
κύκλος ἀερσιλόφοιο φερώνυμος Ἀρκάδος ἄρκτου.

XIII 295 sqq. (in fine pagorum Arcadicorum enumerationis)

οἱ τ' ἔχον Ἀρκαδίην πόλιν Ἀρκάδος, ὃν ποτε μήτηρ
Καλλιστῶ Διὶ τίκτε, πατήρ δέ μιν εἰς πόλον ἄστρων
στηρίξας ἐκάλεσσε χαλαζήεντα Βωώτην.

Deinde Nonnus compluriens fabulam uno tantum vocabulo significavit; notabile autem est quod non plus uno loco certam imaginem retinet (I 169 sq. ἄξονι κεκλιμένης λοφίην ἀνεσειρασεν ἄρκτου Παρρασίης), reliquis ambas non solum signi figuras, sed etiam interpretationes ab Eratosthene prolatas

1) Iuno cum ἔμφρονα ἄρκτον Dianae Iovisque propriam dicit, sibi cum ea nihil fuisse testatur. Ergo et hac re ad Eratosthenem delegamur, qui Iunonis partes in fabula non agnoscat.

2) Eorundem vocabulorum repetitio docet poetam in altero loco alterum ob oculos habuisse.

miscet: modo enim plaustrum ad Callisto refert (I 462 ἔσσο *Λυκαονίης ἐλατῆρ Ἄρκτωσ ἀμάξης*. XLII 290 καὶ Ἄρκάδος ἐγγὺς ἀμάξης), modo ursae iungit Booten senem sive Icarium (II 182 sqq. αἰθερίῳ δὲ δράκοντι συνέμπορος Ἄρκάδος ἄρκτου — — ὄμμασιν ἀγρίπνοισι γέρον ἐφύλασσε Βοώτης. XLVII 250 sqq. Ἰκάριον δὲ γέροντα — εἰς πόλον ἀστερόφοιτον ἄγων ὀνόμηε Βοώτην | φαιδρόν, ἀμαξαίης ἐπαφώμενον Ἄρκάδος ἄρκτου)¹).

§ 4.

Eodem quo Eratosthenes, sed alia via, tendebat is qui in Ursa minore *Callistus canem* agnovit: uterque studuit signa propinqua ex eadem fabula explicare. Rem discimus ex scholiis Arateis, in quibus ad v. 27 de Ursis haec adnotata sunt: *διτταὶ δὲ εἰσιν, ὧν τὴν μὲν Ναύπλιος εὔρε, τὴν δὲ δευτέραν τὴν ἐλάσσονα Θαλῆς ὁ σοφός. || λέγει δὲ τὴν ἐλάσσονα εἰκόνα κυνὸς εἶναι, ἣτις ἦν Καλλιστοῦς, ἣτις συγκυνηγὸς ἦν τῇ Ἀρτέμιδι. ἀποθανούσης δὲ αὐτῆς συναπέθανε καὶ ἡ κύων. || τὸ δὲ ὄνομα ἔχει διὰ τὸ κυνὸς οὐρὰν ἔχειν. Aratus quidem Ursam τὴν ἐλάσσονα εἰκόνα κυνὸς εἶναι nusquam dixit. Ab hoc igitur auctor nequit profectus esse. Sed videntur fuisse qui propter κυνὸς οὐρὰν canem in Ursa minore agnoscerent. Id certe fecit qui Callisto ursam cum cane circa polum versari pronuntiavit. Scholiasta lusum huius arreptum, quoquo modo, cum Arati verbis conciliabat contendens hunc signo eandem figuram tribuisse; quam sententiam extorquere potuit ex uno versu 36 καὶ*

1) Quod in Nonno observavimus, idem redit apud alios quoque serioris aevi scriptores et Graecos et Latinos, velut in schol. Arat. 257 (ἐπὶ τὸν ἑμὸν τῆς Ἄρκτου), in Lucani Phars. IV 523 (flexoque Ursae temone paverent), Senecae Herc. Oet. 1523 ed. Leon. (sub plastro — ursae), Avieni Phaen. 131 (illa [sc. ursa] licet parvo iaceat temone per aethram) et 259 (licet [sc. Arctophylax] — terga Helices — premat, haud tamen unquam | in picturatae plaustrum procurrare matris | fas datur). Ex ipso addam Nonno II 279 καὶ ὕδατι διπλὰς ἀλάσθω | ἄρκτος ἀμαξαίου δεδνκὸτος ἰστοβοῆος. — Ex Arati Phaen. 93 Nonnus desumpsit ἀμαξαίης ἄρκτου appellationem (XLVII 252) ut multa alia, cf. Maass in Anal. Erat. p. 100.

τὴν μὲν Κυνόσουραν ἐπέκλησιν καλέουσιν. Vides istum quoque siderum interpretem e Callimacho pendere.

§ 5.

Pauca denique verba hoc loco requirit sententia Henrici Schmidt, qui in libri, quo tragoediae Atticae carmina non semper aequa Minerva tractavit, p. CXX singularem illam fabulae formam, quae inter enumeratos Iovis coniuges et filios in Homiliis *Clement. V* 13 indicatur verbis (Ζεὺς) Καλλιστοῖ τῇ Ἀνκάονος ἡγριώθῃ λέων καὶ ἄλλον τίκτει, Ἀρκάδα, inde repetit, quod in caelo ab Ursa proxime absit *Leo*. Cui explicationi quod opponam non habeo: immo eam si minus certam, at quam maxime probabilem duco. Una enim rem statim expedit, cum impedita sit via leonis e fabula vulgari repetendi. Ratio enim nisi in siderum collocatione nulla, quantum video, comparet, qua intellegi possit, cur tandem Callisto a Iove compressa esse dicatur sub figura leonis.

§ 6.

Iam per Graecorum litteras fabulam persecuti *artificum monumenta* num quae ad Callisto pertineant circumspiciamus. De nonnullis supra dictum est: scimus enim Polygnotum Callisto inter inferos sedentem pinxisse, Orchomenios Methydriensesque Callisto et Pheneatas aliosque Arcadem in nummis praesentasse. Callistus Arcadis aliorumque statuas ab Arcadibus post pugnam Leutricam Delphos dicatas esse constat earum titulo nuper reperto, quem infra p. 345 exhibebo. Callistus et Ius statuas¹⁾, quae factae erant a Dinomene, qui c. a. 400 floruit, in Acropoli Atheniensium iunctas vidit Pausanias (I 25, 1). Ad nos ex arte Graecorum nihil pervenit, quod ad Callisto referre liceat²⁾, praeter Arcadam nummos. Laudat quidem

1) De his cf. Overbeck, 'Gr. Kunstmyth.' II p. 415 et Kuhnert Fleckeis. Annal. suppl. XIV p. 275.

2) De statua falso huc relata vide Overbeckium l. l. — Quia cum Callistus fabula signum Ursae cohaeret, non alienum duco adnectere quae ad hoc pertinere videantur artium opera: Ursarum et draconis in caelo

Bachofen ('Der Bär in den Relig. d. Alterth.' p. 16) 'die herrlichen Kunstdarstellungen der Poniatowski-Gemmen No. 39—42' inter fontes fabulae potissimos; sed ex Foersteri adnotatione ('Raub u. Rückkehr d. Perseph.' p. 116) didici eas esse a falsario profectas, ut non doleam, quod eas inspicere mihi non licuit.

V.

§ 1.

Sed iam Graecos dimittamus et revertamur ad OVIDIUM. Hunc supra praemonui Eratosthenis et Callimachi commenta, quae apud Graecos ad infimam usque aetatem separata regnasse modo vidimus, una narratione coniunxisse. Nunc singula excutiam, ut appareat, quae utri debeat, quae ipse addiderit. Cum autem narratio quam Fastis II 155—192 inseruit, nisi

collocatio repraesentata est in gemma ex Asia oriunda, nunc Parisiensi, quam pulchro exemplo deformarunt Imhoof-Blumer et Otto Keller ('Tier- u. Pflanzenbilder auf Münzen u. Gemmen' 1889 tab. XVI 8); ursae ita positae sunt, ut praecepit Aratus in Phaen. 28 sqq. — Minus constat de interpretatione ursae, super cuius tergum stella comparet, in Alexandrinorum nummo aëneo repraesentatae, qui non ante Augusti imperium (cf. Head p. 718) percussus nunc Parisiis ('Cabinet des médailles') asservatur cuiusque imaginem delineavit Bachofen ('Der Bär in d. Rel. d. Alterth.' tab. II 5). Stella super adiecta Ursam caelestem significari novissimus O. Keller ('Tiere d. kl. Altert.' p. 127) contendit. Quae tamen interpretatio incerta est iudicanda. Nam quae in Mantinensium nummis super ursam conspicitur magna stella, eam notae vice ['countermark, star'] fungi vult P. Gardner in M. B. catal. (Pelop. p. 184). Alia est vis stellae, quam iam in antiquissimis nummis electricis itemque postea in argenteis Milesii super caput leonis posuere (cf. Head p. 503 sq.) aut in tetradrachmis Abderitae ante pectus grypi (cf. Imhoof-Blumer et Keller, 'Tier- u. Pflanzenbilder auf M. u. G.', tab. XI 25). Attamen ut ursae Alexandrinorum sit sidus intellegendum — est autem ubi de tali stellae significato dubitare non liceat, velut in capricorno, cui stella in aere Commageno superposita est, (cf. Imhoof-Blumer et Keller, 'Tier u. Pflanzenbilder', tab. X 1), aut in ariete, qui eodem modo in gemma insignitus est (cf. ib. tab. XVIII 46) —, explicatio tamen potest etiam ex Aegyptiorum religione repeti (cf. Head p. 720); horum enim sacerdotes Plutarchus de Is. et Os. 21 auctor est dixisse θεῶν — τὰς — ψυχὰς ἐν οὐρανῷ λάμπειν ἄστρα, καὶ καλεῖσθαι κίνα μὲν τὴν Ἰσιδος ἱφ' Ἑλλήνων, ἕπ' Ἀλεξανδρινῶν δὲ Σῶθιν, Ὠριῶνα δὲ τὴν Ὠρον, τὴν δὲ Τυφῶνος ἄρκτον.

quod brevior est, non differat ab ea quam in II Metam. libro 409—530 protulit, quanquam ne idem eisdem bis narraret verbis cavet variavitque singula, utramque in unam comprehendere licet. Utraque igitur pariter adhibita fabulam summatim proponam, quo quidque redeat diligenter adnotans:

Callisto Lycaonis filia cum Diana eiusque nymphis venabatur.	{ Met. II 411—416, cf. 495. 526 Fast. II 155 sq. }	= Hes. ap. Erat., Callim., alii.
Iuravit virginem se mansuram.	{ F. 157—160 }	= Call. (Apollod. ὄμοσε μενεῖν παρθένος).
Sed Iuppiter amore captus ei pudorem eripuit	{ M. 409 sq. 433 F. 161 sq. }	= Hes. ap. Erat., Callim., alii.
quamvis invitae ac reluctanti,	{ M. 434—436 F. 178. }	= Callim. (Apollod.: ἀ- κούσῃ συνεννάζεται).
postquam Dianae facie indutus eam fefellit.	{ M. 425 }	= Amph. ap. Erat.
Callisto, quanquam conscientia amissae virginitatis afflicta, in Dianae choro permansit.	{ M. 441—452 }	cf. Hes. ap. Erat. (Schol. Arat.: φθαρεῖσαν δὲ ὑπὸ Διὸς ἐμμεῖναι ἐν τοῖς πρότερον κλέ- πτουσαν τῇ Ἀρτέμιδι τὸ σύμπτωμα).
Sed cum lavacro eius crimen patuisset,	{ M. 460—462 F. 169—172 }	= Hes. ap. Erat. (Schol. Arat.: ἤδη δὲ ἐπίτο- κον οὖσαν ὀφθῆναι ὑπ' αὐτῆς λονομένην).
procul secedere a Diana iussa est. Quo facto	{ M. 464 sq. F. 173 sq. }	—
Arcadem peperit.	{ M. 468 sq. F. 175 sq. }	= Hes. ap. Erat.
Iuno poenam adhuc distulerat, sed partu magis etiam accensa	{ M. 467 M. 468—473 }	—
illam in ursam convertit.	{ M. 476—484 F. 177 }	= Callim.
Hac nova specie pristinam ser- vans mentem	{ M. 485 }	—
per agros montesque errabat.	{ M. 489—495 F. 181 sq. }	—
Quindecim annos natus	{ M. 497 F. 183 }	—

Arcas, dum venatur,	M. 498 sq.	} = Erat.
in matrem incidit,	{ M. 500 F. 184	
et ignarus eam iaculo fixisset,	{ M. 504 F. 187	} —
nisi utrumque Iuppiter ad caelum rapuisset;	{ M. 505 sq. F. 188	
ubi signa vicina sunt,	{ M. 507 F. 189	} = Erat.
prior Arctos vocata, alter Arcto- phylax, quia ursam a tergo se- qui videtur.	F. 189 sq.	
At Iuno a Tethye et Oceano im- petravit, ut Arctos ab aequore semper prohiberetur.	{ M. 508—530 F. 191 sq.	} —

Vides fundamenta narrationis desumpta esse ex libro Eratosthenis, colores hic illic aspersionem et Iunonem insertam esse ex carmine Callimachi. Iuno autem invecata duas necessario traxit fabulae mutationes: Primum opus erat Callisto salvam a Diana dimitti, ut Iuno posset huius loco poenam exercere. Deinde Iuno fingenda erat poenam in idoneum tempus distulisse; tale praebuit paelicis partus, quo necesse erat Iunonis dolorem reintegrari; poeta vero simplici hac ratione non contentus deam induxit aegre ferentem quod illa etiam fecunda esset, quasi omnino potuisset fieri, ut Iovis semen fructu destitueretur; cogitavit de mortalibus, non de immortalibus, ἐπεὶ οὐκ ἀποφώλιοι εἶναι ἀθανάτων (Hom. λ 249). — In proximis Ovidius fabulam, quam apud Eratosthenem intextam invenit, Lycaonis ideo omittere debuit, quod eam iam ante, quanquam alia forma, narraverat; qua dempta simul nos fraudavit primae Arcadis sortis notitia, cum iam frustra quaeramus, quis matre in ursam conversa inopis infantis curam susceperit; nam satis habuit dicere XV annis peractis filium cum matre congressum esse, cum illud legentibus ut quisque vellet animo supplendum permetteret. Quae sequuntur abiecta inutili doctrina simpliciora reddidit: abiecit enim laesam ab utroque Lycaei religionem, idoneam, sicut est, Iovi hanc ratus causam intercedendi, quod a filio

matri mors instabat. At peccavit exemplo deserto in depingenda condicione: nam ex fabulae sententia eam debuit effingere et in terram transferre, quam in caelo obtinent sidera; haec autem ea est, ut Ursam Arctophylax persequi videatur, et hanc expressit Eratosthenes; at Ovidius in *Met.* huius oblitus est, cum scriberet 501 sqq.:

— — — Ille refugit
inmotosque oculos in se sine fine tenentem
nescius extimuit propiusque accedere aventi
vulnifico fuerat fixurus pectora telo.

In *Fastis* etsi non mutavit causam, vitavit tamen manifestam fabulae et siderum collocationis discrepantiam ac quodammodo se ipsum corrigere¹⁾ videtur v. 190:

Arctophylax formam terga sequentis habet.

Hic paulum subsistamus. Nam quae adhuc perlustravimus, omnia ita comparata sunt, ut dubium esse nequeat, quos is qui narrationem composuit adhibuerit auctores. Compositam autem eam esse tacitus posui ab ipso Ovidio; non temere, opinor; nam quae cum Eratosthenis exemplo discrepant aut in eo desunt, eorum nihil est, quod non possit ab ipso esse profectum aut quod dici nequeat unde illatum aut cur novatum sit. Eratosthenem autem ab eo esse lectum *Fastis* comprobatur, in quibus quae narrantur fabulae praeter quinque omnes in *Catasterismis* redeant (cf. Robert in *Erat. Cat. rel.* p. 29); Callimachi vero carmina ei penitus nota fuisse non est quod moneam. Qua de causa mihi persuasum est Ovidium hos auctores sibi familiares ipsos adiisse, etiamsi, id quod in medio relinquam, habuerit in manibus quod nuper complures ei tribuerunt syntagma mythologicum vel syntagmata; quod G. Knaack in *Quaest. Phaeth.* p. 68 ipsam Callistus fabulam, qua syntagmatis usus demonstratur, affert positum est in Maassii de *Catasterismorum* origine iudicio et cum hoc suo fundamento concidit, si *Catast.* ad Eratosthenem redeunt neque e scholiis Arateis

1) Ut temporum ita narrationum ratio docet fabulam ab Ovidio prius in *Metam.*, postea in *Fastis* tractatam esse.

descripti sunt. Alium enim eam narrationem, quam Ovidius exhiberet, composuisse cur statuamus ne ulla quidem est causa: immo in ea ipsa inest quod ab alio profectum esse vix credi possit; matris dico cum filio congressum in Fastis non minus quam in Metam. (in illis tamen, ut supra dixi, poeta manifestam quidem cum veritate discrepantiam vitavit) talem qualis cum siderum inter se collocaione pugnet. Rerum igitur caelestium sat incuriosum auctor se praebet. Hac autem re proditur Ovidius; qui quanta incuria in rebus astronomicis versatus sit, Ideler satis ostendit. Iam vero in congressu illo depingendo Eratosthenis exemplum deserere non potuit nisi qui ante omiserat violatam Lycaei religionem. Qui autem hoc modo Eratosthenis narrationem contraxisse reperitur, eidem ceteras quoque fabulae mutationes assignare par est. Ergo hinc quoque ad Ovidium ducimur auctorem.

Iam pergo ad narrationis finem. Restant enim haec: Iuno, quod Callisto inter sidera recepta est, indignata ad Tethyn et Oceanum, quorum olim alumna fuit, descendit et iniuriam sibi illatam questa rogat atque ab eis impetrat, ut novum sidus ab aequore semper prohibeatur.

Primum explicatur, cur Ursa nunquam occidat. Qui explicationem invenit ab eis profectus est, quae Iuno apud Homerum dicit (Ξ 201 sq.):

*᾽Ωκεανόν τε θεῶν γένεσιν καὶ μητέρα Τηθύν,
οἳ μ' ἐν σφοῖσι δόμοισιν ἐν τρέφον ἦδ' ἀτίταλλον.*

Sed quis invenit? Apud Graecos nunc quidem istam narratiunculam frustra quaerimus, quanquam inde ab Alexandrinorum aetate, postquam iam Homerus versu *οἷη δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν ᾽Ωκεανοῖο* praeclare praeivit, Ursa nunquam occidens in horum quoque litteris hic illic commemoratur, velut a Nonno II 279, III 5, XXV 136 sq., 397, XXXVIII 367. Sed quae Ovidius enarrat significat *ignotus poeta Latinus*, cuius versus in Hyg. fab. 177 servati sunt. Illic enim quod Callistus sidus non occidat ita explicatur:

'Tethys enim, Oceani uxor, nutrix Iunonis, prohibet eam in oceanum occidere. [hic ergo septentrio maior]. de qua in creticis versibus:

tuque Lycaonio mutata e semine nymphae¹⁾,
 quam gelido raptam de vertice Nonacrinae²⁾
 oceano prohibet semper se tingere Tethys³⁾,
 ausa suae quia sit quondam succumbere alumnae.'

Horum versuum auctorem Aem. Baehrens in Misc. crit. p. 19 comprobavit⁴⁾ 'fuisse in eorum poetarum novellorum

1) In codice: 'tuque Lycaoniae mutatae semine nymphae.' Muncker, cum apostrophen ad Arctophylacem referret, nihil mutari, sed post 'mutatae' voculam 'e' inseri voluit; quod etsi postea fecit Riese, ego tamen perversum duco. Rob. Unger in progr. Friedland. 1861 p. 6 sqq., cum versus ex aliquo heroum catalogo, quo etiam qui a Callisto genus ducerent recensiti essent, superesse putaret, scribi iussit: 'tuque (vel 'tresque') Lycaonio mutatae e semine nymphae.' Cui versus formae duo obstant: primum, id quod levius est, desideratur vocativus; deinde, idque gravius est, verba 'e semine nymphae' insolentius dicta sunt quam quae ei qui per coniecturam inferat largiri possim; neque enim mihi sufficiunt quae Unger p. 9 attulit exempla, Ovidii (Met. XII 93) 'esse satum Nereide' et procreandi verbi etiam in mulieribus usus. Itaque apostrophe ad Callisto relata praetuli cum Scheffero formam 'mutatae' in 'mutata e' dissolvere; 'nymphae' pro 'nymphae' codicis et 'nympha' Schefferi recepi a Baehrensi, qui novissimus hunc locum pertractavit in Misc. crit. p. 19 sq. Quod vero idem 'mutata' corrigi vult in 'prognata', non assentior; nam et illud ferri potest, quin etiam, cum de signo sermo sit Ursae, mutatae figurae significatio tantum non est necessaria.

2) Sic in codice. Muncker scribi maluit 'Nonacrino', quod Bunte recepit. Ego vero codicis lectionem non ausim damnare, etsi valde dubia mihi quoque est. Trita enim nominis forma est Nonacris, rarior Nonacria, sed potuisse etiam Nonacrinam locum appellari Rob. Unger p. 10 similibus exemplis (velut *Ἀφάντια: Ἀφάντιν, Κεστρία: Κεστρίνη*, Elephantis: Elephantine) evicit. Accedere vero quo forma 'Nonacrino' commendetur infra videbimus, cf. p. 330 adn. 1.

3) In cod. 'Thetis.'

4) Tria attulit argumenta: haec enim sunt eius verba: 'non premo *σπονδειαζοντα*; sed Catulli memoriam utique provocat totus horum versuum color. et nescio an is qui Cirin epyllion composuit, ut ex ceteris eius aevi vatibus flores collegit, ita versum fragmenti nostri quartum ob oculos habuerit, cum v. 83 scriberet «ausa quod est mulier numen fraudare deorum». Minus valent primum et tertium, plus medium. Sed est quod huic iudicio obstare videatur. Poetae enim Catullo aut Ovidio aequales nusquam, quantum nunc scimus, illo quo poeta ignotus sensu dixere feminam feminae succumbere: at, si mittimus Hyginum, de quo mox dicemus,

numero, qui sub finem liberae reipublicae exstiterunt quique a Cicerone inridente cantores Euphorionis vocitabantur.' Poetae nomen latere existimat in 'versibus', cum in 'Creticis' non offendat, sed syllogam in eis agnoscat fabularum ad Cretam pertinentium, quam nescio quis Catulli aequalis Alexandrinum aliquem poetam secutus composuerit. Rob. Unger in progr. Friedland. 1861 p. 6, cum primo versu Ancaeam, Arcadis abnepotem, designari temere sumeret, collatis Apollonii Rhodii I 164 sqq. eo adductus est, ut sat audaci coniectura reponeret 'in Argonauticis Varronis'; atque Alexandro Riese ita imposuit, ut, etsi sprevit eius coniecturam, versus tamen inter Varronis Atacini fragmenta reciperet. Quae priores luserunt (Barth: 'in v. Arataeis', Bernhardy: 'in v. Eratosthenicis') possum omittere, nec commorari opus est in eo, quod novissimus Hygini editor proposuit: 'in v. eroticis.' Certa in his, nisi nova subsidia accedunt, indagari non possunt. Sed enim ad nostrum consilium sufficit versuum scire aetatem, quam Baehrens satis probabiliter definiit. Nam si Catulli aequalis, quisquis fuit, illam de Ursa ab oceano exclusa fabulam significavit, non est dubium, quin ex Alexandrinis nescio quis eius auctor fuerit, etsi nullum huius apud Graecos ipsos iam invenimus vestigium¹). Ovidius igitur in fine non minus quam in prioribus narrationis partibus totam materiam Alexandrinis debere iudicandus est.

simile aliquid solum apud Apuleium reperitur, cui succuba idem valet quod aemula; cf. Met. V 28, ubi Venus exclamat: 'Vel maxime Psychen ille, meae formae succubam, mei nominis aemulam, vere diligit', et X 24; et cum Apuleio consentiunt glossae nonnullae, quas Rob. Unger p. 7 attulit. Potestne igitur poeta in singulari notione cum Apuleio conspirans Catulli aequalis haberi? Meo quidem iudicio potest. Licet enim dubitare, an illa succumbendi succubaeque vis antiquitus in usu fuerit, quanquam primo magis in vulgari ideoque sprete a cultioribus poetis, postea, cum vetera et vulgaria protraherentur, in litteras recepta; cui opinioni favet quod Apuleius succubam in eo opere usurpavit, in quo eum sermonem vulgarem fere secutum esse constat.

1) Callimachum, de quo sine ulla causa cogitavit Preller in Myth. Gr. I³ p. 385, auctorem non esse inde necessario efficitur, quod de omnibus qui ex hoc pendent ne unus quidem extremam illam narrationis particulam habet. Quis auctor fuerit, ne suspicari quidem licet.

Ratione autem, si quae adhuc disputavi vera sunt, hac usus est, ut tanquam filium Eratosthenis narrationem sequeretur, huic a Callimacho quae nulla aut leni mutatione inseri possent insereret, finem adhibito tertio auctore, sive ipse illo homine Alexandrino sive eo qui illum secutus esset, suppleret. De suo in ipso fine plurima addidisse videtur, quandoquidem in Iunonis oratione bonum quem Seneca laudat declamatorem admirari licet; in prioribus quot flores admiscuerit ex culto Callimachi hortulo decerptos, quot ipsi debeamus, quis dicat?

Sed praeter Graecos nescio an in auribus sive ob oculos ipsos illos habuerit versus, de quibus modo verba fecimus. Nam primum Ovidii in Met. II 409 verba 'in virgine Nonacrina', quibus Callisto primum inducitur, eorum memoriam suscitant, quae eadem versus sede ignotus ille poeta habet 'de vertice Nonacrinae'; at spondiacum istum tam consimilem versus exitum e communi forsitan uterque libaverit fonte, poeta Alexandrino, ad quem etiam Suidae verba 'Νωνακρίνη λέγεται ἡ Καλλιστώ' revocari possunt. Sed accedit quod apud Ovidium etiam alumnae appellatio verbumque tingendi redeunt,

cf. { ign. poetae 'ausa suae quia sit quondam succumbere alumnae.'
 { Ov. Met. II 527 'at vos si laesae contemptus tangit alumnae,'
 et { ign. poetae 'oceanoprohibet semper se tingere Tethys',
 { Ov. Met. II 530 'pellite, ne puro tingatur in aequore pelex.'

Itaque etsi pro certo affirmare nihil audeo, veri tamen haud dissimile arbitror Ovidio, cum primum Callistus fabulam narrandam aggrediretur, popularis quoque sui versus in mentem venisse. Nec tamen nego posse consensum etiam communi fonte, Graeco nimirum, explicari.

§ 2.

Restat, ut videamus, unde versus in Hygini Fabulas pervenerint. Vix autem erit quin, ubi primum conspexerit, eos hoc loco miretur, quoniam cum Hygini ratione videntur male convenire. At huic rei fortasse nihil est tribuendum; nam

idem, quem Hygini nomine designamus, in Astronom. semel atque iterum singulos vel binos versus attulit. Sed accedit quod nunc inter iudices peritissimos constat Romanos scriptores ab Hygino nusquam consultos esse¹⁾. Quod si verum est, sequitur, ut versus ab *interpolatore*, cui iam a Mauricio Schmidt assignati sunt, Fabulis sint illati.

In Astronomicis in Ursae maioris titulo, postquam Callistus fabulae III formae narratae sunt, haec sequuntur (p. 31, 14 Bunte):

‘Hoc signum, ut complures dixerunt²⁾, non occidit. Id qui³⁾ volunt aliqua de causa esse institutum negant Tethyn, Oceani uxorem, id recipere, cum reliqua sidera eo perveniant in occasum, quod Tethys Iunonis sit nutrix, cui Calisto succubuerit ut paelex. — — — quae res in Nonacri monte Arcadiae gesta demonstratur⁴⁾.’

Haec cum versibus illis comparanti protinus apparebit illos ab Hygino reddi: redeunt enim cum Nonacrini montis mentio tum singularis ille, de quo supra dixi, succumbendi usus. Quod si Hyginus etiam in Astronomicis, sicut Roberto (in Erat. Cat. rel. p. 232 sq.) visum est, viro in his versatissimo, ‘Latinos auctores fere neglexit’, de *interpolatore* hic quoque cogitandum est.

Sed non solum in Hygini opera versus illi invaserunt, sed etiam in Ovidii Metam. argumentis vestigia eorumprehenduntur. In his enim (II 5) Iuppiter narratur in Callistus amorem incidisse, ‘cum circa Nonacrinum montem Arcadiae — vagaretur.’ Quae ex Ovidio peti non potuerunt; hic

1) Cf. Robert in Erat. Cat. rel. p. 235 et in primis Wilamowitz in Quaest. philol. IX p. 49 adn., ubi de hac re plura invenies, in quorum capite posita sunt verba ‘Alles Römische ist Interpolation im Hygin.’

2) ‘dixere’ Bunte, at ‘dixerunt’ habent libri optimi, cf. Bursian in Act. acad. Monac. 1876 p. 10.

3) ‘id qui’ dedi ex Bursiani coniectura. Codices: ‘ut (at, et) qui.’

4) Extrema sententia apud Hyginum in fine totius capituli (p. 31, 21 B.) posita ea excipit, quae Ariaethus de Callisto protulerat. Cum his autem nullo modo cohaeret: contra quo eam revocavi, neque offendit et eis quae antecedunt convenit. Scrupulus, si qui residat, omnis, credo, eximetur ei qui verborum quem monstraturus sum fontem agnoscat.

enim nihil tale habet ac ne cogitavit quidem de certo Arcadiae loco; nam 'virginem Nonacrinam' v. 409 Callisto appellavit per synecdochen pro Arcadica; sed hac appellatione ei, qui argumenta confecit, causam praebuit, ut aliunde Nonacri montis mentionem narrationi inferret. Desumpsisse autem eam iste putandus est ex illis versibus; neque enim alibi cum illo monte Callistus fata coniuncta invenimus, etiamsi, primum in versibus illis Latinis an in exemplo iam Alexandrino id factum sit, dici nequeat; Suidae enim quam supra attuli glossam *Νωνακρίνη λέγεται ἡ Καλλιστώ* ad id diiudicandum non sufficere patet. Atqui argumenta ex ampliore Ovidii Metamorphoseon commentario residua esse Richardus Foerster certis indiciis demonstravit. Ergo meo iure mihi videor conicere olim in illo commentario versus illos ipsos exstitisse, ut ad illustrandam supplendamque Ovidii narrationem praesto essent¹⁾. Cui coniecturae quaestio, cum processerit, firmamenta substernet, per quae fore spero ut iam tuto stare videatur.

§ 3.

Sed priusquam pergam, ad finem perducere libet, quam supra incohavi, de Hygini fabulis quaestionem. Paucis absolvere licet de fab. 176:

'Ad Lycaonem, Pelasgi filium, Iovis in hospitium venisse dicitur [et filiam eius Calysto compressisse; ex quo natus est Arcas, qui ex suo nomine terrae nomen indidit]. Sed Lycaonis filii Iovem tentare voluerunt, deusne esset, <et> carnem humanam cum caetera carne commiscuerunt idque in epulo ei apposuerunt. Qui postquam sensit, iratus mensam evertit, Lycaonis filios fulmine necavit. Eo loco postea Arcas oppidum communivit quod *Τραπέζοῦς* nominatur. [Patrem Iuppiter in lyci figuram mutavit.]'

Intra cancellos posui quae aliunde fabulae illata esse mihi persuasi. Ipse suas Hyginus fabulas corruperit an inter-

1) Si interpolator Hygini Astronom. et scriptor Metamorph. argumentorum pendent ex versibus in Fabulis Hygini conservatis, veri est simillimum scribendum esse pro Frisengensis lectione 'Nonacrinae' 'Nonacrino', quia ille habet 'in Nonacri monte', hic 'circa Nonacrinum montem.'

polator sit incusandus ¹⁾, nescio, sed scio alienum esse quod Iuppiter dicatur Lycaonis hospitio usus filiam compressisse, et sensu carere quod idem sceleratis filiis fulmine peremptis patrem peculiari poena, cuius nulla omnino causa apparet, afficiat ²⁾; atque huius quidem additamenti naturam vel sedes indicat; suum enim locum haberet post verbum 'necavit'; subiectum est a fabulae redactore ex altera narrationis forma, ex qua Lycaon, quia ipse facinus in se admisit, in lupi figuram mutatur.

Transeo ad fabulam proximam, quae de Callisto agit. Haec, si alteram eius partem cum versibus et stellarum catalogo, quia aliena est, mittimus, ex eo numero est, quae *ex scholiis Vergilianis* fluxerunt; quod ut perspiciatur, opus est eam cum eis componere, quae Lactantius ad Statii Theb. III 685 et Mythogr. Vatic. II 58. 59 exhibent:

Hyg. fab. 177	Lact. ad Statii Theb. III 685	Mythogr. Vat. II 58 sq.
Calysto, Lycaonis filia,	<p>AD OCEANUM] Quia Arctos oceano non immergitur, positione cursus sphaerae circularis. οἷη δ' ἄμμορός ἐστὶ λοετρῶν Ὠκεανοῦ ³⁾. Sed fabulas, quae in septentrionem sunt fictae a Graecis contra veri propositum, edisseramus. Calysto, Lycaonis Arcadiae regis filiam, in comitatu Dianae Iuppiter cum vidisset, in amorem eius incidit, nactusque a reliquis se-</p>	<p>De Gigantum sanguine natus est</p> <p>Lycaon, tyrannus Arcadiae. Eius filiam Calliston cum in comitatu Dianae Iuppiter vidisset, in amorem eius incidit, et a reliquis se-</p>

1) Hyginum additamenta narratiunculis inspersisse non ignorat qui Astronomica in Roberti Catast. ed. legit; sed hic quidem de Frisingensis interpolatore cogitare malet qui acceperit quae idem ille p. 216 sq. disputavit.

2) Non in eo offendo, quod pater poenae filiorum est particeps — nam quis demiretur, id quod Bibliothecae Apollodorea auctor tradit, patrem una cum filiis fulmine tactum esse? — sed quod pater ex illorum interitu exemptus huic tam singulari poenae reservatur, cuius nulla allata sit ratio.

3) Ita correxi quae in Tiliobrogae editione exstant: o. i. e. a. d. o. a. m. o. p. a. c. e. & i. λοιποὺν ὠκεανός. — Versus est homericus (Σ⁴489. ε 275).

ursa dicitur
facta esse ob
iram Iunonis,
quod cum Iove
concubuit.

Postea Iovis
in stellarum
numerum re-
tulit, quae
septentrio
appellatur,
quod signum
loco non mo-
vetur neque
occidit. The-
tis enim,
Oceanus uxor,
nutrix Iuno-
nis, prohibet
eam in oceanum occi-
dere.

gregatam nymphis in Dia-
nam mutatus seductamque
compressit et gravidam fecit.
Cuius cum crimen crescens
uterus proderet, indignata
Diana comitatu suo eam rep-
pulis: quae exactis decem
mensibus enixa est parvulum,
qui Arcas cognominatus est.
Indignata Iuno, quod pellex
sua ex Iove etiam mater
esset, Calysto vertit in ursam.
Cuius filius Arcas cum esset
in adultam productus aeta-
tem, imprudens in matrem
incidit, ursamque credens
misso telo eam perimere vo-
luit. Non sustinens Iuppiter
ignorantem parricidium per-
petrare, statim eos inter side-
ra rettulit. Ille Arcturus
et alio nomine Arctophylax
vocatur. Illa ἄρκτος μελιζών,
Latine septentrio maior
appellatur. Quod signum
loco non movetur neque
mergitur. Thetis enim,
uxor Oceani, nutrix Iu-
nonis fuit, quae propter
affectum nutritae eam pro-
hibet in oceanum cadere,
unde *Verg.* 'Arctos oceani
metuentes aequore tingi.'

gregatam nymphis in Dia-
nam mutatus
compressit et gravidam fecit.
Cuius cum crimen tumens
uterus proderet, indignata
Diana comitatu suo eam rep-
pulis. Illa autem exactis decem
mensibus enixa est parvulum,
qui Arctos(!) cognominatus est.
Indignata Iuno, quod pellex
sua ex Iove etiam mater
esset, Callisto vertit in ursam.
Cuius filius Arctos cum esset
in adultam aetatem produ-
ctus, imprudens in matrem
incidit, ursam credens, ac
misso telo eam perimere vo-
luit. Non sustulit Iuppiter
ignorantem matricidium per-
petrare, statimque eos inter si-
dera collocavit. Ille Arcturus
et alio nomine Arctophylax
vocatur. Illa ἄρκτος μελιζών,
Latine septentrio maior
appellatur. Quod signum
loco non movetur nec hac
quam dicturus sum causa mer-
gitur. Thetis enim, filia Nerei,
uxor Oceani, nutrix Iunonis
fuit. Quam Iuno indignata pel-
licem suam in caelum trans-
latam rogavit, ut propter af-
fectum nutricis eam prohibe-
ret in oceanum cadere.

Lactantius, cum in calce Vergilii verba afferat, ex commen-
tario se in Vergilium conscripto hausisse indicat. Id vero eo
confirmatur, quod, ut Rob. Unger p. 7 testatur, alter Lactantii
codex Monacensis in extrema narrationis parte eadem habet
verba atque Serv. ad Verg. Georg. I 246, quem versum La-
ctantius in calce laudat. Sunt haec:

Lact. cod. Monac.

Serv. ad Verg. Georg. I 246
(exscr. Gaudentius in schol.
Bern. ed. Hagen)

— indignata[m] autem Iuno, — quas postquam Iuppiter
quod Iuppiter pelicem suam in in siderum rettulit numerum,
siderum numerum retulisset, Iuno rogavit Tethyn, suam nu-
rogavit Thetin, nutricem suam, tricem, ne unquam eas patere-
deam maris, ne unquam patere- tur occidere. Unde nunc 'me-
tureas (!) occidere. Unde Verg.— tuentes' dixit. —

Cum Lactantio autem plerumque ad verbum consentit Mythogr. Vatic. II, quem sua maximam partem ex scholiis Vergilianis descripsisse inter peritos constat ¹⁾. Ergo ad eundem ab utroque relegamur fontem. Nec iam dubium videtur, quin ex eodem, etsi per alium rivulum, fluxerit prior illa Hygini fabulae pars. Neque igitur casuitribuendum quod Servii ad Georg. I 246 verba 'quas postquam Iuppiter in siderum rettulit numerum' simile sonant atque Hygini 'postea Iovis in stellarum numerum rettulit.'

Fabula, quam hi ex commentario aliquo Vergiliano desumptam narrant, Ovidiana est, etsi a Lactantio Graecis imputatur; (ex quo errore — an fraudem putes? — solo intellegas hunc sua ab ipso Ovidio non accepisse). Quod si quis non statim persenserit, eum monuisse sufficet redire in hac narratione, quae Ovidii propriae sint, et Dianam Callisto comitatu suo repellentem et Iunonem indignantem, quod paelex sua ex love etiam mater facta sit.

Ad Ovidium revocari aut possunt aut debent ea quoque, quae alibi in scholiis Vergilianis de Callisto relata sunt. Excepta est una narratiuncula a Servii interpolatore ad Verg. Georg. I 246 inserta, quae ad Eratosthenem redit; at haec non ad maiorem, sed ad minorem pertinet Ursam. Reliquae sunt hae: Serv. ad Verg. Georg. I 138 [exscripsit Mythographus Vat. I 17]: — 'Lycaon enim, rex Arcadiae, habuit filiam Callisto [*L.*, *Calisto libri Serv.*]. Quam cum vitiasset Iuppiter, Iuno in ursam con-

1) Cf. Robert in Erat. Cat. rel. p. 219.

vertit et postea Iuppiter miseratus in signum <septentrionis>'. (Ex eodem fonte — id docent quae praecedunt — in scholia Bernensia haec transierunt: '— ursa, in quam transfigurata est Callisto [caliston B], Lycaonis filia'). Ad hanc respicit interpolator ad Georg. I 246 haec adnotans: 'de Helice, Lycaonis filia, amata a Iove et a Iunone in ursam mutata, supra dictum est.' Eadem suppletur ab interpolatore ad Aen. I 744 ita: 'haec autem, ut fabulae loquuntur, Callisto fuit, comes Dianae, quam Iuppiter mutatus in Dianam stupravit, ex qua natus est filius nomine Arcas. Cetera in libro I Georg. plenius narrata sunt.' Haec quidem ad Ovidium referri possunt, debent praeter Serv. ad Georg. I 246 quae eius interpol. ad Georg. I 67 narrat: 'alii Arcadem fuisse filium Callistus et Iovis <dicunt: qui> cum matrem in figuram ursae Iunonis <ira transfigurata> vellet occidere, ambo in caelum <a Iove translati sunt, et> ille Arcturus, illa Helice dicta.' Bis scholiastarum neglegentia fabulam pessumdedit: Servius cum ad Vergilii (Georg. I 246) versus 'Arctos oceani metuentes aequore tingi' adnotavit 'hoc refertur ad fabulam; nam hae duae paelices Iunonis fuisse dicuntur', illius versus gratia ex una duas paelices efficiens fabulam correxisse cognoscitur non ipse demum, sed quem secutus est auctor (cf. p. 333). Plus etiam peccavit qui Probi illustre nomen fert, cum non solum Callisto dum gravida est a Iunone mutatam, verum etiam Arcadem in eandem formam conversum esse tradidit ad Georg. I 138 (p. 25 Keil): 'Lycaonis arcton dicit septentrionem et vulgarem sequitur historiam. Iuppiter enim Callisto, Lycaonis filiam, creditur mutatus in Dianam compressisse; quae gravida mutata in ursam ira Iunonis peperit puerum Arcada, quem Iuppiter, ne venans matrem feriret, mutatum in eandem formam cum ea inter sidera retulit.'

Lactantius denique ad Statii Theb. IV 294 fabulam breviter repetivit: 'una pars narrationis est Nonacria ut Trinacria. Est autem nomen loci vel agri Arcadiae, in quo Iuppiter in speciem Dianae versus cum Calystone Lycaonis filia concubuisse narratur. Ovid. sic in virgine Nonacri(n)a.' Sed quae de

Nonacria protulit, ipse sibi e versu Statiano ('Nonacria rura') confixit.

Itaque iam confidenter statuo fuisse qui, cum in Vergilii Georgica commentarios componeret, ad I 246 Nasonianam de Callisto fabulam afferret, unde describeretur a Lactantio et Mythographo Vat. altero, excerpta transiret in Hygini Fabulas, minuta et contracta a Servio servaretur eiusque interpolatore.

§ 4.

Ex ipsis tamen Ovidii versibus ille hausisse non videtur, sed *ex Metamorphoseon epitome* ei quam nos tenemus simili ¹⁾. Id inde colligo, quod, quos ex illo pendere vidimus, iidem etiam habent quae cum Argumentis Metam. ita consentiant, ut casu factum esse vix possit. Etenim non solum Lactantio cum Argumento duae locutiones communes sunt:

1) Idem quod in Callistus videtur etiam in Heliadum fabula factum esse (neque in hac, opinor, sola); consentiunt enim hi testes:

Argum. II 2. 3	Serv. ad Aen. X 189	Hyg. fab. 154	Schol. Germ. Strozz. 174, 13 (Breys.)
Sorores Phaethontis Phaethusa Lampetie Phoebe, casum fratris dum deflent, deorum misericordia in arbores populos mutatae sunt. † Ac fluxisse dicunt*) lacrimae earum, ut Hesiodus et Euripides indicant, in electrum.	Huius interitum flentes sorores Phaethusa et Lampetusa deorum miseratione in arbores commutatae sunt. cf. ad Buc. VI 62 Phaetontiadēs — quae, dum extinctum fratrem flerent, conversae sunt in arbores. — (Interpol. addit: sorores Phaethontis sucina flevisse dicuntur —).	Sorores autem Phaethontis, dum interitum deflent fratris, in arbores sunt populos versae. Harum lacrimae, ut Hesiodus indicat, in electrum sunt duratae, —	Sorores quoque Phaethontis flentes in arbores populos versae fuisse, lacrimae quoque earum in electrum duratae dicuntur, —
<p>*) Muncker coni.: 'mutatae sucina flevisse dicuntur.' 'Dicuntur' accipio; cetera fortasse sanantur, in fine si addis 'duratae.'</p>			

Lact.	Argum.
— in amorem eius incidit —	— in Callistus . . . incidit amorem —
— enixa est parvulum —	— quem erat enixa —,

sed etiam duo additamenta ab Ovidio aliena in Argumentis redeunt:

Myth. Vat. II	Argum. I 6
De Gigantum sanguinenatus est Lycaon, tyrannus Arcadiae.	De Gigantum sanguine nati quam sacrilega mente versati sint, Lycaonis testatur exemplum. Qui tyrannus Arcadiae —
Serv. ad Georg. I 246	Argum. II 5. 6
add. cod. Regin.: 'nam reliqua signadicuntur omni nocte in oceano tingi.'	— inter caetera sidera liquore non tingitur.

Qui Argumenta confecit misere consuisse videtur quae ex Ovidio sumpsit et quae ipse finxit, quae in commentario legit narrata quaeque adnotata; nam horum omnium certa exstant vestigia, in hac narratione non minus quam in aliis¹⁾. Quae Ovidii, quae ipsius sint, facile qui legerit dignoscet; quae cum antiquiore epitome conspirarent, supra indicavi; quae ex commentarii doctrina superesse censeam, nunc addam: primum verba 'circa montem Nonacrinum Arcadiae', ac fortasse etiam quae subsequuntur 'in quo genitus existimatur', quanquam falsa sunt — cum Nonacrino enim confusus est mons Lycaeus — et a quolibet addi potuerunt non minus quam quae paulo post inserta sunt 'A Graecis autem Helice, a nostris septentrio nuncupatur'; deinde verba 'ut auctor Hesiodus indicat. Vel alii:

1) Multa in Argumentis ab interpolatoribus addita sunt (exempla ex innumeris pauca supra in p. 264 adn. 1 attuli), qui aetate Mythographo Vat. primo inferiores erant. Haec igitur ubique discernenda sunt, priusquam de fabula iudices. Ne tamen opineris quae ab Ovidio aliena sint esse item interpolata, de Argi fabula te moneo, in qua Argum. I 10, Mythogr. Vat. I 18, Epitome Graeca in Westerm. Mythogr. p. 347 inter se consentiunt, dissentiunt ab Ovidio.

«Sed lucet in astris | Callisto renovatque suos sine
fluctibus ignes».

Nonacrini montis mentionem supra ex ignoti illius poetae versibus repetivi et hinc conieci eos in commentario olim exstitisse. Quae coniectura etsi per se non est necessaria — potest enim auctor Argumenti etiam fingi non ipse versus ob oculos habuisse, sed eius qui eos ob oculos habuit, commentatoris dico, verba reddidisse —, tamen alio nomine ita commendatur, ut credere liceat me verum assecutum esse. Apparet enim ante verba ‘vel alii’, quae editores violenter coniectando frustra tentaverunt, aliquid excidisse. Quid exciderit, dubium esse nequit. Praecedere enim nihil aliud potuit nisi alius scriptoris de eadem re, Ursa nunquam occidente, verba. Eiusmodi autem sunt versus illi, ad quos in Argumento ante respectum est. Ergo tantum non certissimum est eos hoc loco exstitisse. Hinc autem, sive ex argumento etiamtum pleniore sive ex commentario ipso, transcripti sunt in Hygini Fabulas et pervenerunt, in prosam soluti, in eiusdem Astronomica.

Iam de his versibus satis dictum. Quod vero ad eos attinet, qui hos olim subsequebantur, nunc soli exstant in Argumento: praeter Robertum Unger, qui in illo programm. p. 7 sq. e voculis ‘vel alii’ temerario ut solet impetu raptus nomen ‘Varronis Atacini’ elicuit versusque paucis verbis suppletis cum prioribus illis versibus eidem poetae assignatis coniunxit, cuiusnam sint nemo scit. Digni certe sunt optima aetate.

Hesiodi nomen, ut de hoc pauca addam, nunc non suo loco legi, sed ab initio Argumenti ad finem esse delapsum supra ostendi (p. 265 sq.). Incusandus haud dubie is est, qui docti commentarii reliquias suis narrationibus hic illic inspexit, qua in re eum non satis diligenter versatum esse duobus exemplis supra p. 263 demonstravi.

Hactenus de Ovidio eiusque auctoribus et de eis quae ex Metamorphoseon commentario supersunt.

§ 5.

Post Ovidium Callistus res denuo tractare non mirum quod nemo ausus est. Huius enim narratio ut plenissima ita suavissima est, nec dubito quin brevi, quatenus linguae Latinae imperium patebat, divulgata auribus animisque se insinuaverit; nec cessit principatu ad nostra usque tempora, sed etiamnunc ingenia tenet sicut tenuit, postquam a dulci vatis Paeligni ore fluxit. Ex hoc igitur confido Romanorum quicumque postea Callistus meminerint pendere, quanquam ex ipsis verbis demonstrari in paucis tantum potest. Nam praeter eos, quos sua ex commentario Ovidiano accepisse statui, fabulam narravit unus *Isidorus* Hispalensis in *Etymol.* III 35 et ita, ut quem sequatur auctorem appareat, significavit unus *Statius*.

Illius verba haec sunt in Ottonis edit.: 'Sic Calisto, Lycaonis regis filia, dum ab Iove compressa et fabulose a Iunone in ursae speciem versa fuisset, quae Graece *ἄρκτος* appellatur, post interfectionem ipsius nomen eius Iovis cum filio in stellis septentrionalibus transtulit; eamque Arcton, filium autem eius *Arctophylax* appellavit.'

Statius fabulam septiens tetigit: enumerabo locos ex rerum ordine:

Theb. IV 293 — — — — — quae risistis, Amores,
grata pharetrato Nonacria rura Tonanti.

VII 162 [Bacchus cum Iove, quod Thebis infestus sit, litigat]

— — — — — sed non Danaeïa limina talis
Parrhasiumque nemus Ledaeasque ibis

Amyclas.

Ach. I 263 — virgineos si Iuppiter induit artus.

Theb. IV 304 ille Lycaoniae rictu caput asperat ursae.

VII 6 sqq. [Iuppiter Mercurium affatur]

i, medium rapido Borean inlabere saltu
Bistonias, puer, usque domos axemque nivosi
sideris, oceano vetitum qua Parrhasis
ignem

nubibus hibernis et nostro pascitur imbri.

Silv. IV 5, 5 sq. iam trux ad Arctos Parrhasias hiems
concessit altis obruta solibus.

Theb. VIII 369 sqq. — — — liquido velut aethere nubes
invida Parrhasiis unum si detrahat astris,
truncus honor plaustris, —

Isidorus Ovidii narrationem reddere eo convicitur, quod
Callisto facit a Iunone conversam, quae dea ab Eratosthenica
narratione aliena est. Statium non Eratostheni, sed Ovidio
fabulam debere indicio sunt versus 'grata pharetrato Non-
acria rura Tonanti', quo memoria excitatur virginis quae in
Metam. II 409 dicitur Nonacrinae, et illud 'oceanis vetitum qua
Parrhasis ignem . . . pascitur.'

Reliqui quos quidem ex hac aetate noverim fabulae testes
sunt hi:

Gaetulicus, quem Caligula a. 40 interfecit, (frg. poet. Rom.
ed. Baehr. p. 361):

sicca *Lycaonius* resupinat plaustra *Bootes*.

Columella de re rust. XI 2, 15: VII idus Febr. Callisto
sidus occidit.

Seneca Oed. 476 sq. (Leo)

quasque despectat vertice e summo

sidus *Arcadium* ¹⁾ geminumque plaustrum.

1) 'Sidus *Arcadium*' num *Seneca* intellexerit *Arcadem*, non *Callisto*,
valde mihi dubium; loquendi usus postulare videtur, ut de *Callisto* cogi-
temus, quae etiam a *Val. Flacco* I 481 ita significata est. Licet igitur
quam maxime suspicari *Senecam* hic esse oblitum *Ursam* *Plaustrumque*
non diversa esse signa. Quantopere caelestia, quae semper ei sunt in ore
(locos composuere in ind. *Peiper* et *Richter* in v. sidera p. 556), nomina ei
sint sine certa specie, cognoscas ex his chori in *Thyeste* fab. versibus (867 sqq.):

monstraque ('plostraque' conl. *Leo*) numquam perfusa mari

merget condens omnia gurgis;

et, qui medias dividit ursas,

fluminis instar lubricus *Anguis*

magnoque minor iuncta *Draconi*

frigida duro *Cynosura* gelu

custosque sui tardus plaustris

iam non stabilis ruet *Arctophylax*.

quasi vero *Cynosura* non alterum sit e monstris ante iam commemoratis.

Herc. fur. 5 sqq. [Iuno loquitur] — — paelices caelum tenent ¹⁾.

Hinc Arctos alta parte glacialis poli
sublime classes sidus Argolicas agit.

Phaedr. 287 sq. si qua ferventi subiecta cancro [sc. regio],
si qua Parrhasiae glacialis ursae, —

Herc. Oet. 1280 sqq. quondam Getico durior Haemo
nec Parrhasio lenior axe
saevo cessit membra dolori.

Lucanus Phars. II 237 Parrhasis obliquos Helice cum ver-
teret axes ²⁾.

Valerius Flaccus Arg. I 481 sqq.

pervigil Arcadio Tiphys pendebat ab astro
Hagniades, felix stellis qui segnibus usum
et dedit aequoreos caelo duce tendere cursus.

V 204 [Phasis invocatur] — fecundi proles Iovis, orte nivali
Arcados axe deae ³⁾, — —

1) Eisdem Livor Iunonem stimulat in Nonni Dion. VIII 73 sq.

2) Nihil nisi trita legis in commentis Bern. quae Usener publici iuris fecit ad hunc versum adnotata: 'Parrasos urbs Arcadi(a)e, unde Calisto, quae septentrionalem circulum habet', aut in schol. quae Weber cum Luc. carm. edidit vol. III p. 134: 'Calistonem dicit a Iove compressam et in ursam conversam, postea in sidus receptam septentrionis.'

3) Sidera deos esse Romanis iam constat. Documento sunt

Ov. Met. II 521 [Iuno de Callistus honore queritur]
Esse hominem vetui, facta est dea.

Sen. Herc. fur. 12 (Leo) ferro minax hinc terret Orion deos.

Thyest. 842 [chorus sidera enumerare incipit de caelo delapsura]
— — — — ibit in unum
congesta sinum turba deorum.

Herc. O. 1903 vos quoque mundi turba citati
flete Herculeos, numina, casus.

Hyg. fab. CCXXIV, in qua praeter alios Arcas Perseus Callisto afferuntur,
inscripta 'Qui facti sunt ex mortalibus immortales'.

cf. etiam Nonni Dion. XLVII 257 sqq. et supra p. 284 adu. 2. Semina quaedam huius opinionis iam apud Euripidem inveniuntur, qui in Electra (990 sqq.) haec de Castore et Polluce dicit:

καὶ τοῖν ἀγαθοῖν ξύγγονε κούροιν
Διός, οἱ φλογεράν ἀϊθέρον ἐν ἄστροις
ναλοσι, βροσιῶν ἐν ἀλός ῥοθίοις
τιμὰς σωτήρας ἔχοντες.

V 368 sqq. non secus autumnno quam cum magis asperat ignes
Sirius aut saevo cum nox accenditur auro
luciferas erinita faces, hebet Arcas et ingens
Iuppiter.

Martialis epigr. IV 11, 3

[de Saturnino qui in Germania seditionem moverat]
impia Parrhasia movisti bella sub ursa.

VI 25, 2 [de amico contra Dacos militante]

horrida Parrhasio quem tenet ursa iugo.

58, 1 sq. cernere Parrhasios dum te iuvat, Aule, triones
comminus et Getici sidera pigra poli, —

Claudianus XVII 298 sq. (Ieep)

convenient ursi, magna quos mole rigentes
torva Lycaoniis Helice miretur ab astris.

XXVI 246 sq. [de cometa]

inde Lycaoniam paulatim expulsus ad Arcton
crine vago Getici foedavit sidera plaustris.

Vides Callisto et Arcas in polo fulgentes quam familiares fuerint Romanis, neque inveniri qui unam e prioribus fabulae formis se respicere aut nosse aperiatur; quod apud Graecos posteriores non idem est in forma Eratosthenica consensus, inde perspicere licet apud Romanos hanc vulgatam esse auctoritate Ovidii.

Qui ut tenuit populares, ita ne Graecis quidem plane neglectus est. Nam *Tzetzes*, quem exscripsit auctor *Violarii Eudociae* 533, ad *Hesiodi* op. 564 haec adnotavit: Ἀρκτοῦρος τοῦτον νῖδον λέγουσι Καλλιστοῦς τῆς Λυκάονος θυγατρὸς, Ἀρκάδα καλούμενον, ὅτι Διὸς μιννυμένου τῇ Καλλιστοῖ Ἡρα ζηλοτυπήσασα ταύτην ἄρκτον ἐποίησεν, ἐπερχομένην δὲ τὴν Καλλιστῶ ἐν κνηγεσίῳ κατ' αὐτοῦ ὁ παῖς τρώσας ἀνείλεν,

At adulta primum fortasse conspicitur in *Rudentis*, quam *Plautus* fabulam ex *Diphili* Graeca vertisse traditur, prologo, quem qui pronuntiat *Arcturus* orationem ita orditur:

Qui gentis omnis mariaque et terras movet
eius sum: sum civis civitate caelitum.

Hac cum opinione cohaeret quod postea divi imperatores inde a *Caesare* stellae esse ferebantur.

καὶ ὁ Ζεὺς ἐλήσας αὐτοὺς κατηστέρισεν. Sola ab Ovidio discrepant verba τρώσας ἀνείλεν, pro quibus exspectamus ἀναιρεῖν ἐπεθύμει vel simile aliquid. Neglegentia forsitan ipsi Tzetzae vitio sit vertenda. Ceterum quod Ovidiana narratio etiam ad Graecos penetravit non inauditum est, quandoquidem seriem metamorphoseon ex Ovidio translata supra p. 264 in adn. cognovimus.

Ovidio vindice fabulae memoriam ne insequentibus quidem saeculis cum universa litterarum oblivione esse extinctam non opus est probare. Testem, qui totum agmen claudat, illustrissimum afferro *Dantium*. Hic enim Callisto a Diana abactam commemorat in Purgat. XXV 130 sqq.:

‘ — — — — — al bosco

si tenne Diana, ed Elice caccionne
che di Venere avea sentito il toscò’,

et Callisto cum Arcade in sideribus agnoscit in Parad. XXXI 31 sqq.:

‘se i barbari, venendo da tal plaga,
che ciascun giorno d’ Elice si copra,
rotante col suo figlio ond’ ell’ è vaga’, —.

§ 6.

Inter *artifices*, quorum quidem opera aetatem tulerint, seriores unus Callistus fabulam expressit. Continet enim vasculi argentei a. 1861 prope Valentiam, Hispaniae oppidum, effossi, nunc Parisini, quod novissimus tractavit diligenterque delineandum curavit Froehner, ‘Musées de France’ 1873 p. 21 sqq. tab. V, ‘interior pars quattuor Iovis amores: primum Ganymedem ab aquila raptum, deinde olorem ad Ledam confugientem; sequitur Iuppiter feminam incerti nominis [Semelen vult Froehn.] amplexus et quarto loco idem deus a Diana formam mutuatus Callisto fallens. Designat deum sub specie virginis latentem et habitus Callistus et Amor iuxta stans et, quod summum est, reliquarum figurarum comparatio 1)’. Inscriptio addita est

1) Verbis utor Joannis Bolte, qui in diss. de monum. ad Odys. pertinent. Berol. 1882 p. 40 huius vasculi meminit. Idem hac cum imagine

haec: [F]AT(a)E PAVLINA D(edit) V(otum) S(olvens). Litterarum forma, si Froehner verum vidit, III saeculi exeuntis est. Cum Ovidio id tantum discrepat, quod a latere ardens candelabrum in columna positum noctem significat; in Metam. enim Callisto narratur sub medium diem Iovis dolo succubuisse. At enim tantillum licentiae artificis nemo non libenter concedet.

VI.

Fabulae quae exstiterint formae a litterarum initiis ad recentioris usque aevi limina, exposui: reliquum est, ut tanquam in appendice ea paucis complectar, quae, cum commemorandi locum non haberem, ante omisi. Ac primum dicam de dissona quadam fabulae memoria, deinde de Callistus genealogiis, denique pauca monebo de fabulae interpretatione.

§ 1.

De Iove Arcadis patre omnibus constare supra invenimus. Attamen qui dissentirent non plane defuisse statim apparebit.

Ex coniectura statuo diversam de patre memoriam subesse in Apoll. Bibl. III 8, 2, 3, ubi Iuppiter Callisto fefellisse narratur *εἰλασθεῖς, ὡς μὲν ἔνιοι λέγουσιν, Ἀρτέμιδι, ὡς δὲ ἔνιοι, Ἀπόλλωνι*. Quem ad finem Iuppiter speciem Dianae induat, intellegimus; quem ad finem Apollinis, obscurum est. Itaque conicere audeo hanc memoriam ita ortam esse, ut mythographus aliquis vulgatam fabulae formam, qua Iuppiter, cum reconditiore, qua Apollo Callisto subegisse ferretur, eo conciliaverit, ut fingeret Iovem Apollinis figuram mentitum furtum perpetrasse. Quam coniecturam pro certa haberem, nisi eius

in adn. recentiore contulit picturam Cassellis asservatam, qua *Petrus Paulus Rubens*, cum eundem Callistus casum repraesentaret, Iovem Dianae speciem mentitum virili quodam colore artificiose notaverit, sed etiam aquilam fulmen gerentem adiecerit. Ab amico artis amanti certior factus sum ibidem asservari etiam *Joannis Henrici Tischbein* picturam in re cum prioribus congruentem et alteram, qua *Luca Cambiaso* Genuensis (a 1527 natus) Callisto, cum coram nymphis a Diana deprehenditur temerata, oculis proposuit.

auctoris qui eam confirmat fides admodum infirma esset. Adnotavit enim Tzetzes ad Lyc. 478: Ἀρχὰς ὁ Διὸς ἢ Ἀπόλλωνος παῖς. Potuisse Apollinem in Iovis locum subire et ab hoc quoque nationis originem repeti inde efficio, quod, ut Paus. VIII 38, 8 tradit, in Lycaeo monte erat Ἀπόλλωνος ἱερὸν ἐπίκλησιν Παρρασίου, cui festos dies anniversarios agebant. Cognomine enim deus gentis Parrhasiae proprius arguitur.

At manifesto ab omnibus discrepant ac plane singularia sunt quae de Arcade prodidit DURIS Samius frg. 26 (FHG II p. 475). In scholio enim ad Apoll. Rh. IV 264 doctrinae pleno, quo, cur Arcades antelunares dicti sint, ex diversorum sententiis exponitur, sunt etiam haec: Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῇ Τεγεατῶν πολιτείᾳ φησίν, ὅτι βάρβαροι τὴν Ἀρκαδίαν ἤκησαν, οἵτινες ἐξεβλήθησαν ὑπὸ τῶν Ἀρκαδίων ἐπιθεμένων πρὸ τοῦ ἐπιτεῖλαι τὴν σελήνην, διὸ κατονομάσθησαν προσέληνοι. Δοῦρις δὲ ἐν πέμπτῳ καὶ δεκάτῳ τῶν Μακεδονικῶν Ἀρκαδία φησίν, ἀφ' οὗ ἢ Ἀρκαδία καλεῖται, Ὀρχομενοῦ υἱόν, διὸ καὶ πόλιν τῆς Ἀρκαδίας Ὀρχομενόν¹⁾.

§ 2.

Callisto qui nympham perhibuere — *Eumelus*, nisi fallimur (cf. supra p. 237 c. adn.), et fortasse etiam *Epimenides* (cf. supra p. 238) — antiquissimam memoriam videntur retinuisse.

Sed consentaneum est eam inter primas in genealogorum manus incidisse, cum nationis eponymum peperisse ferretur. *Asius* quidem quid spectaverit, cum patrem eius Nycteuum diceret, cuius nomen neque in fabulis neque in genealogiis Arcadum alibi invenitur, certo diiudicare difficile est, quoniam dubitare licet, utrum illius nomen ipse invenerit an priscam aliquam memoriam reddiderit, in qua *Νυκτέως* nomen fortasse cohaereret cum pristina Callistus natura, id quod fabulae interpreti expendendum committam. At *Hesiodi* ratio aperta est.

1) Quomodo ista genealogia posset explicari, coniecturam fecit C. Müller in FHG II p. 133.

Qui cum Callisto filiam faceret Lycaonis, Pelasgi filii, Arcadico eam inseruit regum stemmati¹⁾. Atque huius haud dubie auctoritati tribuendum est quod praeter duos genealogos, Pherecydem et ignotum scholiastae Euripidei auctorem, quos diversam memoriam praetulisse videbimus, posterioribus de Lycaone Callistus patre constat. Nam ut reliquos Graecos, ita ipsos illa Arcades tenuit. Hoc quidem ex titulo discimus Delphis nuper reperto, quem Pomptow ('Mitth. d. d. arch. Inst. in Ath.' 1889 p. 17) edidit et sub pugnam Leutricam, a. fere 369, ab Arcadibus foederatis cum statu Apollini dicatum esse ostendit, cum simul Pausaniam X 9, 5 falsa prodidisse convinceret. Eum facere non possum quin hoc loco repetam:

Πύθι' Ἀπολλων [ἄν]αξ, τάδ' ἀγάμαι' ἔ]δω[κεν ἀπαρχάς
αὐτόχθων ἱερῶς λαὸς ἀπ' Ἀρκαδίας·

Νίκηγ Καλλιστώ τε Ἀνκά[νιδα], τῆι πο[τ'] ἐμίχθη

Ζεὺς, ἱεροῦ δὲ γένους Ἀρκ[άδ'] ἔφρσε κόρον·

ἐκ τοῦ δ' ἦν Ἐλατος καὶ Ἀρε[ίδ]ας ἡδὲ καὶ Ἀζάν,

τοὺς δ' Ἐρατὼ νόμῳ γείνατ' ἐν Ἀρκαδίαι·

Λαοδάμεια δ' ἔτικτε Τρίφυλον, παῖς Ἀ[μύ]κλαντος,

Γογγύλου ἐκ κόρας δ' ἦν Ἀμιλοῦς Ἐρα[σ]ος.

τῶνδε σοὶ ἐκγενέται Λακεδαίμονα δη[ι]ώσαντες

Ἀρκάδες ἔστησαν μνημ' ἐπιγινόμενοις.

Attamen in Arcadia etsi genealogiam (non item fabulam) Hesiodream publica auctoritate sancitam invenimus, non defuere qui nec patrem acciperent nec filiae nomen. 'Ariaethus enim Tegeates, historiarum scriptor' — inquit Hyginus in Astron. II 1 (cf. supra p. 305) — 'non Calisto, sed Megisto dicit appellatam et non Lycaonis, sed Cetei filiam, Lycaonis neptem.' Pherecydes autem in Apoll. Bibl. III 8, 2, 2 et cum eo schol. Euripideus ad Or. 1646²⁾ Cetei filiam faciunt Callisto. Iam si,

1) Hesiodum e frgm. 70—72 ed. Rz. discimus commemorasse Pelasgum in Arcadia terra editum, Lycaonem eius filium, Lycaonis subolem, simul enumeratis quae quisque condidisset oppidis. Ibidem num etiam Callistus res narratae fuerint, incertum relinquatur: nam potuerunt illi in Catalogis, hae in Eocis tractari.

2) Ne suspiceris stemmatis a scholiasta prolati auctorem esse Phere-
Leipziger Studien. XII. 23

ut par est, ab eis proficiscimur, quae domesticus scriptor prodidit, primum apparet Pherecydem vel, si prior, scholiastae auctorem illam memoriam cum vulgata ita coniunxisse, ut ex hac retinerent, quod deserere minus facile licuit, nomen Callistus, ex illa assumerent patrem Ceteum; deinde animadvertimus Ariaethum sive eius auctorem receptam, i. e. Hesiodeam genealogiam secutum esse — satis enim habuit Megisto Ceteoque in vicem Callistus substitutis hanc correxisse —, at priores genealogos vel certe eum quem scholiasta exscripsit — de Pherecyde enim non constat — Hesiodum non respexisse, sed Callistus patrem posteriori, quae post Nyctimi mortem regnum suscepisset, genti inseruisse. Certa igitur in stemmatis sede Ceteus carebat; a reliquis vero genealogis ne commemoratur quidem. Sequitur, ut in fabulis nihil egerit, sed fictus sit cum aut ex filiae nomine ¹⁾).

Tertiam de Arcadis matre opinionem servavit Stephanus Byzantius, qui in v. *Ἀρκαδία* haec habet: *Ἰστρος δὲ φησιν, ὅτι Θεμιστοῦς καὶ Διὸς ὁ Ἀρκὰς ἐγένετο κτλ.* Mirum autem ni ad eundem redeunt quae in *Recognit. Clementin. X 21* exstant: '(Iuppiter vitiat) — — Themisto Inachi, ex qua nascitur Arcas.' Quam genealogiam qui creavit Arcadum originem ex Argolide repetivit. Quod primus fecit Acusilaus (*fig. 12*), cum Pelasgum Argi diceret fratrem, Niobes ex Iove

cydem ipsum, moneo ea, quae praeterea sola comparari possunt, inter se discrepare; sunt haec:

Pherec. frg. 85

*Πελασγοῦ καὶ Διανείρας
γίνεται Λυκάων. οὗτος γαμῆ
Κυλλήνην, Νηίδα νόμφην, ἀφ' ἧς
τὸ ὄρος ἢ Κυλλήνη καλεῖται.*

Schol. ad Eur. Or. 1646

*Πελασγὸς ὁ Ἀργεῖος — γυναῖκα —
ἀγαγόμενος ἐπιχωρίαν Κυλλήνην, ἀφ'
ἧς τὸ ὄρος οὕτω καλεῖται, υἷὸν ἔσχε
Λυκάονα, ὃς — παῖδα ἐσχηκῶς ἐξ Ὀρ-
θωσίας Νύκτιμον τὴν ἀρχὴν ἀντὶ
καταλείπει.*

Alter tamen quin alterius auctoritatem secutus sit, vix potest dubitari.

1) *Κητέα* cum Cecrope et Erechtheo composuit et cum *Κητείσις* illis Homericis nexuit Wilamowitz in *Quaest. Hom. p. 152 adn. 12*. Oblocutus ei est Thraemer, 'Pergamos' p. 157 adn. 1. Ego dubito, an ex se sibi *Μεγιστῶ* 'Immanem' patrem creaverit.

filium. Sed qui Arcadem ex Inachi, quem in capite stemmatis Argivi collocare solent, nexuit filia, is Arcadibus maiorem antiquitatem asseruit. Praeter genealogiam autem ille Istro videtur nihil praebuisse; certe hic ab eo nihil praeterea sumpsit; fabula enim, quam hic subiecit, ex carmine Callimacheo ad Themisto translata est. Veri igitur simile est Istrum Themistus nomen et originem genealogo nescio cui debere ἀργολίζοντι.

§ 3.

In haec nomina accuratius inquirere eius erit, qui iam ad id munus suscipiendum aggredietur, unde nunc manus abstinere placuit, explorandum dico fabulae ortum. De quo ita, ut plurimi ad eius sententiam accederent, disputavit Odofredus Müller in *Doriens.* I² p. 376 et in *Proleg.* p. 73 sqq. Ad huius autem argumentationem, qua Callisto esse Dianam efficere studuit, conferenda sunt quae ego supra p. 245 sqq. de ursae apud Arcades vi disserui. Ultra Müllerum in fabulae interpretatione progressus est Usener in *Mus. Rhen.* XXIII p. 325, cum in *Καλλιστοῦς* nomine Lunam agnosceret. Id tamen negavit Lippert in libro quem inscripsit 'Die Religionen der europ. Culturvölker' (p. 381 sq.). De Terra cogitavit Themistus nomine nixus Robert in *Prelleri Myth. Gr.* I⁴ p. 304 adn.

Quae Bachofen in eo libello, quem de ursae in religionibus veterum a. 1863 Basileae emisit, et nuperrime Goerres in *Stud. Berolin.* X a. 1889 protulere ii cum voluptate perlegent, qui, cum quaerendo, unde sua quisque sumpserit aut quid quisque cur novaverit, tempus perdere nolint, ex quolibet cuiusvis poetae commento quamlibet vim priscamque memoriam pro arbitrio elicere sciant.

EPIMETRUM.

De HESIODEO CARMINE ASTRONOMICOM quae adhuc prolata sunt iudicia cum inter se parum conspirent, et mota potius sit quaestio quam absoluta, iam quaecunque illuc aut diserte relata aut probabiliter referenda memoria nobis servaverit operae pretium est componi atque examinari, ut tandem, quibus aestimatio nitatur, certa subsint fundamenta.

Hesiodi sub nomine carmen astronomicum circumlatum esse testes sunt *Asclepiades* Myrleanus ἐν τῷ περὶ τῆς Νεστορίδος apud Athen. XI p. 491^c, *Plin.* N. H. XVIII 212, *Plut.* de Pyth. orac. p. 402 sq., *schol. Arat.* 254 (quem exscripsit Tzetzes ad Hes. Op. 382 et Chil. XII 169). Quod cum ἀστρονομίαν dicat *Asclepiades*, ἀστρολογίαν *Plin.* et *Plut.*, ἀστρικὴν βίβλον *schol. Arat.*, quaenam fuerit inscriptio, ignoramus. Ceterum vix est quod moneam — apparet enim ex utriusque loci nexu — astrologiae vocabulum ne apud *Plinium* quidem aut *Plutarchum*, cum pridem nova illa ars vana invasisset, propriam suam atque antiquam deseruisse vim, qua nihil differret ab astronomiae sensu.

Falso esse Hesiodo carmen ascriptum antiquissimus omnium iudicavit testis *Asclepiades* verbis ὁ τὴν εἰς Ἡσίοδον ἀναφερομένην ποιήσας Ἀστρονομίαν; eadem videtur esse *Plinii* sententia, cum poeta nominato haec addat: 'huius quoque nomine exstat Astrologia.' *Plutarcho* ut de *Thalete* scrupuli moventur, ita de Hesiodo auctore constat. A scholiasta denique *Arateo* ad v. 254 aperte Ἡσίοδος laudatur ἐν τῇ ἀστρικῇ αὐτοῦ βίβλῳ, idem carmine non indicato ad v. 172. Haec veterum de auctore iudicia.

Inter infimae aetatis scriptores carminis prodit notitiam *Georgius Hamartolus*, cum in *Chronico*, unde excerpta non-

nulla edidit Cramer in Anecd. Oxon. IV p. 218 sqq., eis, quae ex Iosephi Antiqu. I 8, 2 de Abrahamo Aegyptios ἀριθμητικὴν καὶ ἀστρονομίαν docente sumpsit, haec addidit (p. 238): παρὰ δὲ τῶν Ἑβραίων ἔλαβον Φοίνικες ἀφ' ὧν ὁ μὲν Κάδμος ταῦτα μετήγαγεν εἰς τοὺς Ἕλληνας· ὁ δὲ Ἡσίοδος μάλα συντάξας εὐφρῶς Ἕλλησιν (= frg. 19 Rz.).

Res enarratas si non omnino, at certe longe maxima ex parte astronomicas fuisse inde efficitur, quod Plutarchus auctorem cum scriptoribus componit mere astronomicis. Quocum prorsus consentiunt et Hamartoli verba et quae Plinius ad siderum observationem pertinentia inde sumpsit quaeque ipsius carminis nominatim servata sunt frustula (frg. 9, 10, 11, 14 ed. Rzach.).

E quibus tria ad Pleiadum sidus spectant: unde colligendum, quemadmodum in Hesiodi Op. et d. tam agris colendis quam navigando magni sint momenti, sic eas etiam hic uberius tractatas fuisse. Ac primum quidem nomina earum commemorata erant; primo enim apud Athen. loco allatum est frg. 9:

τὰς δὲ βροτοὶ καλέουσι Πελειάδας.

Qui versiculus, si Marckscheffellii sequimur coniecturam admodum probabilem, tres versus, qui in schol. ad Pind. Nem. II 17 sine auctore traditi Pleiadum nomina more epico exhibent, exceptit hos:

Τηϋγένη τ' ἐρόεσσα καὶ Ἥλέκρη κνανῶπις
 Ἀλκνόνη τε καὶ Ἀστερόπη δὴ τε Κελαινῶ
 Μαῖά τε καὶ Μερόπη, τὰς γείνατο φαίδιμος Ἄτλας.

Sed qui ibidem proxime de Maia affertur versus

Κυλλήνης ἐν ὄρεσσι θεῶν κήρυκα τέχ' Ἐρμῆν

cur eodem trahatur, non satis est causae.

Pleiadum VII stellas pro Atlantis filiabus haberi iam Hesiodus significat in Op. 383 (Πληιάδων Ἀτλαγενέων) et agnoscit Musaeus, cum V Hyadas ex eadem stirpe repetitas earum numero adiungit (cf. Erat. Cat. rel. ed. Rob. p. 43 et 110 sq.); nomina earum una cum progenie ex Hellanico deprompta exhibebant Κατάλογοι ab Eratosthene conscripti (cf. Καταλ. frg. 3 p. 43 et Καταστ. 23 p. 134 Rob.) et ex eodem fortasse hausta

fonte ad suum usum convertit Dionysius Scytobrachion apud Diod. Sic. III 60. Eadem tertium legimus in Arati Phaen. 262 sq. (= Apollod. Bibl. III 10, 1, 1). Ubique variato tantummodo ordine plane eadem proferuntur, nisi quod *Ἀστερόπη* plerumque cessit breviori nominis formae quae est *Στερόπη*. Nec tamen defuisse qui has VII stellas aliter interpretarentur et genere et nominibus commutatis exemplum docet Callimachi, cuius commenta singularia comperimus ex schol. ad Theocr. XIII 25. Illi igitur qui carmini Hesiodico non temere tribuuntur versus, cum ab Atlante prognatas Pleiadas inducant, fabulam reddunt vetustam.

Qui secundo apud Athen. loco affertur versiculus (frg. 10)

χειμέριαι δύνουσι Πελειάδες

illustratur his Hesiodi versibus (Op. 619 sqq.):

*ἔντ' ἂν Πληιάδες σθένος ὄβριμον Ὠαρίωνος
φεύγουσαι πίπτωσιν ἐς ἠεροειδέα πόντον,
δὴ τότε παντοίων ἀνέμων θύουσιν ἄῃται*

et quasi fontem unde emanavit illam habet veterum opinionem, qua Vergiliarum occasu matutino hiems incipere putabatur (cf. Arati Phaen. 266, Plin. XVIII 69, alios). Simul periculum quamvis rude ac parum prosperum factum esse constituendi, quod in tempus res incideret, e Plinii verbis discimus his: 'occasum matutinum Vergiliarum Hesiodus — — tradidit fieri, cum aequinoctium autumnus conficeretur.' Talis temporis definiendi conatus in Hesiodi Op. nondum reperitur.

At quod apud Athen. sequitur frustulum (frg. 11)

τῆμος ἀποκρύπτουσι Πελειάδες

rursus lucem accipit ex Hesiodi Op. 385 sq.

*αἱ δ' ἦτοι νύκτας τε καὶ ἡμέματα τεσσαράκοντα
κεκρύφεται.*

Iam vero ea, quae de Vergiliis modo prolata sunt, respicienti ac perpendenti apparet huius quidem signi descriptionem ita fuisse deductam, ut, postquam fabulae, quae de stellis vulgo ferretur, mentio facta esset, singulae earum per annum condiciones denotarentur additis quae secum ferrent indiciis et temporibus ratione quamvis imperfecta circumscriptis. Quod

autem Vergiliarum sideri contigisse discimus ex frustulis, quippe cuius memoriae prae ceteris fortuna faverit, idem de eis quoque, quae praeterea haberentur signa principalia, factum esse tuo iure conicias, quanquam quae de ceteris enarrata erant cum penitus interierint exceptis paucis de Hyadibus versiculis, inde sententiae fides fieri manifesta nequit.

At certe illi versus, qui tota ex hac parte ad nos soli pervenerunt, ab interitu servati diligenti testimonio schol. ad Arati Phaen. 254 et 172, cum Hyadas nymphas perhibeant et nominibus appellent, bene conveniunt cum initio descriptionis Pleiadum. Sunt autem hi (frg. 14):

νύμφαι Χαρίτεσσιν ὅμοιαι
Φαισύλη ἥδ' ἐ Κόρωνις ἐνστέφανός τε Κλέεια
Φαιώ θ' ἱμερόεσσα ἰδ' Ἐνδώρα τανύπεπλος,
ἄς Ὑάδας καλέουσιν ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων.

De Hyadum et numero et fabula scriptores perquam variant: numerus enim a duabus usque ad septem ascendit (cf. schol. ad Arati Ph. 172); de quinque numero cum hoc loco consentiunt Musaeus in Eratosth. *Καταλ.* frg. 3 p. 43 (= *Καταστ.* 14 p. 110) Rob., Myrtilus Methymnaeus frg. 6 (FHG IV p. 458), Hyg. fab. 182, qui tamen de ceteris dissentiunt. Nomina autem quattuor eadem atque Hesiodus qui fertur, sed aliud pro *Κλειίας* nomine et duo alia insuper habet Pherecydes in Eratosth. *Καταλ.* frg. 3 p. 42 (= *Καταστ.* 14 p. 106) Rob. Quintum tamen illud quod Pherecydes non agnoscit nomen certe tangitur simili forma, quae est apud Diod. Sic. V 52, ubi ex Naxiorum memoria Liberi nutrices, quales alibi dicuntur Hyades, designantur *ἐγχώριοι νύμφαι Φιλία, Κορωνίς, Κλείδη*. Hesiodum igitur carmen in hac fabula propria est auctoritate neque aliunde, quantum scimus, pendet.

Restat unum quod inter incerta adhuc numeratur fragm. 226 ed. Rz. me iudice huc trahendum. Servius enim ad Verg. Georg. I 244 sq.

maximus hic flexu sinuoso elabitur anguis
circum perque duas in morem fluminis arctos

adnotat: 'Hesiodus *ποταμῶ ῥε(ί)οντι ἔοικώς*'. Atqui

mehercule non opus erat testimonio confirmari longe repetito poetam non sine exemplo rem quandam cum flumine comparasse — nam quid in hoc miri? —, sed docta adnotatiuncula aut sine caret aut ita accipienda est, ut iam Hesiodus cum flumine comparaverit Anguem. Quod statuentem ne ita quidem me effugere possis, ut Hesiodi verba ad animal, non ad sidus referas. Nam ut mittam, quod tali interpretationi scholium minus convenit, incredibile est Hesiodum serpentem, qualem terra sustineret, unquam ποταμῷ ζέλοντι similem dixisse; nam tale quid, si cui, nulli nisi uni e poetis Romanis, in immensis bacchantibus, in mentem venire poterat. Sine ullo vero iure Nauck in *Miscell. Graecorum*. IV 397 spretis quae tradita sunt ac violenter mutatis verba ad Hom. *E* 87 rettulit. Anguis autem commemorandi ubinam occasio aut facultas Hesiodo data erat nisi in carmine astronomico? Ergo novum tenemus huius frustulum. Iam vero eandem comparisonem reperimus in Arati Phaen. 45, nisi quod a poeta Alexandrino simplex illa imago subtilior reddita est verbis οἴη ποταμοῖο ἀπορρώξ¹⁾. Attamen Draconis cum flumine similitudo non sua sponte oculis se offert: consensum igitur, qui inter Hesiodum et Aratum est, non aliter expedias quam si alterum ab altero mutuatum esse statuas.

Novo hoc frustulo carminis notitia mirum in modum augeatur. Ex eo enim addiscimus poetam siderum figuras descripsisse studio ductum mere astronomico, quandoquidem Dracone veteres nunquam utebantur neque ad cognoscendas caeli regiones, velut Ursis, neque ad anni tempora distinguenda, velut Vergiliis et Suculis, Orione et Arcturo.

Superest, quam haud facile solvas, quaestio, quemnam ambitum in carmine habuerint fabulae. Marekscheffeli nimiam largitatem, qua ille omnes, quibus in Eratosth. Catasterismis Hesiodi nomen adhaeret, fabulas huic carmini assignabat, merito Robert p. 240 reiecit; qui tamen huic non esse eripiendas censebat fabulas Callistus et Orionis uberrime enarratas.

1) Ab Arato eam accepit Vergilius et Seneca in Thyest. 870 ed. Leon.

Id quidem, ubi de Pleiadibus et Hyadibus sermo erat, iam vidimus, omnino exclusas fabulas non fuisse; at enim praeter nomina et originem nympharum num ea quoque, quae de earum fatis ferebantur, relata fuerint, citra dubitationem positum est; quin, si quid ex ea ratione, qua Asclepiades apud Athen. carmen ad consilium suum adhibet, colligere licet, puellarum fata videntur non fuisse memorata. Id utique certum est, tenuem fuisse et rerum astronomicarum copia obscuratam fabularum memoriam in eo carmine, cuius auctorem Plutarcho liceret severae artis scriptorum in aequo ponere. Exemplum si quaeres, vix a vero aberrabis, cum Hesiodum qui dicitur eandem fere tractandi viam ingressum esse statues atque Aratum, qui fabulas plerumque omittat aut leviter tantum attingat, sed semel etiam diutius narrando commoretur. Itaque et Callistus et Orionis res uberrime ab illo expositas fuisse num sit tenendum, iam nascitur dubitatio, sed diiudicari non prius poterit quam de illius aetate accuratius erit exploratum.

A falsario enim Alexandrino carmen profectum et per fraudem illustri Hesiodi nomine inscriptum esse opinatus est Odofr. Müller in Proleg. p. 193 et eodem inclinavit Marckscheffellii sententia in Hes. etc. fragm. p. 196. Antiquiorem carminis originem defenderunt Bergk in Hist. litt. Gr. I p. 1010 et Robert in Erat. Cat. rel. p. 240 et in Herm. XVIII p. 434.

Hesiodo qui carmen abiudicarent iam fuisse inter grammaticos Alexandrinos Asclepiadis quod supra commemoravi iudicium ostendit; nec sine magna probabilitate Bergk l. I. *Ἀστρονομίαν* illi appendici assignavit, quam Operibus adnexam fuisse testimonio Pausaniae (IX 31, 5 καὶ ὅσα ἐπὶ Ἔργοις τε καὶ ἡμέραις) constat et cui ab Apollonio Rhodio fidem derogatam esse Bergk ex schol. anon. ad Hes. Op. 828 (τούτοις δὲ ἐπάγονσί τινες τὴν Ὀρνιθομαντείαν <— — —> ἄτινα Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος ἀθετεῖ) iure collegit; Bergkii coniecturae quam maxime favet ratio loci Pausaniae, quo quae vulgo Hesiodi sub nomine ferantur carmina enumerantur, hoc autem cum aliis minoribus deest, favetque quae inter Opera et Astronomiam intercedit argumenti similitudo.

Hesiodi ipsius fuisse carmen hodie quoque qui contendat vix erit. Sed ne eis quidem, qui, Hesiodo aetate proximi, artem eius et ingenium sedulo sectabantur, hoc carmen licet sicut alia Hesiodica tribuere: obstat enim sermonis quaedam discrepantia. Namque et Homerus et Hesiodus, quorum vestigia premit Sappho frg. 52, Vergilias semper vocant *Πηλιάδας*, *Πελειάδας* eadem constantia poeta astronomicus. Peropportune autem nobis id cecidit, quod Asclepiades ἐν τῷ περὶ τῆς Νεστορίδος (apud Ath. XI 488 sqq.), recentiorem hanc formam ut sat antiquam esse comprobaret, undique exempla collegit. Interpretatus enim *πελειάδας*, quas Homerus *Α* 634 in Nestoris poculo effictas narrat, esse — mirum! — Pleiadas, demonstrare conatur ne Homero quidem non licuisse κατὰ ποιητικὸν νόμον longiorem nominis formam usurpare. Perlustrata quam conflavit nube exemplorum videmus testes formae *Πελειάδες* praeter hunc Astronomiae auctorem antiquissimos ab illo laudari Simonidem et Pindarum, Aeschylum et Lamproclum τὸν διθυραμβοποιόν, quorum aetas non multum supra a. 500 ascendit. Orta ea videtur esse e forma *Πλειάδες* a sermone heroico aliena, quae cum per se certo sensu careret, ipsa ut verbo *πελειάδες* aequaretur tanquam incitavit. Qua ratione, quid nomen sideris proprie significaret, quaerenti facillime erat satisfactum; sed multo demum post ad illam quae nomini illata erat vim explicandam fabula quoque accessit, qua *Πελειάδες* verae columbae factae sunt dei beneficio inter sidera collocatae, quam fabulam expressit Moero Byzantia apud Athen. XI 491^b; antiquiores poetae in eo se continuerunt, ut stellis, quae Atlantis filiae a nonnullis haberentur, et avibus nomen columbarum commune esse dicerent; id quod elucet e Simonidis versibus (Ath. XI 490^f) non minus quam ex Aeschyli verbis ἄπτεροι πελειάδες (491^a) et Lamproclis ποταναῖς δμῶννοι πελειάσιν (491^c). Quanquam et Odofr. Müller in Script. min. II 121 et Welcker in Cyclo ep. p. 60 opinantur Hom. μ 62 sq.

τῇ μὲν τ' οὐδὲ ποτητὰ παρέρχεται, οὐδὲ πέλειαι
τρήρωνες, ταί τ' ἀμβροσίην Διὶ πατρὶ φέρουσιν

a veteribus (sunt autem Moero Crates Asclepiades apud Ath. IX 490^e) iure ad Pleiadas esse relatos. At talia Homeri versibus mysteria inferre haud dubie non licet, vel propterea, quod Vergiliae in antiquis carminibus constanti usu *Πληϊάδες* appellantur atque fabula de columbis narrata, cum quinto etiam saeculo aperte ignoraretur, Alexandrina demum aetate aut non multo ante ficta est. Ergo qui Astronomiam Hesiodo ascriptam condidit, cum iam recentiorem nominis formam haberet, aliquanto fuit post Hesiodum.

Ab altera parte aetatis poetae determinandae facultatem mihi suppeditat illud Plinii XVIII 212: 'Occasum matutinum Vergiliarum Hesiodus — — tradidit fieri, cum aequinoctium autumni conficeretur, Thales XXV die ab aequinoctio, Anaximander XXX, Euctemon XLIV, Eudoxus XLVIII.' Haec ad doctum fontem redire non negabis, ac vel ideo haud veri simile esse concedes auctoritatem Hesiodo tributam ex errore fluxisse. Quae quod a veritate plus quam medioeriter recedit, Pfaffio (De ortibus et occas. siderum p. 78 sq.) Hesiodi fidem ita defendere visum est: 'Plinium hic errasse liquet: qui error hac Petavii coniectura, sponte sese offerente, explicari potest: Ea nimirum aetate initium occasus heliaci Pleiadum in ipsam primam Arietis partem vel in aequinoctium incidit: unde credibile est Plinium occasum vespertinum commutasse cum occasu matutino. Qui error saepius iam deprehensus est et inde facile originem traxit, quod veteres auctores in rebus astronomicis sermonis rigorem vix observaverint nec satis distincte apparentiarum species expresserint.' Sed enim eius sententiae fundamenta quam caduca sint, facile videt qui meminit pristinis temporibus matutinos tantum observatos esse Vergiliarum ortus et occasus, quippe qui initium aestatis et hiemis indicarent¹⁾, ut nihil opus esset diserte illos distingui nec commutatio fieri posset. Quod tum quoque valet, si carmen minus antiquum sit. Nam consentaneum est auctorem, quaqua aetate scriberet, eas tantum res commemorasse,

1) Cf. Ideleri Chronol. enchir. I p. 241 sq. et schol. Arat. 264 sqq., quae tamen ex parte confusa sunt.

quas scire hominum interesset, non severi astronomi egisse partes. Ergo de Plinii errore non potest cogitari, sed tenendus est error auctoris Astronomiae. Nec vero hic levis: nam matutinum Vergiliarum occasum Ideler Chronologiae enchir. I p. 242 docet in Hesiodi patria c. a. 800 secundum fastos Gregorianos incidisse in VI cal. Nov.; unde apparet auctorem, quem quod illo anno aliquanto posteriorem fuisse statuimus hanc ad rem non multum differt, amplius XXX diebus sideris occasum maturius vel potius aequinoctium serius quam deberet posuisse. Quod tamen erratum non adeo incredibile aut inauditum est, ut ex rerum condicione explicari nequeat. Quam tarde ac paulatim per II saecula progressus factus sit, quo verior aequinoctii notitia impetraretur, comparet ex loco Pliniano. Hesiodus ut novit solstitium nec plus III dierum vitio eius tempus constituit, cum in Op. 564 pro LVII numero (cf. Ideler Chronol. enchir. I p. 246) rotundum ponat LX dierum, ita nusquam certe mentionem facit aequinoctiorum. Ac licet Schaubach Astron. Graec. hist. p. 31 Hesiodo aequinoctia ignota fuisse perperam ac frustra ex ipsis Operibus demonstrare conatus sit, id tamen patet, solstitium brumamque, cum quivis observata solis declinatione quando fere acciderent notare posset, prius inventa esse quam aequinoctia, quae ad investiganda simplex observatio minime sufficeret, sed opus esset instrumentis ac maiore scientia, ut consentaneum sit eos, qui instrumentis etiamtum destituti essent, in circumscribendo aequinoctii die a vero aberrasse. Neque igitur absurdum est credere eum, qui, nisi veterum memoriam prorsus abicimus, primus astronomiam carmine complecteretur ac primus fortasse periculum faceret aequinoctii computandi, id in idem tempus incidere voluisse atque insignem Vergiliarum occasum. Hoc igitur carminis antiquitatem confirmari arbitror quam maxime: ab antiquo enim scriptore nemo mirabitur aequinoctii tempus ita descriptum esse, ut cum noto sideris occasu, qui proxime abesse videretur, congrueret; at falsario Alexandrino placuisse Hesiodum tanta, quanta doctae ipsius aetati necesse erat viderentur, menda committentem inducere quis sibi persuadebit? An ho-

minum illius aevi mentes non multo magis eo inclinabant, ut suam doctrinam antiquis inferrent? Omnino postquam Robert ostendit fabularum illam copiam inconsulte ac temere carmini astronomico ascriptam esse, quid tandem superest, quod ullam fidei memoriae moveat suspicionem? Immo rudi omnia egregie conveniunt saeculo. Itaque censeo carmen conditum esse aliquanto post Hesiodi tempora, sed priusquam rerum caelestium ars atque cognitio a prioribus physicis Ionicis admodum aucta in vulgarem pervenisset notitiam.

Ad quintum tamen usque saeculum descendere per erroris illius naturam non licet; neque igitur quidquam ei tribuendum est, quod, ut schol. ad Arati Ph. 172 (cf. ad 254) tradit, Ἡσίοδος ἐν τῇ ἀστροικῇ αὐτοῦ . . . βιβλῳ Hyadas enumeravit quinque, at Θαλῆς μὲν . . . β' αὐτὰς εἶπεν εἶναι, τὴν μὲν βόρειον τὴν δὲ νότιον, Εὐριπίδης δὲ ἐν τῷ Φαέθοντι γ', Ἀχαιοὺς δὲ δ', Ἰππίας δὲ καὶ Φερεκύδης ζ' (quarum nomina Eratosthenes Catal. frg. 3 servavit). Cum Hesiodo qui vocatur in numero consentit Musaeus in Erat. Catal. frg. 3; sed hunc mitto; nam incertus et ipse est. Sed sententiae a scholiasta enumeratae docent numerum non cum tempore iusto progressu auctum esse, sed eadem aetate ab his tres quattuorve, ab illis septem esse monstratas, ut aliquanto prius fuisse qui quinque stellas dispicerent nemo possit infitari.

Iam huc referre ausim *Philippi Opuntii*, et ipsius astronomi, testimoniam ceteris longe antiquius et, si nullum admitteret scrupulum, omnium gravissimum, sed ab omnibus hucusque neglectum: exstat in *Epinom.* p. 990^a, ubi haec sunt: ἀγνοεῖτε, ὅτι σοφώτατον ἀνάγκη τὸν ἀληθῶς ἀστρονόμον εἶναι, μὴ τὸν καθ' Ἡσίοδον ἀστρονομοῦντα καὶ πάντα τοὺς ποιούτους, οἷον δυσμὰς τε καὶ ἀνατολὰς ἐπεσκεμμένον, ἀλλὰ τὸν τῶν ὀκτὼ περιόδων τὰς ἑπτὰ περιόδους — —. Quae ad Opera spectare propterea non credam, quod in illis, etsi ortus et occasus paucorum siderum commemorati sunt, non tractantur astronomica, sed oblata tantummodo occasione tanguntur, ut non facile liceat ad illorum au-

ctorem tanquam exemplum ac principem eorum provocare, qui data opera, quamvis sine interiore qualem philosophus flagitat rerum cognitione, de sideribus scripserint. Qua de causa carmen astronomicum a Philippo designari mihi persuasi. Quod si recte feci, haud contemnenda inde evadit confirmatio eorum, quae adhuc de carminis disputavi et aetate et argumento.

Alterum inesse videtur testimonium in eo epigrammate, quo *Callimachus* Arati Phaenomena laudibus effert (Anthol. Pal. IX 507):

Ἡσιόδου τό τ' ἄεισμα καὶ ὁ τρόπος· οὐ τὸν ἀοιδῶν
ἔσχατον, ἀλλ' ὀκνέω μὴ τὸ μελιχρότατον
τῶν ἐπέων ὁ Σολεὺς ἀπεμάξατο· χαίρετε λεπταί
ἑήσιες Ἀρήτου σύμβολον ἀγροπνίης.

Nam recte procul dubio Robert in *Erat. C. r.* p. 239 multo id aptius esse iudicat, si non ad Opera, sed ad carmen astronomicum referri possit. Nam tum demum ἄεισμα et τρόπος vocabula suam utrumque habent vim. Quae si concesseris, vix negabis ab Arato esse illud adhibitum; notabilis enim est in tam paucis reliquiis duplex cum Arato consensus: vidimus enim in Phaenomenis redire non solum eadem Pleiadum nomina, quod minoris momenti est, verum etiam Draconis cum flumine comparatio, quod gravissimum est.¹⁾


Rursus Astronomiae auctorem ad Hesiodi respexisse Opera cum per se est probabile tum comprobatur fragmentis, cf. potissimum frg. 11 cum v. 385 sq. At ille ultra Hesiodum progressus est, cum non solum aequinoctia induceret ac tempora eorum circumscribere conaretur, sed etiam signo-

1) Scholia ad Arati v. 45 haec habent: παραβάλλει το πολυκαμπές τῶν ποταμίων ὑδάτων πρὸς το τοῦ Δράκοντος μέγεθος. καὶ ἐν τούτῳ δὲ Ἡσιόδου ζηλωτῆς φαίνεται· ἐκεῖνος γὰρ τὸν ποταμὸν εἶκασε δράκοντι, εἰπὼν 'καὶ τε διερχόμενος ἤπειγμένος ἐστὶ δράκων ὡς.' οὗτος δὲ τὸναντίον Δράκοντα ποταμὸν ἀνόμασε, μᾶλλον δὲ ἀπέικασε. Ignoravitne qui haec scripsit versum Astronomiae, quem Aratus imitatus est, an non sunt verba eiusdem, sed alius prior, alius altera pars, illa ad Astronomiam referenda, haec a redactore assuta?

rum figuras adumbraret, velut Draconis, qui nobis hic primum occurrit.

Fabulis eum non multum spatii concessisse supra p. 352 ex compluribus indiciis comprobavi; quod nunc eis, quae de eius aetate exploravimus, confirmatur; nam fabulas quae ad sidera spectent plerasque serae esse originis hodie turpe est nescire. At duas saltem, si Robertum audimus, ei eripere non licet, eam quae de Callisto est et quae de Orione. De Callisto facile est respondere: tertio enim quaestionis capite demonstravi eam a Callimacho primo cum astris conexam esse. Non ita pronum est certum ferre iudicium de Orionis fabula. Quae alia sane ac singulari est natura. Neque enim a terra ad caelum translata videtur, sed ex ipsa caelestium contemplatione nata, Orionis dico occidentis et Scorpionis ex adverso orientis, de qua re egregie disputavit post Buttmannum (*Diss. acad. Berol.* 1826 p. 56) Robert in *Erat. C. r.* p. 238. Ab Hesiodo autem eam enarratam esse non solum Eratosthenes in *Catast.* XXXII, verum etiam Diodorus Siculus IV 85 testatur, nec quae hic tradidit pleniori *Catasterismorum* narrationi repugnant, sed suppleant eam potius (cf. Robert p. 238 adn. 3). Sed quo eam carmine Hesiodus quem vocant protulerit, manet incertum. Licet cogitare tam de Astronomiae auctore, qui intextis Orionis fati prolatae disciplinae siccitatem iucunde temperaverit, sicut etiam Aratus praeter consuetudinem semel in longiorem de Iustitia et III aetatibus narrationem exspatiatus est (100—136), quam de eo qui Eoeas composuit, quoniam Orionem non trium deorum opera genitum — qualis posterioribus, inter quos iam Pindarus, visus est —, sed ab Euryale, Minois filia, et Neptuno ortum refert. Certum igitur fabulae in Astronomia pertractatae exemplum deest. Atque ego quidem veri esse similius duco in Eoeis quam in Astronomia uberrimam illam de Orionis gestis et fati narrationem exstitisse.

Historia fabulae brevis in conspectu posita.



ADDENDUM

De fide fragmentorum, quae Hesiodo tribuuntur, nuperrime disputavit Sittl Stud. Vindob. XII (1890) p. 38—65, sed haud scio an nimius in dam-nando; certe non recte iudicavit de frg. 16 (ed. Rz.) p. 48 aut de frg. 15 p. 57; dubitare — id nunc concedo — licet de frg. 226, quod Nauckium secutus in suspicionem vocat p. 48, qua de causa velim quae p. 351 sq. et 358 inde effeci non pro certis invictisque habeantur, sed pro veri simillimis. De Georgii Hamartoli testimonio (frg. 19), quod ad Op., non ad Astronomiam refert p. 60, utrum statuas, non tantum interest.

INDEX RERUM

- Aeschyli *Καλλιστὸς* 241
 Alcaei *Καλλιστὸς* 258 a. 2
 Amphis quid narraverit 259
 Apollodori Ath. catalogi verba emendantur 239 sqq.
 Apollod. Bibl. III 8, 2, 2 tractatur 237; III 8, 2, 3 tract. 282, adhibetur 343; III 8, 2, 3 sqq. adhib. 284 sq. et 292 sqq.; III 8, 2, 4 adhib. 272
 Aratum carmen astronomicum Hesiodicum adhibuisse 352 et 358. Arati interpres Lat. adhib. 290
 Arcades quid narraverint 282; quo exemplo ducti videantur 283
 Arcas et Pan gemini 238 et 241; Arcas filius Apollinis 343 sq., Orcho-meni 344; a Lycaone avo interfectus 308 sq.; in nummis repraesentatus Pheneatarum 275, Arcadum 278
 Ariaethus quando scripserit 306
 ἄρκατοι Atticae quid significaverint 246 sq.
 artium opera quae ad fabulam pertineant 320 sq. et 342 sq.
- Callimachus quid narraverit 292 sqq.; qua ratione usus sit 296 et 304; fabulam ubi tetigerit 302, ubi narrasse videatur 302; eius narrationem in compendia transiisse 313; qui eam significasse videantur 316; qui eam paulum immutaverint (mythographus) 286 et 293 a. h et 316, (catasterism. scriptor) 289 et 296 et 316; qui eam auxerint (Ariaethus addita Genucularii explicatione) 305, (auctor schol. Arat. 27 adiecta Callistus cane) 319 sq.; qui eam adhibuerint (Eratosthenes) 306 sq., (Ovidius) 322 sq.

Callisto an Calisto Romani scripserint 235 a. 1; Callistus nomen in Attica frequens 258 a. 2; Callisto num in ursa nummorum agnoscenda sit 243 sqq.; quando sit cum Ursa caeli conexa 297 sq., qualis in nummis Orchomeniorum et Methydriensium intellegenda 278 sqq., qualis ab Arcadibus repraesentata 280 a. 1; eius genealogiae tract. 237 et 344 sqq.
 canis in nummis ac templo Dianae adiecta 273
 Certam. Hom. et Hes. vs. 111 sq. adhib. 242 et 272
 Clem. Rom. Homil. V 13 tract. 253 et 320
 Collect. fabul. Vindob. locus emendatur 240

Dante laudatur 342

Dianam impios occidere 282 a. 2

Eratosthenis Catast. I initium quomodo accipiendum sit 260 sq., Catast. I VIII II adhibentur 306 sqq., Catast. epit. II tractatur 290 sqq.; ad Eratosthenem redire Catasterismorum materiem 311 sq.; Eratosthenes quid narraverit 307 sq., qua ratione usus sit 308 sqq.; qui eum secuti sint (scriptores Romani) 314 sqq., (script. Graeci) 317 sq., (Ovidius in Met. et Fastis) 322 sq.

Euripidis Helenae tractantur vs. 375—380 251 sqq., vs. 381—383 256 sq.;

Euripides quam fabulae formam significasse videatur 258 et 295

Eustathii p. 1212 ad Σ 485 narratio unde sumpta videatur 284

Fabulae in nummis Arcadicis (quando repraesentari coeptae sint) 250, (quae repraesentatae sint) 250 a. 2 et 273 sqq.; in carmine astronomico Hesiodico 352 et 359

Genicularium quis cum Ursa iunxerit 305

Heliadum apud mythographos Lat. fabula quo redeat 335

Hesiodus quid narraverit 270 sq.; quae narrationis sit ratio 271; Hesiodum qui secuti sint 272, quomodo Eratosthenes adhibuerit 306 sq. — Hesiodi carminis astronomici fragmenta tractantur 349 sqq. et uno augentur 351 sq., aetas definitur 353 sqq.; fabulae num quae recte eo referantur 352 et 359

Hygini Astr. II 1 p. 31, 3—6 B. tractantur 289 sqq. et adhibentur 293 sq., p. 31, 6—13 B. tract. 287 sqq. et adh. 293 sq., p. 31, 14—17 B. tract. 329, p. 31, 18—22 B. tract. 305. Fab. 154 tract. 335 a. 1, 176 309 et 330 sq., 177 (versus ab interpolatore additi) 325 sqq. et 328 sq. et (quo fabula redeat) 331 sq.

Icarii et Callistus fabulas deinceps ab Eratosthene ad Ursam explicandam adhibitas esse 311 sqq.

interpretationes fabulae enumerantur 347

Isidori Etym. III 35 quo redeat 338 sq.

Istri fragm. 57 adhib. 237, 286, 294 a. q, 303, 346 sq.

Lact. ad Stat. Theb. VIII 414 adhib. 309, III 635 cum eis qui ex eodem fonte hauserunt componitur 331 sq.

Liban. p. 1101 adhib. 284 sq. et 293 sq.

Lycaonis cum Callistus fabula quomodo copulata sit 309 et 330 sq.

Megistus nomen ex Tegeatarum memoria petium videri 305

Metamorphoseon Ovidii argumentis quae inserta sunt testimonia examinantur 261 sqq.; argumenta esse interpolata 264 a. 1, ex ampliore commentario residua 330; quomodo cum hoc cohaereant 335 sq.; argum. II 2. 3 tractantur 335 a. 1, II 5. 6 336 sq. Etiam Graecam fuisse Metam. epitomen 264 a. 1

Mythographus Vat. II 58 sq. unde fabulam descripsit 331 sqq.

Nonnum ex Eratosthene pendere 318 sq.

nummi tractantur Byzantium 250 a. 1, Heraensium 274 sqq., Mantinensium 242 sqq., Metapontinorum 250 a. 1, Methydriensium 274 sqq., Orchomeniorum 273 sqq., Pheneatarum 275 sqq.; nummorum signa quam vim habuerint 243 sq. et 249 a. 2

Ovidius fabulam ubi tetigerit 315 sq., quibus auctoribus usus narraverit 322 sq. et 328; num ex syntagmate hauserit 324; quid in componendo ipse praestiterit 323 sq.; ex Ovidio qui pendeant 333 sq. et 338 sqq.; eius narrationem in Verg. Georg. commentarium transiisse 335, sed per Metamorphoseon epitomen 335

Palaephatum quem secutus sit 272

Panem qui Arcadis gemellum dixerint 238 et 240, qui nympha natum 238

Parmeniscus quid narrasse videatur 288 sq.

Paus. VIII 3, 6 sqq. adhib. 284 sq. et 293 sq.

Philippum Opuntium in Epinom. Astronomiam Hesiodeam designare 357

Polygnotus qualem Callisto pinxerit 241, quem secutus videatur 272

Schol. ad Theocr. I 123 tract. 266 sqq. et 299 a. 1, I 126 301 a. 1

schol. Arat. 27 tract. 319 sq.

schol. Germ. BP 59, 5 et G 114, 9 adhib. 290, schol. Germ. Stroz. 174, 13 335 a. 1

schol. Ven. A ad Σ 487 adhib. 284 sq. et 292 sqq.

scholia Vergiliana quae de Callisto prodant 333 sq.

Seneca qua ratione sidera usurpaverit 339 a. 1

Servii interpol. ad Verg. Georg. I 246 adhib. 290, Serv. ad Aen. X 189 et Buc. VI 62 335 a. 1

sidera inter deos numerari 284 a. 2 et 340 a. 3

Stadium ex Ovidio pendere 338 sq.

Taurum in nummis Byzantium falso intellectum esse 250 a. 1

Taygetae fabula quae fuerit 256 sq.

Themistus nomen unde Ister accepisse videatur 346 sq.

Theocritum ad Callimachi inventum alluisse 302; Theocr. I 123 sqq. tract. 300 sqq.

Tzetiam ad Hes. Op. 564 ex Ovidio pendere 341

Ursam maiorem quis cum Genculario iunxerit 305, num quis cum Leone 320, quis cum Ursa minore et Arctophylace 306; qui pro plaustro habuerint 303 et 311; qui ante Callimachum commemoraverint poetae 298 sq., qui explicaverint 303 a. 2; quis cur nunquam occidat explicaverit 325; Ursae nomen quomodo explicandum sit 297 a. 3; eius interpretationes mixtas esse 318 sq. Ursam minorem esse etiam pro Callistis cane habitam 319 sq. Ad Ursas quae pertineant artium opera 320 a. 2

ursae in nummis superposita quid stella significet 320 a. 2; ursae quid velit in nummis Mantinensium 242 sqq., Aeduarum 248 a. 3; ursam Dianae sacram fuisse 244 sqq.

TABULA ARGUMENTI

	pagina
Praefatio	235 sq.
I. De forma fabulae Hesiodica	
1. De poetis epicis et genealogis	237 sq.
2. De Epimenide	238
3. De Aeschilo	239—241
4. De Polygnoto et Alcidasante	241 sq.
5. De nummis aliquot Mantinensium	242—251
6. De Euripide	251—258
7. De Amphide	258—260
8. De Hesiodo	260—272
II. De forma Arcadica	
1. Quid ex litteris ad nos pervenerit	272 sq.
2. Quid ex nummis Arcadicis discamus	273—283
III. De forma Callimachea	
1. V narrationes Graecae quo redeant	283—287
2. De Hygini eiusdem argumenti narratione	287—289
3. De Hygini simili narratione	289—292
4. Callimachi narratio quae fuerit et quomodo orta sit	292—297
5. Ante Callimachum quae Ursae fata fuerint	297—299

	pagina
6. Callimachi inventum qui primi occuparint	299—303
7. Posterioribus qua re Callimachi narratio approbata sit	303 sq.
8. Ariaethus quid novaverit	305 sq.
IV. De forma Eratosthenica	
1. Narratio ex Catasterismis refingenda quae et qualis et cuius fuerit	306—313
2. Post Eratosthenem qui fabulam tetigerint apud Romanos	313—316
3. Qui eam tetigerint apud Graecos	316—319
4. De Callistus cane	319 sq.
5. De Ursa cum Leone iuncta	320
6. Artificum monumenta quae ad Callisto pertineant Graeca	320 sq.
V. De forma Ovidiana	
1. Ovidii narratio quomodo orta sit	321—328
2. Ignoti poetae Romani versus quo unde pervenerint . .	328—330
3. Mythographi Latini unde fabulam acceperint	330—335
4. De Metamorphoseon epitome	335—337
5. Post Ovidium qui fabulam tetigerint	338—342
6. In vasculo argenteo quomodo fabula expressa sit . .	342 sq.
VI. Appendix	
1. De dissona quadam fabulae memoria	343 sq.
2. De Callistus genealogiis	344—347
3. De fabulae interpretatione	347
Epimetrum quod est de Hesiodico carmine astronomico . . .	348—359
Fabulae historia brevi in conspectu posita	360
Addendum	361
Index rerum	361—364

367

DIE PARODOS DER ACHARNER
IN IHRER COMPOSITIONSFORM
ERLAEUTERT
VON
CURT WACHSMUTH

Die Parödos der Aristophanischen Acharner ist in neuerer Zeit wiederholt auf ihre Composition und Vortragsweise untersucht worden¹⁾ und wirklich erheischt sie, wie alle Kunstformen in dieser ältesten aller uns erhaltenen Komödien, in besonderem Grade eindringendes Studium. Freilich wenn man die neuerdings aufgestellten Erklärungen und Auslegungen unter einander vergleicht und fast in allen Einzelheiten der Auffassung weit auseinandergelungene Meinungsverschiedenheiten erblickt, kann man leicht den Eindruck erhalten, als ob hier schliesslich doch Alles schwankend bleibe und ein über subjective Ueberzeugtheit hinausgehendes, auf unzweideutige sachliche Kriterien gegründetes Ergebniss nicht erreichbar sei. Ich theile diese Verzagtheit nicht, meine vielmehr, dass alle bisherigen Versuche gemeinschaftlich an einem Fehler leiden, nämlich an dem, dass sie nicht zuvor eine um die Gesamtdisposition gänzlich unbekümmerte kritische Einzelbehandlung der überlieferten Verse und ihres Zusammenhangs durchgeführt haben. Da hier in der That mancherlei in Ordnung zu bringen ist, konnte das gleich auf das Ganze gerichtete Bemühen nicht anders als das richtige Ziel ganz oder theilweise verfehlen oder

1) Arnoldt, *scenische Untersuchungen über den Chor bei Aristophanes* (Elbinger Gymn.-Prg. 1871) S. 1—10; im Wesentlichen wiederholt von dems. in seinem Buche *Die Chorpartien bei Aristophanes* (1873) S. 30 ff.; Muff, *über den Vortrag der chorischen Partien bei Ar.* (1872) S. 7 f.; 82 ff.; 122 f.; 125 u. 134; Christ in Abh. der Bayer. Akad. philol.-philol. Cl. (1876) XIV. Bd., 2. Abth. (*Theilung des Chors im attischen Drama mit Bezug auf die metrische Form der Chorlieder*) S. 214 f.; Zielinski, *die Gliederung der altatt. Komödie* (1885) S. 128 ff., 352 f. Betreffs der trochäischen Scene (V. 303—334) vgl. auch Oeri (*die Respon-sion bei Ar.*) in Jahrb. f. Philol. 1870 S. 386 f.

musste mindestens für das richtige Erkante der vollen Beweiskraft entbehren. Stellen wir dagegen erst fest, was die Einzelerwägung mit voller Bestimmtheit erkennen lässt, so ist jedenfalls das Fundament gesichert und wir können mit grösserer Zuversicht an die weitere Reconstructionsarbeit gehen, die ihrer Natur nach hypothetischer bleibt. In diesem Falle freilich liegt die Sache sehr klar. Denn überblicken wir nur das bereits Gewonnene, so ergibt sich von selbst eine Gliederung, die in ihrer Einfachheit und augenfälligen Regelmässigkeit nur einer kurzen Erläuterung, aber gar keiner weiteren Empfehlung bedarf. Es sei jedoch gestattet, der Kürze und Uebersichtlichkeit halber den Text der gesammten in Frage stehenden Partie gleich hier in der Gestalt und in der Disposition vorzuschicken, die in ihrer Richtigkeit zu erweisen die Aufgabe dieses Aufsatzes ist.

Einzugslied des Chores

Strophe

Erste Chorreihe (troch. Tetram.)

- 204 Τῆδε πᾶς ἔπον, δίωκε καὶ τὸν ἄνδρα πυνθάνου
 205 τῶν ὁδοιπόρων ἀπάντων· τῆ πόλει γὰρ ἄξιον
 206 ξυλλαβεῖν τὸν ἄνδρα τοῦτον· ἀλλὰ μοι μνηύσατε,
 207 εἴ τις οἶδ', ὅποι τέτραπται γῆς ὁ τὰς σπονδάς φέρων.

Zweite Chorreihe (paeon. Kret.)

- 208—210 Ἐκπέφυγ', οἴχεται | φροῦδος· οἴμοι τάλας | τῶν
 ἐτῶν τῶν ἐμῶν.
 211—213 οὐκ ἂν ἐπ' ἐμῆς γε νεό | τητος, ὅτ' ἐγὼ φέρων | ἀν-
 θράκων φορτίον
 214 ἠκολούθουν Φάλλῳ τρέχων, ὤδε φαύλως ἂν ὁ
 215. 216 σπονδοφόρος οὗτος ὑπ' ἐ | μοῦ τότε διωκόμενος
 217. 218 ἐξέφυγεν οὐδ' ἂν ἔλαφ | ρῶς ἂν ἀπεπλίξατο.

Gegenstrophe

Dritte Chorreihe (troch. Tetram.)

- 219 νῦν δ' ἐπειδὴ στερερὸν ἦδη τοῦμόν ἀντικνήμιον,
 220 καὶ παλαιῷ Λακρᾶτείδῃ τὸ σκέλος βαρύνεται,

- 221 οἴχεται. διωκτέος δέ· μὴ γὰρ ἐγγάνοι ποτὲ
 222 μηδέπερ γέροντας ὄντας ἐκφυγῶν Ἀχαρνέας,
 Vierte Chorreihe (paeon. Kret.)
 223—225 ὅστις — ὦ Ζεῦ πάτερ | καὶ θεοί —· τοῖσιν ἐχ | θροῖ-
 σιν ἐσπέισατο,
 226—228 οἴσι παρ' ἐμοῦ πόλεμος | ἐχθοδοπὸς αὐξεται | τῶν
 ἐμῶν χωρίων.
 229 κοῦκ ἀνήσω, πρὶν ἂν σχοῖνος αὐτοῖσιν ἀντεμπαγῶ
 230. 231 ὀξύς ὀδυνηρός <ἀνι | αρός>¹⁾ ἐπίκωπος, ἵνα
 232. 233 μήποτε πατῶσιν ἔτι | τὰς ἐμὰς ἀμπέλους.

Chorführer

- 234 ἀλλὰ δεῖ ζητεῖν τὸν ἄνδρα καὶ βάλλειν Βαλλήναδε
 235 καὶ διώκειν γῆν πρὸ γῆς, ἕως ἂν εὐρεθῇ ποτε,
 236 ὡς ἐγὼ βάλλων ἐκείνον οὐκ ἂν ἐμπλήμην λίθοις.

Dikaiopolis

- 237 εὐφημεῖτε, εὐφημεῖτε.

Chorführer

- 238 σῖγα πᾶς! ἤκούσατ', ἄνδρες, ἄρα τῆς εὐφημίας;
 239 οὗτος αὐτός ἐστιν, ὃν ζητοῦμεν· ἀλλὰ δεῦρο πᾶς
 240 ἐκποδῶν! θύσων γὰρ ἀνὴρ ὡς ἔοικ' ἐξέρχεται.

Es folgt jetzt (V. 241—279) die Procession, welche Dikaiopolis mit Tochter und Sklaven zu Ehren des Dionysos begeht, er seinerseits unter Absingung des Phalesliedes, hierauf das mit Frau und Tochter dem Gott dargebrachte Opfer²⁾ und die Schlussanrede an Phales. Der Chor, der sich auf Geheiss seines Führers während dieser heiligen Handlungen beiseits gehalten, stürzt nun auf Dikaiopolis los.

Chorführer

- 280 οὗτος αὐτός ἐστιν, οὗτος.

1) Ich habe, natürlich nur zur Exemplifikation, Blaydes' Ergänzung aufgenommen.

2) Die Umstellung der V. 244—246 nach V. 275 hat Haupt, *Opusc.* II p. 465 erwiesen, die Betheiligung der Frau am Opfer zuletzt Schneider in *Jahrb. f. Philol.* 1877 S. 301.

Gesammtchor

281 βάλλε, βάλλε, βάλλε, βάλλε.

Chorführer

282 παῖε πᾶς ¹⁾ τὸν μιαρὸν.

Gesammtchor

283 οὐ βαλεῖς; οὐ βαλεῖς;

Wechselgesang zwischen Dikaiopolis und Chor

(Dik. in troch. Tetram., Chor in pöonischem Maass)

Strophe

Dikaiopolis

284 Ἡράκλεις, τουτὶ τί ἐστι; τὴν χύτραν συντρίψετε.

Erste Chorreihe

285 σὲ μὲν οὖν καταλεύσομεν, ὧ̄ μιὰρὰ κεφαλῆ.

Dikaiopolis

286 ἀντὶ ποίας αἰτίας, ωχαρνέων γεραίτατοι;

Zweite Chorreihe

287. 288 τοῦτ' ἐρωτᾶς; ἀναί | σχυντος εἶ καὶ βδελυρός,

289. 290 ὧ̄ προδότα τῆς πατρίδος, | ὅστις ἡμῶν μόνος

291. 292 σπείσάμενος, εἶτα δύνα | σαι πρὸς ἔμ' ἀποβλέπειν.

Dikaiopolis

293 ἀντὶ δ' ὧ̄ν ἐσπείσάμην ἀκούσατ' ²⁾, ἀλλ' ἀκούσατε.

Dritte Chorreihe

294. 295 σοῦ γ' ἀκούσωμεν; ἀπο | λεῖ· κατὰ σε χώσομεν τοῖς
λίθοις.

Dikaiopolis

296 μηδαμῶς πρὶν ἄν γ' ³⁾ ἀκούσετ'· ἀλλ' ἀνάσχεσθ', ὧ̄γαθοί.

Vierte Chorreihe

297. 298 οὐκ ἀνασχήσομαι· | μηδὲ λέγε μοι σὺ λόγόν·

299. 300 ὧ̄ς μεμίσηκά σε Κλέ | ωνος ἔτι μᾶλλον, ὄν

301. 302 κατατεμῶ τοῖσιν ἴπ | πεῦσι καττύματα ⁴⁾.

1) πᾶς Bergk für παῖε.

2) ἀκούσατ' Hamaker und Bergk für οὐκ ἴσατ' im Rav.

3) πρὶν ἄν γ' für πρὶν γ' ἄν Bentley.

4) ὄν ἐγὼ κατατεμῶ τοῖσιν ἰππεῦσιν ποτ' ἐς (εἰς) καττύματα Rav. und Paris. A.; ebenso Suid. u. d. W. καττύματα, nur lässt er ποτ' weg; ποτ' und ἐς hat Bergk getilgt.

Trochäische Mesodos in drei Absätzen

Erster Absatz ¹⁾

Dikaiopolis

315 τοῦτο τοῦτος δεινὸν ἤδη καὶ ταραξικάρδιον.

Erste Chorreihe

316 ἦ ²⁾ σὺ τολμήσεις ὑπὲρ τῶν πολεμίων ἡμῖν λέγειν;

Dikaiopolis

318 ὑπὲρ ἐπιξήγου ³⁾ θελήσω τήνδε κεφαλὴν σχῶν ³⁾ λέγειν.

317 κἄν γε μὴ λέξω δίκαια μηδὲ τῷ πλήθει δοκῶ —

Zweite Chorreihe

303 σοῦ δ' ἐγὼ λόγους λέγοντος οὐκ ἀκούσομαι μακροῦς,

304 ὅστις ἐσπείσω Λάκωσιν, ἀλλὰ τιμωρήσομαι.

Dikaiopolis

305 ὦγαθοί, τοὺς μὲν Λάκωνας ἐκποδῶν ἐάσατε·

306 τῶν δ' ἐμῶν σπονδῶν ἀκούσατ', εἰ καλῶς ἐσπείσαμην.

Dritte Chorreihe

307 πῶς δ' ἔτ' ἂν ⁴⁾ καλῶς λέγοις, ἐπέπερ ⁵⁾ ἐσπείσω γ' ἄπαξ,

308 οἷσιν οὔτε βωμὸς οὔτε πίστις οὔθ' ὄρκος μένει;

Dikaiopolis

309 οἶδ' ἐγὼ καὶ τοὺς Λάκωνας, οἷς ἄγαν ἐγχείμεθα,

310 οὐχ ἀπάντων ὄντας ἡμῖν αἰτίους τῶν πραγμάτων.

Vierte Chorreihe

311 οὐχ ἀπάντων, ὧ̄ πανοῦργε; τὰντα δὴ τολμᾷς λέγειν,

312 ἐμφανῆς ἤδη πρὸς ἡμᾶς; εἶτ' ἐγὼ σου φείσομαι;

Mittlerer Absatz

Dikaiopolis

313 οὐχ ἀπάντων, οὐχ ἀπάντων· ἀλλ' ἐγὼ λέγων ὁδὶ

314 πόλλ' ἂν ἀποσφῆναιμ', ἐκείνους ἔσθ' ἃ κἀδικουμένους.

Erste Chorreihe

319 εἰπέ μοι, τί φειδόμεσθα τῶν λίθων, ὧ̄ δημόται,

1) Ueber die Umsetzung der Verse 315—318 und die Vertauschung von 317 und 318 s. unten S. 377 ff.

2) ἦ habe ich für εἰ geschrieben; s. unten S. 379.

3) τήνδε κεφαλὴν σχῶν Meineke für τὴν κεφαλὴν ἔχων.

4) δ' ἔτ' ἂν Elmsley für δέ γ' ἂν.

5) ἐπέπερ Cobet für ἂν εἶπερ.

320 μὴ οὐ καταξάινειν τὸν ἄνδρα τοῦτον ἐς φοινικίδα;
Dikaiopolis

321 οἶον αὖ μέλας τις ὑμῖν θυμάλωψ ἐπέξισεν·

322 οὐκ ἀκούσεσθ', οὐκ ἀκούσεσθ' ἑτέρον, ὡ³χαρνηίδαί;

Zweite Chorreihe

323 οὐκ ἀκουσόμεσθα δῆτα.

Dritte Chorreihe

324 μηδαμῶς, ὡ³χαρνηικό¹).

Vierte Chorreihe

324 ἐξολοίμην, ἦν ἀκούσω.

Dikaiopolis

323 δεινά τᾶρα πείσομαι¹).

Letzter Absatz

Erste Chorreihe

325 ὡς τεθνήξων ἴσθι νυνί.

Dikaiopolis

δήξομ' ἄρ' ὑμᾶς²) ἐγώ.

326 ἀνταποκτενῶ γὰρ ὑμῶν τῶν φίλων τοὺς φιλιátους·

327 ὡς ἔχω γ' ὑμῶν δμήρους, οὓς ἀποσφάξω λαβῶν.

Zweite Chorreihe

328 εἰπέ μοι, τί τοῦτ' ἀπειλεῖ τοῦπος, ἄνδρες δημόται,

329 τοῖς Ἀχαρνηκοῖσιν ἡμῖν;

Dritte Chorreihe

μῶν ἔχει του παιδίον

330 τῶν παρόντων ἔνδον εἶρξας; ἦ' πὶ τῷ θρασύνεται;

Dikaiopolis

331 βάλλετ', εἰ βούλεσθ'· ἐγὼ γὰρ τουτονὶ διαφθερῶ·

332 εἴσομαι δ' ὑμῶν τάχ' ὅστις ἀνθράκων τι κήδεταί.

Vierte Chorreihe

333 ὡς ἀπολόμεσθ'· ὁ λάρκος δημότης ὅδ' ἔστ' ἐμός.

334 ἀλλὰ μὴ δράσης, ὁ μέλλεις, μηδαμῶς, ὡ³ μηδαμῶς.

1) Ueber die von mir vorgenommene Umstellung dieser beiden Vershälften siehe unten S. 380 f.

2) So Dindorf für δειξομαι ὑμᾶς ἄρ' im Rav., δήξομαι γὰρ ὑμᾶς im Par. A.

Wechselgesang zwischen Dikaiopolis und Chor

(Dik. in troch. Tetram., Chor in päonischem Maass)

Gegenstrophe

Dikaiopolis

335 ὡς ἀποκτενῶ· κέρραχθ'· ἐγὼ γὰρ οὐκ ἀκούσομαι.

Erste Chorreihe

336 ἀπολεῖς ἄρ' ἀφήλικα¹⁾ τόνδε φιλανθρακέα;

Dikaiopolis

337 οὐδ' ἐμοῦ λέγοντος ὑμεῖς ἀρτίως ἠκούσατε.

Zweite Chorreihe

338 ἀλλὰ νυνὶ²⁾ λέγ', εἴ τοι δοκεῖ σοι, τὸ Λακε-339 δαιμόνιον αὖθ'· ὅποιω τρόπῳ σοῦσι φίλον³⁾.

340 ὡς τότε τὸ λαρκίδιον οὐ προδώσω ποτέ.

Dikaiopolis

341 τοὺς λίθους νῦν⁴⁾ μοι χαμᾶζε πρῶτον ἐξεράσατε.

Dritte Chorreihe

342 οὐτοί σοι χαμαί· καὶ σὺ κατάθου πάλιν τὸ ξίφος.

Dikaiopolis

343 ἀλλ' ὅπως μὴ τοῖς τρίβωσιν ἐγκάθηνται που λίθοι.

Vierte Chorreihe

344 ἐκσέσεισται χαμᾶζ'. οὐχ ὄρᾳς σειόμενον;

345 ἀλλὰ μὴ μοι πρόφασιν, ἀλλὰ κατάθου τὸ βέλος·

346 ὡς ὅδε γε σειστός⁵⁾ ἅμα τῇ στροφῇ γίγνεται.

(Kordax des Chores)

1) ἄρ' ἀφήλικα Bergk für ἄρα τὸν ἤλικα, auf den jugendlichen Kohlenkorb bezogen.

2) νυνὶ Brunck für νῦν.

3) Die Verbesserung stammt von Bergk; nur habe ich sein ὅτῳ τῷ τρόπῳ (was bei Aristoph. nicht zulässig ist) durch ὅποιω τρόπῳ ersetzt; εἴ τοι σοι δοκεῖ τὸν Λακεδαιμόνιον αὐτὸν ὅτι τῷ τρόπῳ σοῦσι φίλος Rav., εἴ σοι δοκεῖ τὸν τε Λακεδαιμόνιον αὐτὸν ὅ, τι τῷ τρόπῳ σοῦσι φίλον Par. A.

4) λίθους νῦν μοι Brunck für νῦν μοι λίθους.

5) σειστός für das überlieferte σειστός mit Pökel in Jahrb. f. Philol. 1888 S. 245 zu schreiben, ist überflüssig: zu ὅδε ist natürlich, wie z. B. Blydes erklärt, τρίβων zu ergänzen und σειστός γίγνεται ist gesagt, wie ἀνάραστον γεγόναι bei Plato Phaedr. p. 229 b oder ἀνασπάστους γεγόναι bei Xenoph. Memor. IV 2, 32.

Der Verlauf der Handlung in dieser Partie ist im Anfang ja ganz klar. Erst eilt der Chor alter Acharner (in Gruppen?) herbei, in hastiger Verfolgung des Dikaiopolis begriffen und singt, bewegt von Zorn über dessen Verrath und von Schmerz über seine Altersschwäche, die dessen Entwischen ermöglicht, das Einzugslied. Schon ist der Befehl den Verfolgten unermüdlich weiter zu suchen ertheilt, als dieser selbst erscheint, im Begriff dem Dionysos Procession und Opfer zu bringen, und andächtiges Schweigen erheischt. Kaum ist jedoch die heilige Handlung vorüber, so stürzt der Chor voll Erbitterung auf den eigenmächtigen Friedensschliesser los, ihn mit Steinen bewerfend. Und so erhebt sich der erste leidenschaftliche Wechselgesang (Strophe), bei dem die erregten Alten sich des stürmischen päonischen Maasses bedienen, jener den ruhigeren trochäischen Tetrameter anwendet.

Nun aber tritt ein plötzlicher Wechsel in der Stimmung ein; hatte bisher der Chor auch das geringste Wort der Vertheidigung von Dikaiopolis entrüstet zurückgewiesen, so erklärt er jetzt bloss, keine langen Reden anhören zu wollen (V. 303 f.). Wir sehen jedoch keinerlei Grund für diesen Wechsel: es müsste doch — sollte man denken — irgend etwas eingetreten sein, was denselben motivirte oder begreiflich machte, mindestens eine nochmalige Bitte um Gehör in einer allenfalls annehmbaren Form¹⁾. Allein in dem überlieferten Text fehlt jedes derartige Motiv: sollte es aber ursprünglich schon gefehlt haben? Sollte gar in einem Athem der Chor gesagt haben *μηδὲ λέγε μοι σὺ λόγον. . . σοῦ δ' ἐγὼ λόγους λέγοντος οὐκ ἀκούσομαι μακρούς*? Das ist der erste Anstoss: zu diesem gesellt sich sofort ein zweiter. Die (wir wissen zunächst nicht auf

1) Zielinski S. 129 schreibt freilich einfach: 'nachdem sich die Wogen des ersten Zorns gelegt haben, ist er (der Chor) so weit, dass er mit sich reden lässt'. Es ist ja aber bisher von Seiten des Dik. gar nichts geschehen, um den Zorn zu beschwichtigen; er hat die guten Alten im Gegentheile durch seine Art der Behandlung nur weiter gereizt und es so dahin gebracht, dass die letzte Aeusserung des Chors (V. 297—302) die heftigste von allen ist.

welche Weise) eingeleitete, wenn auch noch immer erregte, Verhandlung macht einem neuen Sturm (α^5 V. 321) der Ent-rüstung Platz (V. 319 ff.) und zwar auffallender Weise, nach-dem der Verräther soeben seine Bereitwilligkeit erklärt hat, seinen Kopf auf den Hackblock zu legen und so seine Ver-theidigung zu führen. Vergeblich fragen wir, was in diesem Vorschlag so Aufregendes enthalten sein könne. Hatte nicht Dikaiopolis zuvor ganz anders starke Dinge gesagt: er habe $\kappa\lambda\omega\varsigma$ seinen Vertrag abgeschlossen, die Lakoner seien nicht an allen Verlegenheiten Athens schuld; ja, er könne beweisen, dass ihnen wiederholt Unrecht gethan sei? Das ist doch wahr-lich eine Klimax, deren letztes Glied wenn irgend etwas ein Aufbrausen der kriegswüthigen Bauern hervorrufen musste. Hier gleich nach V. 314 würden wir also V. 319 sehr ver-ständlich finden: aber die dazwischen geschobenen Verse 315 bis 318 bringen nicht, was wir brauchen, bringen dagegen eben jenen Vorschlag mit dem Hackblock, den wir hier gar nicht brauchen können.

Vielmehr enthält derselbe in der That ein Entgegenkommen des Dikaiopolis, sogar eine weitgehende Concession, die er der Erregung der biedereren Landleute macht: er giebt sich im Ver-trauen auf die Gerechtigkeit seiner Sache damit ja wehrlos in ihre Hände. Also war eben dieser Vorschlag sehr wohl geeignet, die Umstimmung der Acharner herbeizuführen, die bisher unmotivirt war.

Schon diese allgemeine Betrachtung muss die Vermuthung nahe legen, ob nicht jene vier Verse 315—318 an ihrer Stelle auszuscheiden und vor V. 303 einzuschalten und so mit ein und derselben kritischen Operation beide Anstösse gleichmässig zu heben seien.

Die Einzelbetrachtung der fraglichen vier Verse bestätigt diese Vermuthung auf's Völligste ¹⁾. Bereits Brambach ²⁾ hat

1) Sollte es beiläufig Zufall sein, dass in dem Archetypus unserer Handschriften ein paar Verse oben (siehe S. 371 Anm. 2) 12 Zeilen, hier 2×12 Zeilen zu tief gerathen sind?

2) *Rhein. Mus.* XXI S. 149 ff.

treffend bemerkt, dass V. 315 und 316, die dem Chor zugetheilt zu werden pflegen, hier keinen irgend erträglichen Gedanken enthalten: mehr noch, sie stehen unter einander überhaupt in gar keinem Zusammenhang. Wenn wir sie nun aber mit demselben Gelehrten gleich nach V. 202 umstellen und sie zwischen Dikaiopolis und den Chor vertheilen, was ergiebt sich dann? Zunächst erwidert auf die heftige Aeusserung des Chores, er hasse ihn noch mehr als Kleon, den er zu Schuhsohlen für die Ritter zerschneiden wolle, Dikaiopolis durchaus passend: 'das ist ein fürchterliches und herzschreckendes Wort' (*ταράξικάριον* kommt erst so zu seiner vollen Bedeutung: vgl. *ταράξιππος*). Wir erhalten damit zugleich noch ein zweites sehr erwünschtes Ergebniss: der Anfang der trochäischen *μεσσοδος*, der in der bisherigen Textgestaltung gar nicht markirt war, indem der Chor zu reden fortfuhr, tritt nun scharf hervor: Dikaiopolis beginnt gleich wie die Strophe und die Antistrophe, so auch diese Mittelpartie und zwar mit einer Aeussereung, die einen Wendepunkt bezeichnet. Denn wenn er bisher sich so gestellt hat, als ob er den Zorn der erbosten Acharner gar nicht begreife, und sie mit überlegenem Hohn behandelt, ändert er, da er sieht, dass er so nicht zum Ziel kommt, die Taktik und äussert ernsthafte Besorgniss. Damit ist der erste Schritt zu einer neuen Entwicklung gethan, deren fernere Schritte durch V. 316—318 gegeben sind: zu ihrem Verständniss ist es nöthig, sich zuvor über die Stellung von V. 317 und 318 klar zu werden.

So wie sie in der Ueberlieferung auf einander folgen, stellt Dikaiopolis das Reden in der schon bezeichneten Situation (den Kopf auf den Hackblock gelegt) erst für den Fall in Aussicht, dass er mit seinen Ausführungen den Beifall seiner Gegner nicht erlange. Damit ist aber die Sachlage wesentlich verschoben: wie der weitere Gang der Komödie lehrt, will er ja vielmehr sofort in dieser gefährdeten Lage seine Apologie beginnen. Mithin muss nothwendig, wie schon Bakhuyzen-Saade sah ¹⁾, V. 318 voranstehen. Damit ist aber zugleich

1) *De parodia in com. Aristoph.* (1876) p. 2—7.

das Urtheil über V. 316 entschieden; er muss die Frage des Chores enthalten, auf die V. 318 die Antwort giebt. Also muss anstatt des gänzlich unmöglichen $\epsilon\lambda$ im Anfang, wie es oben (S. 373) geschehen, das fragende η gesetzt werden ¹⁾.

Endlich V. 317, nach 318 gesprochen, schliesst sich zwar an sich ganz gut an, giebt aber freilich nur einen abgebrochenen Satz; denn der Nachsatz fehlt. Allein der Gedanke 'dann schlagt mir den Kopf ab' ergänzt sich leicht und war durch die entsprechende Geste ohne Worte klar zu machen ²⁾. Eben diese sehr begreifliche, aber nicht begriffene Aposiopese hat offenbar die Umstellung der beiden Verse hervorgerufen.

Jetzt zeigt sich auch deutlich, wie die trochäische Mesodos ihrem Inhalte nach in drei Abschnitte zerfällt. Auf das Anerbieten des Dikaiopolis fängt der Chor wirklich an, mit ihm zu verhandeln: doch erhitzt sich die unwirsche Stimmung der Kohlenbrenner bei jeder neuen Aeusserung des Friedensschliessers zusehends. Dieser Streit bildet den ersten Abschnitt (V. 315—318. 303—312). Mit der Behauptung aber, dass auch den Spartanern öfters Unrecht gethan sei, tritt eine neue Wendung ein: mit dem Verhandeln ist's zu Ende und die Alten, die nichts mehr hören wollen, dringen aufs Neue auf den kühnen Sprecher ein (V. 314. 315. 319—324). Das ist der zweite Abschnitt. In dem Moment, wo es um Dikaiopolis geschehen scheint, ergreift er einen Kohlenkorb, der den Achauern gehört, und führt damit einen vollständigen Wandel der Dinge herbei: diesen Uebergang, die zuversichtliche Drohung des eben schwer Bedrohten, die aufkeimende Besorgniss der eben noch so erhitzten Gegner und ihre Verzweiflung, als

1) Brambach, der S. 150 über dies $\epsilon\lambda$ sonst richtig urtheilt, sucht es in dem Einzelvers, den er zuerst constituirt hat, vielmehr so zu erklären (S. 152), dass 'es an die frühere Abwehrgung des Chores (V. 299 f.) anschliesse'; indessen gäbe auch das, selbst ganz abgesehen von der Unmöglichkeit, einen Satz aus der Gesangstrophe in diese Mittelpartie hinübergehen zu lassen, keinen logisch korrekten Gedanken.

2) Schon Albert Müller (1863) hat diese *reticentia* ganz richtig erkannt, nur nicht die nöthigen Folgerungen aus der Erkenntniss gezogen,

ihnen die Gefahr, in der der geliebte Genosse schwebt, klar wird, schildert der dritte Abschnitt (V. 325—334).

So bildet die Gegenstrophe des Wechselgesangs ein drastisches Gegenstück zur Strophe, indem nun die Rollen geradezu umgetauscht sind, der Chor der Bittende ist und Dikaiopolis die Friedensbedingungen vorschreibt.

Nur eine Stelle bietet noch Schwierigkeiten, nämlich der zweite Halbvers 324 *μηδαμῶς, ὠχαρηνίολ*. An der Stelle, wo sie stehen, d. h. nach *ἐξολομίην ἢν ἀκούσω*, geben diese Worte überhaupt keinen Sinn. Sie können nicht, wenn man die überlieferte Personenbezeichnung¹⁾ festhält, wie man wohl gemeint hat, eine 'letzte Warnung' im Munde des Dikaiopolis abgeben in dem allgemeinen Sinne 'thut's nicht', 'haltet ein': denn es fehlt durchaus in dem Vorhergehenden ein Zeitwort, das hier ergänzt werden könnte, wie z. B. V. 296 zu *μηδαμῶς* aus den Worten des vorhergehenden Verses *κατά σε χῶσομεν τοῖς λίθοις* der nöthige Begriff zu entnehmen ist und ähnlich immer. Und aus demselben Grunde ist es unmöglich, sie mit Arnoldt in dem Sinne 'nichts da, ihr Acharner' dem Chore zuzuthemen. Eine Umstellung ist nöthig, wenn man das Ueberlieferte überhaupt halten und nicht zu dem verzweifelten und jeder Wahrscheinlichkeit entbehrenden Mittel des Herauswerfens greifen will. Zwei Umsetzungen sind bereits vorgeschlagen, die eine von Hamaker, die andere von Wold. Ribbeck, beide (bei sonstiger Verschiedenheit) darin übereinstimmend, dass dem Dikaiopolis die Worte belassen und nach der ersten Hälfte von V. 325 gestellt werden, so dass nun der nöthige Begriff aus *τεθνήξων* ergänzt werden kann: beide aber entschieden unglücklich, weil wesentliche Schönheiten der Stelle zerstört werden²⁾. Nur Eins ist noch möglich: man kann die beiden

1) Es ist ja übrigens bekannt genug, dass die in unseren Handschriften beige-schriebenen *πρόσωπα* nicht einmal den Werth alter Ueberlieferung haben: auf alter Grammatikertradition wenigstens beruhen nur die *παράγραφοι* und Doppelpunkte, die sich mindestens theilweise in unseren Handschriften erhalten haben.

2) Das hat vortrefflich Arnoldt im Progr. p. 6, im Buch p. 36 ff. dargelegt.

zweiten Vershälften von V. 323 und 324 ihre Plätze mit einander vertauschen lassen: dann ergänzt sich aus dem vorhergehenden ἀκουσόμεσθα leicht ein ἀκούσησθε. Damit ist zugleich gesagt, dass nur von irgend welchem Theile des Chores die Worte gesprochen sein können, nicht von Dikaiopolis¹⁾. Aber ein solcher Zuruf von besonders Eifrigen an die Gaugenossen²⁾ gerichtet, ist ja hier auch durchaus an seinem Platz. Diese Umstellung ist also zulässig, ja als die einzige mögliche nöthig. Und nun beachte man, wie die ganze Stelle an Energie des Ausdrucks gewonnen hat. Als nach dem ersten zornigen Aufwallen des Chores (V. 319. 320) Dikaiopolis in übermüthiger Sicherheit (natürlich bereits seinen genialen Einfall mit dem Kohlenkorb im Sinn) die aufbrausenden Kohlenbrenner aneredet hat: 'wollt ihr wirklich nicht hören?', da schallt ihm von allen Seiten ein 'Nein' entgegen und zwar in dreifacher Steigerung, erstens οὐκ ἀκουσόμεσθα δῆτα, zweitens μηδαμῶς (ἀκούσησθε) ὄχαρνικοί, und drittens ἐξολοίμην ἢν ἀκούσω. Und das Ganze schliesst vortrefflich mit den Worten des Dikaiopolis, die aus dieser allgemeinen Erhitzung das Facit ziehen: δεινὰ τάρρα πείσομαι.

Nun drängt sich aber an dieser Stelle unvermeidbar noch die schwierige Frage auf, die wir absichtlich bisher nicht angerührt haben: in welcher Form hat man sich die Betheiligung des Chores zu denken? Genügt es, die Vertheilung zwischen Gesamtchor und Koryphaios vorzunehmen?³⁾ Oder sind

1) Die Argumentation von Christ S. 179: 'enthalten die Schlussworte (V. 334 μηδαμῶς, ὃ μηδαμῶς) nicht eine wirkungsvollste Anspielung auf den Schluss des Verses 324 μηδαμῶς, ὄχαρνικοί, so dass derselbe, welche Schwierigkeiten auch immer seine Stellung bereiten mag, jedenfalls dem Dikaiopolis zu belassen ist', bleibt mir in allen ihren Theilen unverständlich.

2) Auch das mag erwähnt werden, dass Dik. den Chor immer spöttisch mit ὄγαθοί (V. 305) oder ὄχαρνέων γεραίτατοι (V. 286) oder ὄχαρνήδαι (V. 322) anredet, die Acharner selbst sich Ἀχαρνικοί (V. 329) oder Ἀχαρνέας (V. 222) nennen.

3) Wie Muff a. a. O. es thut; den Koryphaios lässt auch Christ S. 214 den Streit mit Dik. von 303—334 führen.

Halbhöre, sei es allein, sei es zusammen mit ihren Führern, thätig zu denken? ¹⁾ Oder ist dasselbe für Chorviertel anzunehmen? ²⁾ Oder sind die Verse gar an die vierundzwanzig Einzelchoreuten zu vertheilen? ³⁾ Oder endlich reichen die Indicien überall nicht aus, um ein festes Urtheil zu gewinnen? Beginnen wir auch hier mit dem Sicherem.

Zunächst heben sich aus der ganzen Menge deutlich genug hervor die vom Koryphaios in befehlendem Tone ausgesprochenen Weisungen in trochäischen Tetrametern V. 234—236 (mit *ἀλλὰ* auch äusserlich abgesondert), V. 238—240, und ausserdem in V. 280 (vgl. V. 239) und V. 282. Fügen wir noch hinzu die in unmittelbarer Beziehung zu den letzterwähnten Worten des Koryphaios stehenden, tobenden, sich immer wiederholenden Rufe der Menge V. 281 und V. 283, die ja nicht wohl anders als vom Gesamtchor ausgehend gedacht werden können, so ist für die übrig bleibende Masse eine gemeinsame Behandlung nicht bloß möglich, sondern geboten.

Denn alle diese Partien zeigen einen gemeinschaftlichen Zug: es geht durch sie alle hindurch die Eigenthümlichkeit, dass derselbe Gedanke, gar nicht oder nur wenig im Ausdruck variiert, an verschiedenen Stellen wiederkehrt. So in der eigentlichen Parodos: V. 204 *δίωκε*, V. 221 *διωκτέος*; V. 210 *οἴχεται*, V. 221 *οἴχεται*; V. 209 f. und V. 219 f. Klage über das langsam machende Alter, das das Entfliehen des Verfolgten ermöglicht; V. 207 und V. 215 Bezeichnung des Dikaiopolis als des Friedenbringers, nochmals energisch wiederholt V. 225 f. So ferner in dem Wechselgesang sowohl in der Strophe V. 285 *σὲ καταλεύσομεν* und V. 295 *κατὰ σε χάσομεν τοῖς λίθοις*; V. 295 *σοῦ γ' ἀκούσωμεν*; und V. 298 *μηδὲ λέγε μοι σὺ λόγον* als in der

1) Das hat für das Einzugslied V. 204—236 Christ a. a. O. angenommen und nach dieser Richtung gehen die Vorstellungen von Zielinski a. a. O. auch für die Partie S. 280—346.

2) Das hat wenigstens für den eigentlichen Wechselgesang 284—301 und 335—346, sowie für die vier Einzugsverse V. 280—283 Christ a. a. O. aufgestellt.

3) Das hat Arnoldt a. a. O. zu erweisen gesucht.

Gegenstrophe: V. 342 οὐτοί σοι χαμαί und V. 344 ἐκέσει-
σται χαμαῖ; V. 342 κατάθου πάλιν τὸ ξίφος und V. 345 κατά-
θου τὸ βέλος. So endlich auch in dem trochäischen Mittel-
stück V. 323 und 324 das (oben besprochene) dreimalige Nein.

Dieser gemeinsame Zug erfordert zu seiner Erklärung nothwendig die Annahme, dass in all diesen Partien nicht der Gesammtchor auftritt, sondern irgend welche Theile zur Handlung kommen, die neben einander wenn auch in wesentlicher Uebereinstimmung mit einander agiren. Die genauere Bestimmung der Art der Theilung kann dagegen nur die Einzelbetrachtung ergeben: sie allein kann auch lehren, ob — was ja von vornherein das wahrscheinlichere — durch diese ganze in engstem Verband zusammengehörende Partie auch dieselbe Art der Theilung durchgeht oder ob sichere Spuren auf verschiedene Gruppierungen in verschiedenen Abschnitten führen.

Beginnen wir mit dem eigentlichen Parodoslied, so zerfällt sowohl Strophe als Antistrophe in zwei metrisch geschiedene Partien, einerseits je vier trochäische Tetrameter, andererseits (kurz gesagt) ein pänisches Melos. Dieser metrische Wechsel harmonirt mit dem Personenwechsel, den anzusetzen die Wiederholungen nöthig machen, insofern durchaus, als solche Wiederholungen innerhalb einer Strophe nur in metrisch verschiedenen Theilen vorkommen. Dazu kommt drittens in der Strophe noch bestätigend hinzu, dass zwischen den metrisch geschiedenen Theilen das Verhältniss von Rede und Gegenrede besteht. Die Theilung jeder Strophe in zwei Partien ist also sicher erwiesen, trotzdem, dass in der Gegenstrophe der Gedanke von der einen Partie unmittelbar in die andere fortgeleitet wird: denn was in der Strophe unabweisbar ist, muss bei der gesetzmässigen Symmetrie auch für die Gegenstrophe gelten.

Dem Koryphaios schon im Liede eine Rolle zuzutheilen geht nun aber nicht an; denn es setzt die Aufforderung zur Verfolgung, die er in den angehängten drei trochäischen Tetrametern an seine Leute richtet, voraus, dass nicht er selbst es war (was sonst wohl angenommen werden könnte), der in der ersten

trochäischen Partie (V. 204—207), noch der, der in der zweiten trochäischen Partie (V. 219—222) gesprochen hat, da in beiden Partien derselbe Gedanke schon einmal ausgedrückt ist. Also bleibt nur eine doppelte Möglichkeit: entweder sind hier die Halbchöre oder die vier Reihen (*στοῖχοι*) aufgetreten. Beides ist an sich möglich. Für Halbchöre würde auf den ersten Blick zu sprechen scheinen, dass diese in den späteren Theilen der Komödie ja unzweifelhaft vorkommen, nicht bloss von V. 557 ff. an, sondern auch schon in den drei dochmischen Liedern V. 358—365, 385—392, 490—496¹⁾. Andererseits liegt gerade in der *πάροδος* der Gedanke an die vier *στοῖχοι* sehr nahe: denn *μέρη χοροῦ στοῖχος καὶ ζυγόν. καὶ τραγικοῦ μὲν χοροῦ ζυγὰ πέντε ἐκ τριῶν καὶ στοῖχοι τρεῖς ἐκ πέντε. . καὶ κατὰ τρεῖς μὲν εἰσήεσαν, εἰ κατὰ ζυγὰ γίνοιτο ἢ πάροδος, εἰ δὲ κατὰ στοίχους, ἀνὰ πέντε εἰσήεσαν. . ὁ δὲ κωμικὸς χορὸς τέτταρες καὶ εἴκοσιν ἦσαν οἱ χορευταί, ζυγὰ ἕξ, ἕναστον δὲ ζυγὸν ἐκ τεττάρων, στοῖχοι δὲ τέτταρες, ἕξ ἄνδρας ἔχων ἕκαστος στοῖχος*, sagt Pollux IV 109. Und besser macht es sich ja auch jedenfalls, wenn in der Antistrophe zwei neue Gruppen erscheinen, als dass dieselben zwei nochmals auftreten mit Gedanken, die an das von ihnen bereits Gesagte mindestens sehr nahe anklingen. Doch könnte man hier zweifelhaft bleiben. Die Entscheidung bringt aber auch für diese Parodos ein vergleichender Blick auf den Wechselgesang und die trochäische Streitpartie.

Hier nämlich herrscht die Viertheilung durchweg und ausnahmslos: das heisst, jeder Schritt der Handlung erfolgt unter vierfacher Betheiligung des Chors. Für den Wechselgesang liegt das auf der Hand und ist ja auch nicht unbemerkt ge-

1) Im letzten haben die Handschriften zur zweiten Partie die Beischrift *ἩΜΙΧΟΡ* bewahrt. Bei den beiden ersten, die zusammen gehören, zeigt sich Wiederholung desselben Gedankens in der vorderen und hinteren Hälfte; nämlich in der Strophe V. 358 f. *τί οὐ λέγεις ἐπίληνον ἐξενεγκῶν θύραζ'* und V. 365 *θεῖς δεῦρο τοῦπίληνον ἐγγεῖρει λέγειν*, in der Gegenstrophe V. 386 *τί ταῦτα στρέφει τεχνάζεις τε* und V. 392 *σκήψιν ἀγῶν οὗτος οὐκ ἐσδέξεται*.

blieben. Doch würde man auch hier noch nicht zu voller Gewissheit gelangen, da an sich die Viertheilung des Liedes doch sehr wohl auch durch zwiefaches Auftreten der beiden Halbchöre erklärt werden könnte und ganz durchschlagende Kriterien anderer Art fehlen. Vielmehr liesse sich — wenn man diesen Wechselgesang allein betrachtet — ungefähr ebensoviel zu Gunsten von Hemichoria als von Stoichoi sagen. Denn sicherlich treten diese passender in der Strophe in Handlung, da sonst der erste Halbchor (V. 285 und 295 sprechend) zwei Mal so ziemlich dasselbe sagen würde. Aber andererseits müsste man jene für geeigneter in der Gegenstrophe erachten (V. 336 erster Halbchor, V. 338—340 zweiter; V. 342 erster, V. 344—347 zweiter), da so der Chor wirklich in seiner Gesamtheit, nämlich durch seine beiden Hälften voll vertreten, die Forderung des Dikaiopolis die Steine wegzuworfen acceptirt.

Gewissheit, volle und unwidersprechbare Gewissheit giebt erst die trochäische Scene. Auch in ihren drei — oben (S. 379) nachgewiesenen — Einzelsätzen ist die Viertheilung gleichmässig vorhanden; insbesondere wirkungsvoll in knappsten Raum zusammengedrängt beim Mittelstück. Und das kann nun in dieser Ausdehnung kein Zufall sein, lässt vielmehr nach allem, was schon feststeht, nur die Annahme zu, dass hier überall der Chor in seinen vier Reihen agirt hat. Ja, die Verse 323 und 324 würden bei Halbchören geradezu unmöglich sein und werden überhaupt erst voll verständlich, wenn hier alle vier Chorgruppen zu Worte kommen und alle in hellem Zorne, eine die andere überstürzend, jede weitere Verhandlung mit dem Frevler abbrechen.

Auch in dem letzten Abschnitt der Mesodos ergiebt sich nun die Viertheilung von selbst, indem V. 328—330 so zwischen zwei Gruppen getheilt werden, dass die eine V. 328 und den ersten Halbvers von 329 erhält, die zweite den zweiten Halbvers von 329 und V. 330. Das ist dem Sinne nach nicht bloss zulässig, sondern malt die Erregung noch drastischer.

Ueberblickt man jetzt die durch alle Einzelerwägungen festgestellte Gesamtdisposition und lässt sie ruhig auf sich

wirken, so wird Eins überhaupt klar werden: durch diese Spaltung des Chores in vier Gruppen, welche sich bei allen Schritten der Handlung gleichmässig betheiligen, hat das Ganze und namentlich die so lang hingezogene Partie des Wechselsanges und Streites zwischen Dikaiopolis und den Achernern an Lebhaftigkeit merklich gewonnen; ja, jene auffallende Länge findet erst mit dieser Erkenntniss zugleich ihre Erklärung.

Bewähren sich die hier gegebenen Ausführungen, so werden Folgerungen nach verschiedenen Seiten gezogen werden können und müssen. Doch liegt mir daran, bevor ich weitere Schritte thue, zu erfahren, ob dieser erste Zustimmung findet.

PA
25
L4
Bd. 11-12

Leipziger Studien zur
classischen Philologie
Bd. 11-12

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

HANDBOUND
AT THE



UNIVERSITY OF
TORONTO PRESS

